Digitized by Google

37
12 D
16
MAG 3119
FAUSTO STANI ROMA Via S. Pietro ... TICO DI LIBRI
Digitized by Google

Digitized by Google

37.12.D.15

ITALIA SACRA
SIVE
DE EPISCOPIS ITALIÆ,
ET INSULARUM ADJACENTIUM.
TOMUS NONUS,

Complectens Metropolitanas, earumque ſuffraganeas Eccleſias, quæ in Salentinæ, ac Calabriæ Regni Neapolitani clariſſimis Provinciis continentur.

AUCTORE
FERDINANDO UGHELLO

Florentino Abbate SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias, Ordinis Ciſtercienſis, & Sacræ Congregationis Indicis Conſultore.

Editio ſecunda aucta, & emendata,

CURA, ET STUDIO

Nicolai Coleti, Eccleſiæ S. Moyſis Venetiarum Sacerdotis Alumni.



VENETIIS, Apud Sebaſtianum Coleti MDCCXXI.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

118

Illuſtriſſimo , ac Reverendiſſimo Dom. Dom.

JOANNI CHRISTOPHORO
B A T T E L L O
ARCHIEPISCOPO AMASENO,
Et Apoſtolicorum Brevium ad Principes à Secretis .

Nicolaus Coleti F. P.

SI quis ſuarum rerum ſenſus mortuos attingit , profecto Abbatem Ferdinandum Ughellum præclara librorum ſuorum fortuna idcircò lætantem videre videor , quòd hac præſertim ætate litteratiſſimis homimbus copioſa de ipſius ITALIA SACRA in lucem rurſus edenda , augendaque tam honorificè ſtatutum ſit , quodque verendo ſanè CLEMENTIS XI. Pontificis maximi

exem-

exemplo viri dignitate, ac doctrinæ opinione celebres excitati, ut tantum opus aggreſſis, auſpicia, incrementa, exituſque optatiſſimus obvenirent, ſuo ſingulis partibus inſcripto nomine, & præſtantiſſimi Auctoris famam ſuſtinere, & noſtros qualeſcumque conatus fortunare voluerint. His Tu certè, & verò in primis PRÆSUL ILLUSTRISSIME, ac REVERENDISSIME optimo jure adnumerandus videris, qui, ut hanc imparem viribus provinciam ſuſciperemus alacriter, ſuſceptamque ſtrenuè conficeremus, nobis auctor ſæpiſſimè, impulſorque fuiſti, tanto oneri ſubinde cedentibus animum addens, eaque communicans, quæ Ughello adjuncta eruditis omnibus noſtram operam, Ughellumque ipſum novis inſtructum opibus vehementiſſime commendarent. Ergo ex Officio planè facimus, qui poſtremam hanc Ughelli partem noſtro item poſtremo labori conjunctam decora Tui nominis appellatione honeſtamus. Etenim hæ ſunt à doctiſſimis viris paſſim editæ voces, nimirum nihil juſtius à nobis excogitari potuiſſe, nihil opportunius, quàm ſi præſens facinus, quod Te auſpice, ac ſuaſore inchoatum eſt, Te quoque Patrono abſolveretur. Fruere igitur, PRÆSUL ILLUSTRISSIME, ac REVERENDISSIME, rebus Tuis, cùm nihil ſit tàm propriè Tuum, quàm Ughellus, cujus recentem editionem non curaſti ſolùm, ſed etiam adjuviſti. Nos interea hujus rectè facti conſilio jure fruemur, Te videlicet ex omnibus delecto, cujus ornamenta animi plurima, & maxima, ac omnigena pariter eruditio tot Tui ſimilium Epiſcoporum gravitati, ac ſapientiæ tuendæ abundè ſufficerent. Dubitabimus? Illud mea ſententia non dicam, ſed omnium, qui colloquii copiam Tecum habuerunt, teſtimonio dicam, quamvis potentiorum gratia floreas, magna ſis dignitate verendus, Pontificique merito acceptus, & charus, tantam Te eſſe adeptum moderationis animi gloriam, ut quæ aliis ſui efferendi materiam plerumque ſuppeditant, eadem Te in modeſtiorem habitum convertiſſe admiremur, quodlibet laudationis negligentem genus, hancque à nobis honorificam Tuarum virtutum commemorationem inſtitutam ea de cauſa fortaſſe deſpuentem, quòd veram laudem non ex aliena celebritate, ſed ex una Tua egregiè, ſapienterque factorum conſcientia metiaris. Porrò ad illam ſingularem naturæ Tuæ bonitatem veniendum eſt, qua claros infimoſque explicatiſſima fronte intueris, facillimos ad Te aditus cunctis promiſcuè præbens, quos tanta Tua lenitate, atque integritate demulſos, ingenuo, liberalique ſermone inſtructos, qualique recreatos dimittis, ut ſe nuſquam ab ullo mitiùs appellatos, & tractatos humaniùs, publicè, privatimque profiteantur, nec majorem in conſiliis dandis fidem, proniorem ad benemerendum voluntatem, gravioremque in negotiis implicatiſſimis tranſigendis prudentiam expertos. Tot tantorumque hæc fama meritorum, non unis noſtrorum, externorumque ad Venetos commeantium Præſulum delata vocibus jamdiu circumſonat regionibus noſtris, in quibus tamen propter libros Tuos eruditiſſimos evulgatos multo ante nomen Tuum eximia obſtrepuit commendatione doctrinæ. Verſabantur enim, hodieque verſantur in hominum manibus diſſertationes *de Nummo Heracliano: De Sarcophago Probi Anicii, ac Probæ Falconiæ: De ablutione Altaris Majoris Vaticanæ Baſilicæ*, in quas eam ſapientiam è ſacris Græcis, Romaniſque fontibus corrivatam digna Auguſti temporibus eloquentia temperaviſti, ut etiamſi nobis longo disjunctis intervallo Terrarum aſpectu Tuo jucundiſſimo perfrui, Teque oculis uſurpare non liceat, talem Te tantumque agnoverimus, quàm qui maximè cupientes, ut innoteſceres

omni-

omnibus, illique potiſſimùm, qui cum quanti quiſque ſit, optimè videat, etiam efficeret, ut Judicium noſtrum dignis debitiſque virtuti præmiis confirmaretur. Nimirum, PRÆSUL ILLUSTRISS. ac REVERENDISSIME, Tu, Tuaque innotuerunt, & quod impensè optabamus, innotuerunt CLEMENTI XI. Pontifici Maximo, qui Te à latere ſuo ampliùs abeſſe non ſinens, primò inter Domeſticos Præſules cooptavit, tum æquè arduum, atque honorificum ad Principes Epiſtolas latinè ſcribendi Tibi detulit munus, quo jam decimum annum egregiè fungeris. Deinde creavit Archiepiſcopum Amaſenum; Te denique curarum ſuarum admiſit ſocium, ſanctiſſimæque illi vitæ perpetuò Cuſtodem. Vide igitur qualis, quantuſque ſis, vide etiam quàm ſecurè, quàm libenter Ughellus, tot Epiſcopi, quorum in hoc volumine geſta leguntur, Tuæ ſe fidei, clientelæque committant. Nam ad illum confugiunt, quem ſacra dignitas, ac vera doctrina ad amorem erga ſui ſimiles ſua ſponte cùm excitaverit, ingenium inſtituerit ad lenitatem, probiſque hominibus tuendis, defendendiſque conſuetudo, exercitatioque aſſuefecerit, tum ſolùm abs Te ſe reiici poſſe putant, cùm mitem Tuam naturam, Te demum abs Te ipſe reiicias. Reliquum eſt interea, ut qui primam Ughelliani Operis partem Sanctiſſimi Pontificis nomine decoratam eidem obtuliſti, hanc quoque ante ejus pedes ſiſtere non dedigneris, Principi Optimo ſignificans, quidquid hac ætate de felici, conſtantique litterarum bono ſtatuitur, aut à CLEMENTE XI. aut à Te Majeſtatem iſtam circumſiſtente cominus, tàmque conſpicua exempla æmulante, ſolùm id omne proficiſci poſſe, omnes una voce confiteri. Vale.

Dabam Venetiis Idibus Martii 1721.

S Y-

SYNOPSIS
ALPHABETICA
ARCHIEPISCOPATUUM, ET EPISCOPATUUM.

Qui in hoc Nono Tomo Italiæ Sacræ continentur.

Brunduſin.	*Brindiſi*	3
Cuſentin.	*Coſenza*	183
Hydruntin.	*Otranto*	51
Rhegien.	*Reggio*	315
Roſſanen.	*Roſano*	285
S. Severin.	*S. Severina*	473
Tarentin.	*Taranto*	115

Aletin. ſive Lycien.	*Lecce*	67
Alexanen.	*Aleſſano*	86
Bellicaſtren.	*Belcaſtro*	494
Boven.	*Bova*	338
Cariaten.	*Cariati*	498
Caſſanen.	*Caſſano*	342
Caſtellaneten.	*Caſtellaneta*	151
Caſtren.	*Caſtro*	94
Catacen.	*Catanzaro*	355
Crotonen.	*Crotone*	380
Gallipolitan.	*Gallipoli*	98
Geruntinen.	*Geruntia*	498
Hieracen.	*Geraci*	393
Hoſtunen.	*Oſtuni*	46
Inſulan.	*Iſola*	505
S. Leonis	*S. Leone*	512
Marturanen.	*Martorano*	270
Mutilen.	*Motola*	159
Neocaſtren.	*Nicaſtro*	400
Nicoteren.	*Nicotera*	412
Oppiden.	*Oppido*	417
Scyllacen.	*Squillaci*	422
Strungulen.	*Strongoli*	516
Tropeıen.	*Tropea*	448
Umbriaticen.	*Umbriatico*	525
Uritan.	*Oria*	163
Uxentin.	*Ugento*	110

ITA-

ITALIA SACRA

FERD. UGHELLI

Abbatis Ordinis Ciſterciènſis.

PROVINCIA DECIMANONA,

SEU

SALENTINA

Quam hodie Terram Hydrunti vocant, ubi de tribus Metropolitanis Eccleſiis, earumque ſuffraganeis Epiſcopis accuratè pertractatur.

TERRA Hydruntina primùm Japygia, Meſſapiaque, inde Calabria, & Salentinorum regio fuit dicta. Japygia ab Japygibus, qui nominis auctorem Japygem quendam Dædali filium ſcribunt habuiſſe. Meſſapia denominata à Meſſapio Græcorum ductore. Calabria unde dicta, infra dicetur. Salentinum Feſtus ſolum derivat, quod Salentini penè circumqnaque mari ambiuntur. Alii appellatos ſic volunt à fœdere, quod inter Idomeneos & Cretenſes in Salo, ideſt mari initum fuit: quoniam in hanc oram Lyctium Idomeneum commigraſſe teſtis eſt Virg. lib. 3. Æneid. Salentinorum populos nominat Plinius Aletinos, Baſterbinos, Neritinos, Volentinos. Hodie ab incolis ab Hydrunte Terra Hydruntina, vulgo *Terra d'Otranto*, dicitur.

Habet hæc regio ab Meridie Tarentum & mare, uſque ad promontorium Salentinum; ab Oriente Brunduſium cum mari Jonio, quod & Hadriatico qua Septentrio eſt, adluitur ab Hydrunte Brunduſium uſque: qua Occidentem reſpicit, Apulia illi adjacet, Peucetia, cum Magnæ Græciæ portione. Sic peninſula quædam his terminis efficitur, Jonio, Hadriaticoque mari circumſcripta, latitudine inter Brunduſium & Tarentum xxx. vel, ut alii volunt, XL. P.M. Tota Japygia ſaluberrimo gaudet aere, cœloque ſudo, & ſyncero, præter quam in ora à lacu Hydruntino Brunduſium uſque, ubi pleriſque in locis juxta mare ſunt paludes. Tertio

A ab urbe Tarento lapide Galeſius fluvius ſe offert, ubi Annibalem, capto Tarento, caſtra poſuiſſe Livius ſcribit. Præter Galeſium, qui inter Magnam Græciam, & Salentinos diſcrimen facit, etiam duos habent Salentini amnes, unum quidem ad littus Auſtrale, qui ex Tarento lapide ad Polizanum ſinum Tarentinum egreditur; alterum qui in ora Borealiore Hadriatico miſcetur mari ad S. Marcum ab urbe Brunduſio milliario. Regio fertilis & opima, XIII. ætate Strabonis honeſtiſſimis ſuperbiens urbibus, quæ jam tum illius tempore præter Brunduſium & Tarentum ita perierunt, ut exigua eſſent oppida. Hodie Aletium principem obtinet locum, elegantibus ædificiis, & populo frequens, in quo Curia Regia habetur. Jam inde regio hæc ab Apoſtolorum temporibus Chriſti fidem ſuſcepiſſe narratur, hactenuſque illibatam ſervavit, in eaque tres Archiepiſcopales ſedes numerantur, Brunduſina nempe, Hydruntina, & Tarentina; Epiſcopales vero ſedes earum ſuffraganeæ novem,
B Aletium inquam, Alexana, Caſtellaneten. Caſtren. Gallipolitana, Mutilen. Oſtunen. Uritana, atque Uxentina. Antiquus Epiſcopatus ibi aliquando fuit Leucaden. nunc unitus cum Alexanenſi. De his omnibus igitur Eccleſiis in hac noſtra Decimanona Provincia agemus, ſumpto initio à Brunduſina Metropoli, quæ more noſtro ſeſe primo offert deſcribenda. Porro hiulca atque jejuna in pleriſque earum erit noſtra narratio, ſine vitio tamen noſtri conatus, ſed negligentia potius, vel inſcitia illorum, quibus par erat vetera à tineis vindicare, & à pulvere excutere monumenta, ut benignum carceris labore deterſo, poſſent haurire cœlum, & noſtram qualemcumque adjuvare induſtriam. Sed ad Brunduſinam narrationem nunc accedamus.

BRUNDUSINA METROPOLIS,

Cujus unicus eſt ſuffraganeus,

Epiſcopus { Aſtunenſis, ſeu Hoſtunenſis.



BRUNDUSIUM, vulgo *Brindiſi*, littoralis Provinciæ Terræ Hydrunti urbs eſt, & portus quondam memoratiſſimus, ex adverſo Tarenti extremæ Magnæ Græciæ ad Jonium mare, unde Salentinorum Cherſoneſus incipit, ad Brunduſium deſinens in A mari Hadriatico. Media eſt inter Hydruntum & Barium hinc indè L. M P. à Neapoli CC. in Ortum recedit ab Aletio XXV. Tarento vix XXXV. Hoc tempore nullo alio memorabilis quàm portu, cui parem non reperiri uſquam fertur. Stephanus de origine, ejuſque conditore ſic tradit: *Brenteſium*, inquit, *urbs Italiæ, ad Adriaticum mare à Brento Herculis filio. vel quia portuoſa eſt, quippe uno ore complures includuntur portus; unde, quod figuram capitis cervini habeat, nomen ei quæſitum. Brention enim Meſſapiis dicitur caput cervinum, ut author eſt Seleucus, Gloſſarum lib. 11. Gentile eſt Brenteſinus.* B Strabo lib 6. Brunduſium fertur Colonia, occupatum à Cretenſibus, qui cum Theſeo à Cnoſſo eò pervenerant, poſt acceſſiſſe eos, qui cum Japyge è Sicilia eò venerant, utrumque enim traditur, ſed non unà manſiſſe eos, verùm Boetiam abiviſſe. Poſtea temporis, cum ſub Regibus eſſet Brunduſium, multum agri amiſit, ademptum à Lacedæmoniis, qui eò cum Phalantho venerant, quem tamen pulſum Tarento Brunduſini receperunt, mortuumque ſplendida dignati ſunt ſepultura. Ager ipſorum eſt, quàm Tarentinorum melior: ut enim minùs gleboſus eſt, ita fructus meliores profert: Mel quidem & lanæ ejus in primis laudantur. Ad hæc Brunduſium portum habet, quam Tarentum, commodiorem; quippe ad Brunduſium multi includuntur uno oſtio portus, ab omnibus fluctibus tuti; intus receptis intra fauces multis ſinibus; itaut eorum forma figuram cornuum cervinorum exprimat. C Locus enim cum ipſa urbe maximè cervini capitis ſpeciem habet. quod Meſſapiorum lingua Brention dicitur. Tarentinus vero ſinus non omni parte à fluctibus eſt immunis, quia patet, præterquam quod habet in receſſu quædam vadoſa. Præterea, è Græcia & Aſia rectus eſt ad Brunduſium trajectus: omneſque huc deferuntur, quibus Romam iter eſt. Sed & Cicero in Philippica 1. *Quum Brunduſium, iterque illud, quod tritum in Græciam eſt, non ſine cauſa vitaviſſem; Kalendis Sextilibus veni Syracuſas, quod ab urbe eo transmiſſio in Græciam laudabatur.* Hinc & illud Plinii lib. 3. cap. 11. *Brunduſium inprimis Italiæ portu nobile, ac veluti certiore tranſitu, ſicuti longiore, excipiente Illyrica urbe Dyrrachio CCXX. millium trajectu*; nam ut paulo ante ait, *ab Hydrunto in Græciam breviſſimus erat tranſitus, ex adverſo Apolloniæ oppidi latitudine intercurrentis freti quinquaginta millium non amplius.* Horatius lib. 1. ſatyra 5. qua iter à Roma ad Brunduſium uſque deſcribitur.

Brunduſium longæ finis chartæque, viæque.

Atque hæc unica Silio fuit ratio lib. 8. iſtius verſus.

Necnon Brunduſium, quo deſinit Itala tellus.

De ſitu hæc innuit Lucanus lib. 5.

——— curvique tenens Minoia tecta
Brundiſii, clauſas ventis brumalibus undas
B *Invenit, & pavidas hiberno ſidere claſſes.*

Curvum dixit Brunduſium, quia ſemicirculi in formam intimum dictorum ſinuum receſſum circumjacet. Idem de eadem urbe;

Hunc latus anguſtum jam ſe cogentis in arctum
Heſperiæ tenuem producit in æquora linguam,
Adriacas flexis claudit quæ cornibus undas.

Cæterum ad conditores urbis antiquos quod attinet, Herodotus ait, *Hyrium, ſive Uriam medio inter Brundiſium, Tarentumque itinere ſitum oppidum, à Cretenſibus eſſe conditum, qui à claſſe Minois in Siciliam profecta eò exagitati erant.* Ab iiſdem Brunduſium quoque vel conditum, vel ſaltem poſtmodum habitatum innuit Lucanus; de Partheniis Lacedæmoniorum, ac duce eorum Phalantho, quæ tradit è Trogi monumentis Juſtinus lib. 3. ſuprà ad Tarenti originem enarrat. Sed ex Strabone colligitur totius Meſſapiæ peninſulæ caput fuiſſe, ac Regiam ſedem Brunduſium, quo tempore Phalan-C thus cum ſuis Lacedæmoniis partem Brunduſini agri, indeque Tarenti oppidum occuparunt. Iſidorus Oroſius lib. 14. cap. 4. ſic ſcribit: *Apulia eſt ubi Brunduſium ſitum eſt, quam Aetoli ſecuti Diomedem Ducem condiderunt.* Portus Brunduſini deſcriptio apud Cæſarem extat; & apud Zonaram Annal. lib. 3. hæc de illo portu leguntur: *Eo*

tem

tempore aucti opibus Romani drachmis aureis uti cœperunt. Deinde regioni, quæ nunc Calabria dicitur, bellum intulerunt; id ecimini dantes, quod Pyrrhum recepiſſent, ſocioſq; infeſtaſſent; at ee veea ob eam cauſam, uti Brunduſio potirentur, propter portuum commoditatem, & facilem in Illyricum, & Græciam trajectum, eodem enim vento ſpirante, & ſolvere ex eo porta, & in eundem adpellere licet. Voti compotes facti, colonos non modo Brunduſium, ſed & in alia etiam loca miſerunt. Ergo Colonia poſtmodum facta Romanorum, cujus rei & Cicero, & Livius, atque Paterculus anctores ſunt. Cicero ad Attic. lib. 4. epiſt. 1. *Prid. Non. Sept. Dyrrachio ſum profectus. Brunduſium veni Nonis Sextilibus, ubi mihi Tulliola mea fuit præſto natali ſuo, qui caſu idem natalis erat & Brunduſinæ coloniæ, quæ ers animadverſa à multitudine, ſumma Brunduſinorum gratulatione celebrata eſt.* Livii Epitomator lib. 19. *Coloniæ deductę ſunt Fregellę, in agro Salentino Brunduſium.* Paterculus l. 1. *Initium belli Punici Firmum, & Caſtrum coloniis occupata, & poſt annum Æſernia, poſtq; xxii. annos Æſulum, & Alterium, Fregellaque poſt biennium: proximoque anno, Torquato, Sempronioque Conſulibus, Brunduſium.* Fuere Conſules A. Manlius Torquatus Atticus, & C. Sempronius Blęſus, anno à Roma condita ICIX. ante natum Ieſum CCXLIV. Item Olymp. CXXXII. anno IIII. Romani colonos miſerunt Brundnſium. Poſterioribus quoq; temporibus celebrem fuiſſe nrbem patet ex tabula, in qua primariæ nrbis ſigno notata eſt. Romano paruit Imperio, deinde in Græcorum poteſtatem devenit: capta poſtmodum à Sarracenis funditus everſa eſt, quam Lupus Prothoſpata Catapanus juſſu Imp. Conſtantinopolitani reſtitnere cępit circa ann. Dom. 980. Robertus verò Guiſcardus Normannorum Dux illam cepit, ac poſteri ejus Comites ac Reges Siciliæ ab ipſo deſcendentes per annos multos eam ampliarunt.

Poſt Normannos Reges qui ſucceſſerunt, civitatem privilegiis, & immunitatibus nobilitarunt. Civitas hodie ſnb regia immediatè juriſdictione admodū civilis eſt, & aliquot nobilium familiarum gloriam retinet. Mari potitur piſculento, cęlo clementiſſimo, agro fertiliſſimo, quibus bonis priſtinæ dignitatis imminutionem conſolatur. Hujus civitatis hiſtoriam ſcripſit hoc noſtro ſæculo civis quidam Brunduſinus ſatis prolixam, ſatiſque eruditam, quam M S. legimus ab Illuſtriſſ. Filomarino Turris Duce Romam nſque ad nos tranſmiſſam. Jam inde ab Leucii ſanctiſſimi Epiſcopi temporibus Chriſti fidem amplexam, Pelinus ſanctus Epiſcopus mirum in modum propagavit. Epiſcopali primum, inde Archiepiſcopali exornata dignitate, unum tantùm habet ſuffraganeum Hoſtunenſem Epiſcopum. Snnt qui volunt Brunduſiuum Archiepiſcopum aliquando Patriarchæ Conſtantinopolitano, tanquam ſuffraganeum paruiſſe, donec eliminatis ex hac provincia Græcis, Romani Pontificis faſces veneraretur. Brundnſino Archiepiſcopatui ante ann. 1100. noſtræ ſalutis ex Romani Pontificis poteſtate Uriæ Eccleſia unita fuit: etenim Brunduſini Præſules poſt deſolationem civitatis ab Sarracenis illatam Uriam ſe receperunt; unde uſū venit ut harum Eccleſiarum Antiſtes Brunduſinus, & Uritanus diceretur; ſed patrum noſtrorum memoria Regiorum, & ambarum civitatum miniſtrorum contentionibus hæc unio diſſoluta fuit poſt mortem Bernardini Archiepiſcopi, Gregorio XIV. ad clavum ſedente, propriuſque unicuiq; Eccleſiæ eſt attributus Pręſul ornatus iis omnibus gratiis, & privilegiis, quibus cæteri gaudent Archiepiſcopi, quorum jus præſentandi habet Catholicus Rex. Menſæ Archiepiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 3000. taxatur in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 400. Metropolitana Eccleſia, quam Vrbanus II. Pontifex ſacravit anno Chriſti 1088. Patronos colit Beatiſſimam Deiparam Virginem, & S. Theodorum martyrem, cujus lipſana ex Amaſia, ubi glorioſam martyrii coronam ſub Maximiano ſuſceperat, Brunduſium translata, in hac vetuſta, & nobili Eccleſia requieſcunt, & feſtus dies celebratur 9. Novembris, ubi & brachium S. Georgii Martyris colitur, & lingua D. Hieronymi Eccleſiæ Doctoris venerationi eſt. Sacris in ea miniſtrantium numerus ſupra quadraginta. In primis ſnnt tres Dignitates, Archidiaconus primam poſt Pontificalem ſedem habens, Cantor, & Theſanrarins. His accednnt Canonici vigintiquatuor, & quamplurimi alii Clerici, qni divinis inſerviunt. In civitate, præter Metropolitanam, nullæ aliæ ſunt Eccleſiæ Collegiatæ, ant Parochiales, cum totius civitatis animarum cura ſit penes Archidiaconum, & in ipſa Metropolitana Baſilica exerceri ſoleat; ſnnt tamen pluta virorum cœnobia, & mulierum, xenodochinm, & plnta ſodalitia laicorum. Diœceſis Brunduſina mediocris eſt: ſed haud facile fuit hujus Eccleſiæ Præſulum ſeriem indagare; quam modò damus actorum emunctam, magno cum labore ex diverſis ſcripturis, monumentiſque, præſertim Vaticaniseruimus, nil prorſus ab iis ad quos ſpectabat, adjuti. Tu Lector hunc noſtrum conatum æqui, bonique conſule.

A D D I T I O.

(,, Brunduſium, alii Brundiſium, & Brendeſium, ſeu Brenteſium, Brenda, & Branda brevitatis gratia dictum à Feſto, vulgo Brindiſi, *Evangelii luce illuſtratum primum fuiſſe opera S. Leucii anno ſalutis 164. qui templum Lunæ, Soliſque dicatum in honorem Deiparæ Virginis, & Baptiſtæ Joannis converriſſe dicitur, atque in eo nobili ſtructura ſacrum fontem poſuiſſe ad ejus ſimilitudinem, quod Conſtantinianum in Laterano viſitur. Stetit hæc moles annis fere 1500. Corruit denique, dum ejus materies tranſiit in ædificium conventus Capuccinorum; & ex hac ſacra ædeè Pontificia ſede divina jura ſuo populo dixiſſe Leucium opinio fert. Ad æthera ſublato Leucio tumulum urbis Toparca, & populus eo in loco, ut ipſe ante obitum mandaverat, excitavit, ubi eam primo veniens Brunduſium pedem è navi ſecus litus poſuerat. Erexere ibidem templum ejus nomini, quod priſca illa Fidelium propago mirifice ampliavit, & aliquando à Canuſino Antiſtite conſecratum aliquandiu Brunduſinis Epiſcopis pro Cathedrali inſervivit. Venerandę antiquitatis hactenus faciem ſervat. Arcuati operis in eo fornix, qui inter alios maximè inſignis ex divina diſpoſitione ad terrorem dæmonum olim collucebat (cujus dein memoria deperiit) quantum fuerit emolumenti adverſus, antiqua ex marmore hæc prodit inde exſcriptio.*

,, Sanctus, & venerabilis Leucins amicus Chriſti hunc arcum voluit eſſe in remedium periclitantibus, ut omnis, qni vim patitur, per viginti pedes in ante dextra vel læva à periculo reſolvatur. Quia ſic placuit Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Si quis autem hoc non obaudierit, anathema, anathema, anathema ſit ante Deo.

,, Joannes, & Thecla pro ſe, & ſalute ſuorum filiorum fecit.

,, *Arcum hunc, à quo Leucii ope tam longe arcebantur Dæmones, temporum infortunia evertiſſe exiſtimandum cenſeo. Cum antiquiſſimum hoc templum ſuum tranſmiſit Cathedralis titulum intra mœnia Civitatis, haud priſcæ matris Eccleſię Brunduſinorum majeſtatem depoſuit, adeoque novus quiſque Brunduſinus Antiſtes cum primum ad hanc ſuam ſedem accedit, ſolemni occurſu in hac S. Leucii primæva Cathedrali excipitur, & initia poſſeſſionis ſui Præſulatus habet, inque ea ſingulis annis Kalendis Maii Brunduſinæ civitatis Archipresbyteri, & Abbates omnes non exempti Archiepiſcopo obedientiam præſtant: publicis in documentis Protho Cathedralis nomen præfert, & ejus cura beneficiario jure ad metropolis pro tempore Archidiaconum ſpectat. Nova, quæ huic ſucceſſit in urbis ſinu, Rogerium primum Siciliæ Regem*

authorem habuit circa an. 1140. Hanc conſecraſſe an. 1088. Urbanum II. ſcripſit Ughellus, & quippe deceptus à Marino Freccia lib. de Feudis; quod equidem rei veritati haud conſentaneum eſt ex temporis diſcrepantia. Quiſnam Pontifex ſolemnia dedicationis ejus expenderit, latet: nec incongruum cenſeo, divinum opus abſumptum fuiſſe ab ejus temporis Antiſtite Bailardo. Ad fores enim templi in marmore exarati verſus proſtant legentibus, qui regi Rogerio, & Præſuli Bailardo hiſce notis blandiuntur.

Compoſuit templum præſul hoc Bailardus honeſtum.
Audiat in cœlis: gaude bone ſerve fidelis.
Gloria prima veri tibi ſit rex magne Rugeri,
Arbitrio cujus templi labor extitit hujus.

Cæterum hæc Eccleſia titulares habet ſuos Deiparam Virginem, & S. Theodorum martyrem (qui una cum S. Leucio urbis eſt patronus) cujus lipſana honorificè ſervat Brunduſium ex Amaſia translata. De tempore, deque ejus tranſlatione hæc tantum traditio immemorabilis habetur: Quod navis hoc tam pretioſo pignore onuſta alias in oras illud ut traduceret, forte litus Brunduſinum tenuit; aſt inde abſceſſura ventis quantumvis propitiis velas daret, eemiſque vim jungeret faventibus undis, immobilis perſtitit. Res datur miraculo. Sacrum Theodori elevatur depoſitum, & continuò ratis obire felici permittitur velatu. Ejus feſtum celebre eſt bis in anno die 27. Aprilis, qua conquieviſſe apud Brunduſinos narratur, & 9. Novemb. glorioſi ejus in terris certaminis, tranſituſque ad æthera, ut adnotatur in Romano martyrol. ubi in notis Baronius de ejus reliquiis apud Brunduſinos tacet: quod ſi alibi venerantur, pars equidem harum eſt. Theodori nomen adeo in cultu eſt apud Brunduſines, ut ejus in argenteis, & ex ære nummis figuari conſueverit, ut factum fuit mandante rege Ferdinando II. Præferebant nummi ex una parte inter duas columnas, quæ civitatis vetuſtiſſima inſignia ſunt, S. Theodori imaginem; ex altera hoc emblemma. Fidelitas Brunduſina.

Sacris miniſtrantium numerus in hac baſilica 23. Canonicorum eſt, & propius adſtant Archiepiſcopo quatuor dignitates, quarum major eſt Archidiaconatus, cui animorum cura etiam incumbit. His accedunt quamplurimi alii ex clero in divinis quàm diligentiſſimè huic Eccleſiæ inſervientes. Brunduſini Cleri præcipui etiam decoris eſt donatio Caſtri Oriæ ex liberalitate Regis Ferdinandi II. quam ratam haberi voluit ſucceſſor Fedricus. Præter Cathedralem altera Parochialis Eccleſia animas ad æternam ſalutem tuetur: animæ verò omnes ex 1300. plus minuſve laribus civitatem populoſam reddunt, & Regi immediatè ſubduntur. Caret Canonicorum cœtus præbendis Theologali, & Pœnitentiaria, necnon Seminario. Adſunt ſcholæ piæ ad omnem pietatem, & literas, ubi educantur juvenes ab ejus inſtituti religioſis viris. Plurimis etiam extolitur regularibus ſeptis, & in his divinæ, humanæque ſcientiæ Emporia advenientibus aperiuntur. Duo ſunt præclariſſima Sanctimonialium cœnobia, unum Benedictini ex nigro colore modeſtaminis, quod pientiſſimè Goffridus, & Sicelgaita magni nominis heroina, cum ferè abſumptam Brunduſinam urbem inſtauraſſent, fundarunt, & invidioſis ditarunt opibus, attributis etiam cum civilis dominii pleno jure caſalibus Tuturani, & Vallerani, impetrata inſuper ex concordia facta cum Archiepiſcopo omni ab ejus jure exemptione; alterum ſub invocatione S. Mariæ Angelorum ineunte jam ſeptimo ſupra decimum Chriſti ſæculo mirabili Bavariæ Ducum munificentia excitatum fuit ad preces Venerab. viri Fr. Laurentii Roſſo Brunduſini civis, Capuccinorum Ordinis S. Franciſci Generalis, & Capuccinis Monialibus perpetuo excolendum conſignatum fuit.

Ampliſſima olim utebatur diœceſi Præſul Brunduſinus: & ſatis eſt enarrare quatuor ex ejus gremio Epiſcopales ſedes prodiiſſe, Vritanam videlicet, Hoſtunenſem, Neritonenſem, Monopolitanam. Nunc pro diœceſi locis hiſce præcipuis gaudet Meſugna, Celino, Guagnano, Salice, Veglie, Tuturano, & duobus oppidis S. Donati, & S. Pancratii, quorum in temporalibus etiam Archipræſul Dominus eſt. Cum Sarracenorum repetitis inſultibus cer omnis ſacra, profanaque periiſſet, Brunduſii Epiſcopi Uriam quaſi in ſecuriori ſuæ diœceſis loco ſe receperunt, evenitque ut exinde Epiſcopi Brunduſini inſimul & Uritani intitularentur, factumque, quod Uritanus populus Pontificalem ſedem ac ſi rem propriam Uritano oppido arrogaret. Hinc plures exortæ controverſiæ, adeout Uritani & primas habere contenderent. His ſedandis rumoribus Gregorius XIV. Uriam à Brunduſina diœceſi diſmembravit, & ad preces Catholici regis in civitatem erexit, & Epiſcopalem ſedem, atque ſuffraganeam fecit Tarentini Metropolitæ. Brunduſinor autem Antiſtites magno ſtudio foviſſe Principes, qui eidem temporalia jura dixerunt, docent monumenta, quæ ſuperſunt hujus Eccleſiæ. Fridericus II. Imperator auri unciam ex regiis vectigalibus perpetuò annis ſingulis ſolvendam præcepit ad Cerei Paſchalis ſumptum in hac Eccleſia abſumendi, qui ritus adhuc perſeverat. Veneta Reſpublica per ſuum Conſulem cereum annuatim in die S. Marci ex puræ devotionis affectu Archiepiſcopo offert inter miſſarum ſolemnia, quod ipſi eo tunc decrevit, cum hanc civitatem ſibi oppignoratam tenuit. Sed & ea Archiepiſcopi hujus famoſa conſuetudo proceſſionaliter geſtandi die, qua ſolemnia celebrantur corporis Chriſti, geſtandi, inquam, ipſum Dominicum corpus inſidendo ſuper album equum ſpecioſiſſime ſtratum. Hujus geſtandi ritus primæva origo hæc à Brunduſinis enarratur. Cum Sanctiſſ. Galliæ rex Ludovicus IX rei Chriſtianæ zelo validiſſimo cum exercitu Sarracenos oppugnaturus in Ægyptum abit, & favente gladio Ægyptios fundit, Damiatam obſidet, & ſuam facit: verum inſidiante hoſte capitur, captivus detinetur in carcere, paciſcitur pro libertate aurum in marchis auri triginta millibus: ſi dignos det obſides, monetæ hujus colligendæ cauſa in Gallias permittitur reditus: vivificum panem Ludovicus fidenter pro pignore offert. Barbarus haud inſcius, quæ dignitas ſit hujus Euchariſtici panis apud noſtros Fideles, pignus recipit, & quippe ſub digna facris miniſtrantium cuſtodia. Abſcedit rex; Brunduſium appulit. Aderat ibi Federicus II. Imperator, & ab eo, quo par erat, honore excipitur, atque pro divino redimendo obſide cuſo nummo ex auro, & argento 30. millia marcharum auri, qui ſummam perficeret, cujus ea ſignata ex una parte facies erat Tabernaculum cum SS. Euchariſtia, ex altera volitans Imperialis Aquila. Ludovicus in Ægyptum redit, theſaurum offert, ſacram repetit Hoſtiam. Obſtupuit Tyrannus, & ſuffragante in Infideli fide conſignat devotiſſime ſervatum Deificum pignus, & pretio donatus rex aſcendit Ludovicus, Brunduſium remeat, grates ut rependeret Cæſari, aurum retrorſum referens, & urbi conſpectum beatæ Hoſtiæ facere cupiens. Ad litus accurrere omnes, Imperator ſubſequente Magiſtratu, Archiepiſcopus comitante Clero, qui ſcuto gravis equitans procedens è regia navi ſacræ hoſtiæ vaſculum accepit. Statim pedites adfuere Imperator, & Rex, qui hinc inde arrepto equi freno, ad Metropolitanam Eccleſiam deductum ſacramentum fuerunt comitati. Hæc recitare non piguit ex Brunduſinorum dictis. Hauriantne ex recta, vel claudicante hiſtoria, adjudicent cordati omnes. Qui norunt, ſcriptiſque mandarunt captivum factum S. Regem Ludovicum, & tantis ſolutum, pro ſuæ libertatis pretio aſſerendo ſacratiſſimam fidei teſſeram ſub panis ſpecie tyranno oppignoraſſe corpus Dominicum ſilent. Nolim ego, ubi ſcriptoris auctoritas deſit, id certum aſſerere: nec

ideo recedendam cenſeo ab eo celebritate certa in deferendo hoſtia deifica Brunduſini Metropolitæ. Ludovicus conſueverat Verbum Euchariſticum in navi habere, ut de eo alios inter plures ſcripſit Gaufridus de Bellolococ. 28. cum in Gallias ejus reditum narrat. Alienum autem duco à S. Regis mente Redemptoris corpus, quod ob ſui ineffabilem majeſtatē non patitur oppignorari, obſidem iniquiſſimo ejus nominis hoſti, & tertſori tradidiſſe: ſed cum Brunduſium appulerit in Franciam redux, Sacramentum, quod decentiſſimo in navis loco habuiſſe dicitur, Brunduſino equitanti Pontifici obtuliſſe in Cathedralem deferendum. Et hic confert memorato antiquam, piiſſimamque conſuetudinem Francorum regum ituri peregrinandi præcedentibus Sanctorum reliquiis, ut habetur ex Gregorio Turonen. hiſt. Franc. l. 6. c. 27. qui refert Chilpericum regem multis ſanctorum reliquiis præcedentibus urbem ingreſſum fuiſſe, de quo etiam Baronius in notis Martyrol. ad diem 6. Junii. Ab hoc igitur regum deceſſorum ritu haud devius Ludovicus cum magnam duceret, educeretque claſſem pro Chriſti fide inſtructam ſuam navim Sanctorum patrociniis implevit, & de licentia Apoſtolici Legati & maximum divinorum myſteriorum in ea collocari obtinuit.

Denique hic Antiſtes plurimis ornatur gratiis, quibus gaudere ſolent, qui regiæ præſentationis ſunt, cum & hunc præſentandi jus habeat Catholicus Rex. Palatium ſatis commodum habet ſecus Eccleſiam. Præſulum autem Brunduſinorum ſeries, qualiſcumque indagari potuit, ſequens eſt. Brunduſina hiſtoria nuper vernaculo idiomate auctore P. Andrea della Monaca Ord. Carmelit. prodiit, qui in ea retexenda plura hauſit ex noſtro Ughello, eo tamen nunquam allegato. Lucentius.)

I. 1 S. LEUCIUS a Alexandriæ natus, & Epreſſius dictus, mortua matre, decennis una cum patre Monaſterium S. Hermetis, Theodoſio Imperatore (melius (1) Commodo Imp.) ingreditur, & litteras diſcit, brevique diſciplina, ac obedientiæ virtute, omnibus antecelluit. Cum autem in feſto Beatiſſimæ Deiparæ Virginis, & patri ex hac vita migratio, & filio ad urbis Brunduſinæ hæreſim extirpandam profectio in ſomnis fuiſſet denunciata, Leucius, defuncto patre cum aliquot Clericis Brunduſium venit. apud Amphitheatrum propè urbem moratus, ubi ad ſe venientes Chriſtianam fidem docebat, & ſacro lavacro regenerabat. Quo tempore urbs, in qua biennio non pluerat, maxime affligebatur. Cujus Præfectus, nomine Antiochus, Leucio, ſi pluviam urbi impetraſſet, ſe in Chriſtum crediturum pollicetur. Leucius itaque Clero, & Chriſtianis convocatis vix ſuſpiciens in Cœlum, & ſanctis Litanias decantare cœpit, cum copioſiſſimus imber deſcendit, quo miraculo Præfectus, ac vigintiſeptem millia populi Baptiſmum ſuſcepere: Baſilicamque in urbis medio in Dei Genitricis, ac D. Joannis baptiſtæ honorem conſtruxerunt. Cum verò omnes in fide confirmaſſet, ac munus Epiſcopale aliquandiù ſanctiſſimè adminiſtraſſet, plenus meritis, ſuum Domino reddidit ſpiritum, & in eo loco, ubi è navi ad urbem deſcenderat, humari voluit. Hæc Ferrarius compendiariò narrat ex monumentis Eccleſiæ Brunduſinæ, ex Breviario antiquo Capuano, ac ex lectionibus ejuſdem B. Leucii, quæ in Eccleſia Brunduſina recitantur, in quibus miracula ab eo patrata narrantur. In iis de Meleuſia nobili muliere Alexandrina ab hydropiſi liberata. De Zera mago ab igne combuſto, cum Leucius ſigno ſanctiſſimæ Trinitatis munitus illæſus exiiſſet. De necatis à Dracone in Ægypto, ab eo baculo tactis, ad vitamque revocatis, ubi etiam Leucium urbis Alexandrinæ Epiſcopum fuiſſe legitur, Eccleſiamque Alexandrinam tandiù adminiſtraſſe, quoad concitata à Saturnino Præfecto in Chriſtianos perſecutione divinitus admonitus, Brunduſium, ut eam urbem ab Idolorum cultu abduceret, navigavit. In quibus tamen nonnulla emendatione videntur indigere; illud maximè, quod urbs Brunduſina eo tempore Regem haberet, niſi fortè Regem Præfectum intelligant, qui error in aliquot Sanctorum hiſtoriis deprehenditur: Italia enim nullos, niſi poſt maximam Imperii declinationem, Reges habuit. Quod etiam S. Leucius Alexandriæ Epiſcopatum geſſiſſet, niſi fortè tanquam ſuffraganeus, & alterius urbis Epiſcopus, minus veriſimile eſt, cum Epiſcoporum Alexandrinorum nomina, in quibus Leucius haud reperitur, ad multa tempora habeantur. Præter ſuperius adnotata, illud de Saturnini Præfecti perſecutione in Chriſtianos ſub Theodoſio Imperatore Chriſtianiſſimo, fuiſſe non potuit, niſi fortè is Arrianus exiſtens in Catholicos ſæviret. Multa itaque S. Leucii acta indigent cenſura. Hactenus Ferrarius. Item Baronius in notis Mart. Roman. 11. Januarii fatetur: *Legimus*, inquit, *Acta ejus ab eadem Eccleſia accepta, erroribus quidem ſcatentia ob maximam, tum in perſonis, tum etiam in tempore diſcrepantiam*. Ejuſdem acta dat Bollandus tom. 1. in Actis Sanctorum ad diem 11. Januarii, quæ quidem cum cæteris, ut ipſe fatetur, correctione indigent, & cum Michaele Monacho videtur ſentire, Leucium ſub Commodo Imperat. vixiſſe, non verò Theodoſii Imper. ætate, ut ex Actis S. Eugeniæ facilè colligi poteſt, cui adſtipulantur Diptycæ Mſſ. apud me, Brunduſinorum Epiſcoporum, quæ habent, Brunduſinis Leucium jus divinum dixiſſe an. Chriſti 164. ſediſſe verò annis octo. Leucii tranſlationem apud Tranum à Joanne Sinchello, juſſu Joannis Archiepiſcopi Tranenſis dedimus tom. 7. in Tranenſis Eccleſiæ Archiepiſcopis, quam etiam ipſe Bollandus dedit, aliquantulum tamen depravatam: in fine enim Sinchellus pro Joanne Archiepiſcopo ſuo Tranenſi deprecatur. Addita videntur non ſine ſupina inſcitia, atque malitia illa verba *Sipontini ac Garganicenſis Archiepiſcopi* (a); cum numquam Tranenſis Eccleſia cum Sipontina, & multò minùs cum Garganicenſi, fuerit unita, ut in Sipontinis Archiepiſcopis luce clarius demonſtravimus. Fortaſſis à quodam ex Garganicenſibus exſcripta fuerunt exemplaria illa, quæ circumferuntur, ut in aliis plurimis, tum inſcriptionibus, tum monumentis deprehendimus factum. Cæterum fuit olim quinto ab urbe lapide Eccleſia S. Leucii Martyris, cujus meminit S. Gregorius lib 9. Regiſtri ep. 73 cumque inde fuiſſent ablatæ ejus Reliquiæ, alias ejuſdem Sancti reliquias ad ſe Brunduſio mitti per Hydruntinum Epiſcopum juſſit, quæ de hoc ſancto Leucio in notis Baronius intelligit: qui tamen & in propria Eccleſia ut Confeſſor & Epiſcopus colitur, & Confeſſor ab ipſo Baronio appellatur. Michael Monachus in Sanctuario Capuano, Martyrem dici arbitratur, quod fidei cauſa tormenta tulerit, licet in iis mortuus non ſit, qua ratione S. Hyginum retulimus, à quibuſdam Martyrem dictum exiſtimari. Aſt qui in antiqua operum Gregorii editione à Pamelio correcta Leucius dicitur, in recentiori, auctoritate Sixti V. emendata, Leontius ſubſcribitur, ut ſuſpicari quis poſſit de alio eſſe ſermonem. Tranſlatæ deinde S. Leucii reliquiæ Brunduſio Tranum, inde Beneventum, earumque pars Tranenſibus, & Brunduſinis reddita. Hæc ille.

a De hoc Bollandus t. 1. Januarii p. 667. Al. Lucius.

Hymnus de S. Leucio ex officio Eccleſiæ Brunduſinæ.

Optata dies advenit
Exultans in deliciis

(1) Neutri ſubſcribendum cenſeo. Cum enim hunc Leucium poſt diu exactam Monachalem vitam Brunduſium advenisse omnium conſenſus ſit an. ſal. 164. haud decennis puer commonſtraſſe potuit imperium ſive Commodi, ſive Theodoſii, cum hic à Gratiano Augusto creatus primum fuerit Imperator Orientis an. 379 alter verò demortuo patri M. Aurelio ſucceſſerit an. 180. Antonio Pio an. 161 ſubrogati ſunt in Imperio M. Aurelius, & L. Verus, quo um nomenclatura apud antiquos diverſa erratis etiam quandoque occaſio fuit Eccleſiaſticis Scriptoribus: hic Commodi additum abſuit à L. Vero. *Lucentius*.

(2) Hæc verba eo inſcitia, & non ſine alicujus ſcriptoris ſupina malitia addita fuiſſe ſenſit Ughellius. Verum candidiſſimè pronunciata fuere, cum verò Tranenſis, & ſimul Sipontinus, atque Garganicenſis Archiepiſcopus tunc eſſet Joannes, ut in Sipontinis demonſtravimus.

Qua Patriarcha Leucius
Lætus migrat ad Dominum,
Hic clarus vitæ meritis,
Refulgens & miraculis,
Pulſis procul erroribus,
Plebem lavat baptiſmate,
Præcepta Chriſti prædicans,
Et ſanctitate radians,
Medelam confert languidis,
Functos ad vitam revocat,
Gaude Brunduſia proles
Tantis ornata titulis,
Sed clarior eximium
Patronum habens Leucium.
In Brunduſina claruit
Vrbe Confeſſor Domini,
In hac relinquens terrea
Migravit ad cœleſtia.

A

II. 2 LEO Alexandrinus anno Dom. 175. Leucii ſocius, & diſcipulus; ſedit ann. 10. poſt ſanctum magiſtrum. B

III. 3 SABINUS & ipſe Leucli diſcipulus ann. 182. ſedit ann. 10.

IV. 4 EUSEBIUS Diaconus Leucii ann. 195. ſedit ann. 10.

V. 5 DIONYSIUS Diaconus Leucli ſucceſſit ann. 202. Horum omnium patriam Alexandriam meminit Diptyca noſtra Brunduſinorum Præſulum (1). Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi.

VI. 6 S. APROCULUS, ut fertur, patria Romanus, Epiſcopus Brunduſinam regebat Eccleſiam, cum S. Pelinus ad eam urbem venit: qui jam ætate grandævus, delecto ſibi Pelino ſucceſſore, Romam ut à Summo Pontifice illius conſecrandi facultatem impetraret, cum Cyprio, Gregorio, & Sebaſtio contendit, qua impetrata, dum in patriam rediret, apud Ardeates in morbum incidit, ac paulo poſt migravit è vita, haud procul ab Antio, à Pelino, & ſociis ſepultus. Cum autem ad ejus tumulum accedentes à languoribus liberarentur, cives Baſilicam illius nomini excitatam dedicarunt: in qua ſanctus Pelinus aliquandiù demoratus, plebem illam inſtruxit, ut in Actis S. Pelini legitur. Natalis dies ignoratur, refertur tamen ad diem 5. Decembris à Ferrario in Catal. Sanctor. Italiæ poſt Pelinum. In Diptyca noſtra reponitur ad annum ſal. 350. (2) Epiſcopatus ejus an. 12. C

VII. 7 S. PELINUS Brunduſii Epiſcopus & Patronus Aproculo ſucceſſit anno ſal. 364. cujus vitam in epitomen redegit Ferrarius ad diem 5. Decembris, cujus feſtum colitur. *Igitur Pelinus Dyrrachii in Macedonia nobili loco, Conſtantio Imper. natus, ſub ſancti Baſilii diſciplina educatus Diaconus primum, deinde Presbyter ordinatur. Poſt hæc Juliano Apoſtata Imper. Chriſtianos perſequente, à ſancto Baſilio diſcedens, & cum Cyprio puero, Sebaſtio, & Gregorio ſociis in Italiam navigans, Brunduſiam venit à S. Aproculo Epiſcopo benignè acceptus; ubi Sebaſtio, & Gregorio ob veram doctrinam, & ſanctitatem Bibliothecæ præpoſitis, Pelinus in omni virtutum genere excellens ab Aproculo jam ætate grandævo ſucceſſor, totius Cleri & populi applauſu deſignatur. Itaque Aproculus cum Pelino, Cyprio, Sebaſtio, Gregorio, & aliis ex Clero Romam profectus, Pelinum in Epiſcopum Brunduſinum conſecrandum curat: quo facto, dum in patriam tendunt, apud Ardeam ægrotans Aproculus brevi apud Antium migrat è vita. Corpus à Pelino & ſociis ibi honorificè tumulatum, miraculis fulſit, multis in dies infirmis ſanitate reſtitutis. Quapropter ſancto Aproculo à civibus Eccleſia ædificata, Pelinus in ea aliquot menſes demoratus, cum populum adhuc rudem erudivit in fide. Inde in Apuliam veniens à Sempronio Præſide tentus ſacra Diis facere jubetur, quod facere recuſans, dentibus forcipe ferrea extractis, cum ſociis* D

A *ad Jovis ſimulachrum trahitur. Cumque illud cum templo ingenti terræmotu corruiſſet, iratus Præſes Pelinum rotæ ferreæ 140. dentibus acutis conſtanti alligari, eamque circumduci jubet, donec caro dilacerata, oſſa confringerentur. Cum verbum ex dentibus illis exiliens, Præſidi oculum ſiniſtrum eruiſſet, is perterritus, ſolvi illicò imperat Pelinum, ſine ulla prorſus læſione repertum: à quo Præſes, oculo ſibi reſtituto ſanatus cum quatuor millibus, qui huic ſpectaculo aderant, ac ſequenti die 14. millibus, & 600. ex civitate utriuſque ſexus in Chriſtum credens, ſacra unda aſperſus eſt. Pelinus Brunduſium reverſus non multò poſt Aurelianum Ducem à Juliano Imper. cum Maximo Tribuno, & quingentis militibus miſſum, ut Pelinum, & Sempronium Romam vinctos perduceret, ad fidem, prius à morbo curatum, cum 160. militibus convertit; quod cum Imperator accepiſſet, à Maximo Tribuno, qui Romam cum reliquis militibus redierat, Præfectum mittit, qui Pelinum, Aurelianum, & Sempronium cum aliis converſis interficiat. Qui Aureliano & Sempronio acerbè ſerra ſecatis, ac militibus obtruncatis, apud Catacumbas via Ardeatina, Pelinum, Sebaſtium, Gorgonium, & Cyprium vinctos Romam perductos, Corniculario, & Præſidi tradidit, qui eos Corphinium ductos ſacrificare Marti jubent. Cumque orante Pelino, Martis templum corruens Cornicularium, & Præſidem cum aliis 207. oppreſſiſſet, Pelinus ab Idolorum ſacerdotibus virgis cæſus & vulneribus 85. confoſſus expiravit 5. Decembris: Sebaſtius verò & Gorgonius, Cyprio ob juventutem dimiſſo, poſtridie obtruncati glorioſum martyrium compleverunt. Quorum corpora ibi à fidelibus condita ſunt, ac ſancto Pelino templum, quod nunc Valvenſis Eccleſia Cathedralis eſt, excitatum fuit, in quo corpus illius honorificè conditum, multis claruit miraculis.* Hæc ille ex officio B Eccleſiæ Brunduſinæ, ubi etiam S. Martyri Eccleſia à ſancto Cyprio extructa dedicata manet. Subdit Ferrarius ex Baronio in Notis ad Martyrol. Rom. 5. Decembris. Expurgatione egent hæc S. Pelini C acta, maximè in eo quod de Juliano Imper. Romæ agente dicitur; cum is nunquam Romæ Imp. fuerit; ſed quod ab ejus Præfectis factum fuit, inconſulto Juliano tribuitur. Vidimus etiam Acta M. S. in quibus præter nomina depravata, illum à Julio Papa ordinatum eſſe continetur, quod eſſe non potuit, ſi à Baſilio in perſecutione Juliani nondum Epiſcopus diſceſſit. Cæterum apud nos extant Pelini acta ex vetuſto Codice Valvenſis Eccleſiæ exſcripta, ubi Pelinus à Liberio Papa ordinatus legitur, & alia ibi habentur magis veritati conſona, ubi & miracula nonnulla, cum ejuſdem translatione leguntur, quæ placuit hic exſcribere, cùm hacten. inedita ſint.

Vita Divi Pelini Epiſcopi, & Martyris.

ROmano florente Imperio, dum vir Domini Conſtantinus Magnus Imperator totius ferè urbis tributarii, Chriſto diſponente, gubernaret habenas, Antiochiæ Præfecto præcepit cunctis reipublicæ . . administrantibus, & ſub ejus ditione degentibus prænotare tributa, & vectigalia Romæ perſolvi debere. D His ſtatim Antiochus juſſis Imperialibus parere deſiderans, citiſſime Dyrrachium perrexit, quod Regni Epiri caput eſſe dinoſcebatur. Eo igitur tempore B. Baſilius Archiep. Regni Romani, & totius ſanctitatis amicus, ubique terrarum indicio famæ agnitus, doctrina & eloquentia præfulgebat. Idcirco quamplures illuſtres, & nobiles ſibi ad docendum filios ſuos undique conferebant. In præfata quidem urbe Dyrrachii vir prædives, nomine Arcodius una cum Saphira ſua conjuge degebat, & poſteris, quibus poſt ſuum hujus fragilis vitæ diſceſſum facultates innumeras relinqueret, omnino carebat. Interea idem vir, & mulier, ſalubri reperto conſilio, ad Beatum Baſilium cum muneribus perrexerunt, poſtulantes ut Dominus ſua largiſſima pietate ejus orationibus eis filios do-

(1) Andrea della Monaca in Catalogo, quem texuit hujus Eccleſiæ Antiſtitum, Euſebium, & Dionyſium Alexandrinos dicit, Leonem verò, & Sabinum ex urbe Thraciæ Hadrianopoli profectos fuiſſe, cum inde Leucius Brunduſium veniens pertranſiit. *Lucentius.*
(2) At ex fide Actorum S. Pelini, quæ recitat Ughellus, ſi ad Liberium Pontificem acceſſit cum Pelino Aproculus, id nonniſi ad an. 352. vel poſt ipſum contigiſſe potuit. *Lucentius.*

Digitized by Google

donare dignaretur. Mox præelectus Dei Baſilius eos benignè ſuſcipiens, ſicut conſueverat, ſancta allocutione commovit, pollicens, ſe pro hujuſmodi honeſta petitione Dominum rogaturum: adeo namque ſuis ſermonibus illos commovendo, in Domino roboravit, quod ut nihil cogitarent de filio, ſed perfectè fiduciam haberent in Domino. Tandem à Patre venerabili licentiam petens, & ad propria ambo revertentes, Deum, & Sanctum Baſilium glorificabant, cujus prædicatione fuerant imbuti. Biennio vero completo, concipiens Saphira filium, filiamque peperit, filium Pelinum nuncupans, filiam quidem Catharinam. Enim vero die Dominicæ Reſurrectionis adveniente Arcadius cum conjuge, ac filiis ad eundem Dei famulum aliquando properavit, & ſuis provolutus pedibus, poſteritatis munus, ſcilicet filium & filiam ei obtulit dicens. Pater reverende, ecce beneficium tuis orationibus nobis cœlitus collatum: vir vero Domini fidem utriuſque interius aſpiciens, eis ita benedixit. Dominus Jeſus Chriſtus, qui ſuo ſancto B *ſanguine mundum redemit, ipſe vobis benedicat, & ſua ſancta illuſtratione vos interius, exteriuſque illuminet, ut ejus mandata jugiter ſervetis, ut humani generis inſidiator tentandi aditum in vobis ne unquam inveniat; ſed militia Chriſtianitatis induti inter choros virginum cum palma virginitatis laudetis, & benedicatis Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum. His dictis ſub trina merſione eos baptizavit; & Arcadio & Saphiræ commonendo præcepit; Mandatis & præceptis Dominicis filii cariſſimi obſecundare ſtudete. Deus omnipotens ſua miſericordia vos exaudivit, & filios, ſicut poſtulaſtis, conceſſit, domum itaque veſtram revertimini, & puerum per quadriennium educate, mihique eum poſtmodum præſentate, quatenus Dei præſidio adjuvante, cœleſti doctrina, & veritatis ſcientia eum imbuere valeam. Rediens igitur Arcadius cum Saphira ad propria, puerum, prout eis à Patre venerabili juſſum fuerat, cum omni diligentia nutrierunt. Expleto denique quatuor annorum ſpatio, præfatum in-* C *fantulum curæ, & cuſtodiæ ſancti Viri cum donis tradiderunt, quem ille ſuſcipiens in filium, cum dilectione nimia, virtutibus inſtituebat. Novem tandem annis revolutis in ſapientia, & doctrina idem puer creſcens ei ſuus præceptor & prævius Baſilius dixit: Peline, jam Rege omnium concedente, ſtudiis liberalibus apprime inſtructus eſſe dignoſceris, propera igitur in domum tuam; quoniam tuus genitor abhinc uſque ad diem ſextum, rebus exutus humanis, mundo eſt diſceſſurus. His dictis Pelinus reſponſa dedit: Te patrem, & dominum mihi conſtituit alma poteſtas: illos enim, uti extraneos habeo: ſi placet itaque eum ad ſepeliendum ambo tendamus, & ſicut mihi conſulis, de facultatibus ejus agamus. Et ſanctus ad hæc, Ovanter eamus. Mox iter aggredientes ſub celeritate maxima venerunt Dyrrachium; Arcadium quoque, ut ſanctus prophetico dixerat ore, in ſui corporis infirmitate laborantem invenerunt, ſed minimè credebat, ſe ex hujuſmodi languore moriturum; videns verò Arcadius Beatum Baſilium cum filio adve-* D *niſſe, gaviſus eſt valde; præcepit illico ſuis clientibus grande convivium præparari, ut pauperes, ac peregrini ejus refectione poſſent ſatiari in adventu ſancti, & ſui filii. Quod ut audivit S. Baſilius, gaudens in Domino pro almificis ſermonibus Arcadii, ait ei; Verba tua dulcedine vitæ cœleſtis irrigata mihi complacent, dum egenorum inopiæ alimenta paraſti, Dominus noſter in paupere recipiendus eſt, attende cariſſime fili, his meis monitis obaudi, nos pro tua dilectione, & pro tua ſalute animæ huc venimus, videmuſque te infirmitate prævalida irretitum, tuæ diſpone domui, ne, quod abſit, gravi jactura, ſubito mors te imparatum inveniat, quia Dominus ait: Vigilate, quia neſcitis diem, neque horam. Tunc ait Arcadius, nimium bene conſuluiſti; quicquid enim dicis, faciam venerande Sacerdos. Protinus de facultatibus ſuis quatuor partes faciens, unam conjugi ſuæ præbuit, alteram Pelino ſuo filio, tertiam Catharinæ ſuæ natę, quartam eidem Patri ſanctiſſimo*

A *Baſilio tribuit pro ſuorum redemptione peccaminum. Sequenti verò die Arcadius mundo diſcedens in Chriſti pace quievit. Sanctus itaque diligentiſſimè, & ſtudioſe corpus Arcadii ſepelivit, & ſuam, ac pueri partem pauperibus erogavit: his ita peractis B. Baſilius cum puero ad ſuam Eccleſiam redit. Interea in timore, & eruditione mandatorum Domini puer aſſiduè manens, de virtute in virtutem conſcendens, adeo ut Levitarum honore eum vir Domini ſublimaret, & ſuper Eccleſias cunctas, ac Sacerdotes eundem ordinaret: propterea nobiles & egregii viri filios ſuos ad docendum Pelino præferebant, ut morum honeſtate, & eloquentiæ habilitate ab illo imbuerentur. Helladius itaque, qui hoc compoſuit geſtum, vitamque & obitum Sancti Baſilii, & alia plurima militum Chriſti glorioſa certamina, qui tunc temporis inter Philoſophos, rhetorico repletus ſpiritu præcipuus habebatur, ſuum filium, nomine Cyprium Pelino commendavit, qui puerulus triennis, & quinque menſium erat. In eodem quidem Epiſcopo duo viri à* B *Syris edocti, & caſu quodam accidente à furibus comprehenſi, & captivi illuc deducti, ſcripturarum, & ſanctitate præclari, B. Pelini elegantiam, & meritorum excellentiam conſpicientes, ei in fraterna charitate mutuo ſe ſociaverunt, quorum unus dicebatur Sebaſtius, alter vero Gorgonius. Interea Dei cultore Conſtantino Imperatore vita decedente, Julianus factus Cæſar, Regni regimen arripiens, cujus juſſione præceptum fuerat, ut ubiq; Idola exaltarentur, & ea Chriſtiani adorare compellerentur, qui vero eis cervices plectere nollent, variis, & diverſis ſuppliciis interirent. Hæc B. Pelinus audiens, Sebaſtio, & Gorgonio inquit, quanta crudelitate in vanitate ferus, & cruentus Cęſar Chriſticolas in Italia perſequatur, veſtra jamdudum dilectio novit, ita ut nomen Domini glorioſum penitus relinquatur, & Chriſtum aliquis palam confiteri minimè audeat. Sebaſtius & Gorgonius dixerunt; Perſecutionem illam, qua Italia affligitur nobis ad præſens ſuperventuram cito præſtolamur, quoniam Romanorum perſecutio ſęvit violenta cæde.* C *Pelinus, inquit, Quoniam quidem ita eſt, ut retuliſtis, concurramus igitur, & ſeu hoſtis verſutias pręveniendo pellamus, ut ejus incenſores viridi pectore expugnemus. Sebaſtius, & Gorgonius hæc veris aſſentionibus affirmantes, Beatum Patrem Baſilium una cum Pelino adiverunt, & eis ſeriatim iſta intimaverunt. Illuſtris itaque Dei cultor Baſilius hæc audiens, confortans eos in Domino benedixit dicens. Dominus qui cum famulo ſuo Jacob proſpere iter egit, ipſe greſſus veſtros dirigat, ut Romanorum devicta crudelitatis inſania, Dominum ubique regnantem glorificetis, quo donante, ſibi rudes, & oberrantes greges ſocietis, conceſſiſque itineris neceſſariis eos dimiſit Helladius verò hujus transfretationis audiens inceptum, feſtinus occurrit, & ſuum præfatum filium, nomine Cyprium, Pelino juſto viro commendans ait: Quæſo abhinc Pater huic eſto, quia nunquam à tua doctrina illum aliquo modo extrahendo ſequeſtrabo, & Domini pietas hoc mihi concedat, ut ante meum obitum facies veſtras cum gaudio videre valeam: tunc* D *omnes diutiſſimè flentes, ſeque invicem oſculantes, navem ingreſſi ſunt. Nautæ protinus navem in altum remis & velis duxerunt, & ſancti ita dixerunt. Nos cum ſimus Sypontini, vos qualem cupitis ingredi portum? Pelinus reſpondit, in Domini voluntate ſit, ut quem primum portum ipſe donaverit, cuncti pariter capiamus; illis denique navigantibus pervenerunt ad portum Brunduſii; at Pelinus, & ejus ſodales de navi deſcendentes ad urbem conciti properabant; civitas enim hæc miræ fortitudinis eſſe dignoſcebatur, & magna frequentia civium incolebatur, divitiis plena, terrenis commodis feliciter rutilabat, in qua Deo carus Epiſcopus nomine Aproculus virtutibus pollens degebat, qui cum aliquantis ſuorum Clericorum forte in porta reſidebat: Hic eos honeſtè pergentes aſpiciens ſic affatus eſt; Unde, rogo, ſitis juvenes? quo, deprecor, itis? Dyrrachium nobis, pater optime contulit ortus, noſque volente Deo, veſter cepit modo portus. Epiſcopus ad hæc, ſi quam*

A noſtis artem? edicite. Pelinus inquit, grammaticam ſcimus, & linguam ſcimus Hebræam, Chaldæam, Syram, Græcam, veſtramque Latinam; & auri & argenti maſſam, ac de omnibus aliis metallis præclaro opere operamur; ſtructuram muri benè novimus ædificare. Tandem vir egregius Aproculus Episcopus iſtos honorificè in domum ſuſcepit, & Pelinum Archidiaconatus honore ſublimavit, Sebaſtium quidem & Gorgonium Bibliothecarios Eccleſiæ conſtituit. Cyprius vero in doctrina Magiſtri remanſit. His igitur temporibus cum hæc gererentur, Apulia errore ſeducta Diis offerebat libamina: tantummodo Brunduſinorum urbs firmiter in Chriſti fide perſeverans manebat propter abundantiam, vel fortitudinem populorum, qui in ea, ſicut ſuperius enucleavimus, pleniſſime commorabantur, ubicunque enim Apuliæ partibus Chriſticolæ inveniebantur, ſe ad tempus occultantes ob perſecutionis inſtantiam confugiebant; nam perſecutio nimium in Chriſti milites augebatur, quoniam iniquus Sempronius Præfecturam Apuliæ ſumpſerat, Agoniſtis & electis Domini varia, B & inaudita tormenta ingerens. Cumque atrociſſimus Sempronius hujuſmodi Præfecturam ſumpſiſſet, præcipiendo mandavit, ut nullus eſſet fons, aut flumen, aut aquarum collectio, in quibus ſimulacbra non erigerentur, ut quaſi Idolorum cultum aquæ ſpecialiter vendicantes, eas haurire Chriſtiani prohiberentur; necnon in plateis illud idem fiebat, ut cuncti prætereuntes Idola reverenter adorarent, & quicunque non feciſſent, ſub voce Præconis capite plecterentur. Hanc nefandam juſſionem vir Domini, & miles Chriſti Pelinus Archidiaconus, qui, ut ſupra memoravimus, Brunduſii morabatur, audiens, B. Aproculo ejuſdem civitatis Epiſcopo inquit: Præſidis edictum nondum pater optime noſti? qui ſeducendo Chriſtianos hortatur, ut Idola venerentur, quæ nec ſibi, nec ſuis ſculptoribus poſſunt auxiliari, & Dominum vivum ac verum Redemptorem omnium derelinquant. Epiſcopus inquit, ſi noſtra domicilia non dimittimus, & ſolitudinis deſerta non quærimus, perſecutionum procellas evadere nequimus. Pelinus ad hæc; C Miror te prudentem virum & ſapientiæ dulcedine decoratum, metuendo tam reprehenſibiliter loqui: legitur enim in Evangelio; Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſupra candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt: quibus reſpondis; Quid Peline conſulis, ut faciamus? quid agemus? vel quomodo tyrannica ſupplicia evademus? Subridens Pelinus ad hæc reſponſum protulit: Quamvis in flore juventutis me florere aſpiciam, tamen non inſana tyrannorum ſupplicia timeo, ut tu, qui jam fatigaris ætate ſenili, cui mors ſine martyrio propinquat: cur tantus metus te invaſit, ut pro nomine Domini pati formides? Præſul ad hæc ira commotus dixit: Gens tua, & civitas, unde originem duxiſti, propter hujuſmodi ſuperbiam morti ad interitum ſe deſipiendo dederunt, & ſervile jugum domita cervice tulerunt. Pelinus Epiſcopum ſibi derogantem aſpiciens, ſe ad pedes ejus projiciens, veniam poſtulando dicebat. Parce Pater; quoniam D meam locutionem divina inſpiratione prolatam, Chriſtus per ſuum Angelum locutus eſt, cujus diſpoſitione immarceſcibiles coronæ mihi, tibique præparantur. Igitur dum Aproculus Epiſcopus ſatisfactionem à diſcipulo recepiſſet, amplexatus eſt eum, & oſculans dixit, Fili cariſſime, nullus nos inimici inſania à rectæ fidei credulitate Domini Jeſu Chriſti ſeparet; pariter in hanc civitatem pergamus, ubi iniquus Sempronius Chriſtianos perſequens ad culturam invitat, ut cum palma martyrii regna ſcandamus æterna; & quoniam in ſenectute decrepita, Eccleſiam, uti decet, gubernare nequeo, comprecor, vel potius paterna juſſione præcipio, mihi collatum tu ſuſcipe Pontificatum. Pelinus ad hæc lacrymando inquit; Hoc tantum pondus nequeo, pater optime, ferre; eſt enim mihi nimis grave; ideo timeo ne gravedine preſſus ſuccumbam; quia quadragenarius nondum ſum, ut mei corporis fervor quieſcat, ſicut ſcriptum eſt, in quinquaginta annorum ut ſierent cuſtodes va-

A ſorum. Pontifex ait; Fili, quid loquaris ignoras? non legiſti Prophetam; quoniam ſenectus honorabilis non diuturna, nec numero computatur annorum; cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata; & idcirco non omnium ſenum, quorum capita canitie teguntur, quoſque vitæ longævitas ſola commendat, nobis ſunt imitanda veſtigia, & traditiones, ac monita ſuſcipienda, ſed eorum, quos laudabiliter, ac probatiſſime vitam ſuam comperimus in juventute ſignaſſe, nec præſumptionibus propriis, ſed majorum traditionibus, & inſtitutis. Propterea meis ſalubribus acquieſce præceptis, quod ſi non feceris, mecum ſocialem vitam habere non poteris. Pelinus reſpondit; Licet contra morem Eccleſiæ hoc agi videatur, tamen quod præcipis, illud agatur. B. itaque Aproculus Epiſcopus cunctum Clerum, & omnes illuſtres præfatæ civitatis indigenas congregari præcepit: ex communi conſilio, & pari voto cuncti Eccleſiam Beatæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ ingredientes Pelinum honorificè ad honorem Epiſco- B patus elegerunt, laudibus, & hymnis Dominum glorificantes pro paſtore eis cœlitùs delegato. His deniq; geſtis Aproculus, & Pelinus cum Clericorum multitudine, & apparatu maximo Romam pervenerunt ad Liberium venerabilem ejuſdem ſedis Pontificem, & ſicut optaverant, Pelinum Epiſcopum conſecraverunt. Indè verò redeuntes in Ardeatinæ civitatis partibus juxta urbem, quæ Anſa dicitur, B. Aproculus morbo correptus reliquit præſentem vitam, tenuitque ſequentem. Beatus autem Pelinus ob tanti Magiſtri tranſitum cum Clero ſuo triſtis, & mœrens, & quaſi propria patre orbatus inſpiciens pretioſi Confeſſoris Domini glebam in loco, qui Terebinthus nuncupatur, haud longè à porta ſupramemoratæ civitatis, eam, ſicut decuit, honorificè ſepelivit. Tum quidam hydropicus, qui ante portam ejuſdem civitatis (Anſæ videlicet) petens eleemoſynam, diu jacuerat, de viro ſanctiſſimo Aproculo Epiſcopo, qui ibi prope tumulatus eſſet, audiens, ſe illuc illico conferre fecit: cum autem ad locum, ad quem devo- C te ire propoſuerat, veniſſet, aquis, quibus ſanctum corpus ablutum fuerat, ſuum corpus totum unxit. Protinus ſanitati reſtitutus, Dominum in Sanctis ſuis mirabilem, & ſanctum Aproculum laudando magnificavit. Populi autem Anſanorum mirabilia, & virtutes, quæ fiebant per ſanctum, aſpicientes, undique concurrebant, & quicunque infirmos habebant, eos illuc deferebant, qui mox cum ferebantur, ſalvi ad propria regrediebantur. Factum eſt enim magnum gaudium in illa civitate: quoniam devotiſſimi ejuſdem urbis accolæ Baſilicam ad honorem ſancti Confeſſoris Domini Aproculi, unà cum Beato Pelino Epiſcopo per quinque menſium ſpatium ædificaverunt, & multi Gentilium, qui aderant, Domino Jeſu Chriſto crediderunt, & ferè ſexcenti homines uno die in ipſa Eccleſia ſunt baptizati, Catholicæque ſuæ fidei mancipati. Interea B. Pelinus ob rudem plebem erudiendam octo menſibus ibidem eſt commoratus, quibus præteritis ad partes Apuliæ venit. Quod ut Sempronius audivit, ſuis eum conſpectibus juſſit præſentari; D cum autem ante tribunal Præſidis ductus fuiſſet, illum Præſes furibundus intuens dixit: Sectam noſtrorum Idolorum peregrine Peline projicis & ſpernis; qui temporalia cernis, ob res tam diras, populos cum dogmate gyras, cur non formidas præcari Cæſaris iras; per Gradivum Deum belli juro, ſi non tam citò Diis immortalibus ſacrificaveris, tempus erit, quia bellageris, ſtatim morieris. Pelinus Epiſcopus nihil ſibi reſpondit; dicit Præſes iterum; Cur mihi non faris qui tecum conſiliaris? ignoras ex præcepto piiſſimi Cæſaris mihi poteſtatem eſſe datam, ut omnibus Deis Chriſtianos ſacrificare compellam, quod ſi quislibet contempſerit, eum igne cremari faciam. Pontifex verò Domini oculos in cælum elevans, mente conſtanti oravit ad Dominum, & dixit ad Præſidem, Effigiem quorum me vis orare Deorum? Præſes ad hæc; Magnum dominum Jovem, Herculem, Minervam ſimul & Aſclepium: vanoſque per devia ducunt, per quos urſari, nec non oſtia pictura, continuus di-

guis pœnis, nos hauriet ignis. Si non ceſſatis, vos A
ipſos præcipitatis; his auditis Præſes nimio furore
repletus juſſit ut cum forcipibus ferreis dentes et ab-
ſtracti frangerentur, & miniſtri ſecundum juſſa Præ-
ſidis illico fecerunt. Erant autem ibi cum Beato Pe-
lino tres Diacones, Sebaſtius, Gorgonius, & Cyprius,
qui cum eo, ut præfati ſumus, à Dyrrachio venerant.
Hi conſtanti corde dixerunt ad Præſidem; Tam cru-
dele malum cur non inferre paveſcis Tanto Pontifici?
Quid agas, nam peſſime neſcis. Malignitatis Præſes
Sempronius hæc audiens ait. Inſcii, miſeri, ſuperbi,
dicite, fortaſſe hujus doctrinæ eſtis? Sebaſtius reſpon-
dens, inquit, Iſtius magiſterio edocti ſumus, & ejus
diſcipuli, qui ſub uno Rege militamus, & ſive mori,
ſive vivere cum ipſo deſideramus, Præſes ad hæc;
Quæ ſunt nomina veſtra? & ex qua provincia huc
veniſtis? Sebaſtius reſpondit; Equidem Sebaſtius
vocor, hic alius Gorgonius dicitur, is vero tertius Cy-
prius nuncupatur, ex provincia Epiri ſumus, & ab
urbe Dyrrachii cum Magiſtro noſtro Brunduſinæ urbis
Epiſcopo venimus. His auditis Præſes Pelinum vo- B
cari in Prætorium fecit, ſperans, ſi Magiſtrum fle-
ctere poſſet, cæteros facilius ſuperari, dum autem
ſuis eſſet præſentatus aſpectibus, Præſes ei dixit;
Audi me Peline, acquieſcens conſtituti nobis, tuoſque
diſcipulos convoca, & Diis, quibus Imperator ſa-
crificare præcipit, ſacrificate, ac ejus amici eſtote,
ac pro lege bona vobis dabo plurima dona, & primi
in Palatio Imperatoris eritis. Ad hæc Epiſcopus unà
cum ſuis. Nos tui Imperatoris dona nihil pendimus,
& ejus amicitiam confutamus, nec terrore vincimur,
nec caducis muneribus allicimur, facturam manuum
hominum penitus adorare renuimus, quæ ærea, la-
pidea, ſeu lignea ſenſu omnino carere dinoſcuntur,
Regem, quem veneramur, habemus in Cælis Domi-
num Jeſum Chriſtum, cujus ſervos nos profitemur;
Dicit eis Sempronius; Illius igitur Nazareni diſci-
puli eſtis, qui à Judæis molientibus crucifixus, & à
ſuo diſcipulo traditus eſſe aſſeritur? Pontifex Domi-
ni ait; Illi ſervimus, cujus magnalia ſcimus, Sem-
pronius inquit. Ergo pari exemplo cruci affixi, velut C
ille, peribitis. Et Epiſcopus; Hoc nos optamus, vo-
lumus, nimis iſtud amamus. Et Præſes; Jam loqua-
citatis tuæ curſum, & verborum ambages conticen-
do comprime, tantum accedens, Diis ſacrifica, ne
non malè moriaris. Pelinus ait; Quibus Diis nos
ſacrificare deſideras, ut veniamus, & Diis libami-
na offeramus? Illicò Præſes ovans ad templum Jo-
vis cucurrit, & omnia muſicorum genera præparari
mandavit, & templorum Pontificibus, templum au-
ro, gemmis, & pretioſis ornamentis decorari præ-
cepit, Pelini vero Pontificis, & ſuorum diſcipulo-
rum adventum eis prædicens, qui Jovi ſacrificaturi
venirent. Ut verò, quæ imperaverat facta fuere,
ad Chriſti ſervum revertens, ait, Peline Domine,
ecce officium templi, te & tuos expectat, ſicut annui-
ſtis, & ad Jovem ſummum Dominum thurificandum
eamus. Mox diſcipulis convocatis ad coronam agonis
animatis, pſallendo pergere cœperunt. Domine Deus,
in te ſperavimus, libera nos à perſequentibus, &
eripe nos Domine, illis denique templum introeunti- D
bus, ſe pariter in terram projecerunt adoraveruntque
que Dominum, & dixerunt. Domine Deus Pater in-
viſibilis, cui cuncta viſibilia, & inviſibilia ſubeunt,
ſine cujus nutu, & diſpoſitione omne quod geritur,
fieri nullatenus poſſet, Tu es Rex Regum, Dominus
dominantium, tibi omnis creatura laudem refert, te
rogando ſuppliciter obſecramus, ut ſimulachrum iſtud
ſicut cera liqueſcat, ut magnificent omnes nomen ſan-
ctum tuum, & credant in te Dominum Jeſum Chri-
ſtum, ii cuncti qui ad hujuſcemodi ſpectaculum vene-
runt, & ſignorum evidentium creduli ſalutis tuæ ple-
nitudine imbuantur. Talia athletis Chriſti orauti-
bus, & dicentibus ſe elevaverunt, & Idolo dixerunt;
In Jeſu Chriſti nomine Dæmon tibi imperamus, qui
hoc templum inhabitando multos decipis, & deludis,
& ad tormenta deducis, confringe ſimulachrum iſtud,
& evertendo in pulverem redige, ut cognoſcat impius
Præſes Sempronius, quanta ſit virtus Domini noſtri

Jeſu Chriſti, & non glorificet Deos alienos, qui nec
ſibi, nec ſuis cultoribus poterunt ſubvenire; hæc Dæ-
mon audiens dixit ad Sanctos: Ego poſtquam ſimula-
chrum minutatim confregero, obſecro te ſerve Dei
Peline, ut roget Angelum, qui tecum eſt, ne me diſ-
perdat, & ante tempus noſtri incendii æterno ſuppli-
cio tradat. Epiſcopus verò iterum ait; Dæmon, per
virtutem Patris & Filii, Spirituſque Sancti tibi præ-
cipio, ne moras ulterius trahas, ſed quod juſſi, citò
perficias, tunc terræmotus ingens templum concuſſit,
& evertit; ſimulachrum confregit, terrorem omni-
bus intulit, & phanum, & ſimulachrum quaſi cul-
trum igne conſumptum ad nihilum redegit, & in eo-
dem loco locus ſulphureus apparuit, & aqua fœda,
& ſpurciſſima pariter confluxit, itaut tota civitas ob
fœtorem nimium vitam finire putaret, & lacus ille
uſq; ad præſentem diem cernentibus ibidem eſſe oſten-
ditur. Præſes verò poſtquam iſta vidit, pavore il-
lato, fugam iniit uſque ad Palatium Chamericum,
& ſua veſtimenta ſcindens ait: Proh dolor! regale
Regnum Romanorum ab externo, & ſubdolo Epiſco-
po deluſum, quis non doleat? Per virtutem Cæſaris,
jam ſine ſuppliciis vivere non poteris; denique juſſit
Epiſcopum, & ejus diſcipulos in agone ſocios idem
Præfectus ſuis conſpectibus in Palatia præſentari,
quibus & dixit. Vos eſtis rebelles Deorum, & Cæſa-
ris contemptores præceptorum; Tu præcipuè Peline
magicis artibus irretite, qui templum, ipſumq; Jo-
vem, & cæteros Deos in pulverem vertiſti, & in
contagianis colluvionem ſubmerſiſti; Per ſalutem, &
coronam Imperatoris, per merita & virtutem Deo-
rum, quos ignominioſè præcipitaſti, niſi citò ſacrifi-
caveris, equuleo ſuſpenderis, & cum cardeis ferreis
carnes tuas tam diù faciam laniari, donec nervi ſecti
abſtrahantur, & oſſa tua conſpiciantur. B. Pelinus
ad hæc reſponſum protulit. Deos, quos ego cum meis
diſcipulis ſubmergere valeo, nunquam adorabo, &
Princeps illius Dei eſſe videor, ſi eo immenſior, &
potentior ſum in prælio; ſed tamen mihi tuum oſten-
de Jovem, quem coli deſideras, & præcipitium per-
mitte, ut ſibi ſacrificem. Sempronius Præſes inquit.
Audite milites, & commilitones, quæ magus iſte lo-
quatur, Dominum, quem abſtulit nobis, non red-
dit, ſed imperat, ut eum ad thurificandum proferа-
mus: & hæc dicens juſſit militibus rotam ferream
præparari, quæ circumcirca dentes haberet acutos
centum quadraginta, ut in ea tandiù volveretur quo-
ad medullitus oſſa ejus frangerentur. Quo facto, dum
B. Pelinus in rota volvendus eſſet, Præſuli dixit,
Exactor iniquitatis & inimice veritatis, ego quidem
rotæ applicatus volvar, ſed per virtutem Domini no-
ſtri Jeſu Chriſti nihil pœnæ in meis membris patiar;
tu vero manum tuam rotæ extrinſecus modicum im-
pone, Dominum tuum invocando, ut cruciatus ad-
hibitos minimè ſentias, quod cum feceris, ſectæ ve-
ſtræ, credas, obaudium; Si vero nullatenus hoc fie-
ri poterit, cum incolumis uterque noſtrum in Dei
mei nomine apparuerit, in Dominum verum & vivum
protinus credere feſtina. Quod dum Præſidi, & om-
nibus qui cum ipſo erant, complacuiſſet, Pelinus infra
rotam clavis confixam, pedibus, manibuſque ligatis
ſtringitur, & arctatur, ut convolvatur, & cru-
cietur; Præſes quoque manum præfatæ rotæ defecit
impoſuit: at miniſtri impetum rotæ inferentes illam
præ nimio jactu comminuentes, ex dentibus eis fer-
reis, quoniam ferrei erant, unus exivit, ſiniſtrum-
que Præſidis oculum evulſit. Præſes illico terrore,
& dolore compunctus, officio ſuo inquit. Jamjam ſol-
vatur vir ſanctus, qui cruciatur; quoniam meus ocu-
lus crepuiſſe videtur; Tortores vero ſanctum ſolve-
runt, nullamque maculam in ejus corpore invenerunt,
ſed illæſum eum conſpicientes mirabantur ita dicen-
tes, Magnus eſt Deus, cujus Pelinus ſe ſervum pro-
fitetur, & quem ovando prædicat. Tunc Præſes Sem-
pronius clamare cœpit; Peline ſerve Dei miſerere
mei, & tuum verum Deum deprecare, ut mihi forſi-
tan ignoſcat; quoniam quod feci, ignorans egi. His
auditis B. Pelinus gaudens dixit ei; Credit ne qua-
lis & quanta ſit virtus mei Domini Jeſu Chriſti. Præ-

ſes

ſes ait, Credo equidem, quod ipſe eſt verus Deus, qui habet poteſtatem in cælo & in terra occidendi, & vivificandi, profiteor eum, ſed magis tunc profitebor, cùm meus oculus per eum mihi reſtituetur. Epiſcopus ad hæc, omnia Dæmonum ſimulacra everti, reſque, & lavacrum ſalutis ſuſcipe, & gloriam Dei recipere promereberis. Et Sempronius: Quidquid hortaris faciam, ſi tantùm ſaluti priſtinæ meum reſtituas oculum; Epiſcopus inquit, tunc cum baptizaberis corpore, & corde, illuminaberis. Præſes reſpondit, obſecro quod loqueris citiſſimè fac. Sanctus vero aquas afferri præcipiens, eas benedixit, illumque ſub trina merſione in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizavit, oculumque ejus ſanando illuminavit: & quoniam ad hoc ſpectaculum quatuor millia hominum, parvulis & mulieribus exceptis convenerant, videntes ſigna, & prodigia, Chriſto Domino unà cum Præſide crediderunt, Regemque regentem omnia ore pariter, & corde laudaverunt. Eo quoque, & ſequenti die ex vicis & vicinis urbibus viri mixti cum mulieribus concurrentes quatuordecim millia, & ſexcenti promiſcui ſexus lavacrum ſalutis ſuſceperunt, catholicæque fidei ſe devotiſſime mancipaverunt. Propterea urbs Hecas, & Calabriæ tellus, totaque finitima provincia gaudens lætatur pro miſericordia Domini noſtri Redemptoris eis cælitus per Beatum Pelinum indulta. His ita ſic geſtis, dum iniquus vir nomine Cyſolithus Idrunti moraat, hæc & hujuſcemodi audiſſet, quod Pelinus Brunduſinorum Epiſcopus fana deſtrueret, & Eccleſias ædificaret, cunctamque Apuleam, Calabriamque ſanctæ Religioni ſubjugaret, & ab Idolorum cultura omnes ſepararet, ſcindens veſtimenta ſua induluit, & ait. Ehu, ehu regale Regnum, quomodo in manus alienigenæ, & exteri viri cecidiſti! qui huc hoſpes à Dyrrachio venit; Ego quidem ſi contra Cæſarem agam, iſtiuſmodi execranda ſcelera ſuæ magnificentiæ non intimo; ita commotus ſurrexit ilicò cum equitibus, & curribus & ornamentis pretioſis, Romamque petiit, qui poſtquam in palatium Cæſaris introiſſet, dona Imperatori quamplurima offerens ejus pedibus provolutus, inquit. Piiſſime, & ſemper Auguſte in æternum vive, curam & ſollicitudinem ego ſervus tuus humillimus in Deorum noſtrorum ſubſidio aſſiduè gerens, veſtræ celſitudini certifica re venio rixas, ſeditiones, & jurgia, quę Pelinus tuę majeſtati contrarius cum tribus ſuis diſcipulis, Apuleis & Calabris infert, quos jam ſeduxit, pariterque ad devia duxit, Eccleſias fecit, ſubvertens templa Deorum; ſed & Semproniũ Pręſidem ad fidem Dei ſui adſcivit. Quo audito, Julianus Imperator furore repletus, quaſi leo rugit, & ſanguineis lacrymis lacrymari videtur. Igitur Duce quodam Aureliano nomine accito, Julianus ait: Dux Aureliane perge, feſtina, & Magum, qui Pelinus dicitur, quem Brunduſii latebram fovere cognovimus, meis aſpectibus præſentate; quod poſtquam feceris, muneribus à nobis datis ditaberis, & tertius in palatio conſalutaberis. Aurelianus verò reſpondit, non tantùm Pelinum cum diſcipulis, ſed & Sempronium tibi promitto præſentare. Julianus eis promiſſis lætus efficitur, & Dux Aurelianus ſumptis quingentis militibus Brunduſium venit, & ubi ejuſdem civitatis eſſet Epiſcopus, inquiſivit, quem inventum ſuis tribunalibus ſiſti mandavit. Ut primùm ad Epiſcopi notitiam pervenit, quod Aurelianus eum vocari juſſiſſet, ſuos per doctrinam filios convocans ait. Ducem Aurelianum, filii cariſſimi, adeamus, qui Roma supervenit: euntes autem pſallere cœperunt. In viis teſtimoniorum tuorum Domine delectati ſumus, ſicut in omnibus divitiis. Dum autem Aureliano nunciatum fuiſſet, quod Pelinus in ſuis præſoribus adſtaret, eum ad ſe introduci juſſit, illumque conſpiciens, territus expavit, dicens ei; Tu ne es Pelinus? & ſanctus: Ego ipſe ſum: cui Aurelianus; Cur contra Cæſarem & Deos agis, & poſſim agere conaris? Epiſcopus ad hæc: quid controverſiæ cum Imperatore habui? Dux inquit, te ob id rectè cauſamur, quoniam Deum noſtrum Jovem in lacum demerſiſti, & Sempronio Præſidi, à cultura Deorum

A recedere ſuaſiſti. B. Pelinus reſpondit; Hi, Dii non fuerunt, ſed Dæmonia humani generis inimica; Deus enim qui ſibi nequit auxiliari, quomodo poterit aliis ſubvenire? Idcirco Sempronius videns ſimulacrorum fallaciam, errore relicto, Domini mei JESU CHRISTI virtutem cognovit, & veræ Deitatis cultor effectus, baptiſmum remiſſionem peccatorum adeptus eſt. Auditis ſermonibus iſtis, Aurelianus inquit; Si quod verbis, Peline, aſſeris, factis oſtendas, & ſi pędor meus languidus per Dei tui virtutem curari valuerit, credam & ego. Epiſcopus inquit. Omnia Deo noſtro poſſibilia ſunt, cui ſi credideris, ſanus mox efficieris. Cum hæc ita agerentur, ecce Sempronius venit ex adverſo cum multitudine Chriſtianorum ad expugnandum Aurelianum Ducem militiæ Romanorum. Aurelianus, Sempronio viſo lætus dicebat. Equidem gaudeo, quia quem quærebam expugnare, ad expugnandum me venit. B. interea Pelinus ſurgens in medio ita eos commonuit; Fratres cohæredes, & participes Regni Dei, quoniam Chriſti diſcipuli ſumus, & ad ejus exemplum informamur, arma militaria hujuſmodi nullatenus hic capere debemus, Dominus enim, dum traderetur, Petro, unum ex adverſariis percutienti comminatus eſt dicens: Mitte gladium in vaginam; quoniam qui acceperint gladium, gladio peribunt: item alibi, Mihi vindicta, & ego retribuam, & Apoſtolus: Benedicite perſequentibus vos: quibus auditis Sempronius ait, fiat igitur voluntas Domini, & tua juſſio Pater. Intereà B. Pelinus ad miſſam Domino celebrandam feſtinè properavit, & omnes fideles cum eo, necnon Aurelianus veſtigia eorum ſecutus unà pervenit, ita Deum occultè deprecans: Jeſu Nazarene, quem Redemptorem omnium Chriſticolæ aſſeverant, ſi languorem mei corporis orationibus Pelini ſanaveris; ſi vera fuerint quæ protulit, credens confitebor, quia non eſt alius Deus, præter te. Hac oratione completa ſanus ſurrexit, ac ſi nullam unquam maculam habuiſſet. Hoc ubi conſpexit Aurelianus, pedibus B. Pelini provolutus, ab eo baptizari poſtulando deſiderat; at Epiſcopus, & pariter omnes fideles Deum laudaverunt, & benedixerunt, qui ſine fine per omnia ſæcula regnat. Igitur illa die baptizatus eſt Aurelianus, & centum ſexaginta viri, qui cum eo Roma venerant, lavacrum ſalutis accipientes, confirmati, & corroborati ſunt in fide, & virtute Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Reliquus verò exercitus veræ aſſertioni credere nolens Romam rediit cum Maximo Tribuno, qui, quæ acciderant, Cæſari ſeriatim notificavit. Quibus auditis Imperator, ſtimulis furiarum pungitur, furore repletus, & quid deliberare debeat pene obliviſcitur; denique convocans eundem Maximum Tribunum ait: Feſtina, propera, mille ſexcentes milites armari jubeo, & Aurelianum, & Sempronium cum Pelino deceptore venientes diverſis cruciatibus cum commilitio toto interficite; Pelinus enim ob fidei confeſſionem, & ſumendam victoriam, Romam ovando cum ſuis omnibus properabat. Dum autem milites cum Tribuno ob ſectorum, & jure credentium necem egreſſi fuiſſent; antequam ad Catacumbas, qui locus eis conſtitutus fuerat, veniſſent, eos B. Pelinus à longè proſpiciens, & quid eſſet divinitùs agnoſcens, ſui itineris ſociis ita ventura prædixit. Jam propemodum ad coronam nobis à Deo præparatam, nos ipſos viriliter animemus; quoniam propter hoc, exercitus ille viſus eſt, ut nos diſperdat. Tunc Aurelianus, & Sempronius, cum omnibus ſuis de equis deſcenderunt, & benedictionibus Præſulis confirmati, ac allocutionibus corroborati ſe ei commendaverunt. Interea dum loquerentur, ecce Maximus Tribunus appropiavit, ſtatimque Beatum Pelinum ſimul cum Sebaſtio, Gorgonio & Cyprio, manibus poſt terga ligatis ante ſe ire mandavit, vivoſque Juliano præſentari; Aurelianum vero & Sempronium idem Tribunus truculentus carnifex cum ferrea ſerra per medium ventris ſecuit, & capita cum media parte corporis juſſit ſuſpendi, & pedes cum reliquo corpore canibus in platea dimitti. Juſſit poſtmodum, ut cæteri eorum milites capite plecterentur. Poſt quorum mortem pre-

ſic-

A tinſam exultans Tribunus ajebat. Deorum rebelles, & Cæſaris contemptores ita infeliciter mori condecet. Hæc denique geſta ſunt in via Ardeatina, in loco, qui Catacumba nuncupatur, corpora verò Sanctorum Sempronii, & Aureliani, ac cæterorum Martyrum in eadem nocte per Domini revelationem à Sacerdotibus Caſtro Romano, Nicoſtrato, & Tyberto, qui propter rabiem perſecutionis exulabant in Crypta, quæ Quadrata dicitur, cum pſalmis, & hymnis honorificè ſepulta fuerunt. Igitur B. Pelinus cum ſociis Cæſari præſentatur, ad quem Cæſar. Tu nos impellis, magicæ arte, Peline rebellis, qui deſtruxiſti noſtrorum templa Deorum, & duos meos Collaterales, Sempronium, & Aurelianum ab eorum culturæ recedere feciſti, & ad mortis interitum eos perduxiſti. Ad quem, Epiſcopus: Magus ego nullatenùs eſſe comprobor; ſed Chriſti ſervus; nam quos me dicis ad mortis interitum perduxiſſe necis laqueo eripui, & liberavi. Quoniam mihi licet de morte homines liberare, non præcipitare. Julianus Imperator ad hæc: Si tibi non B licuit, cur tantos præcipitaſti? Epiſcopus inquit: Si quos mortuos exiſtimamus, per ſæcula vivunt. Cæſar reſpondit. Cum ego pro certo, ſine ambiguitatis ſcrupulo eos in via Ardeatina decollatos noverim, quomodo vivere comprobantur? Pelinus Epiſcopus dixit. Perdite & inſenſate neſcis, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus dixit. Ego ſum vita, qui credit in me, non morietur? & Cæſar; Dic mihi homo inſani capitis, eſt alius Deus præter Aſclepium, & Phitonem? B. Epiſcopus ait. Tu miſer inſanus vivis ſine dogmate vanus, cum dimiſiſti dulciſſima dogmata Chriſti, & Levitarum honorem dereliquiſti, ac ad Imperialis faſtigii culmen fraude Diabolica conſcendiſti. Julianus, hoc audito, nimio furore repletus, ſuis juſſit apparitoribus, ut cute capitis abſtracta crudeliter pœnis traderetur. Erat itaque ad hoc ſpectaculum Præſes Cornicularius Corſiniæ urbis, qui dixit ad Cæſarem: Imperator piiſſime, hunc ſceleſtum mihi tradi jube, ut Corſiniam ducam, & aut Deo Marti ſacrificavit, aut Leonibus ad devorandum tradatur; C cui Cæſar. Quod petiſti, gratanter concedo, tantùm caveas, ne diffugium petat; quoniam ſi evaſerit, commune detrimentum omnibus orietur. Denique Cornicularius Præſes Beato unà cum tribus diſcipulis catenas ferreas in collo ſingulorum ponens, arctèque conſtringens trahebat dicens. Trahamus indomitos ad loca domita. Epiſcopus interim intendens in Cœlum oravit ad Dominum ſic. Creator, mundiq; Redemptor, Rex immortalis, qui pro ſalute humani generis de cœlis ad terram deſcendiſti, & tuo ſancto ſanguine orbem totum redemiſti, meis adeſto precibus, & tui ſervi petitionem adimple; quoniam dignatus es dicere, Petite & accipietis: propterea peto ut accipiam. pulſo ut aperias, obſecro ut exaudias, libera nos Jeſu Chriſte Domine ab inſidiis Præſidis iniqui Cornicularii, & tuere nos dextera majeſtatis tuæ, ne fortè dicant gentes, ubi eſt Deus eorum? Precamur ergo te Domine, ut Angelum tuum ſanctum gubernatorem, defenſorem nobis deputes; quia tu es glorioſus, & exaltatus in ſæcula; cumque diſcipuli reſpondiſſent, A- D men, ſubito apparuit quidam præpotens Rex, quem innumerabilis, candidus, & laureatus exercitus ſequebatur, qui ſic ait Pontifici Domini; Optime Paſtorum, multorum plenus honorum, ne contriſteris, dum ſic per vincla teneris; ego enim ſum Raphael Archangelus, qui ob tuam tutelam, & auxilium tibi à Deo miſſus ſum; ſis animo forti, tua tradens corpora morti; quoniam tam tibi, quam tuis Regni cæleſtis corona præparatur; ſed Julianus Cæſar ſub brevi temporis ſpatio apud Perſas, rebus excedet humanis. His exhortationibus, & divino ſolatio relevati alacriter properabant. Factum eſt autem, dum appropinquaret Corſiniæ Præſes præmiſit ſuos milites, qui ſecundum eorum ritus ſacrificia præpararent, ut antequam civitatem ingrederentur Sancti ſacrificare compellerentur. Pelinus verò Chriſti Pontifex turbam virorum, ac mulierum ſacrificantium cernens ait: Hujuſcemodi Dii pereant & ii, qui in eis confidunt. His dictis ait Præſes idem Pontifici. Nunc A Peline, tuæ ſaluti conſule, & ad ſacrificandum Deo Marti primus noſtrum accede; ad quem Epiſcopus; Ego Idola manu facta non adoro; ſed Deum vivum, qui regnat in cœlis. Præſes illico commotus, & quaſi leo fremens ait ad Sanctos. Per Deorum immortalia merita, per ſalutem Cæſaris, aut ſacrificabitis, aut leonibus trademini; aliter enim urbem non ingrediar. Interim Epiſcopus flexis genibus oravit ad Dominum. Tandem oratione completa ſurrexit, & Dæmoni in ſimulacro latenti ait. Ex parte omnipotentis Dei tibi Dæmon præcipio, qui in hoc templo habitas, & multos decipis, ac deludis, ut ſimulachrum frangas, templum evertas, ut cognoſcat populus Corſiniæ, quia non eſt Deus, ſicut Deus noſter. Et his dictis ſubito quaſi ingens turbinis tonitruus templum ſubvertit, Idolum comminuit, & promiſcui ſexus virorum videlicet, ac mulierum ducentos & octo quaſſavit; inter quos & Præſes Cornicularius horum omnium inventor oppreſſus eſt. Quo facto, templorum Pontifices non ferentes mortem Præſidis, & a- B liorum, & injuriam ſimulachrorum ulciſci cupientes, impetum in Pelinum virum ſanctiſſimum fecerunt, & octoginta, & quinque vulneribus confoſſum interfecerunt; prius tamen virgis ultra modum cæciderunt; itaque B. Pelinus Epiſcopus Nonis Decembris mundo diſcedens, in Chriſti pace quievit in via Umbricenſi. Sequenti die vero Sebaſtius, & Gorgonius abſciſſione capitis martyrium compleverunt; ſed Cyprio propter juvenilem ætatem pepercerunt; de provincia tamen illa eum projecerunt, comminantes, ne ulterius ibidem appareret; quod ſi feciſſet, mortis periculo protinus ſubjacuiſſet. Denique Cyprius inde regrediens Brunduſium venit, & quid de eorum Paſtore eximio Pelino accidiſſet ſanctiſſimo, & qualiter mundo migraviſſet, voce lacrymabili populis enarravit. Interea eodem Cyprio ibidem commorante, plebe Paſtore carente, communi conſilio ad Epiſcopatus culmen eligitur ſexto Idus Junii, & poſtmodum haud longe à porta civitatis juxta Eccleſiam Beatæ Mariæ ad honorem Beati Pelini Epiſcopi Baſilicam ædificavit. Di- C vino igitur judicio, Juliano Cæſare apud Perſas defuncto, Jovinianus veræ fidei propagator, & reſtaurator, Imperator efficitur, qui pari modo, ſicut Julianus Idololatriæ culturam augere nitebatur, ſic iſte ſanctæ Trinitatis fidem longe lateque ubique ferè terrarum amplificare conabatur, & ut faciliùs ad nomen Chriſtianitatis gentes flecterentur, viros Catholicos & eruditiſſimos ſuis exercitibus ſociavit, & per diverſa delegavit, ut credentes baptizarentur, & præceptis ſalutis imbuerentur, nolentes, & reſiſtentes, expugnarentur, & caperentur. Eodem igitur tempore Corſinium permanens in incredulitatis perfidia Romano nolebat parere Imperio; propterea Imperator milites fortiſſimos, & qui magnarum jam bellorum victores extiterant, præfectum eis Nicoſtratum conſtituens illuc direxit, ut urbem illam tandiù obſiderent, ac expugnarent, quoad caperent; mox illis euntibus, & Corſinium per triennium oppugnantibus, nihil adverſùs illam prævaluerunt, ſed civitatulam quandam juxta poſitam, Umbricenſem nomine vi ceperunt, & cremaverunt, ac Corſinium ejuſdem ci- D vitatulæ Præfectum præcipitem dederunt, cæteros verò cives Romam vinctos præmiſerunt, & regredi cœperunt. Eadem verò nocte B. Pelinus Epiſcopus in viſu Nicoſtrato Præfecto apparuit dicens; quare Corſinium expugnare dimiſiſti? cui ille; Quoniam per triennium eam obſidentes, victi potius, quàm victores fuimus: & Sanctus ait iterum. Promitte ut verba mea factis adimpleas, & eu Pardo Patricio intimato, Corſiniamque redito, ac victores eritis. Nicoſtratus inquit. Quis es tu, qui talia fatis? & Pontifex. Ego ſum Pelinus Epiſcopus Brunduſinus, ad quem Nicoſtratus: Quid præcipis, ut faciamus, & bene vivamus? Epiſcopus reſpondit; Regredimini, & ante portam civitatis in via ubi columna adverſa eſt, fodite, & corpus meum invenietis, levate illud, & in ſepulchro ponite, Eccleſiamq; ibidem fundate, quo facto victores eritis. His dictis abſceſſit. Nicoſtratus illico expergefactus nocte jam media

ſur-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſurrexit, & Pardo Patricio quæ viderat intimavit. Quod poſtquam Patricius animadvertit, gaviſus eſt animo valde. Mane itaq; facto, per univerſum exercitum præcones miſerunt, & Præfecti viſionem cunctis nunciaverunt, & hæſitantium animos bonis animaverunt exhortationibus, & regreſſi ſunt. Erat autem ut prædiximus, Corſinia populoſa, & magna civitas, infra cujus murorum ambitum trecentæ, & viginti Idolorum Phanu conſtructa erant. Igitur Nicoſtratus Præfectus, & Pardus Patricius ad locum, quem Sanctus prænotaverat, pervenerunt, & fodientes, corpus in foveam projectum, illæſum, integrum, quaſi eodem die peremptum invenerunt, & quod magis erat mirabile, omnia vulnera ejus ſanguinem manare videbantur, à cujus dormitionis, & paſſionis tempore octo fermè anni, & medius evoluti fuerant. Inventum eſt ergo corpus B. Pelini tertio Idus Maii, & cum cundignis laudibus, ac aromatibus conditum honorificè ſepelierunt, Eccleſiamque in ejus honorem deſuper dedicaverunt, in qua præſtante Domino, plurima ſunt mirabilia uſque in præſentem diem. Nicoſtrato itaque Præfecto, & Pardo Patricio, eandem civitatem obſidione circundantibus, & machinis præliantibus vota voverunt Deo, ſanctoque Pelino Pontifici, & Martyri ejus, ut ſi civitatem eorum manibus tradidiſſet, certiam partem auri, & argenti, ac omnium aliorum ſpoliorum, cunctamque ſimul adjacentem provinciam cum univerſis hæreditatibus Eccleſiæ præfati Martyris devotè offerrent. Intereà Chrunicus Corſiniæ Patricius ad bellum cum ſuis egrediens, Romanos ad dimicandum laceſſivit, qui ſtatim commiſſo prælia, cæleſti diſponente gratia cecidit fractuſque eſt; alia verò die Romani proſperitate jucundati, adverſariis quidem adverſitate gravatis, urbem undique aggreſſi ſunt, portaſque ſuccendentes, & muros machinte frangentes, B. Pelini Martyris meritis auxiliantibus, illam ceperunt, quam dudum jam dimittere voluerant, pridie Idus Julii. Mox Præfectus, & Patricius promiſſa Deo, Sanctoque ſolverunt, ac ejus Baſilicam donis & prædiis ditaverunt, urbem tamen deſolaverunt, & triumphantes, captivos, & ſpolia deferentes cum gaudio, & exultatione nimia Romam regreſſi ſunt. Martyrizatus eſt itaque B. Pelinus Epiſcopus Brunduſinus ſub Juliano Cæſare, & Corniculario Præſide in civitate Corſinio Non. Decembris. Poſt non multum verò temporis Cyprius Epiſcopus, de quo ſupra memoriam fecimus, reminiſcens Magiſtri ſui, & ſociorum ait Clericis ſuis: Eamus uſque ad Corſinium & glorioſum Magiſtri mei corpus in hac civitate celebrandum nobiſcum deferemus, ad quem Clerici taliter reſponderunt: Nunquid nam hoc facere valemus, cum Corſinia civitas a Senatu Romano in ore gladii conſumpta eſt? Sed de Sanctorum reliquiis quid factum ſit, neſcio: illuc ergo eamus, & de loco, in quo projectum turpiter fuerat, honorifice deferamus; ad quem dixerunt: Age ut libet, nos autem, ſi Deus conceſſerit, euntem & redeuntem non deſeremus. Tunc aſſumpſit ſecum duos Presbyteros, Marinum, Chryſolithum, duos Levitas, Antemum, Patronium, duos Subdiacones, Zaccariam, & Smaragdum; ſed ad locum pervenientes ſpe ſua fruſtrati ſunt; nam & Eccleſiam in honorem Martyris Pelini mirabiliter conſtructam à Pardo & Nicoſtrato invenerunt, & totam provinciam illam populo Chriſtiano repletam, ſiquidem poſt captivitatem Corſiniæ Imperator Valentianus inde tranſiens ad honorem B. Pelini reædificari præceperat; nam Imperator voluit ſubtollere corpus B. Pelini, ut Romam deferret, ſed non permiſit ei Dominus, tunc & ipſe confirmavit donationem, quam ante annos decem Pardus Patricius, & Nicoſtratus Præfectus illi Martyri fecerant: invenerunt etiam in Eccleſia illa ſexaginta & tres Canonicos conſtitutos, qui in loco illo, Deo jugiter gratias agerent; ſed cum de corpore Magiſtri utpotè ſic collato, omnis ſpei eis ablata fuiſſet, dederunt cuſtodibus Eccleſiæ pecuniam, & foderunt, & invenerunt corpora Sanctorum Sebaſtii & Gorgonii, de quibus nemo, niſi ſolus Cyprius noverat; revertentes verò Brundiapolim, cum gaudio ſuſcepti ſunt. Tunc Cyprius Epiſcopus unà cum populo ante portam hujus civitatis ad honorem B. Pelini Martyris conſtruxit Eccleſiam, ubi etiam corpora SS. Sebaſtii & Gorgonii honorificè collocavit, ibi florent orationes eorum uſq; in hodiernum diem, & præſtantur beneficia multa regnante Domino Noſtro JESU CHRISTO, cui eſt cum Patre & Spiritu Sancto honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Finis vitæ S. Pelini Martyris.

Miracula ejuſdem Martyris poſt mortem.

Tempore, quo Tranſaricus Valvenſem regebat Eccleſiam, ejuſdem dedicationis diem certum minimè invenire poterat, nec feriem dimittere incertam noluit. Mauſoleum ergo fregit, & reliquias Beatiſſimi noſtri Patris Pelini omnibus tunc temporis videndas tradidit, quibus in propatulo ad videndum eductis, tantæ ſuavitatis odor emanavit, ut omnia balſama & aromata indè viderentur ſuperari. Tunc ergo meritis hujus Sancti, antiqua renovata ſunt miracula. Terra enim tempore Tranſarici aruerat, cælo denegante ſibi, propter peccata populi, pluvias; ſed prædicto Epiſcopo unà cum Clero, atque populo, Pelini Patris ſupplicantibus patrocinia, tanta ſuis precibus & meritis inundantia aquarum terram abundanter roravit, ut idem contigiſſe certum ſit huic tempori, quod antiquitus in deſerto Iſraeliticæ plebi contigit. Pelinus ergo nobis alter Moyſes hic adfuit; immò ſi dicere auſorim, & magna comparare parvis, pluſquam Moyſes hic; Moyſes enim cum orando dubitaverit (quod bina virgæ percuſſio nobis innuit) hic indubitanter non dubitanti populo aquas impetravit, quibus & terram rigavit, & jumentis non ſolùm ſitientibus, ſed & eſurientibus utraque ſimul præbuit; paſcuis enim præ nimia ariditate deficientibus aquis cæleſtibus irrorantibus in ſui virorem redeuntibus, jumentorum fames reficitur, & ſitis extinguitur. Per ſeptem ergo dierum ſpatia aperta dimittitur ſepultura, quibus in diebus non ſolùm de Valvenſis pagi finibus; verùm etiam de cunctis ferè adjacentis terræ partibus ad obtinenda S. Patris noſtri patrocinia confluitur, ubi & Dæmones divinæ poteſtati non refragari valentes, laudem, vellent, nollent, Deo dantes, & Sanctum Pelinum Patrem noſtrum, quantùm apud Dominum poſſent, profitentes, ab obſeſſis exierunt corporibus, ſicque Deo ſua creatura conformis redditur, & non intrare audiens ulterius. Claudi quoque multi ſunt curati, diverſis infirmitatibus occupati, liberati. Aeria temperies reddita, terra ad vello ſuum irrigata. Quid ergo tale ſuperans peſtifer inimice, Magiſtrum, imò Patrem tuum Diabolum feciſſe poteris in Deorum ſuorum Mauſoleis apertis aſſerere? Conſtat Jovis tui in Creta Inſula ſepulti ſtatuiſſe carnes vermibus, & odorem fætidum emiſiſſe è ſuis cadaveroſis oſſibus. Liquet & tuum Herculem in Oeta combuſtum monte doloribus nimiis infremuiſſe, & patri ſuo Jovi, quia miſerrimè etiam plecti pateretur, multum improperaſſe, tandemque holocauſtum factum Diaboli combuſtionis ſuæ fætore montem impleviſſe. De Diis tuis minoribus quare os commaculem? quandoquidem majores ad tantam devenerunt enervitatem? Quis unquam ſuo aperto Mauſoleo, thuris, ne dicam balſami odores dedit ſuaviſſimos? Quis vel eorum ad ſepulturam ſuam infirmum aliquem ad ſanitatem revocavit certam? Dices forſan apud tuum Aſtaroth multos ſanitatem recuperaſſe infirmos. Iſtos procul dubio non fuiſſe infirmos aſſero, ſed ad deludendos videntium animos ad horam extitiſſe languidos, & ad horam effectos eſſe ſanos. Sed ne ſatyrice in te videamur invehi, & non in Patris noſtri inſudare ſcribendis miraculis, hic prætermiſſis invectionibus, ad alta jamjam traducamur.

Eodem quoque tempore, dum prædicto Tranſarico jubente Pontifice, Patris noſtri Pelini ſepultura aliquandiu maneret aperta, & ambroſius odor inæſtimabiliter idem omnibus adſtantibus emanaret, quidam

Clau-

A Claudus, tujus pedum calcanei affigebantur natibus, manuum verò articuli interioribus adhærebant volis, ante ſacras pronus ruit reliquias, ubi dum diù devotiſſimè fieret, & Dominum pro poſſe, & ſcire ſuo precaretur intra ſe ſuppliciter, in has tandem ex nimio compunctionis affectu prorupit voces. Domine Jeſu Chriſte, qui pro generis humani ſalute dignatus es per Virginem deſcendere, & cùm Deus cum Deo Patre eſſes, temetipſum tamen exinaniſti, ut formam ſervi acciperes, non relinquens quod eras, ſed incipiens eſſe quod non eras, neque enim hæc tibi ſufficit utilitas; verùm etiam ſputa, alapas, imò Crucis ſubiſti tormenta, cum tamen ſine nutu tuo, neque paſſer, neque arborum ad terram cadant folia, te deprècor per hujus ſancti martyris tui Pelini ſuffragia, & merita glorioſa, ut mei miſeri infeliciſſimi calamitati ſubvenias, ſoſpitatem tribuas, quatenus poſſim tuum efferens præconium, magnificare tuum, Domine, valeam nomen ſanctiſſimum. Quid autem tibi Domine eſt impoſſibile? non diffido te hoc poſſe conferre, B cum multa majora credendum ſit te contuliſſe. Nonne enim majus eſt, imo maximum, de nihilo te cuncta creaſſe, & verbum tuum cunctorum creatorum ſeminarium fuiſſe? Non ne etiam majus erit quandoque in fine ſæculi, carnes, atque oſſa humana ad priſtinum ſtatum redigi? Qui ergo hæc feciſti, & facies mecum, in quo ſeminarium habes, quodlibet de informi formare poſſe diffidendus es? Non inquam Domine; quis enim locus, ſi hoc eſſet, tuæ derelinqueretur omnipotentiæ? Ne ergo Domine, des opprobrio ſperantes in te, nequando dicatur à gentibus, ubi eſt Deus eorum? Dilata, Domine, manum tuam, & oſtende magnificentiam. Cum hæc diceret, ante ſanctas ſancti noſtri Patris Pelini reliquias uberrimè plorans eſt proſtratus, & ad pedes prædicti Tranſarici Antiſtitis pronus obnixè precatus eſt, ut eum precibus apud Beatum adjuvaret Pelinum, in quem prædictus Præſul intuitus, his, compunctus, uſus eſt vocibus. Dominus, inquit, Jeſus Chriſtus Patris ingeniti unigenitus, qui eliſos erigere, & compeditos ſolvere eſt aſſuetus, ipſe per hujus Sancti ſui in-C tercesſionem erigens, conſolari te dignetur, ut vel videntes, vel audientes per mundi climata ejus magnalia, perſonent indeficienter dicentes: Magnus Dominus, & magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt numerus. In his finitis verbis, cum totus adſtans populus, Amen, ſuccinuiſſet, res ſtupenda & mira contigit: nam articulis utrarumque manuum à volis, quibus inhæſerant, diſſolutis, calcaneis quoque à natibus ſejunctis, ſaniee ſummatim perfluere cœpit, & ſic demum totum corpus extendi, infirmuſque paulatim in ſummos articulos erigi. Poſtremò ita redditus eſt incolumis, ac ſi nihil unquam pertuliſſet incommodi. Quis non ergo in hujus magnifici perclamet feſto Martyris, per quem tanta dignatus Deus operari? Dicamus igitur huic: Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non fuit. Habuit quidem primitiva Eccleſia Patriarchas, habuit & Prophetas, qui non eam ſuis patrociniis permiſerunt nutantem fieri. Habemus & nos, in quos fines ſæculorum devenerunt, noſtros adjutores, & Patronos, ſanctos Apoſtolos, & ſucceſſores D eorum diſcipulos; magni fuerunt diſcipuli, majores tamen horum Magiſtri Apoſtoli. Sed quid ſi audeam dicere, Claudus iſte à Claudo per B. Apoſtolos Petrum, & Joannem erecto videtur differre. Per illos tamen multa infidelium millia ad fidem Chriſti ſunt educta. Tu autem Valvenſis perfidia, cum infidelibus, non fidelibus fiant hæc miracula, nullatenus ab impietate retraheris tua; ſed nec Sancto ipſi pareis facienti hæc mirabilia. Corradis terras ſuas, captivas, & pauperes, quantas miſellorum terras ſuas colentium ſibi dimiſiſti? Timeo, inquam, timeo, ne tibi contingat è contrario, ut qui hunc claudum ſanum reddidit, te quodammodo ſanum, claudum permittat fieri. Sed de hac hujus claudicate tantùm ſufficiat nos dixiſſe.

Aliud etiam miraculum ad laudem Domini, & ad dilucidanda Patris noſtri Pelini merita, non eſt prætereundo reticendum. Ante glebam enim, ubi

A ſanctiſſimum corpus reconditum eſt Martyris quædam mulier infirma jacuit, cujus omnes artus ita miſerrimè torquebantur, compago quoque totius corporis adeo miſerabili dolore arcebatur, ut nec manus ad os ducere, nec in latus alterum valeret declinare, aliorum ergo manibus à ſtrato levabatur, aliorum auxilio, cum ſuis careret, utebatur. Quis corpus humanum ſuis viribus videns ita deſtitutum non condoleret? Dom. quoquo modo poſſet non compatiens deprecari, ut eum adjuvaret? Hæc itaque fęmina fide non ambigua, & Dominum, per ſanctum Martyrem ſe poſſe adjuvare non incerta, utriſque manibus terra tenus, ut quiverat, ſuſtentans, parentum quoque brachiis adjuta, ſanctiſſimi Martyris Eccleſiam eſt ingreſſa, ubi cum ante ſanctas Reliquias diù procumberet, & divinum ſibi impendi ſuffragium poſtularet, eandem quidam viſus eſt ſibi adſtare, & de manibus, quibus ſuſtentabatur, baculos auferre, mulier autem illa concitè ſuper pedes elevata ita viſa eſt aſſiſtere ſana, ut nulla prioris moleſtiæ ap-B parerent veſtigia, nec ipſa præcedentis ægritudinis recordaretur. Quod cum adſtantes cernerent, ut ejus incolumitati congauderent, tendunt ad cęlum manus, & Deo tanta hominibus beneficia præſtanti congratulantur. Beatiſs. quoq; Pelinum deprecantur Martyrem, ut quam exteriùs operabatur ſanitatem interiùs etiam animabus impetrare à Domino non dedignaretur, ne dum plectendis parceret corporibus, animæ inæſtimabili contritione lacerentur, & ſic poſtmodum, cum ad judicandum venturus erit ſæculum, duplici contritione conteramur in perpetuum, de qua miſerabili confuſione dignetur membra ſua Deus liberare, cum pro nobis non abhorruit ſanguinem ſuum fundere, qui cum Patre, Sanctoque Spiritu vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum benedictus. Amen.

Inter cætera mirabilia, quæ hic contigerant obſtupenda, Spiritus Sanctus, qui omnia operatur in omnibus, quique aliquando in nube, aliquando in igne, interdum etiam in columbæ apparere ſolitus eſt ſpecie, in hujus ſancti Templi conſecratione mirabi-C liter, & viſibiliter quæ ſolet alibi facere, non eſt dedignatus oſtendere: cum enim inſtanter Epiſcopus Eccleſiæ conſecrandæ cum omni Clero inſiſteret, & officioſiſſimè quæ facienda erant, faceret, & tota mente, toto corde, gemitibus quoque inenarrabilibus plebs ad Dominum intenderet, qui Salomoni in Templi dedicatione deprecanti apparuit, eumque nube texit, & totam domum caligine implevit, & per caliginem apparens, omnia ſibi proſperavit. In hujus ergo Martyris ſui Eccleſiæ conſecratione in albis floribus non diſtulit apparere innuens in eorum florum albore piæ conſecrationi ſanctæ adſtare. Non enim ſicut Angelus ad ſepulchrum Domini in albis ad demulcendos pios apparuit; ad terrendum verò impios, in ſplendore fulguris. Itidem Spiritus Sanctus hic diſcolor enituit: nam quia omnes unanimes invenit, & pios piiſſime Deum deprecari non ignoravit, ideo omnibus unicolor in albis condeſcendit floribus, ac ſi dicere videretur; Ecce adſum, & vobis advocatus non ergo exaudita oratio veſtra eſſe dubitetur, quod ita D eſſe poſtmodum comperimus, qui tunc interfuimus: nam ſuper aram, ubi gleba S. Corporis condebatur, & ſuper ciborium, quo altare tegebatur, & ſuper homines etiam illic ſtantes hos flores adeſſe proſpeximus; unde omnes confortati, Spirituſque Sancti viſitatione coborati, unanimiter laudabant magnalia Dei, & merito, quia nunquam ſui ſuę viſitationis orphanantur auxilio, quod nec monſtrare viſibiliter inviſibilis abnuit, cum his & ſimilibus nobis arrideat miraculis. Ergo Paraclitus & eſt, & dicitur, quod latinè conſolator interpretatur. Nunquam ſolamen ſuum abeſſe patitur hominibus, cum etiam ſicut teſtatur Apoſtolus, poſtules, id eſt poſtulantes nos faciat gemitibus inenarrabilibus: hic autem interdum ſine mediatore ſubvenit, ſicut perfectis, & in ſacrarium Chriſti admiſſis: interdũ vero per mediatores adiuvare nõ abhorret, ſicut nos peccatores, quos peccatorũ pręgravant moles, per Beatũ illic adjuvit Pelinũ Mart. eximiũ, & idcirco divina Provid. ſuis patronis quaſlibet ditavit provincias,

ut ſingulæ ſingulos, ſeu plures haberent interceſſores, quibus fiducialiter ſuſtentarentur, & eoſdem ſupplicitèr venerarentur. Gaude ergo Valvenſis provincia Sanctorum Pelini, atque Pamphili patrociniis ſuffulta. Venerare ergo hos tibi patrocinantes, quos dum vixerunt, propitios habuiſti Paſtores. Per idem quoque tempus mulier quædam cæca à filio ſuo huc trahitur ex Theatinis adveniens partibus, quæ fama miraculorum Beati Patris noſtri Pelini comperta, fide devota, de ſalute percipienda non dubia, ſed mente concita iter arripuit, haud trepida, & nimia affectione futuræ ſanitatis, non aſperitatem abhorret itineris; ſed per ſentes & plana, ac montoſa tandem ad concupita loca properat, dum antea jam propius accedebat, filium, qui eam antecedebat, jam quaſi per caliginem videre incipiebat; dumque plus appropinquabat, magis lumen oculorum clareſcebat. Eccleſiam autem ingreſſa, jam ferè caligo receſſerat, ſed cum Miſſa celebrata ad altare Beatiſſimi Pelini acceſſiſſet, communione ſancta accepta, tunc penitus eſt illuminata. Apertis autem oculis gratias Deo referre cœpit, & quæ alieno ductu venerat, cum gaudio, nullius egens auxilio, remeavit ad propria. Quid non fide non deſperatis tribuitur? quid non & infidelitas denegat deſperatis? fides Centurionem pro puero ſuo deprecantem audivit. Fides Mariæ non petita denegavit, cum & illius puer evaſerit, huic autem peccata multa ex fide ſua dimiſſa ſint. Tunc enim temporis illud quod per Jacobum Apoſt. Spiritus Sanctus prædixit idem quod prædixerat, peccato noſtro id exigente, adimplevit, Incipiet, inquit, judicium à Domo Dei; Presbyter enim quidam de eiſdem Theatinis partibus advenit Dæmoniacus, qui exemplum cæteris incutere deberet ſibi præcavendi; cum tamen ſint occulta divina judicia; neque de hoc de cæteris eadem ſubeuntibus pericula temeraria cuilibet inijcienda eſt ſententia, de occultis enim alieni cordis temerè judicare peccatum eſt; Tu enim quis es, qui alienum ſervum judices? ſed tamen, quia ſicut idem Apoſtolus in epiſt. ad Cor. ait: tradere hujuſmodi in manus Satanæ ad tempus; inde quoſcunque taliter dæmonizantes videamus quibus, ſuis culpis exigentibus, & præeuntibus id aptitaci arbitramur, cum tamen ex ſecretis, ſicut dixi, divinis, judiciis bonis quibuſdam hic arrideatur ex proſperis, ſicuti delicatis & teneris filiis, quibuſdam verò ſicut jam perfectis, ut in thalamum ſponſi jam perceptis, qui nec franguntur adverſis, nec extolluntur proſperis, his nunquam ſumma parcere neſcit Majeſtas, conſiderans quæ inde recompenſatura ſit præmia. Sed ut ad rem deducamur, de hoc eodem Presbytero, quid per Beatum Pelinum Deus fecerit, propaletur; forſan hic tertius modus à Sanctis Patribus reticitus, & in hoc, & in Evangelio alterum ab illis comprobatur: cum enim Dominus de Cæco illuminando interrogaretur; Magiſter, quis peccavit, hic, vel parentes ejus? reſpondiſſe fertur, neque hic peccavit, neque parentes ejus, ſed ut in eo gloria Dei manifeſtetur. Hic ergo ad Dei reſervatus eſt gloriam, & Beati Pelini magnificentiam. Iſte igitur ante corpus hujus Beatiſſimi Patris noſtri valde turpiter vexari, ut quandoquidem nihil aliud Diabolus facere potuerit, illud tormentum ſuæ indicium eſſet impoſſibilitatis, vexatus eſt. Sed tandem Deo propitiante, liberatus ante omnium conſpectum adſtantium permanet, & mentis ſuæ compos factus, nocte eadem totum finivit pſalterium ſupplex, & lætus; ſicque gratiis de ſanitate percepta, perſolutis, ad propria cum gaudio remeavit. Domus Dei fuerat Presbyter, à quo judicium ſupra dixi, & incœpi, Domus etiam Dei fuit, & hæc Monialis, quæ ibidem punita, palam adſtitit; iſta enim à Dæmonio vexata, ſub ejus altare jacuit pro ſanitate acquirenda, Beatiſſimi Pelini poſtulans ſuffragia. Poſt veſperas ergo dum ſtaremus ad vigilias, & mulier ibidem jaceret proſtrata, mirum & ſtupendum contigit; de ſicca enim & arida materia, guttatim cœpit emanare aqua, cum marmor, quod ſupra tumulum Martyris erat, alterius ſit elementi, alterum vero aqua; cauſa tamen hujus Beatiſſimi Martyris, mutaticaucta ſunt in ſibi oppoſitas naturas, quod nulli tamen noſtrum patuit, quoad uſque illa intimavit; namque ſanitate ſibi reſtituta, nos qui divinis interfueramus vigiliis, convocat, remque indicat, ac nos inquirentes diligentius, ita, ut dixerat, invenimus. Serenato autem tempore, claruit hoc omnibus. Ergo Deo rependendo, & pro ſoſpitate mulieris, & pro eorum commutatione naturalium, non creatura Creatori ingrata exiſtit; ſed quis tamen dignè, quæ omni die ſunt, valeat enumerare? Tu tamen Pelino Pater, licet in referendis laudibus inveniamur impotentes, ne reſpicias ad fragilitatis noſtræ imbecillitatem; verùm Deus in te magnificetur, & te venerantes per te adjuventur uſque in finem ſæculi, & eos permittas conſolari.

Inter alia hujus S. Patris noſtri magnifica, non reticenda ſunt quæ extrinſecus in corporibus ſunt exhibita; ſuperiora enim duo miracula licet & circa corpora ſint condita; non tamen viſibiliter innotuerunt, ſicut hæc quæ ablatam membrorum ſoſpitatem reddiderunt; Quædam autem mulier Corfinium venit paralytica, quæ latus unum ex toto perdiderat, ut nec ſibi, neque alteri idem poſſet opitulari: concurrit ad poſcenda ſancti Martyris ſuffragia, nec diffiſa de miſericordia promittentis, Petite, & accipietis, pulſate & aperietur vobis. Petiit ergo, & accepit, pulſavit, & apertum eſt ſibi; ex meritis enim Beatiſſimi Pelini Patris noſtri ſalva redit, & non tantam triſtitiam contribulibus ſuis de infirmitate, quam tulerat, quantam eiſdem lætitiam accommodat, cum domum ſana remeat. Referantur ergo laudes Deo nos exaudienti, & reddantur Beato Martyri, per quem adaptamur, ut digni ſimus exaudiri.

Subſequitur & aliud miraculum duabus de cauſis ſatis obſtupendum, admiramur enim ſanitatem redditam, admiramur etiam rem, ſi non competenter intelligatur, contrariam, & omnino alteri ſcripturæ (ſicut imperitis & temerè judicantibus videtur) inimicam; quædam enim mulier nimis adoleſcentula deſponſata fuerat; hæc cum rem ſuam privatam vellet augere ſollicita, utpote quæ in præſentiarum erat nuptura, Beatiſſ. Benedicti feſta non cuſtodierat, unde illicò pœna non claudo pede hanc eſt ſubſequuta; dexteras enim operantis exaruit, & ſic nefaſti operis vindictam ſubiit: audita autem fama miraculorum Patris noſtri Pelini Martyris, limina Eccleſiæ ſubintravit ſuæ, ubi cum diutiſſimè opem poſceret, & lacrymabiliter ibidem inſiſteret, Deo auxiliante ſanatur, quod perſpicientes Clerici, intraverunt Eccleſiam, & Te Deum laudamus, Ambroſianum ſcilicet hymnum, ſuccinunt ante Sancti ſepulturam. Sed cum legatur malè celebrari ſabbathum, quod vacat à bonis operibus; & alibi, Facito aliquid operis, ut te ſemper Diabolus inveniat occupatum, quæ circa aliquid ſatagebat, ne vacaret, ac ſtaret otioſa; quare hujuſmodi ex facto eſt punita? facilè ſolvitur, ſi priorem verſum ſollicitus lector inſpiciatur; non enim inſudavit bonis operibus, quæ avaritiæ lucri jugulabatur, & quia peccati pœnam incurrerat reſipiſcendo diluit quod peccaverat, quod ſubſequuta monſtrat ſanitas.

Hæc dum quotidie mirabilia crebreſcerent, neque circumjacentes provincias latere poſſent, quomodo enim lucerna ad illuminandos omnes, qui in domo ſunt, accenſa ſub modio abſcondi poterat, dum, tamquam, longe latèque horum miraculorum percurreret fama, mulier Pinnenſis à partibus ſuis egreſſa venit ad limina B. Pelini Martyris, cujus manus aruerant, & pars ferè corporis magis neceſſaria vitæ ex toto marcuerat; dum ad Martyris ſepulturam accederet, ſine mora, manus utraque contracta extenſa eſt; ſed dum nervi extenderentur, alternatimque digiti ſecernerentur, doloribus nimiis, & longiſſimis exagitabatur, tandem miſerante Deo, & Beato hoc impetrante Pelino, ſana facta, læta ſuos reviſit, atque ſua. Verum quia, ut ait hiſtoriographus quidam, Et jam tempus equum fumantia ſolvere colla, & quia prolixitas tædium ſolet generare, hic finis ſiat hujus libri, quatenus lector & cætus anhelans ſpatium habeat ſpiritum reſumendi.

Qui Domini cunctos carnis numeraverit annos.

Cen-

Centum mille decem bis noſtat , quattuor addat .
Temporis inſuper eſt , indictio nempè ſecunda ,
Romæ præclarus vivebat Papa Caliſtus
Annis viginti Valterius Ordinis almi
Valvenſes ſacras Præſul moderabat habenas
Primus menſis erat , ſeptem de fine tenebat
Reliquias ſancti cum tranſtulit ipſe Pelini
Bis ſex atque dies monumentum manſit apertum
Hocque novo Templo poſuit cum laude ſepulchro .

Præfuit Pelinus Brunduſii plus minus an. 1. ut ex actis colligi poteſt , quod & affirmat Diptyca noſtra , cum martyrium conſummaſſet an. 363.

VIII. 8 S. CYPRIUS Hilladii filius , in S. Baſilii priùs diſciplina educatus , deinde S. Pelini alumnus fuit , cum eo Brunduſium venit , inde Romam totius peregrinationis ejuſdem comes , ac perſecutionis particeps . Cum autem Romam vinctus cum illo , & inde Corfinium in Pelignis ductus , ibi aliquandiù in carcere detentus fuiſſet , poſt S. Pelini & ſociorum paſſionem liber propter teneram adhuc ejus ætatem dimiſſus eſt . Qui Brunduſium rediens , ejus urbis , licet juvenis , Epiſcopus , ſummo totius Cleri & civium conſenſu eligitur anno 363. Factus autem Epiſcopus Templum S. Pelino Epiſcopo & Martyri , ſuoque præceptori extruendum curavit , ac diù Eccleſia Brunduſina ſanctè adminiſtrata beato fine quievit . Ejus honorificam mentionem facit Diptyca noſtra , annus verò & dies obitus ignorantur . Ferrarius ex Catalogo SS. Neapol. ad diem 5. Decembris paucula hæc de Cyprio commemorat , quæ in ſancti Pelini vita leguntur . Poſt Cyprium , per annos trecentos Brunduſini Epiſcopi deſiderantur , quorum nomina , & acta deperdita ſunt .

IX. („ *JULIANUS Brunduſinus ſacra jura dicebat circa ann. 490. ſeù temporibus Gelaſii Papæ , quem ſibi piiſſima hæc urbs concedi poſtulavit ex Decret. 2. par. cauſ. 12. q. 2. c. 56. ex fragmentis Epiſtolarum Gelaſii Papæ tom. 4. Concil. edit. Labb. habetur Gelaſii Epiſtola Clero , & plebi Brendeſiæ : Brenda enim pro Brunduſio habetur teſte Feſto , & Lexico Geographico . Scribit Pontifex de Epiſcopo eis conceſſo Juliano , & de ſervandis in adminiſtratione Eccleſiæ .*)

X. („ *N . . . . . Epiſcopus electus Brunduſinus , quem Romam ut venire compellat ad excipiendam ordinationem Petro Epiſcopo Hydruntino Brunduſinæ Eccleſiæ Viſitatori mandat M. Gregorius lib. 5. Ep. 45.* Lucentius .)

XI. 9 THEODORUS natione Græcus floruit circa annum Domini 695. ut refert Diptyca , eoque è vivis ſublato , per plura ſæcula ſucceſſorum nomina interciderunt , quorum temporibus Brunduſium à Sarracenis penè à fundamentis everſum . Epiſcopi qui præfuerunt , Vriæ ſe receperunt , ſicque Vritani etiam Epiſcopi denominati ſunt , & Brunduſini uſque ad Patrum noſtrorum memoriam .

XII. („ *JOANNES natione Græcus mortuo Theodoro hujus Eccleſiæ regendæ onus ſuſcepit , ut ex pluribus Brunduſinæ archivii monumentis à Jo. Maria Moricino , & Jo. Baptiſta Caſimiro in ſuis Mſſ. Brunduſinæ civitatis hiſtoriis relatis liquidò conſtat , cujus etiam mentionem facit P. Andreas della Monica in ſua Brunduſina hiſtoria .* Tafurus .)

XIII. 10 ANDREAS Brunduſinus Epiſcopus etiam Vritanus dictus eſt , cum eum in locum poſt deſolationem Brunduſii Præſules ſe recepiſſent : Eoque ſedente Vria ipſa anno 977. à Sarracenis incenſa ac devaſtata Vrienſes in Siciliam ducti ſunt in captivitatem. Andreas verò an 979. à Porphirio Protoſpata Menſe Auguſto occiſus eſt , ut Lupus Protoſpata in Chron. ſcribit . Ab hoc anno uſq; ad milleſimum Epiſcopi Brunduſini deſiderantur , qua etiam tempeſtate Brunduſium cœpit paulatim aſſurgere , auctore quodam Lupo Protoſpata ex auctoritate Baſilii Conſtantinopolitani Imp. Extant adhuc nonnulli verſus in baſe columnæ antiquæ turris S. Baſilii , ubi Eccl. ejuſdem Sancti ædificata fuit , qui tametſi imperfecti videntur , novam civitatis molitionem præ-

A ſeferunt , reliqui vetuſtate ſua veritatis lumen ademerunt .

. . . Illuſtris plus actibus atque refulgens
Protoſpata Lupus urbem hanc conſtruxit ab imo
Quem Imperatores , Pontificiſque benigni .

Hæc de nova ædificatione ad poſteros pervenit memoria , reliqua deſiderantur carmina .

11 MARCUS Brunduſinus Epiſcopus in Vritana Eccleſia reſidebat an. 1000. ſalutis noſtræ , qui ſe atticulabat , ut fertur ex monumentis Eccl. Brunduſinæ , dominatorem S. Sedis Oritanæ , Brunduſinæ , Hoſtunen. ſeu Monopolitanæ . XIV.

12 NARDUS , natione Græcus , Brunduſinus Antiſtes , Vriæ demorabatur an. 1040. eodem titulo uſus , quo Marcus anteceſſor . In Eccleſia S. Andreæ inſulæ Brunduſinæ Abb. inſtituit Tarpidem ſacerdotem , & Eccl. S. Leucii olim Cathedralis , tunc in parvam Abbatiam erectæ Abbatem dedit . Sediſſe Nardum ann. 32. referunt Diptycæ hujus Eccleſiæ , cujus temporibus Normanni Apuliam Græcis B ademerunt , ex iis Robertus cognomento Guiſcardus Comes Apuliæ dictus eſt , Gofredus ejus frater Brunduſium obtinuit . XV.

13 EUSTACHIUS ſucceſſit Nardo circa ann. Dom. 1060 Is titulum Archiepiſcopi Brunduſini ſuſcepit , cui adjunxit & Vritani , atque Eccl. S. Leucii Epiſcopium ſuum eſſe voluit , in qua non ſemel reſedit , & Epiſcopalia munia exercuit . Eccleſiam S. Nicolai Brunduſii dono dedit Abbati Melo de S. Andrea , Ord. S. Benedicti cum pertinentiis ſuis . Donationis documentum adhuc extare ferunt in antiquo libro majoris regeſti Eccl. Brunduſinæ , hoc eodem an. 1062. ſcripto . Eccleſiam Monopolitanam rebellantem , auctoritate Summi Pontificis ad obedientiam Brunduſinæ ſedis reduxit . Eidem Euſtachio Goffredus & Sichelgaita ejus uxor Normanni Brunduſii Comites multa , ac præclara dona obtulerunt in altari S. Leucii , ac dotem Brunduſini Archiepiſcopatus larga manu inſtituerunt . Piam donationem confirmavit deinde Calliſtus II. in privilegio Eccleſiæ Brunduſinæ conceſſo . XVI.

C 14 GODINUS antea Epiſcopus Acheruntinus ad Brunduſinam Eccleſiam translatus circa annum ſalutis 1062. qui ſe Uritanum Antiſtitem nominavit , parumque Brunduſinis amicum ferunt fuiſſe , qui relicta Eccleſia S. Leucii , pertinaci aſſertione diverſam eſſe Uritanam Eccleſiam à Brunduſina aſſerebat . Quamobrem & Goffridus & Sichelgaita Comites Brunduſini , una cum Clero & populo ejuſdem civitatis , ab Urbano II. Pontifice ſupplicites poſtularunt , ut ipſum Godinum litteris ſuis Apoſtolicis impelleret ad Eccleſiam ſuam primariam Brunduſinam non relinquendam , ſed apud eam reſideret . Urbanus de hac re ad Godinum litteras ſequentes ſcripſit , quas recitat Auctor Brunduſinæ hiſtoriæ ex Regiſtro , ut ipſe ait , Brunduſinæ Eccleſiæ , in hunc modum . XVII.

URBANUS II. EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei .

D *Dilecto in Chriſto fratri Godino Oritano Antiſtiti ſalutem , & Apoſtolicam benedict.*

Quia nobis virorum veracium aſſertione , qui rem diligenter inveſtigarunt compertum eſt , Cathedram tuam , quæ nunc apud Oritanum municipium habetur , apud Brunduſii civitatem antiquitus extitiſſe , poſtea civitate deſolata in Oritanum municipium eſſe translatam . Nunc miſerante Domino Brunduſii eſt civitas reſtituta , Volumus , & præſentis paginæ auctoritate ſancimus , ut eadem Epiſcopalis Cathedra Brunduſium referatur , eo tenore ut Goffridus egregius Comes noſter in Chriſto filius pollicitus eſt , &c.

Hac tempeſtate Goffridus Comes , & Sichelgaita ejus uxor in veteri civitatis plaga cœnobium condiderunt pro virginibus Regulam S Benedicti profitentibus , quod nunc Sanctæ Mariæ vocant , illudque ampliſſimis poſſeſſionibus , & privilegiis inſignivere , Godinus verò ab ordinaria ſua juriſdictione exemit , publico condito ſuper iis documento , quod extare ajunt in Monialium archivio , unà

cum Goffredi fundatione, ac dote. Interea Godinus parum parvipendens Urbani Pontificis mandatum de reducenda ſede ab Uria Brunduſium, ad vitæ finem Urbani Uriæ reſedit; verum Paſchalis II. qui proximè ſucceſſit Urbano, eundem exhortatus eſt, ac ſuo præcepto ſuaſit, ut quantocyus quam diſtulerat Cathedram ſuam Brunduſium transferret, ut ex litteris ejus ſciri poteſt, quas hic referimus.

PASCHALIS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Godino Oritano ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Valde miramur te in tanta prorupiſſe & permanere inſania, ut Brundiſini Epiſcopatus bona tuæ proprietati vindices. Unde mandamus quatenus ſi nos diligis, & Beati Petri gratiam habere deſideras ab hac deſiſtas inſania, alioquin noveris te communione privari. Brunduſina enim Eccleſiæ Oritana ſubjacet. Inde inter eas nullum debet eſſe divortium, &c.

Godinus ad hæc Pontificis mandata in ſe reverſus, Brunduſinæ Eccleſiæ Primatum reſtituit hoc anno 1099. quod per annos centum viginti ablatum fuerat. Obiiſſe ſequenti anno 1100. Godinum referunt monumenta ejuſdem Eccleſiæ.

XVIII 15 BALDUINUS ſucceſſor Godini anno 1100. brevis Pontifex fuit, eodemque anno defunctus. Hic primus fuit poſt devaſtationem Brunduſinæ civitatis, qui ſe Brunduſinæ & Oritanæ Eccleſiarum Archiepiſcopum inſcripſit, cui Sichelgaita Comitiſſa plura adjecit bona: donationem ajunt extare in Regeſt. ejuſdem Eccleſiæ.

XIX. 16 NICOLAUS poſt Balduinum Brunduſinus & Oritanus Archiepiſcopus dictus eſt à Paſchali II. ann. 1101. Hoc anno, ut Sabellicus ſcribit, Brunduſium à Carlomanno Pannoniæ Rege, Venetiſque captum fuit; an præſidio firmatum fuerit, an hoſtium metu relictum, non tradit. Nicolaus verò exceſſit circa annum Domini 1105.

XX 17 GUILLELMUS, ſeu Guidelmus natione Gallus evaſit Brunduſinus & Oritanus Archiepiſcopus anno 1105. ſequenti interfuit Vaſtallenſi Concilio. Omnes hic libertates, & immunitates jam à Godino antereceſſore ſuo Monialibus Cœnobii virginum conceſſas ſuo diplomate aſſirmavit, & Conſtantia Comitiſſa uxor Boemundi Antiochiæ Principis eidem Monaſterio alias immunitates & dona adjecit an. 1116. Guillelmus huic mortali ſæculo vale dixit circa ann. Dom. 1118.

XXI 18 JULIANUM quendam datum fuiſſe Archiepiſcopum Brunduſinis à Gelaſio II. Pontifice tradit citatus auctor, qui ejuſdem Papæ litteras refert Clero, & populo Brunduſino ſcriptas, quas recitat in hunc modum.

Gelaſius, Clero, Ordini, & Plebi Brunduſii. Conceſſo vobis quem petiſtis Antiſtite fratre, & Coepiſcopo meo Juliano neceſſarium fuit eundem ad Eccleſiam ſuam non remiſiſſe, & ad vos noſtra ſcripta pariter deſtinari, quibus dignoſceretis eidem fuiſſe præceptum, ne unquam ordinationes præſumat illicitas. Redditus & oblationes fidelium in quatuor partes dividat; quartam unam ſibi retineat. Alteram Clericis pro officiorum ſedulitate diſtribuat. Fabricis tertiam. Quartam pauperibus & peregrinis habeat fideliter erogandam. Quorum rationem eſt redditurus examini &c.

Parum vixit in hac dignitate Julianus, cum ſucceſſor ſub eodem Gelaſio conſecratus eſt.

XXII. 19 BAILARDUS Gallus Brunduſinus & Oritanus evaſit Archiepiſcopus ſub eodem Gelaſio, cujus meminit Pandulphus Piſanus in vita Gelaſii, cujus coronationi adfuiſſe meminit; unde ſuſpicatus ſum quæ referuntur de Juliano ad hunc Bailardum melius convenire, ac erratum fuiſſe in nomine, & pro Bailardo, Julianum appoſuiſſe, cum qui litteras Gelaſii conſcripſit, ac Bailardum tunc temporis electum Gelaſii coronationi interfuiſſe, ab eodem in dignitate confirmatum. Utcumque ſit, certum eſt Bailardum ad Eccleſiam Brunduſinam promotum fuiſſe virum omni laude digniſſimum, atque

A per plures annos Eccleſiam hanc conſultè rexiſſe: cujus prudentia delectatus Rogerus I. Rex Siciliæ, ejus opera in bene adminiſtrando Regno uſus eſt, ad cujus etiam inſtantiam Rogerus Metropolitanam Eccleſiam novam erexit intra mœnia civitatis: teſtes erunt verſus ad fores ejuſdem templi in marmore exarati.

Gloria prima tuoi, tibi ſit Rex magne Rogeri,
Arbitrio cujus Templi labor extitit hujus.

& paulo ſupra alii leguntur in memoriam Bailardi tunc Præſulis.

Compoſuit Templum Præſul hoc Bailardus honeſtè
Audiat in cælis, gaude bone ſerve fidelis.

Porrò Bailardo ſedente idem Rogerius Rex ſequens induſit privilegium monaſterio S. Mariæ Virginum ſupra memoratarum: cujus hæc ſunt verba.

In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Anno Incarnationis ejuſdem 1133. Indict. 11. Ego B *Rogerius Dei gratia Siciliæ, & Italiæ Rex, Chriſtianorum Adjutor, & Clypeus, Rogerii primi Comitis hæres & filius: Si juſtæ poſtulatio voluntatis omnibus Dei cultoribus, locisque venerabilibus ſtudio debet proſequente compleri, illis præcipuè qui pro peccatis, & offenſionibus noſtris, vigiliis & orationibus Dei miſericordiam invocant, piæ poſtulationis affectum, jugiter debemus impendere eorumque juſtis petitionibus aſſenſum præbere. Tuis igitur, tuarumque Sororum Sanctimonialium Lucia venerabilis Monaſterii S. Mariæ de Brunduſio Abbatiſſa pro ſalute animæ patris noſtri Rogerii primi Comitis, matriſque noſtræ Adelayde Reginæ & noſtra, Roberti quoque Guiſcardi magnæ memoriæ Ducis patrui noſtri, aliorumque parentum noſtrorum, ac fidelium concedimus, & præſentis privilegii auctoritate firmamus prænominatæ Eccleſiæ, & tibi, tuiſque ſuccedentibus omnia illa, quæ dono, conceſſione, & privilegiis Boemundi glorioſæ memoriæ Principis Antiocheni, & ejus uxoris Conſtantiæ Philippi Regis Francorum filiæ, Comitis* C *quoque Cuperſani, & uxoris ejus Sigilgaitæ Comitiſſæ, filiorumque ſuorum, aliorumque prædeceſſorum noſtrorum in Brunduſio, in Miſania, in Tuturano, in pertinentiis Guyſi, in Turchellis, in Monticellis, in Carchie, cum terris, & pertinentiis ſuis, in Neritono, Tarenti, Monopoli, Sonni, Juvenacii, in Macæſio, Botunti, in aliis denique locis omnibus juſtè & canonicè tenet & poſſidet. Illa, inquam omnia ſicut prædiximus, dicto Monaſterio concedimus habenda, tenenda, & poſſidenda. Præterea pro remedio animarum parentum noſtrorum, & ut Deus omnipotens actus noſtros in viam ſalutis dirigere dignetur. Damus, donamus, atque concedimus præfato monaſterio in terra noſtra Miſanii villanos octuaginta demanios noſtros, qui reddunt ſingulis annis in duobus datis centum quadraginta michalatos, & centum miliarenſes, & quartam muſti vinearum ſuarum, & herbaticum cum terris ſuis, & porcorum leporis & quartam partem de fructu olivarum ſuarum, & de ipſis hominibus & ab eis deſcendentibus perpetuò habere legem & plaziam, ſicut à ſuis hominibus, & villanis.* D *Inſuper de gratia noſtra concedimus ſpeciali, ut præfatum Monaſterium de cætero in perpetuum habeat Judicem Bajulum tam in terra Miſanii, pro præfatis hominibus & bonis eorum à nobis eidem Cœnobio datis pro deffinendis quæſtionibus civilibus perſonalibus, & realib. de bonis eorum, quàm & in civitate noſtra Brunduſii, qui Curiam regunt, ſi quæſtiones aliquæ motæ fuerint de bonis & rebus ſtabilibus quæ prædictum ſanctum Cœnobium in præſenti habere dignoſcitur, & poſſidere in civitate præfata, & in antea quoque juſto titulo ibidem poterit, dante Domino, adipiſci. Ut hoc præceptio noſtræ Regalis auctoritatis adhibito, ſecurius remota omni noſtra, noſtrorumque heredum contradictione, tu, tuique ſuccedentes perpetuò teneatis, poſſideatis, & dominemini. Si qua vero, quod abſit, magna, humiliſve perſona temerario auſu quolibet violare, vel interrumpere noſtrum privilegium præſumpſerit, ſciat ſe com-*

poſ-

A *poſiturum auri puriſſimi libras decem, medietatem palatio noſtro, & aliam medietatem prænominatæ Eccleſiæ, præſenſque privilegium priſtinum robur obtineat. Ad hujus autem noſtræ conceſſionis, & confirmationis inditium, per manus Guidonis Judicis, & noſtri Notarii ſcribi, noſtrique typarii bulla plumbea inſigniri præcepimus. Datum Rapullæ per manus Guarini noſtri Cancellarii 4. Kal. Octobris; anno Regni noſtri tertio.*

Teſtem fuiſſe reperio Ballardum privilegio conceſſo Eccleſiæ & Monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis Venuſiæ ab eodem Rogerio Rege ann. 1126. & adfuiſſe translationi S. Peregrini apud Tranum an. 1143. pauloque poſt mortalitatem exuiſſe.

XXIII 20 LUPUS Gallus ſedit ab anno 1145. ad annum uſque 1173. quo obiit.

XXIV 21 VVILELMUS, vel Guillelmus, & ipſe natione Gallus, cujus prima memoria extat an. 1173. memoratur Archiepiſcopus Brunduſinus, & Uritanus in quæſtione contra ipſum exagitata ab Ægidio Abbate Sanctiſſimæ Trinitatis Venuſini Monaſterii, Dat. in civitate Barii an. 1177. præſentibus Alphano Capuano, & Raynaldo Barenſi Archiepiſcopis. Novæ Cathedralis pavimentum vermiculato opere exornavit anno 1178. Interfuit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato an. 1179. obiit circa ann. ſal. 1182. B

XXV 22 PETRUS ann. 1182. qui Cathedralem conſecravit die 1. Maii 1190. Ei Tancredus Rex ann. 1191. conceſſit decimas omnium pertinentiarum Uriæ. Sub hoc tempore fundari cœptum Monaſterium eſt S. Andreæ Ord. Eremitarum S. Auguſtini. Hic cum eſſet Cathedralis Canonicus vitam S. Leucii ſcripſit, quam dum eſſet Archiepiſcopus reſcribi fecit una cum miraculis ejuſdem.

XXVI 23 GERARDUS Petri ſucceſſor florebat ann. 1196. juxta diptycam.

XX VII. 24 DOMINICUS Archiepiſcopus Brunduſinus, moribus & rerum gerendarum prudentia clarus ab Innocentio III. in Bulgariam Apoſtolicæ Sedis Legatus miſſus eſt anno 1203. ut noſter Odericus Raynaldus ſcribit in tom. 13. Annal. Eccl. ad hunc annum num. 21. Ad eundem ſcribit idem Innocentius ad favorem Archiepiſcopi Tarentini. Sub Honorio III. vita defungitur. C

XX VIII. 25 M. PEREGRINUS a ex Canonico Aſtenſi creatur ab Honorio III. Brunduſinus, & Uritanus Archiepiſcopus ann. 1216 ab eoque Romæ conſecratur in quatuor temporibus Pentecoſtes, ut notatur in tom. 1. Reg. Vaticani, an. 1. Pontif. ejuſdem. Eidem ſcribit idem Honorius, ut omnibus ad Brunduſii portum venientibus prohibeat, ne Theodoro excommunicato communicent. Dat. Later. 3. Id. Decemb. an. Pontif. 5. Epiſt. 233. fol. 45. Reg. Vatic. Fundatur Brunduſii ann. 1221. Conventus Ord. Carmelitarum; fortaſſis S. Angelus Carmelita, ut fert traditio, tanti operis auctor fuit: traditioni fidem confert fons ſurgentis aquæ dulciſſimæ ibi conſervatus, hodieq; nuncupatur fons S. Angeli Martyris. Cæterum Peregrinus obiit ante annum 1224. diuque vacua fuit Eccleſia Brunduſina. D

a *Hic vitam S. Leucii primi Brunduſini Epiſc. ſcripſit. Tafurus.*

XXIX. 26 PETRUM Biſianenſem vulgo de S. Liberatore Monachum Caſinenſem tunc Abbatem S. Vincentii de Vulturno virum præſtantem, & dignum, poſt diutinam Eccleſiæ Brunduſinæ vacationem Archiepiſcopatus inſula exornavit Honorius III. anno 1225. ut idem teſtatur Pontifex in litteris ad Federicum II. Imperat. Dat. Reate 7. Kal. Octob. ann. 10. quem ex Reg. Vatic. exſcripſimus in primo noſtro tom. in Averſanis Epiſcopis. Petro Archipræſule fundatum eſt Cœnobium & Eccleſia S. Dominici an. 1230. In Diptycis hujus Eccleſiæ Petri obitus recenſetur ad 1239. dies verò 6. Non. Octob in Necrologiis Eccleſiæ Caſinenſis.

XXX 27 PETRUM Paparonem alterum, Apulum poſt Petrum in hac ſede ſucceſſiſſe refert Diptyca anno 1239. hujus tamen electio non habetur in Reg. Vatic

XXXI. 28 PEREGRINUS hujus nominis ſecundus ex Epiſcopo Caſtrenſi ad hanc Brunduſinam Eccleſiam transfertur ab Innocentio IV. quem Capitulo Brunduſino commendat in litteris Dat. Capuæ 10. Kal. Novembris ann. 1254. an. Pontif. 12. Extat epiſt. in Reg. Vatic num. 272. fol. 12. cætera Peregrini acta ignorantur: ſediſſe tamen in hac Eccleſia annos 13. tradit Diptyca; quæ tamen cum in annorum computatione claudicare videatur, ſic & in Peregrino aberraſſe cenſetur, cum ad annum 1288. perveniſset, quo mortem obiit.

29 ADENULPHUS natione Gallus in gratia Caroli II. Regis an. 1289. adlectus eſt Brunduſinus Archipræſul, à Bonifacio VIII. deinde ad Compſanam Eccleſiam translatus eſt anno 1295. Kal. Octob. Pontif. 2. cujus translationis diploma habetur in Reg. Vatic. epiſt. 398. fol. 92. Idem deinde evaſit Archiepiſcopus Beneventanus anno 1300. de quo ibi. Memoratur Adenulphus tunc Archiepiſcopus Brunduſinus ann. 1295. in Regeſt. Neap. Caroli II. fol. 135. XX XII.



30 ANDREAS Pandonus nobili genere natus ex Canonico Capuano, Capellano & Subdiacono Apoſtolico in tranſlati locum Adenulphi electus eſt Brunduſinæ ſedis Archiepiſcopus à Bonifacio VIII. anno 1296. Id. Febr. ex epiſt. ad ipſum ſcripta, quæ habetur in Regeſt. Vatic. num. an. fol. 4. ann. 2. Sedit eximia laude prudentiæ, tituloque Conſiliarii Regis decoratus ann. 7. translatuſque eſt ad Capuanam ſedem anno 1303. Tranſlato Andrea, Canonicorum Capitulum in partes diviſum, duos elegit, Decanum ſcilicet Eccleſiæ Capuanæ, & Guillelmum Ebraudi, Regni Siciliæ Cancellarium, quibus à Benedicto XI. rejectis, data fuit Eccleſia hæc in adminiſtrationem ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum Rodulpho Patriarchæ Hieroſolymitano Non. Junii, anno Pontif. 1. ex epiſt. Reg. Vatic. num. 745. XX XIII.

31 BARTHOLOMÆUS Capuanæ Eccleſiæ Decanus, fortaſſis idem qui antea rejectus fuerat, iterum à ſaniore parte Capituli electus, duo item alii, Laudulphus nempe Abbas S. Benedicti de Salerno, & Fr. Guarnerius Ord. Prædicatorum poſtulati fuerunt, ſed ii, tanquam vitio deſiderati, ejecti ſunt, & Bartholomæus à Clemente V. in Archiepiſcopali dignitate confirmatur Kal. Febr. anno. 1306. ex Reg Vatic. fol. 112. Sedit plus minus ann. 13 fato ceſſit ann. 1319. XX XIV.


32 Fr. BERTRANDUS Gallus Ordin. Minorum ſucceſſit Bartholomæo an. 1319 15. Kal. Januarii, delectus ab Joanne XXII Avenione conſecratur per Arnoldum Epiſcopum Card. Albanenſem, ex Regeſt. Vatic. epiſt. 474. facto functus an. 1333. XX XV.

33 Fr. GULIELMUS de Caſtello ejuſdem Ord. Minorum alumnus ex Epiſcopo Albenſi in Liguria ad has Brunduſinam, & Uritanam Eccleſias tranſlatus ab Joanne XXII. ann. 1333. rejectis Petro Diacono Eccleſiæ Capuanæ, & Nicolao de Caballerio Canonico Brunduſino, à Capitulo XX XVI.

Brunduſino poſt mortem Bettrandi electis. Præfuit Gulielmus plus minus annis 9. translatus dein ad Beneventanam Eccleſiam anno 1344. ut in Regeſt. Vatic. vidimus. (,, *Roberto Neapolitanorum regi charus extitit, à quo dominium Caſalis S. Donati, Pancratii, & Pizzoni obtinuit, ut ex Brunduſino arch. fol.* 212. 303. & 331. Taſurus.)

XX XVII 34 GUILELMUS Gallus natione, olim Abbas Sanctorum Sergii & Bacchi Andegavenſis; Ord. Sancti Benedicti Gulielmo ſucceſſit, ab Archiepiſcopatu Tranenſi ad hunc Brunduſinum translatus 2. Kal. Martii anno 1344. quò ab Joanna I. Regina omnium privilegiorum ab antoceſſoribus Principibus Eccleſiæ Brunduſinæ elargitorum confirmationem obtinuit. Subſequenti anno evaſit Caſinenſis Epiſcopus, à quo ad Tarbienſem in Gallia tranſitum fecit anno 1353. ubi mortuus eſt.

XX XVIII 35 GAILARDUS Gallus, Epiſcopus Veſprinenſis, Brunduſinus, & Uritanus factus eſt Archiepiſcopus ab Clemente VI. anno Pontific. 5. qui fuit ſalutis 1345. 14. Kalend. Auguſti ex epiſt. 17. Regeſt. Vatic. id habemus. Interfuit cum multis aliis Regni Prælatis Neapoli conſecrationi Eccleſiæ Sanctæ Claræ anno 1348. quo diem ſuum obiit in civitate Nemauſenſi in Gallia, ubi jacet.



XX XIX. 36 JOANNES de Porta Salernitanus, Archiepiſcopus Corfienſis pronunciatur Brunduſinus & Uritanus Archiepiſcopus à Clemente VI. an. 1348. 3. Kalen. Junii; ab eodem translatus eſt ad Capuanam Eccleſiam anno 1352. de quo vide tom. 6. in ſerie Capuanorum Archipræſulum pag. 427. n. 34. ibi, pro Innocentio VI. lege *Clemen. VI*

XL 37 Fr. GISIUS, alii Petrum, alii Pinum vocant, Ord. Prædicatorum vir doctiſſimus ex Epiſcopo Albintimilienſi ad has Eccleſias translatus à Clemente VI. 5. Non. Novembris anno 1352. Pontif. 11. ex Regeſt. Vatic. epiſt. 34. fol. 40. Is ſtatim poſt ſuam conſecrationem pro Joanna Ludovicoque Regibus Orator ad eundem Pontificem miſſus eſt, & ab eodem Nuncius declaratus ad congregandos Neapolitani Regni Ordines, ut Odericus Raynaldus refert Annal. Eccleſiaſt. ad annum 1352. Anno 1359. Ludovici, & Joannæ Regum à conſiliis erat, cujus memoria extat in eorum Regeſt. hoc ipſo anno.

38 GUILLELMUS *a* electus à Clemente VII. Antipapa 1379. ſolitum peculium promiſit ſacro Senatui die 26. Martii. Hic intruſus quoad vixit, partes Pſeudopontificis mordicus tenuit, cujus mentio in libr. Oblig. ejuſdem habetur.

a Omittitur ut intruſus.

XLI 39 MARTINUS Tarentinus harum Eccleſiarum Archiepiſcopus, Urbani VI. Camerarius erat anno 1380. Sedit abſens ann. 2. translatus ad Tarentinam Eccleſiam anno 1383 ut in tabulis notatur. (,, *Martinus de Judice, non Tarentinus, ſed Amalphitanus Civis fuit. Ab Urbano VI. Summo Pontifice Cardinalitia dignitate decoratus anno* 1381. *ſub titulo S. Pudentianæ, cum eſſet perpetuus Averſæ adminiſtrator. S. R. E. fuit Camerarius, ac in Hungaria Legatus. De eo habetur mentio in Metropolitana Amalphi Eccleſia ſub titulo S. Andreæ Apoſtoli, ubi hoc Cenotaphium legitur.*

Martinus de Judice,
Archiepiſcopus Tarentinus,
S. Pudentianæ tit. Paſtoris Presbyter Cardinalis,
S. R. Eccleſiæ Camerarius,
Obiit ſub Urbano Summo Pontifice
Anno Domini 1383. *Taſurus.*)

40 RICHARDUS electus ab Urbano VI. ann. 1389. cujus meminit Obligationum liber ſub Bonifacio IX. an. 1396. obiit anno 1412. XLII

(,, *Ladislao Neapolitanorum regi percharus extitit. Tanta erat illius Regis in Richardum obſervantia, ut eo inconſulto nihil agere videretur. In Cyprum una cum Gorello Tocco Neapolitano Patritio ad deſponſandam Regis ſororem illum miſit, ut refert Conſtantius in hiſt. Neapol. l. 2.* Taſurus.)

41 VICTOR à Gregorio XII. adlectus eſt Archiepiſcopus, in qua dignitate vix annum explevit. XLIII

42 PAULUS Romanus ab eodem Gregorio, demortuo Victore, ſucceſſor datus, munuſque conſecrationis & pallium eodem donante Pontifice accepit, ac permittente Ladislao Rege, pacificè aliquando has rexit Eccleſias; verum cum Ladislaus, repudiato Gregorio, Joanni adhæſiſſet, Paulus, veluti Gregorii fautor Archiepiſcopatu privatus eſt ann. 1412. XLIV

43 Fr. PANDULUS Abbas Beatæ Mariæ Montis Virginis ab eodem Joanne XXII. veluti legitimus Richardi ſucceſſor, pronunciatus eſt Brunduſinus, & Uritanus Archiepiſcopus 10. Kalend. Decemb. 1412. vitam liquit ann. 1414. XLV



44 ARAGONIUS ex Marchionibus Maleſpinis Archipresbyter Albingaunenſis, & ſanctæ Senis Notarius ad has Eccleſias promotus eſt 5. Kalend. Febr. 1415. ut ex litteris Joannis liquet Dat. Conſtantiæ anno 5. Poſt tres omninò annos translatus eſt ad Hydruntinam Eccleſiam à Martino V. Hic ille idem Aragonius eſt, qui aliquando Lunenſem devexavit Eccleſiam, ut in primo noſtro tomo ſerie Lunenſium Epiſcoporum narravimus. XLVI

45 PAULUS Romanus *b*, ille idem qui ab Joanne XXII. dignitatibus ſpoliatus fuerat, à Martino V. anno 1418. 7. Kalend. Martii legitimus Archipræſul declaratus eſt; vixit deinde uſque ad annum 1423.

b Sive ille de quo ſupra n. 42.

PE-

A





B Neapoli ętate grandævus fato conceſſit an. 1513. ſepultus in majorum tumulo. LII.

51 DOMINICUS Idiaſchez Hiſpanus ſucceſſit Roberto, exceſſit ann. 1518.



XLVII. 46 PETRUS Gattula, ſeu della Gatta Neapolitanus ſucceſſit Paulo ex Epiſcopo S. Agathæ die 16. Kal. Junii 1423. diem obiit anno 1437.

XLVIII. 47 PETRUS Petro ſucceſſit ex Epiſcopo Monopolitano 17. Kal. Martii 1437. antea fuerat Epiſcopus Bojanus. Hujus meminimus in Epiſcopis Monopolitanis tom. primo pag. 969. num. 31. ac malè notavimus, exceſſiſſe hoc ipſo anno 1437. quo ad has Brunduſinas & Uritanas Eccleſias fuit translatus: meliùs dixiſſem illum receſſiſſe ab Eccleſia Monopolitana ad infulam Archiepiſcopalem translatum. Tu candide lector errata noſtra benignè corrige. Cæterùm Petrus ſedit plus minuſve ann. 16. („ *Petrus de S. Blaſio, Neritinus, ob* „ *eximiam, egregiamque virtutem non ſolum in* „ *humanis, ſed & in divinis rebus, Caſtrimarenſis* „ *Epiſcopus electus fuit; Bojanenſem deinde, &* „ *Monopolitanam infulas obtinuit, & denique Brun-* „ *duſinam. Laudatur à Cavalerio in libro, cui ti-* „ *tulus* Galleria Dominicana; *qui tamen corrigen-* „ *dus, dum illum confundit cum Pirro quodam, de* „ *quo Fontana in monumentis Dominicanis an.* „ *1355. p. 224. Sed nos fuſius de Petro agemus in li-* „ *bro de viris illuſtr. Neritinis.* Taſurus.)

C

XLIX 48 GAUFRIDUS Clericus Monopolitanus electus anno 1453 per obitum Petri die 14. Kalend. Januarii. Obiit ſub Paulo II per multos deinde annos Eccleſia Brunduſina vacavit.

L. 49 FRANCISCUS de Arenis, Luſitanus, ante miles ſtrenuus, & Alphonſo I. Regi in paucis charus, Eccleſiaſticam dein vitam amplexus Brunduſinus & Uritanus Archipræſul adlectus eſt ab Sixto IV. in gratiam ejuſdem Regis anno 1479. 7. Idus Octobr. ſub eodem Pontifice vitam amiſit.

(„ *A Ferdinando Neapolitanorum Rege, cui op-* „ *pidò charus extitit, utriuſque provinciæ Hydrunti,* „ *& Barii Proregis titulo decoratus fuit, ſumma vi-* „ *gilantia eo munere perfunctus tunc præcipuè cum* „ *Hydruntina urbs an 1480. à Turcis obſeſſa, ac ut* „ *fuit capta. Ab eodem rege Eccleſiæ S. Nicolai My-* „ *renſis Epiſcopi civitatis Barii Prioratus dignitate* „ *inſignitus fuit, quam uſque ad an. 1485. exercuit.* „ Taſurus.)

D

LI. 50 ROBERTUS Piſcicellus *a* Neapolitanus, Franciſci filius, nobilitate generis, & virtute illuſtris, ſub Patruo Nicolao Archiepiſcopo Salernitano Eccleſiaſticam vitam amplexus, & litteris eruditus, in virum evaſit doctiſſimum. Abbatis ſæcularis titulo ornatus, in Ferdinandi I. Regis gratiam, cujus ob eximias animi dotes charus erat, à Sixto IV. anno 1484. die 7. Aprilis factus eſt Brunduſinus & Uritanus Archiepiſcopus. Motulenſem aliquando Eccleſiam rexit ſibi in adminiſtrationem datam. Coronationi Alphonſi II. Regis interfuit anno 1494. & poſtquam boni Paſtoris onus per ann. 29. ſubiiſſet,

a De quo Campanilis de Familiis Regni Neapol. p. 224. Mandoſ.

52 JOANNES PETRUS Carrafa *b* Epiſcopus Theatinus delectus eſt Brunduſinus, & Uritanus Archiepiſcopus die 20. Decembris anno 1518. cum retentione primæ ſuæ Eccleſiæ ad ſex menſes tantum cum decreto, quod iis elapſis menſibus, niſi alteri reſignaverit, vacet; tamen de benignitate Apoſtolicæ Sedis utraſque retinuit ad annum uſque 1524. ac divino amore accenſus libere utraſque in Clementis VII. manibus remiſit die 8. Auguſti. Liber factus cum aliquibus ſanctiſſimis viris Ordinem Clericorum Regularium, quem Theatinorum vocant, cœpit inſtituere. Is ille Carrafa eſt, qui invitus ad dignitates revocatus à Paulo III. pronunciatus eſt S. R. E. Cardinalis. Idem evaſit Summus Eccleſiæ Pontifex ſub nomine Pauli IV. de quo alibi plura ſcripſimus. LIII.

b De quo Ciaconius Oldoini tom. 6. col 601. & ſeq.

53 HIERONYMUS Aleander, *c* Motenſis, Diœceſis Cenetenſis, Bibliothecarius Apoſtolicus, Brunduſinus & Uritanus eſt adlectus Archiepiſcopus die 8. Martii 1524. Natus eſt Hieronymus, ut Victorellus ſcribit anno 1480. die Febr. 13. Franciſcum Aleandrum Philoſophum, & Medicum excellentem, & Bartholomæam Antonelli Bonfilii civis Veneti viri egregii parentes habuit. Litteris navavit operam Hieronymus Venetiis primum, deinde in oppido portus Naonis, in Fori Julii regione, ubi (mirum ſane) quindecim annos natus bonos auctores publicè interpretari cœpit. Diſciplinis omnibus inhians, pauló poſt à Daniele Patavino, magni nominis Aſtrologo res Aſtrologicas accuratè perdidicit: deinde medicam diſciplinam; cum enim Græcas litteras optimè calleret, & Pater Græci ſermonis ignarus, ejus opera in Hippocratis, & Galeni locis perpendendis uteretur, eam artem facilè adeptus eſt. Anno proximo 1498. à Moyſe Perez Hebræo Legionenſi; quem (qua erat pietate) ut Religioni Chriſtianæ nomen daret, hortatus eſt: Is LIV.

c De eo idem Ciaconius ibid. col. 623.

au-

autem ſacro baptiſmate initiatus Hieronymus Paulus nuncupatus eſt: iis autem in litteris adeo profecerat Aleander, ut eo ipſo anno Venetias accitus ſit, ut Sebaſtianum Priolum Nicoſienſem Archiepiſcopum eas edoceret. Præter umaniores litteras, inſatiabilemque librorum omnis generis lectionem, Philoſophiæ & Theologiæ ſerio ſtuduit, & 19 agens annum coram Prætore & populo, de Angelis cum Joanne Paſetto Epirota claro Theologo ita diſſeruit, ut omnibus admirationi eſſet. Vigeſimo ætatis annos Tuſculanas Quæſt. Venetiis, nobiliſſimis auditoribus interpretabatur, è quibus Mapheus Leo, Vincentius Bolanus Veneti, & Joan. Baptiſta Ponconus, qui à ſecretis erat Senatui, mirificè eum dilexerunt. De virtutibus ejus, ingenii felicitate, & multiplici litteratura, Alexander VI. Pont. Max. certior factus, Romam illum vocare ſtatuerat, ut Duci Valentino à ſecretis ſerviret, etſi primum & viceſimum tantum ageret annum, ob idque Antiſtes Tiburtinus, tunc Alexandri apud Venetos Internuncius, anno 1501. die 14. Novembris, eum apud ſe manere juſſit, ut Romam primo quoque tempore mitteret. Cæterum, cum Pontifex agnoviſſet eum, præter facundiam, mira etiam in rebus agendis pollere dexteritate, in Hungariam, quorundam negotiorum cauſa, legavit, & morbo correptus, qui eum multos menſes afflixit, reverti conatus eſt. Hinc factum, ut Romana illa profectio evaneſceret. Itaque ad annos ſeptem, partim Venetiis, partim Patavii cum Maphæo Leone conſedit. Aldi Manutii in præfatione Iliados Homeri, Venetæ editionis eidem inſcriptæ, de illo teſtimonium extat. Fatetur is Hieronymum annum 24. nondum natum, præter Græcam, Hebraicamque linguas, quas perfectè callebat, Chaldeæ tunc & Arabicæ ſedulo vacaſſe: in latina adeo profeciſſe, ut Lyricorum, Sylvarum, Epigrammatum, & Jambicorum omne genus carminum jam tum magnos, eruditoſque libros, ſoluto vero ſermone, epiſtolas, orationes, dialogos, & alia felici ſtylo conſcripſerit: erat præterea (eodem teſte) muſices, & mathematicarum artium peritus, ſtudiumque liberalium omnium artium conſectatus fuerat, nec minus Græcas epiſtolas, & dialogos, Lucianum, quo ob ſermonis nitorem, delectabatur, imitatus. Græcos etiam verſus illius præſtantiæ fudit, ut Michael Humilbergius in M. S. quadam epiſtola, egregium vatem, qui uni cederet Homero, nuncupaverit. Ludovicus XII. Galliarum Rex, Hieronymum nominis celebritate agnitum anno 1508. Pariſios invitavit, ut in celeberrima illius urbis Academia bonas litteras, quingentorum aureorum ſtipendio conſtituto profiteretur. Id ille præſtitit egregie, quo cum Rex ſermones ſæpe ſerere conſueverat, quod Arnoldus Feronius in vita Regis innuit. Altero ab hinc anno (naturalitatis ut ajunt,) privilegio donatus à Rege, ſacris, quod jamdudum ſe facturum decreverat, initiatus eſt. Rector Univerſitati præfuit. At cum duos annos in eo munere conſumpſiſſet, & peſtis Pariſiis graſſaretur, Aureliam, deinde Bleſum conceſſit. Anno vero 1513. Pariſienſi Epiſcopo honeſtiſſimis conditionibus allicienti adhæſit, anno autem proxime ſecuto, Erardus de Marka Epiſcopus, & Princeps Leodienſis, Pariſienſi Antiſtite ægrè permittente, ad ſe adlectum Secretarium & Cancellarium ſuum inſtituit, Canonicatuſque in Cathedrali æde & S. Joan. Præpoſitura cohoneſtavit. Biennio elapſo, cum Erardus Romana purpura ornari cuperet, Romam Hieronymum miſit, qui difficultates ea in re obortas auferret; huic enim Rex Galliæ obſiſtebat. Leo X. tum Romanus Pontifex Hieronymi memoriam, multiplices diſciplinas, prudentiam & probitatem demiratus, ab Erardo ut eum apud Cardinalem Mediceum eſſe vellet, aſſecutus eſt. Anno 1519. ipſo die 17. Julii, quo Zenobius Acciajolus Florentinus exceſſerat, Bibliothecæ Apoſtolicæ à Leone præfectus eſt, quam Præfecturam tamen, etſi abſens in Legationibus, & Archiepiſcopatu retinuit, quamque deinde Pontifices Cardinalibus detulerunt. Anno 1520. ob hæreſim Lutheri, ab eoq; turbas excitatas à Leone in Germaniam Legatus eſt; eo mortuo, Hadrianus VI eum dilexit, bonoque animo eſſe juſſit, & dixit, daturum ſe operam ut homines, quanta ejus eſſent apud Apoſtolicam Sedem promerita, palam agnoſcerent, ſtatimque, Canonicatum & Præpoſituram in Valentina Eccleſia, quorum redditus ſexcentorum aureorum erant, in eum contulit. Clemens VII. Hieronymi olim patronus anno 1524. Archiepiſcopum Brunduſinum, & Uritanum, cum Cæſare annuente, eum creaſſet, die eodem, nempe 8. Auguſti, Internuncium Apoſtolicum apud Franciſcum I. Gallorum Regem inſtituit. Ea Legatio ob Regis captivitatem, brevis fuit; cum quo ipſe quoque captus eſt, de qua re Guicciardus, & alii, & ipſe Hieronymus in ſuis adverſariis, his verbis. 1525. 24. *Febr. commiſſium eſt prælium in Paradiſo Mirabelli prope Papiam, ubi captus fuit Rex Gallus, quamplurimi Duces interfecti, & plerique capti, quibus cum & ego uſque adeo Regi proximus, dum caperetur, ut equus meus, ingruentibus militibus Hiſpanis equum Regis, in proſtratum vulneribus tangeret.* Romam reverſus, Pontifice annuente, anno 1527. ad Eccleſiam Brunduſinam ſe recepit, & biennio elapſo, Romam accitus eſt, & anno 1531. iterum Legatus eſt in Germaniam: deinde etiam apud Venetos Pontificis Internuncius fuit, cujus in illo munere operam Venetus Senatus, & Pontifex probarunt. Venetiis hæſit uſque ad Maii dimidium anni 1535. cum à Paulo III. Romam accerſitus in Cardinalium Senatum adlectus eſt, non tamen anno & die a Crabrera notato: ſuam de dignitate ampliſſima Hieronymo tributa ſententiam Paulus evulgavit; cum enim eum inter Cardinales relaturus eſſet, idque multis indicaſſet, Ferdinandum Regem Romanorum, alioſque Principes in Germania Catholicos hoc ægrè laturos, quod in Lutherum, Lutheranoſque nimis acris fuiſſet, illi eſt inſuſurratum, concordiamque, quæ tunc agitabatur, impediri poſſe: hinc factum, ut Paulus ea declaratione ſuperſederit, quod moleſtiam bonis viris attulit, præcipuè Card. Sodoleto, ſtatim datis ad Paulum litteris de ea re conqueſto. Re à Germanis cognita, tam ipſe Rex Romanorum, quàm Moguntinus, & Tridentinus Cardinales, aliique Catholici Principes ſcripſerunt Paulo, ægrè ſe ferre, quod tunc eum virum prætermiſſum ſcirent, qui multa, & magna pro Religione Catholica, & Apoſtolicæ Sedis dignitate exantlaſſet. Quare illum Pontifex anno 1538. die 3. Martii Cardinalem declaravit, perinde quaſi in præterita promotione creatum, pileumque eodem die tradidit, & mora nulla interjecta, Legatum Synodi Venetiis celebrandæ unà cum Cardd. Campegio & Simonetta inſtituit. Poſt tres menſes Synodi tempore profugato, eundem Cardinalem Brunduſinum (ſic vulgo dicebatur) ad Regem Romanorum legavit; ſpes enim effulſerat; res Religionis in Germania meliorem ſtatum habituras noverat Brunduſinus Lutheranorum ingenia, nihil ſe profecturum opinabatur, ivit tamen in eam regionem, in qua uſque ad Octobrem ſubſequentis anni moratus eſt. Romæ ceſſit è vita 1542. Kalen. Febr. anno ætatis 62. nondum exacto. In teſtamento verba illa, aureis ſcribenda litteris, extare voluit: *In legationibus meis nunquam munus accepi*. Corpus in D. Chryſogoni tumulatum eſt. Epitaphium autem hoc additum.

Hieronymo Aleandro Mottenſi è Comitibus Landri in Carnia Petræ Piloſæ in Hiſtria oriundo Tit. S. Chryſogoni S.R.E presbytero Card. Brunduſino Philoſophiæ, & Theologiæ Doctori, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, aliquotque aliarum linguarum exoticarum ita exactè docto, ut eas rectè & aptè loqueretur, & ſcriberet, mox diverſis legationibus pro Summis Pontificibus ad omnes ferè Chriſtianos Principes fideliter,

& d-

& diligenter perfunƈto, & ideo in tabem delapſo quanti humanam miſeriam fecerit, ſequenti dyſticho de ſe edito teſtatum poſteris reliquit. Natus eſt Mottæ in Carnia an. MCDLXXIX. Mortuus Romæ anno Chriſt. ſalutis MDXLII. Ætatis ſuæ LXII. minus diebus XIII. Hæredes Patruo ampliſſimo & optimo mœſtiſſimi. P. C.

Teſtamento Card. Aleandri ea fuit lex, ut tumulus duobus Græcis verſibus, quorum ſententia hæc eſt, inſcriberetur.

Exceſſi è vitæ ærumnis facilíſque, lubenſque,
Ne pejora ipſa morte dehinc videam.

Motam deinde natale oppidum, idem corpus translatum in primario Templo S. Nicolai titulo inſignito, locatum fuit. Præſtantiſſimi viri elogium edidit Jovius, de quo alii ſcripſere, à quibus, quæ ſupra relata ſunt, accepit Victorellus. Porro Card. Aleander Eccleſiam Brunduſinam in Franciſcum nepotem transferendam curavit eo ipſo anno quo ex hac mortali vita diſceſſit.

LV. 54. FRANCISCUS Aleander, Hieronymi Card. ex fratre nepos, tametſi pronior eſſet ad arma, quàm ad Eccleſiaſticam tonſuram, cedente patruo, ad nominationem tamen Caroli V. Imp. electus eſt Brunduſinus, & Uritanus Archiepiſcopus à Paulo III. die 30. Januarii 1542. Ubi Franciſcus ſolemni ritu Brunduſium ingreſſus fuiſſet, cœpit ſtatim Diœceſim ſuam luſtrare, ſed cum Uriæ appropinquaret, Marchio populuſque Uritanus eum recipere recuſarunt, ni prius jurejurando affirmaret, ſeque ſubſcriberet Archiepiſcopum Uritanum, & Brunduſinum, ac veluti Antiſtes Uritanus diſtinctus à Brunduſino Sacerdotio, illud æque cum illo unitum omnino fateretur; quod cum indignè injuriam ſibi illatam propriis viribus vindicare nequiret, ad Pauli III. Pontificis judicium confugit, allatis ſecum aliorum Summorum Pontificum privilegiis ac decretis Eccleſiæ Brunduſinæ, quibus Brunduſinæ Eccleſiæ jura contra Uritanos palam fecit, ac oſtendit Uritanam Eccleſiam ante multa ſæcula unitam fuiſſe Brunduſinæ, quamobrem Paulus litteris in forma Brevis Marchioni, Clero, & Populo Uritano ſcripſit, quibus perbelle minatur. Quæ de hac controverſia ſcitu ſunt digna, ab exemplari conſcripſimus in hunc modum.

Dilectis filiis Nobili viro Marchioni, & Clero, & Populo Uritano.

PAULUS PAPA III.

Dilecti filii ſalut. & Apoſt. bened.

Exponi nobis nuper fecit venerabilis frater Franciſcus Archiepiſcopus Brunduſinus, & Uritanus, quod licet Eccleſia Brunduſina Metropolitana exiſtat, & cæteras illius ſuffraganeas, & illi unitas Cathedrales Eccleſias dignitate, & honore præcedat, ac qui pro eo tempore fuerunt Archiepiſcopi Brunduſini, ſeu eorum Vicarii in ſpiritualibus Generales juriſdictionem Archiepiſcopalem, etiam contra vos in concernentibus forum Eccleſiaſticum quoad vos (fili mi Marchio & Popule) in dicta civitate Brunduſina exercere, ac vos & ſingulares perſonas ex vobis, coram eis in dicta civitate ad judicium trahere, ac in vos & pro vobis, ac contra vos jus dicere, & juſtitiam miniſtrare conſueverint. Et felicis recordationis Alexander III. ac Lucius etiam III. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri (tibi, Clero, & Populo) mandaverint, & præceperint quatenus in prædicta Eccleſia Brunduſina Chriſma conficí, ſicut in illius privilegiis Apoſtolicis continetur non moleſtè ferretis, nec propter id aliquam dictæ Eccleſiæ, vel Archiepiſcopo ſubtraheretis reverentiam aut honorem. Ac idem Lucius inter cætera ad querelam tunc Archiepiſcopi Brunduſini, quod ei debita ſubtraheretur obedientia, & honor, & quod ex ſubditis veſtris anteceſſoribus tunc exiſtentibus aliqui vocabantur ab eo, & præſentiam ejus contemnebant adire. Vos Clero & Popule monuerit, ac vobis mandaverit quatenus Archiepiſcopo Brunduſino debitam obedientiam & honorem de cætero ſubtrahere non præſumatis, alioquin ſententiam,

A *quam in vos propter hoc canonicè ferret, authore Deo ratam haberet, & mandaret uſque ad ſatiſfactionem congruam obſervari prout in diverſis ipſorum Prædeceſſorum deſuper confectis litteris plenius continetur. Nihilominus cùm dictus Franciſcus Archiepiſcopus ſuperioribus diebus ad eandem Eccleſiam Uritanam animo ibi viſitandi & juriſdictionem ſuam exercendi Archiepiſcopalem ſe contuliſſet, tu fili Marchio, voſque filii Popule ad id per te fili Marchio forſitan concitati, ſub prætextu quod in litteris proviſionis de perſona Franciſci Archiepiſcopi ad eaſdem Brunduſinam & Uritanam Eccleſias factæ, prius de Brunduſina quam de Uritana Eccleſiis hujuſmodi mentio fiat; eundem Franciſcum Archiepiſcopum ingreſſu ipſius civitatis Uritanæ prohibuiſtis, & niſi alias litteras in quibus prius de Uritana, quam de Brunduſina Eccleſiis hujuſmodi mentio fieret, taliter expeditas vobis præſentarit, eum nunquam admiſſuros eſſe comminati fuiſtis, & ab inde citra ſibi obedientiam ſubtraxiſtis ejus mandatis parere recuſando, ac fructuum ſibi ratione menſæ Archiepiſcopalis Brunduſinæ & Uritanæ in iſtis partibus debitorum perceptionem & collationem, ac etiam aliorum redditiuum, proventuum, jurium, & ſpecialiter quartæ Canonicæ,*

B *& ſubſidiorum ſolitorum & conſuetorum pro tempore exactionem impediendo. Et cornua contra Paſtorem veſtrum temerè erigendo in animarum veſtrarum periculum, in ipſius Franciſci Archiepiſcopi detrimentum, & gravamen, aliorumque Chriſti fidelium ſcandalum. Quare idem Franciſcus Archiepiſcopus, qui in hoc ad Sedem Apoſtolicam perſonaliter acceſſit, Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes Eccleſiam Brunduſinam Metropolitanam exiſtere; & ejus dignitati & honori detrahendum non eſſe, & ob præmiſſam ſemper cauſam cæteris illius ſuffraganeis, & veſtræ Uritanæ illi unitæ, & aliis ſibi unitis Eccleſiis præponi conſueviſſe & debere, & judicium præeminentiæ, & dignitatis ſingularum Eccleſiarum prædictarum ad vos*

C *non pertinere; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vos & veſtrorum ſingulos in virtute ſanctæ obedientiæ monemus, & in Domino requirimus quatenus infra ſex dies à præſentatione præſentium vobis facienda computandos, eundem Franciſcum Archiepiſcopum intra civitatem Uritanam, ſi illam ingredi voluerit, reverenter & cum debita reverentia, ac in hujuſmodi actu conſuetis honoribus ſuſcepiſſe, ac ſibi & ejus Vicario in ſpiritualibus generali, eam omnem quam ejus prædeceſſoribus Archiepiſcopis Brunduſinis hactenus præſtare ſoliti eſtis obedientiam præſtitiſſe, nec non eorum monitis & mandatis ſalubribus paruiſſe, ac bonorum ac jurium ad dictam menſam in iſtis partibus ſpectantium poſſeſſionem liberam, veram, integram, & expeditam relaxaſſe, fructuſque ex eiſdem bonis & juribus, nec non cætera prædicta redditus, proventus, jura, & quartam canonicam & ſolita ſubſidia, ac proviſionis de perſona ipſius Franciſci Archiepiſcopi, ut præfertur factæ, citra percepta, & ſibi præmiſſarum occaſione*

D *quomodolibet debita, & in futurum debenda, & ad eum ſpectantia eidem Franciſco Archiepiſcopo, ſeu ejus procuratori legitimo ejus nomine conſignaſſe, & eos in futurum ſuper illius exactione nullatenus impediviſſe, ac ubi per eum aut ejus Vicarium vocami ni coram eo, etiam in ipſa civitate Brunduſina, comparere realiter, & cum effectu debeatis. Nos enim quum dignitatem, & jus prædicti Franciſci Archiepiſcopi, quem in partem Apoſtolicæ ſollicitudinis evocavit Altiſſimus negligere non debeamus, cogemur ſi præſentibus cum effectu non parueritis, contra vos ſuper præmiſſis prout gravitas rei exigit, procedere, & procedi mandare. Volumus autem & mandamus quod præſentes poſtquam vobis præſentatæ fuerint dimiſſa vobis copia, præſentandi per vos omnino reſtituantur.*

Datum Romæ vigeſima Maii, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto. Anno undecimo Pontificatus noſtri.

Sedit Franciſcus plus minus annis vigenti duobus, defunctuſque eſt ante in annum 1564. A

LVI. 55 JOANNES CAROLUS Bovius *a* Andreæ filius, originis Bononienſis, Brunduſii natus, Græcis Latiniſque litteris excultus, de Græco in latinum tranſtulit Gregorii Niſſeni opera; jam antea Epiſcopus Hoſtunenſis, in Concilio Tridentino clarus ad has Infulas à Pio IV. ſubvectus eſt die 21. Junii 1564. Fratres Capuccinos in civitate recepit, & Minores apud Eccleſiam S. Mariæ de Caſula Cathedralem, Ædeſque Archiepiſcopales Uriæ, vetuſtate dirutas mirabiliter à fundamentis reſtitnit, cujus rei factum marmorea hæc inſcriptio teſtatur.

a De eo Toppius in Bibl. Neap. p. 142. ejuſq. Auctarius p. 410. Manuſ.

Jo. Carolus Bovius Bononien. Archiepiſcopus Uriæ, & Brunduſii, Eccleſia Uritana in priſtinam dignitatem Archiepiſcopalem renovata, has ædes vetuſtate collapſas, aut bello dirutas S. P. à fundamentis ſibi, ſucceſſoribuſque ſuis in vetere area antiquitatis conſervandæ cauſa reſtituit.

Hoſtuni è vivis exemptus anno 1570. menſe Octobri, Uriam deportatus ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio. B

Joannem Carolum Bovium de ſanguine clarum
Virtutis, paupertatis, literis Patronum,
Brunduſium genuit, nutrit Bononia docta,
Hoſtuninum rapuit, tumulo nunc Uria condit.

D. O. M.

Io. Carolo Bovio Andreæ filio Bonon.
Morum, pietatis, juſtitiæ, Doctrinarum, linguarumque
veterum cultori, qui minori Pontificatu
Aſtanti Concilio Orbis terrarum Tridenti
Majore Pontificatu Uriæ & Brunduſii
Integerrimè geſto, & Uritana civitate
Ex multorum injuriis in priſtinam dignitatem
Archiepiſcopalem reſtituta, rebus omnibus
Et vita ſanctiſſimè perfunctas H. S. E.
Vix. an. XLVIII. Menſes X. Di. XV.
Ordo & Populus Uritanus Pontifici
Sanctiſſ. Patronoque ſuo opt. ac beaè mercn.
Cum ſuis & bonorum omnium lachrymis fecit. C

LVII. 56 BERNARDINUS de Figueroa Hiſpanus, nobilis Granatenſis, Nazarenus Archiepiſcopus die 27. *b* Novemb. 1571. deſignatus Brunduſinus & Uritanus Archiepiſcopus ſucceſſit Bovio. Eo Archipræſule Fratres Minimi in urbe recipiuntur anno 1578. Cœnobium conditum eſt in ipſa urbe, ſed muris contiguum, ut Fratres cœli benignitate, quæ ibi ad purum viget, liberius perſeverentur, nomen habet B. Virginis Annunciatæ. Sanctimonialium Cœnobium Cappucinarum à fundamentis extruxit, præfuitque ſama integra ann. 14. & mortuus eſt in ſenectute bona. Vacarunt hæ ſedes poſt obitum ejuſdem, annis ſex, quo tempore per Romanum Pontificem diviſæ ſunt Diœceſis Brunduſina & Uritana, unicuique attributus proprius Antiſtes, ſicque poſt multa ſæcula Uritana Eccleſia à Brunduſina ſoluta eſt unione. Qui modo ſequuntur Archiepiſcopi, Brunduſini tantum titulo ſunt inſigniti; hi autem qui Uritani deinceps præfuerunt, ſeorſim infra recenſentur inter ſuffraganeos Tarentinæ Metropolis. De Bernardino lege quæ ſcripſimus in ſerie Nazarenorum Archipræſulum tom. 7. D

b Die 26. Novemb.

LVIII 57 ANDREAS de Ayardi Hiſpanus Cantaber ex Parocho Eccleſiæ S. Crucis Mantuæ Cantaprenæ à Catholico Rege præſentatus evaſit Archiepiſcopus Brunduſinus die 10. Martii 1591. quinque omnino annos præfuit. Obiit collachrymantibus populis, vir probatiſſimæ virtutis, in pauperes liberalis, morum ſanctimonia clarus.

LIX 58 JOANNES de Pedroſa ex Caſtellæ Regno nobilis Hiſpanus, Monachus Ord. Sancti Benedicti, vir innocentiſſimæ vitæ, doctus, & tanto munere dignus electus eſt Archiepiſcopus die 20. Maii 1597. *c* ſedit plus minuſque annis quinque.

c ...gſ. 15. ... ex Actis.

LX 59 Fr. JOANNES Falces à S. Stephano Aragonus è Villa Sanuis Ord. Sancti Hieronymi Eſcurialis Monaſterii alumnus ad hanc dignitatem ſubvectus eſt die 4. Julii 1605. ſedit ann. 31.

LXI. 60 FRANCISCUS Surgentius *d* Patritius Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, Archiepiſcopus Brunduſinus creatus eſt Kalen. Martii 1638. Nondum ſecundo à ſuæ inaugurationis anno elapſo, ad Monopolitanam Eccleſiam tranſlatus eſt an. 1640. de quo lubet hic referre, quæ de ipſo ſcripſit Joſeph Sylos in 2. vol. Annal. Clericorum Regularium. *Anno 1614. Romæ in D. Andreæ templo ſolemni ritu voverat Franciſcus Surgentius Patritii Ord. Neapolit. Is procurante ſummo jure rem Neapolitanam Duce Alcalen. ita ejus gratiam præclaris animi partibus occupavit, ut eo agente, honeſtatus Philippi IV. judiciis egregiè fuerit admotus ad Brunduſinam primùm Eccleſiam, mox ad Monopolitanam. Et Brunduſinam quidem, quæ nonniſi Hiſpanis concedi ſolita, mirum ſanè videri potuit commendatam viro Italo, ut argumento fuerit, deſtinatam peculiari quodam inſtinctu Numinis ad Eccleſiarum rationem Surgentium. Et verò utramque eam infulam ſucceſſivè ita adminiſtravit, at & præclara ſuæ vitæ conſuetudine, & modeſtiæ laude, & ſingulari in pauperes charitate, & communis pietatis ſtudio, & tuendi Eccleſiaſtici juris zelo impleverit profectò Epiſcopi partes omnes peregregiè. Nihil illi potius quàm illibati Eccleſiaſticorum mores, mulctare, emendare ſtrenuè ſi quid vitii faceret diſciplina. In Eccleſiæ cultu planè magnificus. In egenos profuſior. Sui Sacerdotii proventus, non ſuos, ſed pauperum putabat, quibus præſenti erogatione ita aderat, ut nunquam aliquid congeſtæ pecuniæ domi eſſet, audiebatque Monopoli pauperum Pater; derivare hanc munificentiam & in ſuum Ordinem voluit. Nam præter quam quod excipere noſtros hoſpites perquàm liberaliter, ut retinere diutiùs domi ſolitus erat, fovere etiam pecunia, atque annona quædam ex noſtris domiciliis conſueverat: ac non ita multò antequam fato concederet, Bituntinis quidem Patribus exornando templo, icones ſuas, quæ non paucæ, nec exigui pretii, Barolitanis verò Bibliothecam, conſignatis publicis tabulis, donaverat. Quæ quidem ſucceſſu donationes caruere, inopinato videlicet ejus obitu, aliquot dumtaxat libris Barolum tranſlatis. In tuenda verò Eccleſiaſtica libertate acerrimus. Monopoli ne quid acciperet detrimenti res Eccleſiæ, obiicere vim pectoris incomparabilem, luſtrare, implorare Romanam opem, ac fidem, non auro parcere, non iram, virorumque Principum invidiam pertimeſcere. Commendatus non ſemel Romæ ampliſſimis verbis is ejus zelus. Eandem ſanè infractæ indolis conſtantiam, perturbata inteſtinis ſeditionibus re Neapolitana objecit. Cum alibi tum Monopoli acriùs, excuſſa obedientia ſæviit multitudo. Adire Antiſtes ad ſeditionis capita, adhortari, comminari, intrepidè, ſumma fide propugnare Regis partes, planè ut perhonorificum ab regiis adminiſtris encomium tulerit. Sed hæc in loco fuſiùs. Dum ſuas oves tanta cum ſolertia, ac munificentiæ laude procurat Præſul optimus, exeunte ſuperiore anno 1651. correptus præcipiti quodam morbo brevi moritur: quo luctu, ſenſuque ſuæ urbis, conteſtari is facile poterit qui civium in ipſum benevolentiam, ac ſtudium noverat. Viſus planè momento ereptus publicus parens, ac commune perfugium, debeatque profectò noſtri hominis ad memoris animi ſpecimen viro benemerentiſſimo perenni elogio parentare.* Hæc ille, de quo vide tom. prim. in Monopolitanis Epiſcopis.

d De eo Silos in hiſt. Cleric. Regul. par. 3. l. 5. p. 167. Manuſ.

LXII. 61 Fr. DIONYSIUS Odriſcol Hybernus Ordinis Minorum de Obſervantia, præſentatione regia electus eſt Brunduſinus Archiepiſcopus die 16. Febr. 1640. Romæ conſecratus in Eccleſia ſancti Iſidori die 19. Aprilis. Is natus in Auſtrali Momonia Hyberniæ provincia, Thadeo ex nobiliſſima Odriſcolſiorum familia, qui olim in ea regione Dynaſtæ fuerunt, ac portus Caſtri, vulgo Hybernico *Con à Chaſtala* hodie Comitatus titulo inſignis, aliorumque locorum Domini: matre vero Margarita Charſlera pari nobilitate femina. Sed ſub ipſum ortum Dionyſii, Thadæus pater, & Donatus patruus cum plurima pro Catholica fide, & patriæ liber-

bertate contra Angliæ hæreticos glorioſa patraſſet, multaque pro ejuſdem Catholicæ fidei profeſſione paſſi fuiſſent, ſolum tandem cum uxoribus, ac liberis vertere compulſi ſunt, & in Hiſpaniam ſub Catholici Regis præſidium confugere, relictis hæreticorum prædæ accitis ampliſſimis poſſeſſionibus, ne fidem cum caducis rebus commutarent. Conſtitutus in exilium Thadæus, Dionyſium egregiæ indolis filium liberaliter educavit, uſque dum armis, & humanioribus litteris idoneus, inſpirante Deo, Ordinem Minorum de Obſervantia ingreſſus eſt in provincia Sancti Jacobi. Hinc emiſſa profeſſione ſacros Ordines ſuſcepit, & in Philoſophicis, ac Theologicis ſtudiis eum fecit profectum apud Salmanticenſes S. Franciſci, ut in Ovetenſi civitate primùm Philoſophicis ſtudentium Magiſter mox ſacræ Theologiæ profeſſor Orieti, ſimulque Concionator inſtitutus fuerit, quod munus ſumma cum laude Compoſtellæ, ac in Salamanticen. ſui Ordinis Cœnobiis adimplevit. Commiſſarius Cruciatæ factus indefeſſo quidem labore, & ſtudio multum profecit. Compoſtellæ & Valliſoleti mox in ſupremo conſilio generalis Inquiſitionis Hiſpaniæ Qualificator adlectus, cum inter hæc celebriora Eccleſiarum pulpita per Caſtellam, Galliciam, Legionem, Aſturiam, ac etiam in Matricenſi Regia egregiè verbum Dei declamaſset, ſuique nominis ubique fama relicta, laborum ſuorum intuitu, ac morum ſuavitate, ac eximia nobilitate illuſtris, meruit à Philippo IV. Catholico Rege ad Inſulam Brunduſinam promoveri, quem cum probaſset Urbanus VIII. Summus Eccleſiæ Pontifex, Romæ in Eccleſia S. Iſidori ſacris peruntus die 19. Aprilis ad Eccleſiam ſuam profectus annis 14. conſultiſſimè præfuit, & ut vixerat, piè mortalitatem explevit

a 1652. anno 1654 *a*. ſepultus in Cathedrali, magno de ſe deſiderio relicto.

LXIII 62 LAURENTIUS de Raynos Compluti in Hiſpania honeſtis parentibus ortus, in litteris ſatis eruditus favore Philippi IV. Catholici Regis Archiepiſcopus Brunduſinus evaſit anno 1654. *b* vix annum tertium attigerat, cum fato ceſſit.

b 1652. 29. Febr. ex Actis.

LXIV 63 JOANNES *c* de Eſtrada, Hiſpanus ſacræ Theologiæ Doctor, & Canonicus Gadicenſis, electus anno 1659. Romæ conſecratur à M. Antonio Card. Franciotto in Eccleſia ſanctæ Catharinæ Senenſis die 17. Auguſti, dominica infra octavam Aſſumptionis Beatæ Virginis una cum Attilio Petraſancta Viglebanenſi, N. Uxentino Epiſcopis, aſſiſtentibus Stephano Quaranta Archiepiſcopo Amalphitano, & N. Magni Cairi Epiſcopo.

c FRANCISCUS dicitur in Actis, & electus 10. Julii 1659.

A D D I T I O.

L XV. („ *Obiit Franciſcus menſe Novembri 1671.*
„ *ALPHONSUS Alvarez, Archiepiſcopus Lancianenſis ad Brunduſinam Eccleſiam translatus eſt*
„ *1673. deinde ad Salernitanam 22. Junii 1676.*

LXVI „ *EMANUEL de Turre, ex Ampudia Compoſtellanus, J. U. D. ejuſdem terræ Collegiatæ Abbas in Archiepiſcopum Eccleſiæ Brunduſinæ præfectus eſt 24. Maii 1677. Vitam cum morte commutavit an. 1680.*

LXVII. „ *Fr. FRANCISCUS Ramirez, Toletanus, Ordinis Prædicatorum, S. Theologiæ Magiſter, huic clavo admovetur 28. Februarii 1689. translatus deinde ad Agrigentinam ſedem 26. Auguſti 1697.*

LXVIII. „ *Fr. AUGUSTINUS Antonius de Arellano, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, S. Theologiæ magiſter, ac Regis Catholici concionator, electus eſt Archiepiſcopus Brunduſinus 15. Septemb. 1698.*
„ *Inſequenti anno defunctus eſt.*

LXIX „ *BARNABAS de Caſtro, Archiepiſcopus Lancianenſis, Brunduſinus dictus eſt 15. Decembris 1700. Occubuit anno 1706.*

LXX „ *PAULUS de Villanaperlas & Cameraſa, nobilis Barchinonenſis, juris Canonici Doctor, Abbas Collegiatæ Eccleſiæ S. Vincentii de Cardona, & aliàs Canonicus, & Decanus Cathedralis Eccleſiæ Urgellenſis, elatus ad hac cathedram 16. Decembris 1715.*)

HOSTUNENSES EPISCOPI.

HOSTUNUM mediterranea Salentinorum Provinciæ civitas ad orientem exiguo colli impoſita, Regi immediatè ſubiecta, plena populo, ferax eſt olei, & amygdalarum cum venalibus ſylvis: Epiſcopatus titulo inſignita; ejus Præſul Brundiſini Archiepiſcopi ſuffraganeus eſt, & antiquus. Cathedralis Baſilica Deiparæ Aſſumptæ ſacra, ſanctorum Blaſii Martyris & Pontificis, & duorum Innocentium reliquiis ornatur. Sunt in ea 44. Canonici, è quibus quatuor dignitate eminent, Archidiaconus, Cantor, Archipresbyter, & Theſaurarius; è reliquis Canonicis unus eſt Theologus, alter Pœnitentiarius; his accedunt nonnulli Diaconi, & Subdiaconi, qui conjunctim Capitulum conficiunt. In civitate præter Cathedralem Parochialis Eccleſia una, virorum Cœnobia quatuor, Sanctimonialium ſeptum, laicorum Sodalitia plura. Fidelium animæ in ea degentium ad decem millia cenſebantur. Diœceſis anguſta eſt, tantum quatuor pagis, totidemque Parochiis conſtat; in quibus etiam degunt animæ fidelium circiter decem millia. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 1500. taxatur in libris Apoſtolici fiſci ad flor. 50. Porrò Epiſcopi qui in ea floruerunt, hi pauci à nobis fuerunt obſervati.

1 (1) DATTUS Epiſcopus Hoſtunenſis interfuit dedicationi Eccleſiæ Caſinenſis anno 1071. ab Alexandro II. celebratæ, de qua legendum Anonymi Caſinen. Chonicon. Non fuit Dattus iſte primus hujus Eccleſiæ Epiſcopus, ſed primus, cujus memoria ad nos pervenit. I.

(„ *MANSOLDUS quidam recenſetur Hoſtunenſis Epiſcopus an. Dom. 1082. ab antiquiſſima Hoſtunenſium Epiſcoporum ſerie. Fortè hic ille Marolдus, de quo Ughellus ad an. 1185.* II.

„ *ANTONIUS Jonatha mortuo Manſoldo hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit an. 1099. Vir fuit doctiſſimus, Eccleſiaſtici patrimonii, juriſque Eccleſiæ ſuæ defenſor acerrimus. Accardum Erriquez excommunicavit ob differentias feudi vulgo dicti S. Donati; qua de re Accardus nulla Epiſcopalis dignitatis adhibita ratione alapam imprudenter Antonio injecit; ideo mulctatus feudum, quo fuit privatus, ipſi Epiſcopo conceſſum eſt, ut liquido conſtat ex inſtrumento conceſſionis, quod in Hoſtunenſi archivo aſſervatur, ubi intus & extra manus delineata bis verbis cernitur.* III.

„ ACCARDI DEXTERA
„ MANET HIC INTUS ET EXTRA.
„ *Tafurus.*)

2 N. *d* nomen ignoro, interfuit cum ſuo Metropolitano Brunduſino translationi corporis ſancti Nicolai Peregrini apud Tranum anno 1143. 4. Non. Octobr. de qua egimus in noſtro tom. 7. pag. 1220. IV.

d Robertus.

(„ *JOANNES Mammuni ſucceſſit Roberto. Florebat an. 1144. De eo habetur mentio in antiquiſſima Eccleſia extra urbis mœnia, vulgo dicta* S. Maria della ſtrada, *ubi ſequens legitur inſcriptio.* V.
„ Hæc in honore piæ domus eſt dicta Mariæ.
„ Aſpice, qui . . . antis, domus & ipſa Tonantis.
„ Hic precor abſque mora . . . . & devotus adora.

Ut

(1) Hoſtunenſis Eccleſiæ primordii nulla apud Scriptores memoria extat. Benedictus tamen Melazius ejuſdem Eccleſiæ meritiſſimus Epiſcopus ante Gregorii Magni Pont. Max. tempora hanc Epiſcopali dignitate decoratam eſſe in ſequenti inſcriptione ſcribit, quæ in palatio Pontificio ſculpta legitur. D. O. M. *Anno 596. tempore D. Gregorii Magni, imò antea Epiſcopali Oſtunum Eccleſia decore fulgebat; & omnibus Græcorum ſchiſmate, belloque vaſtatis Epiſcoporum memoria excidit, ex communi fortunæ naufragio ſolum incolumes, qui ab an. 1002. ad hæc uſque tempora floruerunt. Hinc ne eandem ſeli tempeſtatem ſubirent Benedictus Melazius Epiſcopus Oſtunen. in perpetuam tempeſtatis memoriam Aulam hanc eorum iconibus decoravit Anno MDCXCVIII. Præſul. anno XIX.* Tafurus.

„ Ut concedantur, recte quæ petantur.
„ Præſulis Oſtuni . . . .
„ Mumuni
„ Innumetis annis floreſcat vita Joannis.
„ . . . .
„ Virgo tuo ſervo proprio miſetere Martino.
„ *Tafurus.)*

VI. *(„ PETRUS anno 1170. tranſtalit Reliqaias S. „ Barſanuphii. Vide Acta SS. ad 11. April. n. ul.)*

VII. *al. Marſoldus.* 3 MAROLDUS a Hoſtunenſis Epiſcopus florebat an. 1185. quo anno ſubſctipſit privilegium, quod Tancredus Ducis Rogerii filius Comes Licii conceſſit Monuſterio ſunctotum Nicolai & Cataldi de Licio, eidemque pluta donavit in oppido, & agro Hoſtunenſi, ut proximæ tabulæ teſtantur ejuſdem Cœnobii.

Ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo octuageſimo quinto Regnante Domino noſtro Guillelmo Dei gratia Rege glorioſiſſimo, anno vigeſimo, & Comitatus noſtri anno ſeutodecimo, menſe Modii tertiæ Indictionis. Peculiare ſatis eſt, & ſingularis induſtriæ feliciſſimum donum, ut ad ea intentionis noſtrę principium revocemus, ex quibus ad veram beotitudinem ſperare poſſumus glorioſos ſucceſſus. Triplex namque eſt artiſicium, quod perducit hominem ad eam unde cecidit claritatem; Fidei immarceſcibilis, operis fœcunditas, & confeſſionis in Chriſto. Sed quia inter cætera opera quæ ſiunt in orbe terrarum illud eſt, quod tanquam ſydus irradiat, cum quis domum Domino fabricare, fulcire, & reformare proponit, ex qua omnium bonoram principium credimus emanare. Idcirco nos Tancredus Domini Ducis Rogerii bonæ memoriæ filius, Dei & Regia gratia Comes Licii ad honorem Dei, & virorum illuſtrium ſanctorum N.colai, atque Cataldi memoriam, Eccleſiam in territorio Licii fabricantes ſub iis, quæ ad ſuſtentationem ipſius Eccleſiæ pertinent, & ornatum, propoſiti noſtri eſt animum revocare, & ſuggerente nobis Domino Octaviano venerando Abbate, quædam ipſius Eccleſiæ concedere in territorio Hoſtunenſi, ex quibus honorificentiam & immunitatem neceſſariorum poſſit conſequi in futurum. Quapropter ex ſerenitate animi, & munificentią noſtrę intentionis ex præſentis noſtri privilegii tenore præbemus auctoritatem eidem Eccleſiæ affidandi adventitios homines; non tamen de Comitatu noſtro in ſuo proprio ſolio. De quibus etiam Curiam, Judicem & Notarium habere conceſſimus ex aniverſis cauſis præterquam de illis, quæ in jus publicum, & cenſuram regiam pertinere videntur, & ut ab ipſis nihil ſervitii, vel adjutorii exigamus. Et de omnibus rebus eorum emptis, vel venditis in tenimento Valerii de Plaeza eidem Eccleſiæ omnino reſpondeant. Damus etiam licentiam conſtruendi tarpetum pro molendinis ſuis olivis, atque ſuorum tamen hominum, & non aliorum in civitate Hoſtuni. Præbemus equidem ix parionis ejuſdem civitatis quinquaginta arbores olivarum, & horticellum cum ciſterna, & aquarium juxta eum, qui ex parte morticii ad noſtras cecidit manus, & eſt juxta hortum Atinolſi, & Jacobi Tancredi. Et quicquid morticii hobemus in terricellis juxta Eccleſiam. Concedimus in Gualdam in proprietatem dictę Eccleſiæ caſtellum Paganum cum ſeptuaginta quia que modiis circumquaque terrarum cum aquario. Illud namque ex hujus ſcripti noſtri patrocinio indulgemus, ut ejuſdem Eccleſiæ animalia propria, tam in paſcuis quam in aquis jacentibus præter locum publicum, & foveas, quas in aliis locis nos, vel hæredes noſtri ædificabunt, habeant communionem abſque ulla moleſtia, & adiſidatione, & ut poſſit laborare ſine ullo terratico, ſi ejuſdem Eccleſiæ terræ ſufficientes non fuerint, debitumque, exceptis noſtris culturis. Confirmamus etiam ipſi Eccleſiæ quicquid Majora bonæ memoriæ ſancti Stephani Abbatiſſa pro parte ſui patris, & ſui patrui juſte tenuit, & poſſedit. Hæc igitur quæ ad commodum, & incrementum ipſius Eccleſiæ ſanctorum Confeſſorum Nicolai atque Cataldi eu præmio liberalitatis veſtræ conceſſimus ex præſentis privilegii noſtri tenore cum robur, & auctorita-

A *tem accipiant, & ab omni venatione noſtra, noſtrorumque hæredum, & ſucceſſoram perpetua volumus gaudere liberalitate. Si quis autem temerarie, quod abſit, hanc noſtræ conceſſionis, & traditionis chartulam infringere, vel evacuare tentaverit, ... eum . . . parti Eccleſiæ pœnam regalis viginti quinque, totidemque in publico. Et quod prius legitur injuſtè adimplere. Et ut hæc chartula noſtræ conceſſionis firma, & inconcuſſa omni tempore maneat; in qua nomen noſtris propriis manibus ſubſcripſimus, & eum noſtro typario bullari fecimus: quam juſſimus ſeribere per manus Joannis Buſſolius Curialis notarii menſe, & indict. prætitulatis.*

† *Ego Tancredus Comes Domini Ducis Rogerii beatæ memoriæ filius hoc concedo.*

† *Ego Maroldus Hoſtunenſis Epiſcopus, &c.*

De hoc Cœnobio ſanctorum Nicolai, & Cataldi plura infra leges in Epiſcopis Licienſibus.

4 N. . . . . Hoſtunenſis Epiſcopus anno 1195. cum Nicolao Archiepiſcopo Salernitano, & a- VIII.
B liis Regni Prælatis, & Dynaſtis ab Henrico VI. Imperatore poſt occupatum Siciliæ Regnum, in Germaniam tranſmiſſus, carcerique mancipatus, per aliquot annos in iis maceratus, tandem Innocentii III. Pontificis auctoritate liber abire permiſſus, ut Rocchus Pyrrhus narrat notitia prima Sicilienſium Eccleſiarum pag. 37. Hujus neque nomen, nec quicquam aliud habetur. Quis poſt ipſum ſpatio centum annorum & ultra in hac ſede floruerit, ignoratur.

(„ *Ughelli Anonymus appellabatur URSEOLUS,*
„ *ut clare patet ex inſcriptione ſub ejus icone in pontificio Hoſtunenſi palatio poſita.*
„ Urſeolus Epiſcopus Hoſtunenſis Im-
„ perat. in Germania cum Archiepiſco-
„ po Salerni carceratus rediit an. 1195.
„ *THADDÆUS quidam recenſetur Hoſtunenſis* IX.
„ *Epiſcopus à ſupra laudata Hoſtunenſium Epiſco-*
„ *porum ſerie, & florebat an. 1221.*
„ *PETRUS vivebat Hoſtunenſis Epiſcopus an.* X.
C „ *1265. ut liquido conſtat ex ſcripturis Hoſtunenſis*
„ *archivii ſignatis n. 64. 55. & 95.*
„ *NICOLAUS florebat an. 1306. de eo habetur* XI.
„ *mentio in ſcripturis archivi ſignatis n. 113.* Ta-
„ furus.)

5 ÆGIDIUS electus circa annum Chriſti 1329. XII. de quo in lib. Oblig. Prælat. ſub Joanne XXII. ad diem 12. Maii, quando ſolitum penſum ſolvit ſacro Senatui. Obiit 1336.

6 FRANCISCUS de Caballeriis Brunduſinus XIII. hujus Eccleſiæ Canonicus à Capitulo electus competitorem habuit Franciſcum de Venu Aprutinæ Diœceſis Clericum ab una parte Capituli poſtulatum, cujus electionem cum reprobaſſet Benedictus XII. de plenitudine poteſtatis hunc Brunduſinum confirmavit 9. Kalen. Aprilis 1337. ex Reg. Vatic. an. 2. epiſt. n. 148.

7 PETRUS Calice de Ceſena, Epiſcopus Hoſtunenſis XIV. tranſlatus eſt ad Raguſinam Eccleſiam ab Urbano V. die 8. Id. Junii 1370.

D 8 HUGO Cicula Januenſis, antea Archiepiſcopus XV. Raguſinus in locum Petri factus eſt Hoſtunenſis Epiſcopus eodem anno 1370. ac die ex Reg. Vatic.

(„ *Petrus de Barrerio Hoſtunenſis Eccleſiæ Ad-*
„ *miniſtrator factus eſt an. 1378. à Clemente VII.*
„ *Pſeudopontiſice, quo etiam tempore Cardinalitia*
„ *dignitate decoratus eſt, quam ab Urbano VI. oblatam reſpuit. Mortuus eſt Avenione an. 1383.*
„ *Antipapæ Aſſecla, ideoque ex hac ſe-*
„ *rie ut illegitimus reiiciendus.*
„ Tafurus.)



XVI. 9 JOANNES de Piccolpaſſis Bononienſis hujus Eccleſiæ Epiſcopus obiit in patria anno 1383. Jacet in Eccleſia S. Proculi ſub marmorea tabula ubi jacentis Epiſcopi imago cum ſtemmate ſuæ familiæ viſitur, & verba inſculpta, quæ nos ipſi exſcripſimus.

✠ Reverend. in Chriſto Pat. Dom Joannes de Piccolpaſſis de Bononia Epiſcopus Oſtunenſis ſpiritum Altiſſimo commendavit Anno Domini milleſ. tercent. LXXXIII. menſis Junii.

Nicolaus Paſqualinus Alidoſius de viris Illuſtribus Bononienſibus male pro Oſtunenſi, Oſtienſem Epiſcopum ſcripſit, ut alibi enarravimus.

XVII 10 JOANNES alter Epiſcopus Hoſtunenſis, extrema clauſit poſtquam per aliquot annos hanc Eccleſiam rexiſſet, anno 1412.

XVIII 11 Fr. ANTONIUS Palutius de Tiano Ord. Minorum ſucceſſit Joanni Idib. Febr. 1413. ita lib. Proviſ. Prælat.

XIX. 12 JOANNES Canonicus Monopolitanus ſucceſſor eligitur 1423. 8. Kalen. Novemb. ſedit ann. 13. & translatus eſt ad Cephalonenſem Eccleſiam in provincia Patracenſi anno 1437. 5. Kalen. Martii, vacantem per obitum Dominici. Dominicus ſucceſſerat Antonio de Morellis nobili civi, & Canonico Florentino, ad illam ſedem vocatus an. 1430. in locum Gregorii Velliternenſis ad Signinenſem translati, qui electus fuerat anno 1401. per translationem Joannis Petri ad Archiepiſcopatum Corinthienſem; hæc ex lib. Proviſ. Prælat. Libuit hic breviter enarrare, cum non deſint qui ſcribant hos Cephaludenſes in Sicilia fuiſſe Præſules; ſed Cephalonenſes revera fuerunt Antiſtites.

XX 13 NICOLAUS de Arpono Archidiaconus Tarentinus ſucceſſit Joanni ad Cephalonenſem translato 5. Kal. Martii 1437. obiit anno 1470.

(„ *Eccleſiam ſacris ſupellectilibus exornavit. Plu-*
„ *ra ædificia in Hoſtunenſis civitatis platea propriis*
„ *expenſis ædificanda curavit, majoremque Eccle-*
„ *ſiam à fundamentis extruxit, in cujus prima fron-*
„ *te ejuſdem Epiſcopi genuflexa imago ante B. Ma-*
„ *riæ Virginis iconem cernitur his verbis inſculptis.*

Mater Dei miſerere mei Nicolai Arpi de Tarento Epiſcopi Hoſtunenſis III.

„ *De ipſo ſumma cum laude ſcribunt Jo. Juvenis*
„ *de varia Tarentinorum fortuna p. 78. Jo. Paulus*
„ *Morellus in Deſcript. civit. Tarent. & Ambroſius*
„ *Merodius in l. 5. c. 1. ſuæ Mſ. hiſt. ejuſdem urbis.*
„ Taſurus.)

XXI 14 BARTHOLOMÆUS Antonii Canonicus B. Mariæ de Bojano Valuenſis Diœceſis electus 8. Kal Octobris 1470.

XXII. 15 FRANCISCUS (1) Romæ diem clauſit extremum an. 1484.

XXIII 16 CAROLUS de Gualandis Etruſcus nobili gente Piſis oriundus ex Rectore Eccleſiæ S. Lazari de Certaldo Florentinę diœceſis ſubrogatus Franciſco die 5. Julii 1484. ſub Innocentio VIII. fuit Beneventanæ civitatis Gubernator, ann. 1485. cui

A commiſit Innocentius cauſam vertentem inter Laurentium de Monteſalcone Canonicum Beneventanū ejus cubicularium, & Archidiaconum. Capitulum, Canonicoſque de & ſuper Capellania Aſſumptionis B. Mariæ de Pignatara cum facultate terminandi. Vixit in hac dignitate annis plurimis.

17 FRANCISCUS de Rizardis, Clericus Averſanus, electus Epiſcopus Hoſtunenſis die 10. Januarii 1499. cum diſpenſatione ſuper defectu ætatis cum eſſet annorum 18. & cum retentione ſui officii Secretariatus. Hæc Acta Conſiſtor. Alexandri VI. XXIV

(„ *CORRADUS Caracciolus, Neapolitanus Pa-* XXV
„ *tritius ex principibus Torellæ, Hoſtunenſis Epiſ-*
„ *copus renunciatus eſt an. 1510. atque hanc Eccle-*
„ *ſiam rexit ad an. 1516. De eo habetur mentio in*
„ *Bulla Indulgentiarum S. Mariæ dictæ de Agnano.*
„ Taſurus.)

18 JOANNES ANTONIUS de Rogeriis electus die 11. Maii 1517. obiit 1530. XXVI

B „ *Jo. Antonius de Rogeriis, Salernitanus civis,*
„ *in jure Cæſareo, & Pontificio abſque injuria ne-*
„ *mini ſecundus, plures annos in Romana curia ad-*
„ *vocationis munus exercuit. Summa vigilantia oves*
„ *ſibi commiſſas gubernavit. Pontificium palatium*
„ *ſuorum ſucceſſorum commodo ampliavit, ac reſtau-*
„ *ravit in cujus prima fronte inſculpta quoque car-*
„ *mina leguntur.* Taſurus.)

19 PETRUS Bovius Bononienſis renunciatus eſt Epiſcopus die 21. Octob. 1530. Senio, & multis infirmitatibus confectus ſibi coadjutorem aſcivit cum ſpe futuræ ſucceſſionis Petrum Bovium ſuum ex fratre nepotem die 10. Novemb. 1545. deinceps ſeptuagenario major diem ſuum obiit. XXVII.

20 JOANNES CAROLUS Bovius Bononienſis ex coadjutore patruo ſucceſſit ſub Paulo IV. Concilio Tridentino interfuit ſedente Pio IV. à quo translatus eſt ad Brundusinum Archiepiſcopatum an. 1564. de quo ſupra. XXVIII.

21 VINCENTIUS Cornelius Cajetanus electus die 20. Octob. 1564. XXIX.

C 22 CÆSAR Carrafa Neapolitanus exceſſit anno 1603. XXX

(„ *Julius Cæſar ex nobili Carrafeorum familia*
„ *ducens originem ſynodum celebravit, quæ Romæ*
„ *an. 1588. edita fuit hoc titulo :* Conſtitutiones
„ editæ in Diœceſana ſynodo Hoſtunenſi anno
„ Dom. 1586. ab Illuſtriſs. ac Reverendiſs. D. Ju-
„ lio Cæſare Carrafa Epiſcopo Hoſtunenſi. *Ta-*
„ *ſurus.*)

23 JOANNES DOMINICUS Hectoris creatus 28. Jan. 1604. fato functus eſt anno 1606. XXXI.

24 VINCENTIUS Melignes antea Epiſcopus Caſtrenſis ad hanc ſedem translatus die 7. Maii 1606. ſedit plus, minuſque annis 33. obiit 1639. XXXII.

(„ *Vincentius Melignes, Siculus, hujus Ec-*
„ *cleſiæ clavo admotus Fratres Minimos S. Franci-*
„ *ſci de Paula Hoſtunum introduxit. Non pauca le-*
„ *gata pia proprio ære erexit, præcipue verò, poſt-*
„ *habitis aliis, legatum, quod vulgo dicitur* Monte, *in*
D „ *pauperum ſubſidium; alterum pro pauperibus Vir-*
„ *ginibus, ut congrua dote in matrimonium ſe poſſent*
„ *collocare: tertium, ut qualibet prima feria ſex-*
„ *ta cujuſcumque menſis omni ſolemnitate Eucbari-*
„ *ſtiæ Sacramentum exponeretur fidelibus adoran-*
„ *dum. Variis ſacris ſupellectilibus Eccleſiam dita-*
„ *vit; chorum Cathedralis in meliorem formam re-*
„ *ſtituit; parochiam Spiritus Sancti à fundamentis*
„ *erexit, Eccleſiamque parochialem S. Viti vulgo di-*
„ *cti* delli Schiavi *ſuæ diœceſis oppidi conſtrui cura-*
„ *vit. Erga pauperes miſericors quotidie certam pa-*
„ *nis, pecuniæque vim in viduas, pupillos, Vir-*
„ *gineſque diſtribuendam curabat.* Taſurus.)

25 FABIUS Magneſius ſubrogatur die 9. Januar. 1640. XXXIII.

ADDITIO.

(„ *Fabius Magniſius, Pulinianenſis, ex Trevi-*

(1) Franciſcum è familia Spallucia Hoſtunenſem Epiſcopum dicit Pompejus Sarnellus in memoriis Epiſcoporum Vigilien. Quiſnam autem fuerit hic Franciſcus in hac ſerie non exprimitur, niſi fortaſſe hic ſit, cujus nudum nomen hic adnotatur.

„ ci ad hanc Eccleſiam regendam tranſlatus eſt an. 1640. qui Cleri reformationi ardenti animo incubait: jura Eccleſiæ ſuæ infracto ſemper pectore ſervavit; ſacellum in D. Cajetani honorem in Cathedrali Eccleſia crexit, ubi hæc inſculpta legitur inſcriptio.

D. O. M.

„ Fabius Magniſius à Puliniano olim Trivici, deinde Oſtunei Antiſtes, liliis, & ſtellis inſignitus, virtute, ac pietate inſignis, D. Cajetano in cęlo meritis decoratiſſimo, in terris miraculis clariſsimo, ſacrum hoc delubrum novis lapidibus expolitum, ære conſtructum voto dicavit anno ſalutis 1656.

XXXIV. „ CAROLUS Perſonè è Baronibus parvi oppidi Cannularum Hydruntinæ provinciæ, Vincentii filius, Cæſarei, Pontificique juris ſcientia optimè excultus, à Franciſco de Eſterada Brunduſino Archiepiſcopo Vicarii generalis munere exornatus eſt; qui creditam ſibi officium tanta pietate, ſtudio, ac æquitate exercuit, ut omnium in ſe Civium animos faciliimè attraxerit. Ejus autem nominis fama longè lateque diffuſa ad Hoſtunenſem hanc infulam aſſumptus eſt an. 1659. In creditam ſibi diœceſim profectus ſumma vigilantia, virtute, ac religione commiſſos populos rexit; ac demum fatis ceſſit ſummum ſui Hoſtunenſibus deſiderium relinquens.

XXXV. „ BENEDICTUS Melazius, Vigilienſis Patritius, vir facundus, & ſapiens, divinarum, humanarumque litterarum peritia clarus, necnon utraque juriſprudentia longè conſpicuus, ad Hoſtunenſis Eccleſiæ regimen evectus eſt an. 1679. quam mira animi rectitudine gubernavit. Princeps templum variis beneficiis ornavit, ditavitque; pontificium palatium novis cubiculis amplivit, Clericorum Seminarium juxta Concilii Tridentini decreta à fundamentis cœpit erigere. Eccleſiæ ſuæ jurium defenſor acerrimus deceſſit Neapoli menſe Novembri 1706.

„ BIZANTIUS Filo, Altamaræ, patrio in oppido linguæ Latinæ radimentis, Philoſophicis, atque Theologicis diſciplinis, jure Cæſareo, ac Pontificio ad invidiam uſque imbutus Neapolim Doctoratus lauream ut adipiſceretur, petiit; ubi ſummum eum omnium laude eruditionis, ac perſpicacis ingenii præbuit argumentum. In patriam reverſus Vicarii generalis, ac dein Capitularis Tranenſis Eccleſiæ munere decoratus eſt; hinc ad Oppidanam infulam ab Innocentio XII. an. 1697. aſſumptus, ad hanc demum Hoſtunenſem à Clemente XI. Pontifice regnante anno 1707. fuit tranſlatus. Clericorum Seminarium à Benedicto Melazio inceptum perfecit, in cujus fronte hæc carmina leguntur. XXXVI.

„ Melatius cœpit, Filo perfecit, uterque
„ Laude micat merita, non & uterque pari.
„ Nanq; ſecundus honor primo, primuſq; ſecundo
„ Cedit; plus laudis, qui bene finit, habet.
„ Vitam cum morte commutavit an. 1720.
„ Tafurus.)

HYDRUNTINA METROPOLIS,

Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopi
- Aletien. ſeu Liccien.
- Alexanen.
- Caſtren.
- Gallipolitanen.
- Vxentinen.

HYDRUNTUM, quæ antiquiſſima in regione Salentinorum civitas, quondam nobilis cœli clementia, agri amœni, & fertilis ſedes fuit, ad fluvium nominis ejuſdem in maris Superi, ſive Adriatici contra Dyrracchium ſaxoſæ rupi impoſita à Promontorio Leucæ, olim Iapygiæ milliaribus quatuor, Brunduſio in ortu L.M.P. abeſt ab Aletro, dimidio intervallo diſſita, à Neapoli in eandem plagam CC. L.M. recedens ab Apollonia urbe Epirotica, ſeu ab Acroceraunis M.L. tanta eſt maris Adriatici anguſtia, & Græcia tantum ab Italia diſtat. Ejus origo adeo antiqua eſt, ut ejuſdem lateat præ vetuſtate ſincerum exordium. Non deſunt tamen qui libentius fabulentur, dum Hydrunti fundationem in Minoem Cretenſium Regem reiiciant ante Chriſtum natum M.CCL. an. Hydruntum à Strabone, à Pomponio Mela Hydrus, à Procopio lib 1. Gothorum Hydruus, à Ptolomęo Hydra Hydruntium, à Plinio, & Caſſiodoro lib. 1. variarum Hydron vocatur. *Eoa, inquit, Tyrus eſt Hydron Italica, non nomine, ſed hiſtoria, ob purpuræ nempe utrobique piſcaturam.* Ejus etiam meminere Livius, Appianus, Lucanus, Itineraria, aliique antiqui ſcriptores, ex recentioribus Leander, & Cluverius in deſcript. Italiæ. Caput regionis nunc eſt, cui nomen à ſe præbuit Terrę Hydruntinæ Preter portum ſatis capacem, Aquilone flante non ſatis tutum, Arcem habet in ſaxo, quod mari imminet tutiſſimam, opus Alphonſi Regis. Ab Turcis ex Aulone Macedoniæ oppido, Duce Achomato profectis direpta eſt anno, MCCCCXXC. ſexto idus Sextilis, civibus omnibus conſtanti animo contendentibus vitam temporalem pro nomine Chriſti ad internecionem cæſis in valle propinqua, quæ Martyrum vocatur, pueris ac mulieribus in acerbiſſimam addictis ſervitutem. Recepta iterum à Turcis ab Alphonſo Rege, paulatim refici, noviſque Colonis, qui ex diverſis locis eo commigrarunt, frequen-

tari cœpit. Chriſti ſacris initiata eſt, ſicut & cætera finitimæ hujus provinciæ urbes à Petri Principis Apoſtolorum alumnis, ac decorata primum Epiſcopali dignitate. Metropolis inde conſtituta ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, dein ab eo avulſa, faſces Romani Pontificis adoravit, ac proprios accepit Epiſcopos ſuffraganeos, Aletienſem ſcilicet, Alexanenſem, qui & Leucadienſis eſt, Caſtrenſem, Gallipolitanum, & Vxentinum. Primaria autem Eccleſia Metropolitana Deiparæ Virgini Annunciatæ dicata eſt, nobilis, atque amplæ ſtructuræ cum pavimento emblemate anniculato, ac teſſerulis ex lapide compoſitis ornata, Guillelmi Regis pietate anno 1163. Jonatha Archiepiſcopo ſedente. Hic eſt venerabile Sacellum, in quo Stephani Archiepiſcopi & octingentorum civium Hydruntinorum Martyrum ferè corpora requieſcunt, quæ quatuordecim menſes extra civitatem inſepulta jacuerant, partim ferè recondita, partim juſſu clementiſſimi Regis Ferdinandi Aragonei Neapolim vecta in Eccleſia S. Catharinæ ad Formellum venerabiliter requieſcunt: ibi in ſacello Roſarii inſcriptio hæc commemorat.

✠. ✠. In hoc Sanctiſſimi Roſarii ſacello die 24. Maii 1574. erecto condita ſunt ducentum quadraginta capita cum ſuis oſſibus, & reliquiis illorum Beatorum Martyrum, qui in civitate Hydrunto pro fide Chriſti trucidati ſunt, quorum nomina ſoli Deo nota, ſcripta ſunt in libro vitæ. Hos Sereniſſimus Rex Alphonſus II. Calabriæ Dux in duabus magnis capſis tranſtulit Neapolim, & in Capella à ſe conſtructa ſub nomine S. M. Martyrum, in Eccleſia modò S. Catharinæ ad Formellam, repoſuit. Et quoniam præfatæ capſæ ob temporis veſtutatem à tineis corroſæ, & penè conſumptæ erant, venerab. P. F. Paulus Rovadus tunc Sacriſta major, & F. Joannes Baptiſta de Bononia converſus, de licentia Subprioris Fr. Cornelii de Caluiſano, cæterorumque Patrum in rei memoriam, dictas Reliquias ſanctas ex capſis extractas reverenter, & debitu eum honore in hoc Altari ab omnibus venerandas poſuerant die 29. ſupradicti menſis, & anni.

Sacris in hac venerabili Baſilica miniſtrabant Canonici 24. è quibus unus dignitate eminebat Archidiaconus, idem & Cantor, qui primam poſt Pontificalem ſedem habet; Officiales quinque, nempe Decanus, Capellanus major, Theſaurarius, Primicerius, & Pœnitentiarius, necnon aliquot Capellani titulares, atque alii Clerici. In civitate præter Metropolitanam, in qua curam animarum ferè 3000. Capellanus major, duobus adjuvantibus Canonicis exercet, Parochialis Eccleſia, quod ſciam, nulla eſt; ſed tres Græcorum erant Eccleſiæ, in quibus Græci Sacerdotes, & Miniſtri, Græco more ſacra faciebant. Virorum Cœnobia in civitate, & ſuburbiis perplura. Diœceſis oppida & caſtra 40. complectitur, in quibus Parochiales Eccleſiæ totidem, ſimplicia beneficia numero 327. Abbatiæ commendatæ quinque; quarum ditiſſima S. Nicolai de Caſula Ordinis S. Baſilii, clara quondam viris doctis, & religioſis. Virorum Cœnobia per totam Diœceſim fermè 15. Xenodochia 4. Animæ fidelium illam incolentium 30000. Parochi oppidorum 40. quæ in hac Diœceſi cenſentur. Ex vetuſtiſſima conſuetudine die Annunciationis Dei Genitricis ſacro, cum reliquo Clero ſub triumphali Crucis vexillo ad Metropolitanam Baſilicam quotannis ſolemniter accedunt, & ſuo Paſtori reverentiam, & obedientiam præſtant. Oppida & caſtra Diœceſis præcipua ſunt S. Petri Galatini nobile oppidum cum quatuor Cœnobiis Regularium, & opulento Xenodochio, Conoianum, Melpignanum, Cutraſianum, Curſium, Murrum, Steruatia, Marſanum, caſtra Scoranum, Balneolum, Mallice. Suffraganei Epiſcopi bis in anno ante Concilium Tridentinum Metropolitanam Eccleſiam viſitabant, quod nunc obſervant duodecim Abbates. Archipræſuli debentur ex antiqua conſuetudine, equus, ſigillum, enſis, calcaria, & capellum Epiſcoporum ſuffraganeorum, vel utilium dominorum decedentium. Annuus cenſus Archiepiſcopalis menſæ ducatorum Regni 3500. qui colliguntur ex pagis, & feudis huic Eccleſiæ in patrimonium attributis. Taxatur in lib. Cameræ Apoſt. ad flor. 400. Porrò Epiſcoporum, Archiepiſcoporumque Hydruntinorum nomina adeò pauca, & jejuna nobis contingit reperire, quod illorum acta, veteraque hujus Eccleſiæ monumenta igne voraſſet immaniſſima Turcarum impietas. Eorum autem, quæ nobis commodè occurrerunt, catalogum digeſſimus ſequentem.

A D D I T I O.

(„ *Hydruntum, urbs Italiæ extrema in agri Salentini littorali angulo, vulgo* Otranto, *& à qua*
„ *univerſa regio* Terra d'Otranto *nuncupatur, in-*
„ *ter Brunduſium, & Japygium Promontorium ad*
„ *os Adriatici ſinus poſita eſt contra Aulonem Mace-*
„ *doniæ Oppidum. Mons, qui ipſi imminet, Caput*
„ *Otranti nuncupatur, & Hydron flumen illi adja-*
„ *cens. Circa ejus originem non libet fabulari. Flo-*
„ *reſcente vero Romanorum dominio eorum munici-*
„ *pium fuit, quo decidente & ipſa cum aliis regionis*
„ *hujus civitatibus varios caſus ſortita eſt. A Turcis*
„ *an. 1480. die 11. Aprilis ex Raynaldo in Annal. de-*
„ *leta, annoque inſequenti à Chriſtianis recuperata,*
„ *ab Alphonſo Calabriæ Duce, Ferdinandi Regis*
„ *Aragonii filio reſtaurata fortioribus nunc muris,*
„ *turribuſque, regioq; inſuper exiſtit munita caſtro.*
„ *Evangelii lumen ab ipſo Petro accepiſſe tradunt,*
„ *atque hic Apoſtolorum Principem altare erexiſſe,*
„ *divinam hoſtiam litaſſe, ubi deinde ejus nomini ſa-*
„ *cra dicata eſt Eccleſia, quæ antiquiſſimis hujus Ec-*
„ *cleſiæ præſulibus pro Cathedrali fuit. Hujus au-*
„ *tem urbis extans hodie Cathedrale templum à Ro-*
„ *gerio I. utriuſque Siciliæ rege conſtructum, ab*
„ *Archipræſule Gvielmo, qui vixit anno* 1088.
„ *de mandato Urbani II. conſecratum, Archiepiſco-*
„ *pus Jonathas Muſaici operis pavimento decoravit.*
„ *Beatiſſimæ Virginis Nativitati ſacrum eſt: & in eo*
„ *divinis operantur officiis prima, & unica poſt Pon-*
„ *tificalem dignitas Archidiaconus. cui Cantoratus*
„ *officium annexum eſt, 23. Canonici, habitu, &*
„ *inſignibus nihil prorſus ab ipſo Archidiacono diffe-*
„ *rentes, cum omnes Almutias coloris violacei cum*
„ *extremitatibus ſericis carmeſinis deferant, Ca-*
„ *pellani nonnulli, & multiplex inferior Clerus.*
„ *Decanatus, Theſaurariatus, & Primiceriatus*
„ *Officia per tres ex eiſdem Canonicis exercentur,*
„ *apud quos etiam extat utraque Præbenda. Ani-*
„ *marum, quæ 5. circiter mille recenſentur, cura*
„ *duobus iiſdem Canonicis adhæret cum titulo Ca-*
„ *pellani majoris. Canonici autem Abbates nuncu-*
„ *pantur per Abbatiam ſub titulo S. Mariæ de Turla-*
„ *cio eorumdem juris. Extant in ſuburbiis Regula-*
„ *rium cœnobia quatuor, quorum antiquius eſt illud*
„ *S. Franciſci Conventualium ab ipſo Seraphico Pa-*
„ *triarcha fundatum an. 1219. dum è Syria reverteretur: alterum eſt Fratrum Ordinis pariter Mino-*
„ *rum de Obſervantia, tertium Capuccinorum,*
„ *quartum Minimorum S. Franciſci de Paula. Vi-*
„ *gebat olim in iis pariter ſuburbiis cœnobium Ordi-*
„ *nis Prædicatorum in ea Turcarum clade prorſus*
„ *devaſtatum, cujus ſuperſtes eſt ſubterraneum ſa-*
„ *cellum ſub invocatione S. Mariæ della Grotta, cu-*
„ *juſque retinetur apud Dominicanos titulus Prio-*
„ *ratus de more annexus ejus Provincialis Socio.*
„ *Mille quingentis paſſibus ab Hydrunto diſtat cele-*
„ *berrima olim S. Nicolai de Caſulis Abbatia, Ba-*
„ *ſiliani Ordinis, florentiſſima Græcæ omnis ſapien-*
„ *tiæ Academia Cæterum ultra Archipræſulatum,*
„ *qua decorata extat Hydruntina Eccleſia, Pri-*
„ *matum quoque obtinet in Salentinis, & ſub Cru-*
„ *ce Patriarchali præfulget. Ejus autem Anti-*
„ *ſtitum tanta fuit quandoque prærogativarum*

,, *majeſtas, ut totius Hydruntinæ Provinciæ principes forent, ac domini, & Sereniſſimorum titulo condecorarentur; & tum ab Epiſcopis ſuffraganeis, utpote feudatariis, cum à Baronibus, cum è vita migrarent, Regalia exigebant, quod jus adhuc retinet hæc menſa Archiepiſcopalis, ac exigit ſuffraganei defuncti lectum, mulam, Calcaria, Crucem pectoralem, annulum, & pileum pontificalem: ſuo ſigillo quoque plumbeo ſericis cordulis appenſo Bullas expediebant, quemadmodum ex antiquorum Hydruntinæ Curiæ expeditionum monumentis fuit receptum: denique ad Provincialia Concilia Neritonenſem Epiſcopum ſolet convocare.*)

I. 1 BENEDICTUS Epiſcopus Hydruntinus cum Symmacho Epiſcopo, ſanctum Paulinum Epiſcopum Nolanum in extremis agentem præſens conſolatus eſt ann. 431. ut Baronius ſcribit ad hunc annum ex vita ejuſdem Paulini.

II. 2 PETRUS Epiſcopus Hydruntinus ſub Magno Gregorio floruit anno ſal. 596. cui eodem anno ſcripſit Gregorius, commiſitq; viſitationem Brundusinæ, & Gallipolitanæ Eccleſiarum epiſt. 21. Indict. 14. lib. 5.

III. 3 SABINUM *a* Epiſcopum Hydruntinum commendat idem Magnus Gregorius Occiliano Tribuno Hydruntino epiſt. 104. Iod. 2. lib. 7. erat Chriſti ann. 599.

a Al. Sevie. Manum.

IV. 4 PETRUS II. ſucceſſor Sabini ſub eodem Gregorio vixit anno 601. ad quem extat ejuſdem Pontificis de reliquiis S. Leontii ep. 73. Ind. 4. lib. 9. Neſcio an hic Petrus fuerit, qui ex auctoritate Phocæ Imper. à Polieuctio Patriarcha Conſtantinopolitano honorem Archiepiſcopatus accepit, & poteſtatem conſecrandi Epiſcopos, ut Paulus Diaconus refert. (1) Hic Conſtantinopolitani Patriarchæ conatus incidit inter annum ſal. 602. & 610. Phoca imperante.

V. 5 ANDREAS ſubſcriptus reperitur in Concilio Laterano à Martino I. celebrato an. 649. à centum & quinque Epiſcopis, in quo Typo Conſtantis Imper. proſcripto, Monothelitarum hæreſim, ejuſque promotores Cyrum Alexandrinum, Sergium, Paulum, & Pyrrhum Conſtantinopolit. condemnarunt.

VI. 6 JOANNES in Concilio Conſtantinopolitano ſub Agathone Papa, ann. 680. Poſt hunc fermè per annos trecentos deſiderantur Hydruntini Epiſcopi.

VII. (,, *MARCUS Epiſcopus Hydruntinus erat an. 778. ſi quæ fides ex Mſ. doctoris Sylvii Arcudii Galatini in hiſtoria Nicephori allegati ab Illuſtriſſ. Franciſco Maria de Aſte Hydruntino Archiepiſcopo in ſua Epitome memorabilium Eccleſiæ Hydruntinæ. Qui Marcus aſſeritur vir celebris, & Græcarum literarum peritiſſimus, auctor ejus officii, quod recitant Græci Sabbato Sancto ob Domini ſepulturam, qui & alterum diſpoſuit, quod habent à Septuageſima uſque ad Paſcha. Eapropter ad Archiepiſcopatus apicem aſſumptus edicitur in præfata Epitome, & id eveniſſe anno 778 Imperante Leone cognomento Philoſopho. Sed in his error eſt, nam annotantùm 870 Imperium arripuit prædictus Leo. Quod ſi nefaria ordinatione plures Eccleſiæ ſunt inſtitutæ, vel ad altiorem gradum ſublimatæ, id potiſſimum evenit Iconomachi Leonis verſutia hæreſim fovente unacum Patriarcha in odium Romani Antiſtitis, & Latinæ Eccleſiæ ſinceræ fidei.*

VIII. ,, *PETRUS hujus nominis III. Hic ille, qui à Polyeucto Patriarcha Conſtantinopolitano impellente nequiſſimo Nicephoro Phoca Orientis Imperatore, Metropoliticum in honorem intruſus fuit, cum poteſtate conſecrandi Epiſcopos; qui conatus Polyeucti viguere ejus perdurante Patriarchatu ab an. 956. uſque ad 970 Facti hujus teſtimonium deſumimus ex ea relatione, quam ſuis litteris Con-*

A ,, *ſtantinopoli tranſmiſit ad Othonem Imperatorem eorum Legatus ad Nicephorum Phocam Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus; in ea enim inter cætera hæc leguntur apud Baronium ad an. 968. n. 84.* Nicephorus cum omnibus Eccleſiis homo ſit impius, livore, quo in nos abundat, Conſtantinopolitano Patriarchæ præcepit, ut Hydruntinam Eccleſiam in Archiepiſcopatus honore dilatet: nec permittat in omni Apulea, ſeu Calabria Latinè amplius, ſed Græcè divina myſteria celebrari. Mercatores dicit fuiſſe præteritos Papas, & Spiritum Sanctum vendidiſſe, quo vivificantur, & reguntur omnia &c. Scripſit igitur Polyectus CP. Patriarcha privilegium Hydruntino Epiſcopo, quatenus ſua auctoritate habeat licentiam Epiſcopos conſecrandi in Acirentia, Turcico, Gravina, Materia, Tricarico, qui ad conſecrationem Apoſtolici pertinere videntur. *Et ex his liquet quando primum titulus Archiepiſcopi obvenerit Hydruntino Epiſcopo, ad illud*
B *uſque temporis immediati juris Romani Antiſtitis, ejuſque Latini, ac proinde titulus non honoris, ſed potius dedecoris, utpote latrocinalis, perturbativus juris alieni, à Schiſmaticis, & hæreſum labe fœdatis in odium, & ſpretum Romani Pontificis, & Latini ritus conceſſus. Sic igitur honor Hydruntinæ Cathedræ Metropoliticus ille, qui ex largitate S. Rom. Sedis eidem poſtea obvenit.* Lucentius.)

7 N. . . . nomen non exprimitur in Chronic. Oſtienſis lib. 2. cap. 29. Huic anno 1022. apparuit in viſione S. Benedictus. *Vade*, inquit, *dic Abbati* (nempè Caſinenſi) *ut nullatenus hac vice mare pertentet, quoniam ſi fecerit, ſine dubio peribit; & ille quidem hujuſmodi viſioni minimè fidem accommodans audacter mare ingreſſus eſt; ſed ut vera prohibentis tunc charitas probaretur, occulta Dei diſpenſatione, atque judicio, cum omnibus ſociis in mari naufragium paſſus, atque demerſus eſt. Abbas Henricum Imper. timens ad Conſtantinopolitanum Cæſarem properabat.* Hæc ille. IX.

C 8 HUGO primus eſt, qui Archiepiſcopali dignitate ornatus reperitur: ita ſe ſubſcripſit an. 1068. in Conventu Epiſcoporum, & Abbatum Salerni convocato ab Alexandro II. ad favorem Salernitanæ Eccleſiæ. *Ego Hugo Hydruntinus Archiepiſcopus me adfuiſſe teſtificans ſubſcripſi.* Interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis ab eodem Alexandro celebratæ an. 1071. apud Anonymum Caſinenſem, ubi Epiſcopus Hydruntinus recenſetur. X.

9 GUILLELMUS vixit an. 1088. quo Urbanus II. Cathedralem Hydruntinam conſecravit. Memoratur eodem anno in donatione Rogerii Ducis Apuliæ ad favorem Monaſterii Sanctiſſimæ Trinitatis de Venuſio, in qua teſtis fuit cum Urſo Barenſi, & A. Tarentino Archiepiſcopis. diploma eſt in tabulario ejuſdem Cœnobii. XI.

10 N. . . . ejus nomen ignoramus, interfuit Synodo Vaſtallenſi ſub Paſchale II. ann. 1106. de quo Pandulphus Piſanus in vita ejuſdem Pontificis, ex quo Baronius. XII.

D 11 PETRUS Archiepiſcopus Hydruntinus præſens *b* una cum Gualterio Barenſi, & Baigelardo Brunduſino Archiepiſcopis, privilegio, quod conceſſit Boemundus Princeps Antiochenus, & Tarenti Dominus Nilo Abbati S. Anaſtaſii de Carbono Ord. S. Baſilii, ut infra in Tarentinis Archiepiſcopis videre licet. Idem Petrus memoratur in tranſlatione S. Leucii. XIII.

b An. 1116.

12 HIERONYMUS hujus ſedis Archiepiſcopus Eccleſiam S. Mariæ de Mazarino in Sicilia rogatu Simeonis Comitis, & Syracuſanæ Eccleſiæ conſecravit, ut idem teſtatur in diplomate ejuſdem Comitis ſcripto anno 1154. in hæc verba: *Ego Hieronymus Epiſcopus Hydruntinus, qui hanc Eccleſiam Deo auctore, rogatu Syracuſanæ Eccleſiæ, Dominique Manfredi conſecravi, &c. Quia bonum opus eſſe* XIV.

(1) Hic ex perperam interpretato Paulo Diacono adducuntur, quæ evenere poſt 350. annos Nicephoro Phoca imperante, & Polyeucto Patriarcha tum ſedente apud Conſtantinopolitanos, ut infra enarrabimus. *Lucentius.*

A *eſſe vidro, approbo, & manus meæ ſcripto confirmo.* Integrum diploma affert Rocchus Pyrrhus notitia ſecunda Eccleſiæ Syracuſanæ.

XV 13 JONATHAS, cujus meminit vetus monumentum anno 1163. Interfuit Concilio Laterano ſub Alexandro III. anno 1179. („ *Hic majoris Hydruntinæ Eccleſiæ pavimentum teſſellato opere exornavit, ut ex ſequentibus conſtat inſcriptionibus, quarum prima in primordio lithoſtroti legitur.*

„ Anno ab Incarnatione Domioi noſtsi Je-
„ ſu Chriſti 1163. Indit. XI. regnante feli-
„ citer domino noſtro W. rege magnifico
„ & triumphatore. Humilis ſervus Chri-
„ ſti Jonathas.

„ *In medio alta.*

„ Anno ab Incarnatione Domini noſtri Je-
„ ſu Chriſti 1165. Indit. XIII. regnante
„ Domino ooſtro W. rege magnifico. Hu-
„ milis ſervus Jeſu Chriſti Jonathas Hy-
„ druntin. Archiepiſcopus juſſit hoc opus
„ fieri per manus Pantaleonis Pri.

B „ *Poſtrema altera.*

„ Ex Jonathæ donis per dexteram Pantaleonis
„ Hoc opus inſigne eſt ſuperans impendia digne.

„ *Taſurus.*)

XVI. 14 TANCREDUS de Anibaldis Lycienſis hujus Eccleſiæ ſollicitus Archiepiſcopus ampliſſimum privilegium & confirmationem obtinuit à Federico II. Imp. omnium privilegiorum, quæ olim Eccleſiæ Hydruntinæ afferuerant Dux Dragonus Roberti Guiſcardi filius, Boemundus I. & II. Duces, Conſtantia Regina, Boemundi I. uxor, Rogerius de Pomeria, Rogerus, & Guillelmus Reges, Conſtantia Imper. aliique Principes liberaliter conceſſerant. Datum Norimbergæ die 9. Junii 1219. Diploma Federici ſervatur in Regio Regeſt. Neapolit. ut Petrus Vincentius in Theatro Illuſtrium Prothonotariorum Regni ſcribit.

C („ *Ex textu habemus Decret. l. 1. tit. 11. c. 9. Cæleſtinum III. præcepiſſe Hydruntino Archiepiſcopo Græcos à Latinis ordinandos minime eſſe, nec Latinos à Græcis. Vigebat enim per ea tempora quàm maxime in iis, & Calabriæ partibus Græcanicus ritus.* Lucentius.)

XVII 15 JOCUNDUS Palatious Lycienſis aliquando hujus Eccleſiæ Archiepræſul fuit: annus ignoratur: ante ſequentem Matthæum vixiſſe ferunt.

XVIII 16 M. MATTHÆUS de Palma electus Hydruntinus ex Capellano Epiſcopi Oſtienſis, commendatur ab Innocentio IV. Capitulo Hydruntino ann. 1253. die 5. Non. Maii, anno pontif. 10 epiſt eſt num. 680 fol. 280. Regeſt. Vatic. Idem Matthæus adhuc electus commendatur ſuffraganeis Epiſcopis Eccleſiæ Hydruntinæ ab eodem Pontifice anno pontif. ſui 12. die 8 Novemb. epiſt. in eodem Regeſt. 259. fol. 180. ſedit ann. 29. Eoque ſedente Alexander IV. ſcribit populo civitatis Hydruntinæ, laudatque eorum fidelitatem erga Romanam Eccleſiam, eidemque confirmat donarionem factam ab Apoſtolicæ Sedis Legato. Epiſtola iocipit: *Quia veſtræ*. Datnm Anagniæ Non. Septembris an. 1. ex

D Regeſt. Vatic. num. 392. fol. 200. Ioterfuit Matthæus coronationi Manfredi Tarentini Principis; ob id cum diris ionodatus eſſet, pœnitens abſolutionem petiit à Gregorio X. à quo abſolutus eſt ann. 1274 exceſſit verò anno 1282.

17 TANCREDUS a Epiſcopus Neocaſtrenſis unaoimi conſenſu Capituli poſtulatus eſt Archiepiſcopus, pro cujus confirmatione Martinus IV. ſcripſit Gerardo Epiſcopo Card. Sabinenſi Apoſtolicæ Sedis Legato, ſi illum idoneum tanto muneri reperiat, in ea dignitate coofirmet. Datum 9. Kalen. Decemb anno pontif 2. ſal. 1282. epiſt. eſt nu. 34. fol. 110. Reg. Vatic. ſed cum à Card. Legato minus habens inventus fuiſset, in priori Eccleſia ſua Neocaſtrenſi juſsus eſt remanere.

a Fr. Tancredus de Monte Fuſculo Ordinis Minorum.

XIX. 18 JACOBUS vir legalis ſcientiæ, & morum probitate clarus ab Gerardo Card. Sabinenſi Mar-

A tini IV. utriuſque Siciliæ Legato ex poteſtate ſibi tradita ab eodem Pontifice eligitur Hydruntinus Archiepiſcopus in locum demortui Matthæi. Confirmatiooem accepit à Martino, anno ſalutis 1283. pontif. 3. Datum Urbeveteri 14. Kal. Septembris, ut in epiſt. nu. 60. fol. 137. Regeſt. Vatic. Hic Caroli II. Regis Conſiliarius fuit & charus anno 1303. à quo confirmationem privilegiorum ſuæ Eccleſiæ antea hoc eſt 1219. Tancredo anteceſsori conceſſam recepit anno 1306. Inſcribitur privilegium in Regio Regeſt. Neap fol. 19. Præfuit eximia ſui nominis fama ann. 27. Exceſſit verò ann. 1310.

19 THOMAS ex Archidiacono Hydruntino fit Archiepiſcopus per obitum Jacobi, electus à Capitulo, confirmatur à Clemente V. die 17. Kalend. Junii, pontif. 5. anno ſal. 1310. ut in Regeſt. Vatic. ep. 179. fol. 47 cujus ſæpe mentio in Regio Regeſt. Neapol. Erat enim & ipſe, uti anteceſsor, Regis conſiliarius, & familiaris; deceſſit ſub Joaone XXII. ann. 1320. XX

B 20 LUCAS Ordinis Præd. alumnns, jam antea Epiſcopus Caſtrenſis, demortuo Thoma, ad hanc Hydruntinam ſedem, cujus erat ſuffraganeus, translatus eſt ab Joanne XXII. 3. Id. Febr. anno 1321. pontif. 5. ex Regeſt. Vatic. Fato functus eſt aon. 1329. XXI



21 URSUS Minutulus Neapolitanus, clarus parentibus, virtute clarior, ex Canonico Neapolitanæ Eccleſiæ deligitur Archiepiſcopus Hydruntinus defuncto Luca anno 1329. 15. Feb ex epiſt. Joannis XXII. Regeſt. Vatic. nu 448. pontif. 13. ab eodem translatus eſt ad Eccleſiam Salernitanam anno 1330. 2. Iulii. de quo vide tom 7. noſtrum in Salernitanis Archiepiſcopis. XXII.

22 JOANNES ſucceſſit Urſo an. 1330. 26. Aprilis, ſedit uſque ad annum 1345. quo vale dixit huic mortali ſæculo, ex eodem Vatic. Regeſt. XXIII

23 RAYNALDUM Archidiaconum Stadieoſem io Eccleſia Catalaunenſi, Clemens VI. ovexit ad hanc ſedem 2. Id. Decemb. anno 1345. ſui pontiſ. 4. Extat de hac re epiſtola ejuſdem in Regeſt. Vatic. nu. 47. Sedit plus minuſve ann. 6. & ab eodem Pontifice translatus eſt ad Patracenſem Eccleſiam per obitum Nicolai vacuam 2. Non. Januarii an. 9. pontif Chriſti vero 1351. XXIV

24 PHILIPPUS de Lanzano, olim ex Canonico Rhegineoſi ab Clemente VI. creatus Epiſcopus Coronenſis in Patracenſi Provincia per tranſlationem Joannis ad Piſanam Eccleſiam ann. 1348. 6. Id. Julii. dein anno 1351. ab eodem Clemente factus eſt Archiepiſcopus Hydruntinus, cui ſucceſſit in Coronenſi Eccleſia 13. Kalend. Junii ejuſdem ann. 1351. Fr. Ioannes Ord. Minorum ex Vatic. Regeſt. ann. 10. Exceſſit an. 1363. Corrigenda ſeries noſtra Compſanenſium Archipræſulum. XXV

25 JACOBUS olim Iſclaous Epiſcopus, tunc Marturanenſis in Calabria per obitum Philippi XXVI

evehitur ad hanc ſedem Hydruntinam anno 1363. 15 Kal. Januarii ab Urbano V. pontif. ſui 2. A



XX VII 26 JACOBUS de Iteo a, an hic idem ſit cum ſuperiore, incompertum eſt, Archiepiſcopus Hydruntinus, tunc adminiſtrator & Patriarcha Conſtantinopolitanus olim inſtitutus à Gregorio XI. anno 6. pontif. 15. Kalen Febr. cum eſſet Clementis VII. Pſeudopontificis aſſecla 17. Januarii ann. 1378. ab eod. creatus eſt Presb Card. tit S. Priſcæ, & Legatus Neapolim ad Reginam Joannam, cum Carolus III. de Dyrrachio Regno armis potiretur, à qua, Regno, & Regni proceribus ſummo cum honore ſuſceptus; poſt ab eodem Carolo tunc cum Reginam Joannam in deditionem accepit, cum Leonardo Cardinale Geohonenſi in arce nova Neapoli captus, qui pridie Non. Septembris an. 1381. Neapoli in Eccleſia S. Claræ coram Rege, & Gentili de Sangro Cardinale Legato Urbani VI & omni Regni nobilitate, Urbanum Papam legitimum profeſſi ſunt, Clemente VII. ejurato, Cardinalibus inſignibus igne combuſtis: inde ab eodem Legato Beneventum, mox in Aprutium, deinde Averſam cum aliquot aliis Prælatis vi adducti ſunt, demum ab eodem Legato dimiſſi, Avenionem accedentes, in ſuum Collegium ſunt reſtituti. Obiit Avenione 30. Martii 1393. Cæterum Clemens Antipapa poſt aſſumptionem Jacobi ad Cardinalatum Fr. Guillelmum Ord. Minorum Epiſcopum Urbini, Patriarcham creavit Conſtantinopolitanum, eidemque Eccleſiam hanc Hydruntinam commendavit die 12. Febr. 1379 Quamobrem Urbanus VI. Guillelmum zelo religionis ictum omni honore ſpoliavit cum aliis pluribus Epiſcopis & Cardinalibus, ut alibi diximus. B C

a De quo Baluzius in Vitis Paparum Avenion. tom. 1. p. 1250.

(„ *Jacobus de Vis, ſeu de Iteo, an idem ſit cum ſuperiori Jacobo ſuſpicatur Ughellus. Verum & Patriarchatu C.P. Latini ritus, & Hydruntinæ Eccleſiæ regimine ſubinde cumulatum fuiſſe à Gregorio XI. an. 6. ſui Pontificatus 15. Kal. Febr. ſatius eſt judicare. Hic poſt aſſumptum ad Romanæ Cathedræ apicem Urbanum VI ſtatim in partes Schiſmaticorum deflexit. Hos enim ſecutus Anagniam venit, ubi celebrato tredecim ibi rebellantium Cardinalium congreſſu cum eorumdem voto poſt Miſſarum ſolemnia in principe Anagnina Eccleſia conſcenſo ambone dixit adhuc ſedem Apoſtolicam per obitum Gregorii XI. vacare, & factam de perſona Bartholomæi Prignani Archiepiſcopi Barenſis electionem in Urbanum VI. nullam & inanem eſſe. Ita pronunciavit 5 Idus Auguſti an. 1378. Inde cum Cardinalibus Fundos proceſſit, ubi electo Pſeudo-Clementi 12. Kal. Octob. ejuſdem anni arctiſſime adhæſit, à quo in eadem civitate Fundorum presbyteris Cardinalibus ſuæ obedientiæ adſcriptus eſt 17. Kal. Jan. ejuſdem pariter anni, attributo primum titulo S. Priſcæ, dein S. Praxedis; mox Antipapæ nomine Legatus ad Reginam Joannam Neapolim miſſus eſt. Ubi captus; dein eductus ſimulans abſceſſum à ſchiſmate pridie Non. Septemb. an. 1382. in Eccleſia S. Claræ Neapolis coram rege Carolo, & Gentili de Sangro Cardinali Legato Urbani Papæ, atque regni proceribus, & univerſo populo una cum Gebhonenſi Schiſmaticorum Clementem deteſtatus eſt, confeſſus verum Pontificem Urbanum VI. depoſitis, combuſtiſque Cardinalatus inſignibus. At poſt varios caſus ambo liberè dimiſſi Avenionem rediere, & iterum à ſuo Clemente excepti ſunt in ſuum Purpuratorum Collegium, apud quem Jacobus extremo fato functus eſt an. 1387. In litteris tamen præfati Clementis mortuus enunciatur 30. Martii 1393. Hæc de Jacobo accuratius narravimus, & nobis conſentit poſtremum Ciaconianum opus tom. 2. col. 670. & 675.* Lucentius.) D A

27 TIRELLUS, vel Tinellus, legitime ab Urbano VI. electus eſt Archiepiſcopus in locum privati Jacobi, cujus meminit lib. Proviſ. Prælat. Bonifacii IX. XX VIII.

28 PETRUS (1) ſucceſſit Tirello ab eodem Urbano delectus, cujus extat mentio in Regeſt. ejuſdem Pontificis 1384. & 1388. eoque evoluto anno ab eodem traslatus ad Tarentinam Eccleſiam. XXIX. B

29 JOANNES olim Archiepiſcopus Sipontinus cum in ſuſpicionem Urbani VI. veniſſet, ab eodem adminiſtratione, & regimine Eccleſiæ Sipontinæ privatus, cujus deinde fortunæ commiſeratus Bonifacius IX. illum Archiepiſcopatu Hydruntino exornavit 9. Kalen. Febr. anno 1390. in quo vitam liquit an. 1395. Hoc eodem ſedente Joanne invenio in lib. Oblig. Prælator. Benedicti XIII. Antipapæ quendam Ricciardum in hac Hydruntina Eccleſia intruſum, qui die 12. Julii ſolitum ſubſidium promiſit; ſed ille intruſus, & illegitimus Antiſtes expungendus eſt ab hac ſerie. XXX

30 PHILIPPUS, („ *ex Epiſcopo Gravinenſi*) ſucceſſit Joanni ad hanc ſedem evectus à Bonifacio IX. 16. Aprilis ann. 1395. obiit circa annum Domini 1417. ex lib. Proviſ. Prælat. ejuſdem Pontificis. Noſter eruditus Iſidorus Ugurgerius refert in tit. 5. de viris Illuſt. Senenſibus ex Idilio cujuſdam Servitæ ſub Bonifacio IX. Hydruntinos Archiepiſcopos fuiſſe fratres Cornelium Landum, & poſt ipſum, Camillum Marſilium Senenſes Servitini Ordinis alumnos; crediderim Servitam ſomniaſſe, cum in lib. Proviſionum & ſolut. Prælatorum Bonifacii hi non recenſeantur. („ *Cæterum Philippus an. 1402. Bonifacii IX. juſſu Neritinam Eccleſiam una cum aliis Salentinæ Provinciæ viſitavit, ut refert Abbas Joannes de Epiphaniis in relatione de ſtatu veteri atque recenti S. Neritonenſis Eccleſiæ ad Joannem XXIII. quæ in primo tomo Italiæ ſacræ edita fuit.* Taſurus.) XXXI. C



31 ARAGONIUS ex Marchionibus Maleſpinis Ligur, Brundusinus, & Uritanus Archiepiſcopus, ad hanc Hydruntinam ſedem translatus à Martino V. anno 1418. à Nativitate Domini: extat ejus translatio in litteris ejuſdem Pontificis, Dat. Conſtantiæ 5. Kal. Martii ann. 1. pontiſ. in libr. Pro- XX XII.

(1) Hic fuit Fr. Petrus Amelius de Brunaco Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ex Senogallienſi *Epiſcopo* ad hanc Hydruntinam translatus an. 1384. de quo in Senogallienſibus tom. 2. pag. 873. plura diximus.

Proviſ. Prælat. fol. 167. ſed paucis menſibus ſedit Aragonius

XX XIII. 32 ANTONIUS à Ponte, nobilis Venetus, olim Epiſcopus Sibinicenſis, mox Concordienſis, ad Patriarchatum Aquilejenſem translatus à Gregorio XII. ſed irrita ejuſmodi translatione declarata ab Joanne XXIII ad priorem Concordienſem rediit, è qua à Martino V eodem an. 1418 ab Incarnatione Kalen. Aprilis factus eſt Archiepiſcopus Hydruntinus, ubi deceſſit anno 1424. De quo vide tom. 5. noſtrum in ſerie Concordienſium Epiſcopor. n 32.



XX XIV. 33 NICOLAUS Paganus, nobilis Neapolitanus, & Archiepiſcopus Barenſis, ad hanc Hydruntinam Inſulam translatus eſt anno 1424. die 21. *a* Decembris. Præfuit eximia laude prudentiæ ad annum uſque 1451. quo fato functus eſt, de quo vide Catalogum noſtrum Barenſium Archipræſulum tom. 7.

a Die prima Decemb.

XX XV. 34 STEPHANUS Pendinellus, Brunduſinus patria *b*, dignitate Epiſcopus Neritonenſis, à Nicolao V. declaratur Archiepiſcopus Hydruntinus poſt mortem Pagani 16. Kal. Julii an. 1451. Is cum laudabili virtute, & ſancte præfuiſſet plus minuſve ann. 30. cum urbs anno 1480. in Turcarum poteſtatem deveniſſet, in ſua Metropolitana, ſacris indutus, ut ſacram Euchariſtiam civibus miniſtraret, eoſdemque ad fidem Chriſti ſervandam exhortaretur, pro Chriſto, pro Patria vitam poſuit, immaniſſimè trucidatus: cujus deinde oſſa in ſacello Martyrum humata ſunt. De captione Hydrunti à Turcis ſcribit Leander, aliique, ac noviſſimè diffuſè Odericus Raynaldus tom. 19. Annal. Eccleſ. ubi plura ſcitu digniſſima refert.

b Neritinum patria fuiſſe complura in Epiſcopali Neritino archivo monumenta teſtantur. Tafuras.

XX VI. 35 Fr. STEPHANUS de Squillatio, Ordinis Minorum, doctrina, & concionibus celeberrimus, dignus inventus eſt à Sixto IV. qui Stephano Chriſti Martyri ſuccederet 13. Kalen. Decembris 1480. Quanto tempore vixerit Stephanus in hac ſede, vel quo anno, & die obierit, incertum, ni fortaſſe ſit ille Archiepiſcopus Hydruntinus, qui exceſſit anno 1514. ſed ſine nomine recenſetur in Actis Conſiſtorialibus.



XX XVII 36 FABRITIUS de Capua, Neapolitanus, filius Franciſci Comitis Altævillæ & Eliſabeth de Comitibus, antiquæ nobilitatis, & morum candore vir illuſtris, Hydruntinus adlectus eſt Archiepiſcopus die 29. Martii 1514. *c* Præfuit ann. 12. utroque munere ſe abdicavit an. 1526. Cujus fortaſſis intuitu, Clemens VII. Pontifex, ſequens Hydruntino Clero, & civibus indulſit diploma.

c Quo eodem anno Concil. Later. interfuit.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem ſuperna diſpoſitione vocati ex incumbenti nobis ſollicitudinis officio vices temporum & qualitates locorum ſolerti conſideratione penſantes, & ad Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum, ac ſecularium perſonarum ſtatum, dante Domino proſperandum vigilantes, cum intendentes illa opportunæ proviſionis auxilia libenter impendimus, per quæ Eccleſiæ, & perſonæ ipſæ ab incommodis ſublevatæ proſperos amplectantur progreſſus, ac divinus cultus propagetur, & quæ pro hujuſmodi perſonis proceſſerunt, perpetua ſtabilitate ponantur. B *Sanè pro parte dilectorum filiorum Communitatis civitatis Hydrunti nobis nuper exhibita petitio continebat, quod retroactis temporibus civitas Hydrunti, quæ in extremis Italiæ partibus & frontiſpicio, ac faucibus Turcarum conſiſtit ab eiſdem Turcis hoſtiliter, cum magna civium ejuſdem occiſione, & plurium in duram ſervitutem ad partes eorumdem Turcarum adductione, ac calamitoſa bonorum deſtructione capta, & everſa, ac certo tempore occupata, & in hujuſmodi everſione, & occupatione Eccleſiæ devaſtatæ, & ornamenta Eccleſiaſtica, ac tam ipſarum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum, quam civium & aliarum particularium ſecularium perſonarum ſcripturæ publicæ, & privatæ deperdita, ac fructus, redditus, & proventus beneficiorum Eccleſiaſticorum ipſius civitatis plurimum & propè in totum diminuti, ac poſt ejuſdem civitatis, concedente Domino, recuperationem, pro illa, ut fortior redderetur, reſtringenda, deſtructo ejus burgo, domus, poſſeſſiones dirutæ, & devaſtatæ, & tam Clerici, quam* C *cives ipſius civitatis pauperes effecti fuerint, & licet poſt recuperationem hujuſmodi jam per quadraginta quatuor annos, vel circa, Reges, & Principes ſeculares Regni Siciliæ diverſas immunitates, & commoditates civitati, & civibus præfatis conceſſerint, & præſtiterint, ac eos ab omnibus functionibus fiſcalibus, ordinariis, & extraordinariis exemerint, & exemptos conſervaverint. Nec non omnia illius officia ſecularia ſolis civib. ejuſdem civitatis conceſſerint, & concedant; nihilominus civitas ipſa nondum pro medietate reſtaurata exiſtit, ſed cives adhuc in paupertate adeo ſunt, quod Clerici præfati opere manuali vivere coguntur; cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, in Eccleſia Hydruntinenſi ſint duodecim integræ, quarum qualibet octo, & ſex dimidiæ præbendæ, quarum ſingularum quatuor tumulorum frumenti menſuræ Neapolitanæ fructus, redditus, & proventus exiſtunt, & Archiepiſcopi Hydruntinenſis Eccleſiæ pro tempore exiſtentes, illas Canonicis, & Clericis Capitularibus ipſius Eccleſiæ annuatim ſolvere conſueverint, prout bonæ memoriæ Stephanus* D *Primus poſt recuperationem prædictam, Archiepiſcopus Hydruntinus, qui, cum ſcripturæ, ut præfertur deperditæ fuerint, facta deſuper à Clero, & Senioribus dictæ civitatis, & aliis, diligenti inquiſitione, prædeceſſores ſuos Archiepiſcopos Hydruntinos, præbendas, ſeu fructus præbendarum hujuſmodi Canonicis, & Clericis prædictis ſolviſſe publico inſtrumento manu Notarii ſubſcripto publici, declaravit, quamdiu dictæ Eccleſiæ Hydruntinæ præfuerit, & qui ex tunc fuerint Archiepiſcopi Hydruntini, illas eiſdem Canonicis, & Clericis ſolverint, & ſimiliter cives præfatæ Eccleſiæ, & in diſtrictu præfatæ civitatis exiſtentibus, & perſonis eccleſiaſticis dictæ civitatis, pro nonnullis eorum poſſeſſionibus eis pro ſe eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſis, & per eos incolentis certum cenſum, ſeu canonem annuum rependant, & ex diligenti inquiſitione compertum fuerit, quod ante everſionem dictæ*

civitatis eundem cenſum, ſeu canonem ſolvebunt, & hoc tempore recuperationis prædictæ ita ſolverunt, & ſolvunt, ac de conſtitutione hujuſmodi cenſuum, & illorum ſolutione aliter, quàm per apochas de receptis ipſorum Clericorum, & miniſtratorum ipſius Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Abbatiæ nuncupatæ S. Nicolai diſtrictus dictæ civitatis doceri non poteſt, expediatque ut non ſolum dicta civitas, tanquam obſtaculum, & expugnaculum Turcarum reſtauretur, conſervetur, & manuteneatur; ſed etiam ut glorioſum nomen Altiſſimi cujus auxilio civitas ipſa ab eiſdem Turcis continuo affectu præſervatur, in ea exaltetur, ipſiuſque nominis cultus augeatur, cum periculoſum eſſet propter vicinitatem Turcarum, ſi cultus hujuſmodi intermitteretur, ne populi devotio tepeſcere inciperet, ac Eccleſia Hydruntina ruinam minetur, ornamentiſque cultui prædicto neceſſariis indigere noſcatur, & in ea divina officia, ut decet, celebrari non poſſint. Verum ſi tertia pars fructuum, redditum, & proventuum menſæ Archiepiſcopalis Hydruntinæ, & ſimiliter tertia pars fructuum dictæ Eccleſiæ ſancti Nicolai, quæ maximæ devotionis eſt, diruta, ac ſtalla brutorum effecta exiſtit, in reparationem, & fulcimentum ipſarum Eccleſiarum converterentur, ac beneficia ipſius civitatis, illius oriundis tantummodo conferantur, ipſique Clerici à decimis de cætero imponendis eximerentur, profecto dicta Eccleſia Hydruntina ad divini nominis gloriam facilius repararetur, & divina in ea decentius celebrarentur, ac cultus divinus in dicta civitate augeretur, & cives præfati circa illius augmentum attentiores redderentur, ac Clericorum prædictorum, ut divinis officiis liberius vacare poſſent ſubventioni opportunè conſuleretur. Quare pro parte præfatorum Communitatis nobis fuit humiliter ſupplicatum pro tempore exiſtentibus Canonicis, & Clericis, ut conſuetudini ſolvendi per Archiepiſcopum pro tempore exiſtentem Canonicis, & Clericis præfatis præbendas prædictas, ac præſtandi per cives præfatos eiſdem Clericis, & perſonis cenſum hujuſmodi pro illius ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, ac quod de cætero tertia pars fructuum menſæ Eccleſiæ dirutæ hujuſmodi in reparationem, & fulcimenta prædicta, ut præfertur, converti. & dicta beneficia oriundis civitatis hujuſmodi conferri debeant, perpetuo ſtatuere, & ordinare, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui in iis libenter aſſiſtimus, per quæ Eccleſiarum, & perſonarum quarumlibet profectibus providetur, & commodis conſulitur, Communitatem præfatam, ac eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, conſuetudinem ſolvendi per Archiepiſcopum Hydruntinum pro tempore exiſtentem Canonicis, & perſonis præfatis integras, & dimidias præbendas prædictas, necnon præſtandi, ſeu ſolvendi per cives prædictos eiſdem Clericis, & perſonis cenſum, ſeu canonem hujuſmodi auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac illam plena roboris firmitate ſubſiſtere, & firmiter juxta dicti inſtrumenti tenorem obſervari debere, ipſumque Archiepiſcopum ad ſolutionem integrarum . . . præbendarum prædictarum, prout à tempere dictæ recuperationis, & ante capturam, & everſionem civitatis hujuſmodi ſolitus fuerat, adſtrictum eſſe, & ſic per quoſcunque Judices quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan in præmiſſis intervenerunt, & inſuper auctoritate prædicta perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, quod tertia pars menſæ Archiepiſcopalis, & ſimiliter tertia pars fructuum, reddit uum, & proventuum Eccleſiæ dirutę hujuſmodi in reparationem, & fulcimentum præfatarum Eccleſiarum, donec debitè reparatæ, & fulcitæ fuerint converti. Ac omnia & ſingula beneficia ejuſdem civitatis, etiamſi diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata, ac de jurepatronatus Clericorum, vel laicorum, & nobilium fuerint, quæ per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, aut admiſſionem, & ſeu aliàs quovis modo, & apud ſedem Apoſtolicam vacare contigerit, ex civitate hujuſmodi oriundis, & naturalibus, ac benemeritis, & idoneis perſonis, & non aliis conferri, aut commendari debeant, nec de illis aliàs quovis modo diſponi poſſit, ac collationes, proviſiones, uniones, ſuppreſſiones, & quaſvis alias diſpoſitiones de beneficiis ipſis aliàs quàm ut præmittitur etiam per ſedem prædictam . . . . . exinde ſecuta, quæcunque, nullius roboris, vel momenti, ac nulla & infecta exiſtant, ipſaque beneficia nihilominus tam de jure, quàm de facto, donec oriundis hujuſmodi conferantur, vacare cenſeantur, quodque exemptio decimarum Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ dictæ civitatis quibuſcunque decimis, exactionibus & collectis, etiam Apoſtolica auctoritate prædicta, etiam pro expeditione contra infideles, ac redemptione captivorum, & fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac ex quacunque alia etiam quantumcunque neceſſaria, & urgentiſſima cauſa pro tempore impoſitis, & contributionibus in illis faciendis penitus, & omnino exempti & liberi exiſtant, & ad illarum præſtationem, ſeu ſolutionem minimè teneantur, nec ad id compelli, neque propterea aliquibus cenſuris, ſeu pœnis innodari poſſint. Ac quod quotieſcunque contigerit dictam civitatem, aut illius Eccleſias, & loca eccleſiaſtica, ſeu illorum aliqua alia quam ex culpa, vel facto ſeu defectu ipſius Communitatis etiam Apoſtolica auctoritate prædicta Eccleſiaſtico interdicto ſupponi, præfata communitas juxta eorum devotionem, Miſſas, & alia divina officia in aliqua Eccleſia, vel capella, de qua eis videbitur, clauſis januis, & eis, qui cauſam dederint interdicto hujuſmodi penitus excluſis ſubmiſſa voce per Presbyteros idoneos in eorum præſentia ſemel in menſe, & in omnibus ſolemnibus, ſeu duplicibus feſtis inibi obſervari ſolitis duxtaxat celebrari, necnon Eccleſiaſtica ſacramenta quæcunque, alias tamen ritè ſingularibus perſonis Communitatis hujuſmodi miniſtrari facere, ipſi Sacerdotes Miſſas, & alia divina officia hujuſmodi celebrare, & ſacramenta prædicta miniſtrare, ac ſingulares perſonæ præfatæ illa recipere debitè, & licitè valeant. Decernentes Archiepiſcopum Hydruntinum, & pro tempore exiſtentem, & quemvis alium dictam Eccleſiam Sancti Nicolai dirutam pro tempore obtinentem, ad præſtationem, ſeu ſolutionem, aut relaxationem, & conſignationem tertiarum partium fructuum hujuſmodi pro reparatione, & fulcimentis prædictis Communitati præfatæ facien. teneri, & adſtrictos fore, & ad id omnino per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas cogi & compelli, ac eoſdem Communitatem illam exigere & percipere, & levatam . . . in reparationem & fulcimentum hujuſmodi convertere poſſe, & debere, irritum quoque & inane ſi quid ſecus ſuper . . . . præmiſſis omnibus à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiæ Hydruntinæ, & civitatis prædictarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis decretorum, ſuppletionis ſtatutorum, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo quarto, 7. Idus Novembris, Pont. noſtri anno primo.

ALE-

XX XVIII 37 ALEXANDER Card. Cæſarinus *a* die 9. Aprilis 1526. factus eſt Hydruntinæ Eccleſiæ administrator cum retentione obtentorum ab Apoſtolica Sede, eamque reſignavit anno 1536.

a De quo Ciaconius Oldoini tom. I. col. 396.




B

XX XIX. 38 PETRUS ANTONIUS de Capua *b*, Fabritii ſuperioris nepos, Annibalis & Lucretiæ Acrimontis filius, annum agens 23. à Paulo III. Hydruntinam Eccleſiam accepit regendam, unde paulo ante Cardin. Cæſarinus exciderat, die 12. Martii 1536. qui Caroli Imper. & Pauli Pontificis de ſe paratam expectationem haud ſefellit; quin illuſtri doctrina, & exquiſita omnium litterarum eruditione, cum probitate morum ita reſpondit, ut omnes, ac præcipue Patres Concilii Triden. cum ſæpe etiam luculentiſſimè illum orantem audiviſſent, tanquam virum omni laude digniſſimum ſuſpicerent. Cæterum cum diù eximiè ad normam ſacri Concilii gregem ſibi commiſſum rexiſſet, è vita diſceſſit circa annum 1579. quo Annibal de Capua ejus nepos Archiepiſcopus Neapolitanus ſolemni ritu ſuæ Eccleſiæ poſſeſſionem adeptus eſt.

b De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 258. Mandoſ.

C

XL 39 PETRUS Corderus, Hiſpanus, Epiſcopus Chryſopolitanus, huc tranſlatus die 21. Octob. 1579 obiit 1585.



D

XLI 40 MARCELLUS Aquaviva, Balthaſſaris Marchionis Bellauſi, & Hieronymæ Cajetanæ filius, ad Regis Philippi VI præſentationem Hydruntinus Archiepiſcopus creatus eſt die 25. Feb. 1586. Magnæ fuit auctoritatis & exiſtimationis Præſul, quippe qui pluribus functus pro Romana Sede apud Chriſtianos Reges, & Principes legationibus, magnam de ſe ad poſteros famam reliquit. Exceſsit ſub Paulo V. anno 1606.

XLII 41 LUCIUS Morra, Neapolitanus, („ *Rector* „ *& Abbas ſæcularis S. Mariæ de Vetrano Lycien.* „ *diœceſ. J. V. D.*) ſucceſſit Marcello die 20. Novembris 1606. obiit 1623.

XLIII 42 Fr. DIDACUS Lopez *c* de Andrada, Luſitanus, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, ſui ævi concionatorum facile Princeps, ex Regia Philippi IV. Hiſpaniarum Regis præſentatione renunciatus eſt Hydruntinus Archiepiſcopus ab Urbano VIII. die 20. Novembris 1623. Quo in munere, morum integritate, liberalitate in pauperes & in animarum ſalute ita per aliquot annos ſe geſſit, ut poſt celebratam Synodum, ſaluberrimiſque legibus deſ ecatos Clericorum mores cum contudiſſet, ſancte ut vixerat, mortem oppetiit, ſexagenario minor, & in ſua Metropoli profuſis omnium lachrymis humatur *d*. Quantus vero, qualiſque fuerit hic Præſul in re litteraria clarus, ſui ingenii monumenta Hiſpano ſermone typis edita luculenter teſtantur. Scripſit Quadrageſimale in duos tom. diſtinctum, tum & Conciones Sanctorum, & de Immaculata Beatę Mariæ Virginis Conceptione lib. unicum, quem publici juris fecit Neapoli Hieronymus de Andrada ejus germanus frater: de quo hoc ſcripſit elogium amicus noſter Nicephorus Sebaſtus Meliſenus Auguſtinianus Eremita.

c Laudatur à Marraccio in Bibl. Mariana, & in libro de Antiſtitibus Marianis.

d p. 199. Tarſurus. & ab Antonio in Bib. Hiſp. tom. 1. p. 249. Mandoſ. *d* die 22. Auguſti 1628.

Mane Lupus verbi rapuiſti hanc Didace prædam,
Qua paſturus eras veſpere largus oves.
Sic ad judicium vitiorum è fæce reverſus
Extremum ante diem, ut de tumulo uſque cies.
Si tu longævus fueris, orbi haud opus eſſet
Seu voce Angelica, ſive monente tuba.

XLIV 43 CAJETANUS Coſsa, Neapolitanus ſtirpe nobilis, Clericus Regularis Theatinus, ingenio, ſacra ve per Italiam eloquentia abundè celebris, ſatagente Philippo IV. Hiſpaniarum Rege adlectus eſt Archiepiſcopus Hydruntinus ab Urbano VIII. Didaco egregio, doctoque Præſuli ſucceſſit die 7. Junii 1635. qui adhuc Hydruntinam ſedem, ſedulitate maxima, ſuarumque ovium zelo paſcit. Hujus egregia facinora diffuſè commemorat Joſeph Silos lib. 2. hiſtor. Cleric. Regul.

A D D I T I O.

XLV („ *Fr. GABRIEL de Adarſo, & Sanctander,* „ *nobilis Hiſpanus, ex oppido Matriti, Ordinis B.* „ *Mariæ de Mercede, Epiſcopus Viglebanenſis, huc* „ *tranſlatus eſt die 24. Septemb. 1657. Deceſſit an.* „ *1674.*

XLVI „ *AMBROSIUS Maria Piccolomineus, Epiſcopus* „ *Triventinus, ad hanc ſedem gradum fecit 27. Maii* „ *1675. Nondum completo ſuæ villicationis decen-* „ *nio ad Cœlum evolavit.*

XL VII. „ *FERDINANDUS de Aguſar, y Saavedra, no-* „ *bilis Hiſpanus, Pontificii juris Doctor, ſucceſſit* „ *24. Aprilis 1684.*

XL VIII. „ *FRANCISCUS Maria de Aſte, ex primaria Ro-* „ *mana, ac Neapolitana nobilitate Patritius, D.* „ *Mauritii de Aſte ex Vincentia Carrafa pari gene-* „ *ris nobilitate conſpicua ſecundus natus, Michae-* „ *lis de Aſte illuſtris ſui temporis militis, & Mar-* „ *celli S. R. E. Cardinalis ampliſſimi germanus fra-* „ *ter, ab ineunte ætate Clericorum Regularium Thea-* „ *tinorum inſtitutum profeſſus, in quo cum mirifice* „ *pietate, ſimul ac doctrina clareret, non paucorum* „ *Conventuum Præpoſitus electus eſt: quo munere* „ *fungens ob inſignem, qua florebat, rerum pru-* „ *dentiam, à Carolo II. Hiſpaniarum, & Neapoli-* „ *tanorum Rege Hydruntinæ Eccleſiæ Archiepiſco-* „ *pus renunciatus eſt, & confirmatus à Pontif. die* „ *8. Maii 1696. Leopoldo Imperatore petente, cui* „ *oppido charus extitit, ut ex ſequenti Epiſtola li-* „ *quido conſtat.*


„ Sereniſsime, ac potentiſsime Rex domine nepos, affinis, & frater chariſsime. Majeſtati veſtræ enixe commendare aggredior honorabilem, fidelem, dilectum Franciſcum Mariam de Aſte Neapoli oriundum, quadraginta annorum, Ordinis Theatinorum religioſum, à ſanguinis nobilitate, ſanctimonia, & integritate vitæ, doctrina, conſilio, magnis ingenii dotibus, aliiſque virtutibus ad ſtatum perfectionis collimantibus valde laudatum, quindecim annis ſtudii philoſophici, & Theologici lectorem, Majeſtatis veſtræ Theologum, & in Regno Neapolis ſancti officii Conſultorem. Fratrem habet illuſtrem & venerabilem Marcellum de Aſte ob magnas animi dotes à ſua ſanctitate electum Auditorem, virum ad obſequia domus noſtræ vigilantiſsimum. Alter germanus frater poſt exantlatam quinde-

cim

Digitized by Google

" cim annorum militiam in Ungaria obſidioni civitatis Budæ præſens, vitam Deo, unde venerat, multis vulneribus contra Barbaros non ſine immortali laude conſecravit, ut familiæ Baronum de Aſte non ſibi, ſed Reipublicæ naſci hæreditarium comprobetur.
" *Increditam ſibi diœceſim profectus, magna pietate, diligentia, ac vigilantia ſubjectos populos plurimorum annorum ſpatio gubernavit: Demum è vivis exceſſit an.* 1719. *Scripſit, ediditque* memorabilia Hydruntinæ Eccleſiæ, Metodo della ſanta Viſita Apoſtolica, Diſceptationes in Martyrologium Romanum. *De eo ſumma cum laude ſcripſere Franciſcus Gianettus in ſua Theologia, Raphael Maria Filamundus in ſecunda parte ſui libri, cui titulus eſt*: Il Genio bellicoſo Napoletano. *Taſurus*.)

ALETINI,
SEU
LUPIENSES,
SIVE
LYCIENSES
EPISCOPI.



ALETIUM, ſeu Lupiæ, vulgo *Lecci*, in Hydruntina terra mediterranea eſt civitas in Salentinis, de cujus antiquiſsima origine varié varii tradiderunt Scriptores. Arbitrantur nonnulli ab Aſiatibus conditam, quorum Dux erat Lyctius ex verſu Virgilii in 3. Æneid.

Et Salentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus.

Propè conditam fuiſſe ab antiquo Aletrio tradit Volaterranus. Julius Capitolinus Aletii auctorem facit Melennium Daſumi filium, unde genus duxit M. Antoninus Philoſophus Romanorum Imp. Alii Luppiam nominant, Ennii Poetæ patriam, quam & Rhodiam, ſeu Luſpiam dicunt. Sed hæ diverſæ ſunt civitates; & ea de qua agimus, appellatur à Plinio Aletium, à Pomponio Mela Valetium; cujus rei, qui pleniorem deſiderant cognitionem, conſulant Leandrum Albertum, & Julium Cæſarem Infantinum in ſua Lycia ſacra.

Sita eſt in loco plano undique hortis amœniſſimis cincto, media inter Brundufium, & Hydruntum utrinque vigintiquinque M.P. intervallo diſſita; abeſt ex parte Septentrionali à mari Adriatico ſex millibus paſſ. quindecim ex parte Occidentali à Tarentino ſinu, ab Jonio vero mari quod à meridie reſpicit, quatuor & viginti, ob eamque rem fruitur omnibus iis, quas mare affert commoditatibus, nec expoſita eſt ob nimiam propinquitatem periculis claſſium exterarum. Omnium eſt hujus Regni urbium, ſi Neapolim excipias, maxima, & frequentiſſima, quam antiquiſſimam, atque ampliſſimam fuiſſe, quæ ſubterranea ſunt, demonſtrant, arcus, cuniculi, fornices, vaſta fundamenta ædificiorum. Area, & ſolum civitatis tribus paſſuum millibus clauditur, foſſa, muro, & aliquot turribus, & arce fortiſſima munita eſt. Cœlum habet ſalubre, & placidum: ædificiis pulcherrima eſt, lata, & marmoreis lapidibus ſtrata, ædificia vero ita magnifica ſpectes, ut paucis Italiæ urbibus domorum, ac viarum nitore cedat. Fama eſt decem *a* millia focorum in ea contineri, capita *b* vero quadraginta millia cenſeri. Procerum enim totius hujus tractus domicilium, multorumque nobilium ſedes eſt. Hic provinciæ Præſes ſedem habet, cujus munus eſt duplex, jus dicere, & vires cogere, ut ſæpe propter Turcarum excurſiones accidit, belli adminiſtrandi cauſa. Huic tres à latere ſunt cauſarum cognitores, ſicut etiam alia tribunalia inferioris poteſtatis; paruit Lytium Salentinis ſuis conditoribus, deinde illis in ordinem à Romanis redactis, ut Livius commemorat, Romanæ Reipublicæ, mox ab Imperatoribus legem accepit. Senſit deinde Græcos, Sarracenoſque tyrannos; quibus exactis in ſinum Normannorum Principum confugit, tituloque Comitatus ornatum, tandem in poteſtatem utriuſque Siciliæ Regum devenit, qui tantum Lycio ſplendoris, ac opulentiæ contulerunt, ut in præcipuis Regni civitatibus hoc tempore poſſit haberi. Sed illud ſplendidius, quod Lycienſes cives ſolent gloriari, à S. Juſto Corinthienſi, Pauli Apoſtoli diſcipulo ad fidem Chriſti ſe fuiſſe traductos, eundemq; poſt ſuam prædicationem una cum Orontio nobiliſſimo Lycienſi primo hujus urbis Epiſcopo ab eodem Apoſtolo ordinato, ibidem primum ſub Nerone ſæviſſimo Imperatore martyrio coronatum, quorum ſacra lipſana Lycienſes in Cathedrali, loco tamen haud noto venerantur & colunt. In hac item civitate Fortunatus Orontii nepos Chriſti martyr effectus. Splendida, viſendaque eſt Cathedralis Lycienſis Deiparæ Virgini Aſſumptæ ſacra, cujus conſecrationis anniverſarium prima Dominica Novembris, & octo diebus ſequentibus, anniverſariis nundinis celebratur. Hoc nobile templum primùm condidit Formoſus Epiſcopus à Goſredo Normanno Lycienſium Comite adjutus anno 1114. quod cum fortè fortuna corruiſſet, Robertus Antiſtes non ſolùm reparavit, ſed ferè à fundamentis magnificentius exædificavit. Sacris in eo miniſtrantium numerus tantus eſt, quantum in nulla Regni Eccleſia reperias: ſiquidem Presbyteri, & Clerici ſupra trecentos hujus Eccleſiæ ſervitiis addicti ſunt, Principem locum obtinent Canonici vigintiquatuor *c*, è quibus tres dignitate eminent. Archidiaconus ſcilicet ſecundus ab Antiſtite, Cantor, & Theſaurarius, qui omnes die, noctuque divinum cultum perurgent *d*. In civitate præter Cathedralem, aliæ tres Eccleſiæ Parochiales, paucis abhinc annis inſtitutæ ſunt, ut tam numeroſo populo ſacramenta facilius adminiſtrarentur. Eſt quidem Eccleſia Græcorũ, in qua Græcus Parochus 40. ejus Nationis familiis Catholico Græcorum more & ritu adminiſtrat. Virorum Cœnobia *e* quindecim, duo Monachorum reliqua Mendicantium. Monachorum aliud ad Eccleſiam ſanctæ Crucis Cœleſtinorum opulentiſſimum, aliud ad Eccleſiam SS. Nicolai, & Cataldi extra mœnia civitatis nobiliſſimum, olim Monachorum S. Benedicti Nigri Ordinis, nunc Olivetanorum Congregationis, fundatum ante annos quadringentos & ſexaginta à Tancredo Gotifredi filio Lycienſium Comite. Extat item in hac civitate Congregatio Clericorum Regularium Theatinorum ad Eccleſiam Sanctæ Irenæ virginis, & martyris, civitatis Patronæ, publico civium ſumptu magnificentiſſimè conſtructa eſt, necnon Collegium Patrum Societatis Jeſu cum Eccleſia Circumciſionis ampla, & eleganti forma nuper conſtructa. Sanctimonialium Monaſteria ſeptem *f*, in quibus virgines fere 400. Chriſto famulantur, Hoſpitales domus

mus

a 5. millia.
b 25. millia.
c Inter quos utraque Præbenda.
d Et in hac cura exercetur per petuum ab Epiſcopo deputatum Vicarium.
e 18. Intra, & propè mœnia.
f Decem.

mus tres, quarum duæ, & quæ S. Spiritus nomine celebrantur, curandis egenis, infantibus alendis, virginibus dotandis ampliſſimos redditus annuos habent. Laicorum ſodalitia perplura ſunt, variis pietatis operibus addicta *a*. Lycienſis Epiſcopus, qui ſuffraganeus eſt Archiepiſcopi Hydruntini in ſua Diœceſi tantùm vigintiſeptem oppida, & caſtra poſſidet, quorum duo maxima ſunt: nempè Squinzianum, quod octingentas ferè domos habet, cujus Eccleſia ſupra quinquaginta miniſtros habet cum Vicario foraneo. Alterum eſt oppidum Campiarum mille plus minus familiis habitatum, cujus Eccleſia ampla, & eleganti forma conſtructa, ſuum etiam habet Vicarium foraneum, Presbyteros, & Clericos multos. Reliqua caſtra ſunt Surbi, Treputinum, Tircodori, caſtrum ſancti Petri Vernotici com Archipresbytero Vicario foraneo, ſanctæ Mariæ de Nive cum Archipresbytero, Carmiani, Malianum, Montironum, Arneſanum, S. Petri de Lama cum Archipresbytero Vicario foraneo, Liquizanum itidem cum Archipresbytero Vicario foraneo: Caſtrum ſancti Cæſarei cum ſuo Archipresbytero foraneo; Traconum, Cabalinum, Lezavellum, Piſignanum; Vanzacum ſuis Presbyteris, & Clericis, Patulum à Turcis ſolo æquatum: Rocca antea in littore à Turcis diruta, & in mediterraneis rurſus ædificata cum Archipresbytero: Aquaviva: Accara cum ſuo Archipresbytero, & Clericis: Vernola, & Merina cum ſuis pariter Capellanis, & Clericis. In univerſa autem tota Diœceſi Lycienſi continentur Parochiales Eccleſiæ 27. quarum ſex per Cappellanos, reliquæ per Archipresbyteros adminiſtrantur. Epiſcopus Lycienſis, qui & Lupiarum cenſetur poſt deſtructionem Lupiæ, mixtim denominatur. Lupium fuiſſe ſedem Epiſcopalem legitur apud Gregorium Magnum epiſt. 21. lib. 5. Ind. 14. Quibus deſtitutis viſitationis munus injungit Brundusino, & Gallopolitano Epiſcopis. Poſt deſolationem Lupiæ, Aletinis Epiſcopis acceſſit Lupiarum dignitas, unde Lupiarum, & Aletinenſes, ſeu Lycienſes denominati ſunt ii, qui deinde harum Diœceſeno Præſules evaſerunt. Porrò menſæ Epiſcopalis Lycienſia annuos cenſus 4200. ducatorum, qui colliguntur præcipuè ex vectigalibus ſex oppidorum, & caſtrorum 17. quæ Epiſcopum ut Principem agnoſcunt, ut Caſtrum S. Petri Vernotici, S. Mariæ de Nive, Carmiani, Maliani, Monſoroni, S. Petri de Lama. Oppida ſunt Squinzani, Campaniarum in quibus Epiſcopus jurisdictionem civilem, & mixtam exercet. Præterea caſtrum Leqoiletum, S. Coſtiani, Caballini, Lezavilli, Prognani, Structæ, Vantiæ, Maianducci, Macrinæ, in quibus Epiſcopus civilem, & criminalem juriſdictionem exercet. Taxatur in lib. fiſci Apoſt. ad flor. 100 *b*. Eſt & Abbatia de S. Naceto nuncupata, cui ſubſunt oppida Roccæ, Peſuli, & Accanæ, & caſtra Aquævivæ, & Vernulæ, cujus medietas cum Eccleſia S. Laorentii, & juriſdictione civili, ac criminali eſt de patrimonio ipſius Eccleſiæ. Series autem hujus ſedis Epiſcoporum hiulca, ac ferè jejuna prodibit, cum nihil prorſus ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ habuimus, ut uberiorem daremus ad lucem, quam vides modo, non ſine illorum verecundia, ad quos ſpectabat adjutrices manus apponere, ex Actibus Conſiſtorialibus, aliiſque monumentis, multis laboribus expiſcati ſumus: interim antiquitatis ſtudioſi, ut uberiorem, hauriant cognitionem, expectabunt donec excuſſa vecordia, vetuſta monumenta Lycienſis Eccleſiæ, Actaque Epiſcoporum in carcere diriore occluſa, priſtinæ libertati reſtituantur, ac benignum poſsint ſecurius, ac liberius haurire cœlum.

a Et Mons Parvus.

b 100.

I. 1 S. ORONTIUS primus Aletinus Epiſcopus à S. Paulo Apoſtolo ordinatus eſt: etenim Juſtus natione Corinthius S. Paulo Corinthi Chriſtianam fidem annuncianti adhæſit, illius diſcipulus effectus. A quo Romam miſſus navi ad Aletii littora appulſus ab Orontio nobili Aletino hoſpitio excipitur, eoque ad fidem perducto Romam tandem pervenit, unde negotiis ſibi ab Apoſtolo demandatis ex ſententia confectis, Aletium, uti Orontio pollicitus fuerat, revertitur, ac illum aliquot ex Aletinis ad fidem converſis, una cum Fortunato ad Paulum, Corinthum adduxit. Cum autem S. Apoſtolus Orontium Epiſcopum Aletinorum ordinaſſet, illique Juſtum adjutorem, ac verbi divini præconem adjunxiſſet cum benedictione dimiſit. Ubi itaque Orontius, & Juſtus Aletium perveniſſent, principioque magnam Romanæ Religionis partem, ac civium plurimos ad lucem Evangelii perduxiſſent, in perſecutione Neronis, ab Imperatoris ſatellitibus comprehenſi, Jovi, & Marti jubentur ſacra facere: quam impietatem deteſtantes, poſt multos, & diros cruciatus publice interfecti, martyrii palmam adepti ſunt; Quorum corpora à Chriſtianis condita cum diu latuiſſent, inventa thecis argenteis incluſa, & in templo eis dicato recondita ſunt. Hæc Ferrarius ex monumentis Eccleſ. Aletinæ, & ex Paulo Rhegio habet in Cathal. SS. ad diem 1. Novembris, quibus addidit; Corpora horum Martyrum non eodem loco condita ſunt; ſed ſeorſum in propria Eccleſia illis extra urbem exſtructa. Quorum tamen natalis ſimul prima Dominica Septembris anniverſaria celebritate recolitur. Nuper ſacra Rituum Congregatio electionem habitam à civitate Lycienſi ſanctorum Orontii, Juſti, & Fortunati in Patronos, eorumque feſtum tanquam de Patronis æque principalibus una eademque die de præcepto ſervari, necnon officium è communi Martyrum ſumendum ab utroque Clero ibidem recitari, & Miſſam celebrari poſſe ad Rubricam præſcriptam indulſit die 13. Julii 1658.

II. 2 S. FORTUNATUS Orontii nepos, & ſucceſſor anno 68. poſt patrui martyrium, Lycienſis Epiſcopus evaſit, pauloque poſt & ipſe pro Chriſti fide martyrii palmam accepit, ex monum. ejuſdem Eccleſiæ.

3 DONATUS *c* S. Cataldi germanus frater Lupienſium recenſetur Epiſcopus à Jacobo Antonio Ferraria in Mſ. vita Cataldi, qui vixit anno Chriſti 163. Refertur etiam inter hujus Eccleſiæ Præſules à Julio Cæſare Infantino.

c De hoc in Lupienſibus. to. 10.

III. 4 S. LEUCIUS martyr. Quis iſte fuerit, ignoratur.

IV. 5 S. DIONYSIUS martyr (1), quem vult Infantinus eundem fuiſse, qui Pontifex Maximus fuit; qua vero fide ipſe dicat.

V. 6 S. BLASIUM Martyrem idem Infantinus inter Lycienſes Epiſcopos reponit, an ex ſuo cerebro, incompertum eſt.

VI. 7 LEUCIUS, hujus nominis II. unde hæc acceſsio prodeat, fides ſit apud ipſom Infantinum. Per multa deinde ſæcula ſucceſsores deſiderantur.

VII. 8 THEODORUS Bonſeculus, civis & Epiſcopus Lycienſis, florebat an. 1057.

VIII. 9 FORMOSUS Præſul Lycienſis, Goffrido Comite Lycienſi juvante, Cathedrale templum in honorem Deiparæ Virginis à fundamentis cœpit conſtruere anno 1114. ut vetus inſcriptio docebat, quam refert Infantinus.

Cura Formoſi bene Præſulis officioſi
Culta non vilis, cum pratis ridet Aprilis.
Hæc in honore piæ, quæ viſitur Aula Mariæ,
Tunc & fundari cœpit ſimul & fabricari:
Atque Deo fido, Lycii dominante Gofrido,
Tanſactis mundo cum tempore iam moribundo,
Centum mille decem poſt hos quoq; quatuor annis,
Aſtra regens poſtquam noſtræ voluit fore carnis.

Formoſum illum aliquando Formulum vocatum invenio, quem Infantinus diverſum fuiſse commemorat, Formoſum ex familia Bene Formulum verò ex Lubella facit; ſed unum fuiſse Formoſum, qui & Formulus eſt, clarè demonſtrat donatio Goffridi Comitis facta Eccl. Lycienſi, quam una cum Formulo

(1) Dionyſius Papa è magna Græcia prodiit, & Anachoreticam vitam duxiſſe habetur, nec inter martyres connumeratur in ſacra Eccleſiæ Ephemeridibus ad diem 26. Decembris: nec de Lycienſi ſede Dionyſii quidquam ſcripſere Carmelitæ, qui de eo uti ſua familia ſancto plura pronunciarunt. Lucenius.

mulo Epiſcopo reparaſſe habet. Donatio ſcripta eſt anno 1115. in hunc modum ab exemplari, quod extat apud me.

† *Signum Crucis manu Domini Goffridi Lycii & Hoſtuni Comitis.*

Anno 1115. menſe Augusti 15. ejuſdem Indict. 8. Divini luminis, &c. Nos itaque Goffridus Dei gratia Lycii, & Hoſtuni Comes per præſens ſcriptum confeſſionis noſtræ fatemur, quod ad ſalutem & remedium animarum parentum noſtrorum & noſtræ, tam pro reparatione majoris Lycienſis Eccleſiæ, quàm unà cum Reverendo Patre Domino Formulo Dei gratia vener. Epiſcopo Lycii adhærens. donavimus præfatæ Eccleſiæ Lycienſi totam medietatem nos contingentem de caſali Vernalæ, quæ dicitur de ſancto Laurentio cum territoriis ſitis ſub dicto Comitatu noſtro Lycii juxta tenimentum caſalis Piſigaani, juxta tenimentum caſalis Aquarico, juxta tenimentum alterius medietatis dicti caſalis, & alios confines, aſſignantes ipſam medietatem per nos donatam in manibus præfati Domini Epiſcopi recipientis ipſam pro parte prædictæ Lycienſis Eccleſiæ, ſcilicet cum hominibus, vaſſallis, juribuſque ſuis, & nihil nobis reſervavimus in eiſdem tenimentis, pro qua certè donatione, & largitione noſtra ratificanda, & deinceps omni tempore inviolabiliter conſervanda, hoc præſens breve exinde fieri, & præfato Domino Epiſcopo dari & aſſignari juſſimus per manus Goffridi de Gilberto noſtri Notarii, & bulla noſtra plumbea fecimus communiri.

Ego Ioannes Vicecomes interfui.
Ego Presbyter Stephanus de Adelarde teſtis ſum.
Ego Churionus de Hoſtunio teſtis me ſubſcripſi, quia interfui.
Ego Stephanus de Hoſtunio teſtis.
Signum manu Rinaldi de Ceſtie.
Ego Robertus de Claremonte teſtor.
Ego Alexius Coczoroneus teſtis ſum.

IX. [a Petrus in noviſs. Concil. Edit. tom. 6. par. 1. col. 3059. & in not.]

10 PENETRANUS *a* Lycienſis Epiſcopus inter Patres qui Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. interfuerunt an. 1179. commemoratur poſt Jonathum Hydruntinum Archiepiſcopum, ſuum Metropolitanum, in Actis ejuſdem: ſuſpicatus autem aliquando ſum, an error fuerit Scriptoris, qui pro Petro ſcripſerit *Penetranum Lycienſem, Caſtrenſem*, fortaſſis ea tempeſtate Caſtrenſis Eccleſia cum Lycienſi unita erat, (1) quod mihi non conſtat.

X. 11 PETRUS, quem familiæ Guarinæ adſeribunt, Lycienſem Eccleſiam regebat anno 1180. dum Tancredus, qui Comes Lycio præerat, illius Rogerii nothus, quique, ut ajunt, Neapolitanorum quoque Regnum obtinuit, Religionis affectu, & Patrum exempla imitatus Abbatiam Sanctorum Nicolai, & Cataldi extra Lycium ampliſſima cum dote excitaret. Templum, enim, & Cœnobium pro Benedictinis Monachis conſtruendum ſuſcepit in ſuo præter oppidorum fundo, in eorum, quos antea diximus, Sanctorum honorem pluribus agris in dotem attributis, pago, qui Avejus nuncupatur, aliiſque rebus, quæ cum percipi aliter non poſſe videam, quicunque velit, in diplomatibus ab eodem Principe editis, & identidem adducendis examinabit. Inde ſumma ejus magnificentia inſigniter elucebit. Diplomati ſubſcripſit Petrus Epiſcopus anno ſalutis eodem 1181.

In nomine Dei æterni Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo primo, Regni vero Domini VV. Dei gratia magnificentiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ 16. menſe Septemb. Indict. 14. Quas grates Domino noſtro Jeſu Chriſto exhibere debeamus, nec mens noſtra poteſt concipere, nec lingua proferre laudes; multas namque per ejus providentiam ſæpenumero largitates ſuſcepimus, & innumerabilia per ipſum beneficia profitemur, pro quibus nihil dignum nos eſſe cognoſcimus; quia nulla

A *poſſunt profectò merita exhiberi, quæ vicem collati ſuperna proviſione beneficii reformarent; licet autem mortalia ſæcula nihil tam peculiare poſſint efferre in plenitudinem gratiarum cœleſti favore neceſſariarum; ad hoc tamen alacri ſtudio charitatis ſe quiſque debet reddere vigilantem, ut habeat in terminis noviſſimum Iudicii diem, quod tempore villicationis ſuæ ante conſiſtorium ſublimiſſimi Iudicis repræſentet. Sed quia ſine fructu boni operis nihil conſtat eſſe perfectum, nec mercedis retributio ſperari poteſt ſine labore: Idcirco nos Tancredus Dei, & Regis gratia Comes Lycii ad honorem Dei, & Beatæ, & glorioſæ, ſemperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, & Beatorum Chriſti Confeſſorum Nicolai, atque Cataldi memoriam glorioſam, juxta civitatem Lycii in noſtro proprio fundo, juſtis & propriis ſumptibus, & labore pro remiſſione peccatorum noſtrorum fecimus fabricare, ut in ea, divinitate propitia, & per patrocinia glorioſa Sanctorum ad laudem, & perpetuæ proſperitatis ſalutem, Domini noſtri Regis VV. ſemper*
B *triumphatoris frequenter & ſalubriter celebrentur divina, & per ipſorum incrementum, & preces clariſſimas ſit ipſe glorioſa ſobole floridus, & de victis hoſtibus triumphator. Quæ ſanè cum ſit in ſola protectione Summi Pontificis conſtituta, ſic ex privilegii ejuſdem Domini Papæ recitatione clareſcit, nullius Pontificum audientiam perhorreſcat. Collegium itaque perſonarum ibidem ſervientium Monachorum eſſe volumus Religioſorum virorum ſecundum Beati Benedicti Regulam, qui divino miniſterio vigilanter deſerviant, nullius Pontificum juriſdictioni ſubjecti. Ad cujus Eccleſiæ ſuſtentationem, & ornatum, & conſequenter in cauſam alimentorum ibi ſervientium perſonarum conceſſimus terras eidem Eccleſiæ adjacentes, quarum hi ſunt fines. A parte Orientis via, quæ vadit ad Aurium; à parte Occidentis via, quæ vadit ad Brunduſium; à parte Auſtri junctura viarum; à parte Septentrionis terra Lycienſis Epiſcopi, quæ eſt ſuper puteum, & terra Magiſtri Conſtantini; fines autem honeſti ſunt hi. A parte Orientis via*
C *Auſtri; à parte Occidentis via ſanctæ Pranedoniæ, à parte Auſtri terra magiſtri Raſilii, & protopapæ: à parte Septentrionis terra monaſterii S. Ioannis de Montalibus, & quædam terra, quæ eſt juxta clauſuram noſtram. Item à parte Orientis via, quæ vadit Horiam; à parte Occidentis prædicta clauſura; à parte Auſtri via, quæ vadit ad Puteolum; à parte Septentrionis terra Nicolai de Rozza. Conceſſimus quoque eidem monaſterio duas terricellas in porta ſancti Iuſti, quarum una eſt in parte Occidentis. Ad hæc conceſſimus eidem Monaſterio caſale noſtrum Aurium, ſicut eſt ſuis finibus limitatum cum univerſis tributariis ibi manentibus, & eorum hæredibus, & cum omni jure, quod habuimus in affidatis, & francis hominibus ipſius caſalis. Conceſſimus inſuper eidem monaſterio Eccleſiam ſancti Angeli de Tremitiis cum terris & tenimentis ipſius. Prædicti autem caſalis, & ejuſdem Eccleſiæ ſancti Angeli hi ſunt fines. In primis incipit à Fica blanca, quæ ſunt in verticellis, & vadit per parietem, qui eſt finis inter tenimen-*
D *tum prædicti caſalis Aurii, & terrarum ſancti Ioannis, & exit ad viam, quæ vadit ad ſanctum Arzontium, & per eandem viam vadit ad ſerram Arenulæ, & vadit per eandem ſerram uſque ad parietem, qui eſt finis inter tenimentum ſancti Angeli, & tenimentum Ceſani, & deſcendit cum eodem pariete verſus Orientem uſque ad viam quatuor fictarum. Inde incipit paries, & vadit verſus Septentrionem, qui videlicet paries eſt finis inter tenimentum ſancti Angeli, & Muſezzaſui, & vadit uſque ad tenimentum ſancti Martiai. Inde vadit per ſerricellam uſque ad viam, quæ vadit ad ſanctam Martianum, & vadit per ipſam viam, & dimiſſa eadem via vadit per ſerram & parietem uſque ad parietem de Epiſcopana, & vadit cum eodem pariete verſus Occidentem, ſuper puteum ſiccum, & uſque ad viam de Vreclano, & cum ea via deſcendit uſque ad pedem ſerræ de flagis, &*
vadit

(1) Seu potius ex titulo Eccleſiæ enumeratus Epiſcopus Concilio præſens, ejus nomine ſilenti tenebris obvoluto, quod plurics contigiſſe compertimus, Laurentius.

vadit per eandem ſerram uſque ad viam, quæ vadit ad Aurium, inde revertitur uſque ad Occidentem per viam tenimenti de Surbo, & vadit per ſpeclam, & per ripam ſerræ de Runiaco, & vadit per parietem, & terras de regina, & per parietem terræ de acutis, & deſcendit per caſellas, & venit per parietem extra mellinolas, & venit uſque ad viam, quæ à parte Septentrionis juxta terram de Guala, & vadit per ſerram, & parietem uſque ad hortalia mezzani, indè venit ad lacum Ruffini, & inde venit trappam,, & vadit per ſerram, quæ eſt finis prędicti caſalis, & ſancti Joannis, & ſic redit percurrens uſque ad prædictam ficum blancam. Prædictum itaque caſale cum præfatis finibus & univerſis tributariis ejus ubicunque fuerint in tota terra Comitatus noſtri, & cum hæredibus eorum, & cum omni jure quod habuimus in affidatis, & francis hominibus ipſius caſalis prædicto Monaſterio conceſſimus, ſicut ſuperius denotavimus. Conceſſimus etiam eidem Monaſterio Gualtinam noſtram in uſum piſcium ipſorum Religioſorum, pro quorum namque veſtiario conceſſimus ibi quadringentos ducatos annuos ex redditu prædicti Lycienſis fluminis per vices quatuor percipiendos in unaquaque centum, ut prædicti religioſi viri abſque neceſſariorum ſtrepitu quieſcentes ad laudem Dei, & memoriam prædictorum Sanctorum, & pro remedio animarum glorioſorum Regum Rogerii, & VV. Dominorum noſtrorum f. me. atque genitoris noſtri Domini Rogerii quondam Ducis benignæ recordationis, & genitricis noſtræ, nec non & Domini Gulielmi bonæ memoriæ fratris noſtri, & omnium parentum noſtrorum remedio ſacratiſſima offerre poſſint libamina. Ut & ipſi hujus noſtri florentiſſimi operis participes conſtituti, feliciſſimam æternæ claritatis percipiant portionem. Pro cujus ſane Eccleſiæ incremento conceſſimus tibi fratri . . . . . & ven. Abbati ipſius Eccleſiæ Domine Octaviane, tuiſque ſucceſſoribus in ipſa civitate Lycii de extraneis, & adventitiis affidandi licentiam, Curiam, & Judicem & Notarium de noſtris hominibus ex univerſis cauſis, præter illas, quæ in publico, & ad cenſuram regiam pertinere videntur. Quod is, qui pro tempore Prælatus extiterit, primò, ſecundò, tertiove admonitus juſtitiam facere diſtulerit, volumus ut executio ipſius negotii deveniat in Curiam noſtram, & hæredum noſtrorum, & ſi quà compoſitio inde exacta fuerit, volumus, ut ad manus Eccleſiæ conferatur. Et quoniam quanto noſtra viſcera devotiùs extenduntur in largiendo, tanto credimus hoc opus noſtrum egregium apud Dei clementiam placabile fieri, & acceptum. Idcirco ex præſentis privilegii noſtri tenore adjungimus jam dicto Monaſterio vineas, & jardenum, quæ fuerunt quon. Accardi Guar. in pertin. ſancti Cæſarei cum terris adjacentibus ibi, ſicut his finibus ſunt concluſæ, videlicet à parte Orientis ſunt vineæ filiarum Rogerii Spani; à parte Occidentis vineæ filiorum presbyteri Theodori de ſancto Jacobo, quæ ſunt in feudo Leucul. Item à parte Auſtri vineæ filiorum Gulielmi Pallone, & vineę presbyteri Petri, & Formoſi fratris ejus; à parte Septentrionis vineæ Minaldi Criſpini, & fratris ejus, & vineæ Joannis Garzaniti, & vineæ Joannis Tenini. Conceſſimus præterea eidem Monaſterio Eccleſiam ſanctæ Barbaræ propè territorium caſalis noſtri Valeſii cum vineis, terris, & tenimentis ſuis, ſicut ſunt his finibus limitatę, videlicet à parte Orientis eſt terra Jacob, & vadit per rivum, & viam Tuturani, & ab eadem parte Orientis vadit per paludes geminas, & uſque ad rivum terræ presbyteri Andreæ, & incipit ab arbore, quæ dicitur de Lama, & à terra Leonis porcarii, & à terra Urſonis Accatte, & vadit uſq; ad paludicellam, & venit juxta ſpeclam uſque ad viam Turcaruli, & per parietem, qui eſt in parte Occidentis uſque ad paludem longam, & uſque ad viam, quæ vadit ad ſanctum Petrum, & pergit per ſylvam, quæ eſt finis S. Petri, & deſcendit ad terram judicis Philippi, & redit per rivum uſque ad terram Jacob. Præterea conceſſimus eidem Monaſterio vineam, quæ fuit cujuſdam villani noſtri nobis in tenimento Valeſii pro morticio pertinentem, & quandam terricellam noſtram, quam juxta vineam ipſam habemus, cujus vineæ, & terricellæ hi ſunt fines. A parte Orientis ſunt vineæ Joannis Fortis, & Lucę; à parte Auſtri vineæ Papæ Nicolai & Andreæ Scardani; à parte Occidentis vineæ Andreæ de Stritta, & terricella Jacob; à parte Septentrionis vinea presbyteri Andreæ, & Joannis Coloridi. Animalia verò ipſius Monaſt. per univerſum demanium Comitatus noſtri, tam in paſcuis, quàm in aquis jacentibus habere volumus communionem abſque ulla moleſtia, & affidatione. Conceſſimus quoque eidem Monaſt. & Rectoribus ejus, ut liceat eis demanias res ejuſdem Monaſt. in toto Comitatu noſtro abſque alio plateatico vendere, & quod voluerint ad uſum dicti Monaſterii abſque plateatico comparare. Hæc igitur, quæ pro commodo ibi ſervientium perſonarum in dicto Monaſterio habere concedimus, volumus, ut ex præſentis noſtri privilegii tenore, robur, vim & auctoritatem accipiant, & omnia francè, & liberè poſſideat in æternum; quia nec nobis, nec noſtris hæredibus, vel ſucceſſoribus, in ipſa Eccleſia, vel in rebus prædictis jus aliquod reſervamus, niſi ſolam orationem, & videndum (alias) vidandam, ſicut unus ex fratribus tam in vita, quam poſt obitum noſtrum. Sed tam homines, quam prædia, & ejus animalia perpetua univerſa volumus immunitate gaudere, ita quod non liceat nobis, aut hæredibus, vel ſucceſſoribus noſtris prædictam conceſſionem, & oblationem noſtram aliquo futuro tempore diſrumpere, minuere, vel in aliquo violare. Ad ſecuritatem ergo ipſius Monaſterii, & perfectum firmamentum præſens privilegium per manus Simeonis de Matera noſtri Notarii ſcribi, & bulla plumbea noſtro impreſſo typario juſſimus roborari, & in eos nos propria manu ſubſcripſimus, & ſubſcriptos alios præcepimus ſubnotari anno, menſe, & Ind. præſcriptis.

† *Ego Tancredus Comes Domini Ducis Rog. bonæ mem. filius concedo, & confirmo.*

† *Ego Petrus Lycienſis Epiſcopus interfui.*

† *VV. de la Tora Comeſtabilis Comitatus Lycii &c.*

Licet autem affirmare, Comitis incœpto Petrum ipſum Lycienſem Epiſcopum maximè opitulatum, eò quia inter Principem Eccleſiam, & nuper ædificatum Monaſterium omnem controverſiæ igniculum extincturus propter decimas, quas illa ex fundis à Comite huic aſſignatis percipere ſolebat, Canonicorum ſenatu non abnuente, eodem anno 1181. eas Monaſterio permiſit; quibus tamen compenſandis tradidit Comes agros nonnullos ad ſancti Petri de Lama ejuſdem Eccleſiæ vicum pertinentes. (*Concedimus*, inquit Epiſcopus, *inſuper, ut Presbyteri Caſalis Aurii reſpondeant amodo Monaſterio ſupradicto, & ejus Rectoribus de cenſu canonico ſecundum quod noſtræ conſueverant Eccleſiæ reſpondere, & de omnibus perſonalibus actionibus Prætor de criminalibus, & ſpiritualibus, excepto ſi alii Clerici aviditate detinendi jus Eccleſiæ Lycienſis, vel ſubfugiendi Curiam noſtram apud Caſale ipſum voluerint ſe receptare. Unam quoque libram incenſi, quam ab Eccleſia S. Barbaræ de Baliſio noſtra Lycien. Eccl. annuatim ſolita erat habere; & totum dominium proprietatis, quod in eadem Eccleſia nos, & noſtri ſucceſſores aliquando exigere poteramus, remittimus ex toto Monaſterio prælibato, ſalvo Epiſcopali jure, quod in eadem Eccleſia S. Barbaræ habemus, &c.*)

Ideo Alexander III eadem memoria à Comite, & Epiſcopo ad Monaſterium muneris loco tranſmiſſa, confirmans ait. *Ex dono venerabilis fratris noſtri Petri Lycienſis Epiſcopo Eccleſiam S. Barbaræ cum decimis, & pertin. ſuis, quæ ſita eſt in loco Valeſii, Eccleſiam ſancti Petri, & Eccleſiam ſanctæ Anaſtaſiæ cum earum pertin. Decimam caſalis Aurii, & decimas omnium terrarum, quæ ſunt circa ipſum Monaſterium. Ex dono ſupradicti Comitis Tancredi terras eidem monaſterio adjacentes. Caſale Aurii cum tenimentis ſuis. Totum tenimentum ſancti Angeli de Tremitito, vineas, & jardenum, quæ fuerunt quondam Accardi Guarannei in pertin. S. Cæſarii cum terris ibi adjacentibus. Vineam, & tenimen-*

tum ſanctæ Barbaræ in territorio Valeſii, & alias vineas & terras, quæ ſunt juxta tenimentum ipſius Eccleſiæ, & Gualtinam piſcium ad uſum fratrum, &c.

Anno ſubſequenti 1182. Comes tres pagos adjecit, Valeſium, Caſſianum, Olivum cum vineis, & horto in Brunduſino. E tabulis compertiſſimum.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo ſecundo. Regni verò Domini noſtri VV. Dei gratia magnificentiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno 17. menſ. Januar. Indict. 15. Quas grates Domino noſtro Jeſu Chriſto exhibere devotiſſimè debeamus; nec mens noſtra concipere valee, nec aliquatenus lingua proferre laudes. Cum multas per ipſius providentiam ſæpe ſuſcepimus largitates, & per ipſum innumerabilia beneficia profiteamur; dum nihil pro his omnibus dignum eſſe noſcamus, præſertim cum nulla poſſint profectò merita exhiberi, quæ vicem collati beneficii ſuperna proviſione reforment; & licet mortalia ſæcula nihil tam magnum poſſint efficere in plenitudinem gratiarum favore cœleſti conceſſarum; tamen ad hoc alacri ſtudio charitatis quiſque reddere ſe debet vigilantem, quatenus habeat in noviſſimo terribilis Judicii die, quod pro ſuæ villicationis tempore ante præſentiam ſublimis Judicis devotiſſimè repræſentet. Verùm quia ſine fructu boni operis nihil conſtat eſſe perfectum, neque condigna retributio alicujus mercedis pateſt ſine labore ſperari. Eapropter nos Tancredus Dei, & Regia gratia Comes Lycii cupientes pro temporalibus æterna præmia in cœleſti patria adipiſci, ad honorem Dei, & glorioſæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, ſanctorumque Chriſti Confeſſorum Nicolai, atque Cataldi, in quorum vocabulo quandam Eccleſiam ante civitatem Lycii noſtris ſumptibus propriis fabricari fecimus pariter & conſtrui, ut Deo laudes debitè exhibeamus in ea, & ad perpetuæ proſperitatis ſalutem Domini noſtri glorioſiſſimi Regis ſemper triumphatoris aſſiduè, & ſalubriter divina officia celebrentur. Octavianum nomine ſummæ honeſtatis, & religionis virum in ea duximus ſtatuendum de electione, atque conſenſu Fratrum ſuorum Domino famulantium in eadem, cui Eccleſiæ, Abbati, & Fratribus præſentibus, & futuris de noſtræ largitione gratia damus, concedimus, atque tradimus ſubſcripta loca, & caſalia cum pertin. & omnib. utilitatibus eorundem, necnon & omnibus hominibus in ipſis caſalibus commorantibus, & ad dominium, & proprietatem ipſorum caſalium de jure ſpectantibus, necnon & cum deſcendentibus ab eiſdem. Ita quidem ut liberè, & ſine aliqua datione caſalia ipſa cum dictis hominibus, tam tributariis, quam ſtallatis, prout fuerant de demanio feudi quondam Accardi Guaranei, & ipſa debita ſervitia præſtare conſueverunt. Ita quidem quod dictus Abbas & Fratres liberè ſine alicujus noſtri ballivi contradictione pariter & impedimento caſalibus ipſis utantur etiam & hominibus nominatis juxta quod hactenus per prædictum Accardum, uti conſuevit & frui. Caſalia verò ſunt iſta videlicet, caſale, quod dicitur Baleſium, caſale, quod dicitur Callianum, & caſale Olivæ, eo tamen excepto quod in ipſo caſali Olivæ tenet, & poſſidet Eccleſia Hoſtunenſis. Homines verò tributarii, & ſtallati, qui morantur in caſali Baliſii & Calliani ſunt hi, &c. Prædicta namque caſalia cum omnibus præſcriptis hominibus eorundem ubicunque fuerint in tota terra Comitatus noſtri, & cum hæredibus eorundem deſcendentibus ab eiſdem & cum omni jure, quod habuimus, tam in tributariis, quàm & hominibus ſtallatis caſalium eorundem prædictæ Eccleſiæ ſanctorum Nicolai, & Cataldi conceſſimus, donavimus, & liberè tradimus ſecundum quod ſuperius continetur. Et quoniam quanto noſtra viſcera in largiendo penitus & devotiùs extenduntur, tanto credimus hanc noſtram conceſſionem apud Dei præſentiam, placabilem fieri, & acceptari; idcirco ex præſentis tenore privilegii noſtri adjungimus Deo, & affatæ Eccleſiæ ſanctorum Nicolai, & Cataldi vineas, & jardenum ſitas in pertinentiis Brunduſii in loco qui dicitur Modius, cum domo una palaciata propè Eccleſiam S. Catharinæ, quas titulo emptionis habuimus à Joanne filio quondam Grimoaldi, & Gemma, viro, & uxore civibus Brunduſ. prout in inſtrumentis inde confectis, & per nos dicto Abbati ad Eccleſ. ſuæ cautelam meritò aſſignatis continetur manifeſtè. Et ut hæc omnia, quæ pro utilitate, & commodo perſonarum ſervientium dictæ Eccleſiæ haberi conceſſimus, & præſentis privilegii noſtri tenore robur obtineant, & vim, & auctoritatem accipiant infinitam; Volumus & mandamus, ut ea omnia ſeancè, & liberè dicta Eccleſia poſſideat in æternum. Nobis, nec noſtris hæredibus, vel ſucceſſoribus in ipſa Eccleſia, vel rebus prædictis jus aliquod reſervantes, niſi ſolam orationem, & vidandam, ſicut unus de Fratribus tam in vita, quàm poſt noſtrum obitum, quod ſpecialiter duximus reſervandum. Sed tam homines, quam & prædia, perpetua volumus immunitate gaudere, ita quod non liceat Nobis, aut hæredibus, vel ſucceſſoribus noſtris prædictam conceſſionem, & traditionem noſtram aliquo futuro tempore diſrumpere, minuere, vel in aliquo revocare. Ad ſecuritatem igitur ipſius Eccleſiæ & perpetuum firmamentum præſens privilegium per manus Simeonis de Matera noſtri Notarii, & bulla plumbea noſtro lotypario juſſimus roborari, & in eo propria nos manu ſubſcripſimus, & ſubſcriptos alios præcepimus ſubnotari, Anno, menſe, & Ind. præſcriptis.

† *Ego Tancredus Comes Domini Ducis Rogerii beatæ memoriæ filius hoc concedo, & confirmo.*

† *Ego Petrus Lycienſis Epiſcopus interfui.*

† *VV. de la Tora Comeſtab: Comitatus Lycii.*

† *Ego Nicolaus Manuſcalcus teſtis ſum, &c.*

Anno 1185. ab eodem Comite Monaſterium Oliveto ad ſanctæ Mariæ de Carrata, & latifundio S. Andreæ augetur. Extra Lycium eſſe arbitror; de eo infra pluribus. Hoc eſt diploma.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri. Amen.

Divinæ Majeſtatis intuitu, cui dicata ſunt Monaſteria, & univerſæ Eccleſiæ dignum duximus univerſas Eccleſias, & præſertim eas, quas propriis ſumptibus conſtrui fecimus reverenter colere, & beneficiis noſtris extollere, & earum paci & quieti ita in poſterum providere, ut Deo ibi honorificè ſerviatur, nec virorum ibi Deo ſervientium preces aliquo concutiantur incurſu, vel turbine procellarum. Hinc eſt, quod nos Tancredus Domini Ducis Rogerii divæ, & recolendæ memoriæ filius, Dei, & Regia gratia Comes Lycii, deſiderantes augmentare, & ditare Monaſterium Chriſti Confeſſorum Nicolai, & Cataldi, quod propriis ſumptibus fecimus fabricari ad preces, & inſtantiam fratris Octaviani venerabilis Abbatis ejuſdem Monaſterii, ut Deus omnipotens augeat, ſalvet ſemper, & conſervet ſemper incolumem Dominum noſtrum glorioſiſſimum Regem, & pro ſalute noſtra, & parentum noſtrorum remedio eidem Monaſterio perpetuò conceſſimus quaſdam olivas, quas juxta Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Cherrata in proprio fundo inſeri fecimus, quæ his finibus concluduntur; Ab Oriente eſt maula calone, & carrara, quæ pergit ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ; ab Occidente ſunt olivæ ejuſdem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ cum puteo; ab Auſtro clauſura ejuſdem Eccleſiæ cum horto; à Septentrione terræ cum mandris, & olivis ejuſdem Eccleſiæ. Intra vero hos fines conceſſimus eidem Monaſterio prædictas olivas ad ſemper habendum, & poſſidendum, ut amodo omni futuro tempore præfatum Monaſterium liberum, & abſque aliqua exactione ſervitii olivas ipſas teneat, & poſſideat, & dominetur ſine aliqua contrarietate, & requiſitione noſtra, & hæredum noſtrorum, ſive ſucceſſorum. Præterea rogati plurimum à prædicto venerabili Abbate, ut concederemus præfato Monaſterio curiam hominum Eccleſiæ ſancti Andreæ, de quibus hominibus, & aliis poſſeſſionibus ipſius Eccleſiæ idem venerabilis Abbas cum venerabili Bautino Abbate vicariam fecit; quia homines ipſi in curia noſtra, & bajulorum noſtro-

eum

rum à judicibus noſtris in eorum cauſis judicabantur, & ab eis, quoties expediebat, adjutorium exigebamus, miſericorditer admittentes preces jam dicti Abbatis conceſſimus eidem Monaſterio noſtro; perpetuo habere prædictorum hominum curiam abſque alia contrarietate, & requiſitione noſtra, & hæredum noſtrorum, ſeu ſucceſſorum, nec ut de cætero ab ipſis hominibus adjutorium, vel aliquam ſervitii exactionem Nos, vel noſtri hæredes, ſeu ſucceſſores exigamus. Si quis autem hujus noſtræ conceſſionis temerarius violator extiterit, componat parti jam dicti Monaſterii libras auri duodecim, & totidem Cameræ noſtræ, præfata conceſſione firma in ſuo ſtatu, & inviolabili permanente. Ad futurorum autem memoriam, & prædicti Monaſterii ſecuritatem hoc præſens ſcriptum conceſſionis per manus Urſonis de Montepiloſo Notarii noſtri fieri fecimus, & bulla plumbea noſtro impreſſa typario juſſimus roborari. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo octogeſimo quinto. Regni verò Domini noſtri magnificentiſſimi Regis VV. anno viceſimo, & Comitatus noſtri anno ſextodecimo, menſe Februario, Ind. 3. feliciter, Amen.

† *Ego Tancredus Comes Domini Ducis beatæ memor. filius hoc concedo.*

† *Ego . . . . Comitatus Lycii teſtis ſum.*

† *Ego Rogerius de Oria, &c.*

Poſt hæc Tancredus pro decimis, quæ erant menſæ Epiſcopali, & ex conſenſu Petri Epiſcopi attributæ fuerant Monaſterio prædicto SS. Nicolai, & Cataldi, nonulla ejuſdem valoris perpetuo conceſſit Epiſcopali menſæ, ſcripto documento, quod ſequitur, ab exemplari deſumpto apud me.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis 1181. Regni verò Domini noſtri VVilielmi Dei gratia magnificentiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ an. 16. primo die menſis Octob. Indict. 14. Tancredus Dom. Regis Rogerii beatæ mem. filius, Dei & Regia gratia Comes Lycii, &c. Dat Domino Petro venerabili Lycienſi Epiſcopo, & ſucceſſoribus in perpetuum, & menſæ Epiſcopali pro recompenſa Decimarum, quas menſa Epiſcopalis exigebat à territorio dato Monaſterio ſanctorum Nicolai, & Cataldi quoddam tenimentum terrarum etiam noſtri demanii juxta caſale ejuſdem Lycienſis Eccleſiæ, quod dicitur S. Petro de Lama, quarum iſti ſunt fines. Ab Oriente caſale ſancti Petri de Lama, & clauſura vinearum ſancti Salvatoris; ab Auſtro per limitum, quod eſt finis ipſarum vinearum Monaſterii S. Georgii Monialium Lycii, & per idem limitum, ſicut itur juxta quandam vineam, quæ eſt extra Cervaricia, & ſicut aſcendunt per . . . viam, & itur ad Peciam magnam, quæ eſt finis prædicti territorii, quod Eccleſiæ Lycienſi conceſſimus, & tenimentum feudi Monaſterii S. Joannis, & juxta tenimentum mullonis, & tenimentum civitatis; unde ad tuitionem, & prædictam Vicariam per manus Simeonis de Matera noſtri Notarii ſcribi, & bulla plumbea noſtro impreſſa typario fecimus communiri, quod propterea atteſtatione noſtra roboravimus una cum Baronibus noſtris, & aliis ſubſcriptis teſtibus, qui nobiſcum interfuerunt; anno milleſimo centeſimo octuageſimo primo, & Indictione præſcriptis.

Ego Tancredus Comes Domini Ducis Rogerii beatę mem. filius hoc concedo.

Ego VV. de la Tora Comeſtabulus Lycii.

Signum Crucis propriæ manus Iberti.

Signum propriæ manus Roberti de Anibaldi.

Signum propriæ manus Stephani Falconerii.

Ego Nicolaus Mareſcalcus teſtis ſum.

Ego Rao filius Paldi.

Signum propriæ manus Rogerii Buccelli.

Ea igitur fuerunt privilegia, ſive beneficia, quibus Comes Tancredus, & Petrus Epiſc. exornarunt Monaſterium hocce, & alii, qui Tancredo ſucceſſerunt, ante alios Vgo Normannus Comes Brennæ an. 1286. Hæc autem conceſſio Vgonis talis fuit.

Nos Vgo Comes Brennæ, & Lycii Notum facimus univerſis, quod cum ex conceſſione nobis facta à Sereniſſimo quondam Domino noſtro Carolo illuſtri Hieruſalem, & Siciliæ Rege, inter alia, quæ habemus in terra noſtra Lycii, teneremus quoddam flumen. Religioſi viri Dominus Nicolaus Abbas Monaſterii ſanctorum Nicolai, & Cataldi de Lycio, & Conventus ejuſdem invenientes ſæpe ſæpius coram nobis expoſuerunt nobis, quod ex conceſſione quondam facta ab illuſtri viro Domino Tancredo Comite Lycii proavo noſtro annuatim ex redditu dicti fluminis pro veſtiario dictorum Fratrum habere, & percipere debere quadringentos ducatos, nec non ex conceſſione quondam Domini Goalterii illuſtris Comitis Brennæ avi noſtri, & Dominæ Albiciæ Comitiſſæ uxoris dicti Domini Comitis aviæ noſtræ habere ſimiliter, & percipere debeant præter prædictos quadringentos ducatos, alias libras vigintiſeptem annuatim de redditibus fluminis ſupradicti. Juxta quod in privilegiis prædictorum Dominorum nobis præſentatis, & oſtenſis vidimus contineri. Quos prædictos ducatos, & libras annuatim percipere non poteramus, & oneroſum & damnoſum erat nobis dictos ducatos, & libras præſtare dictis petentibus, ſi dictum flumen tenere vellemus, cum oporteret nos magis eidem Monaſterio annuatim præſtare, quàm perciperemus de redditibus fluminis ſupradicti. Nolentes etiam prædictum Monaſterium ab anteceſſoribus noſtris fundatum in præjudicium animæ noſtræ ſuis juribus defraudare, de bona, & ſpontanea voluntate noſtra conceſſimus eidem Monaſterio, & prædicto Abbati nomine ipſius Monaſterii recipienti flumen prędictum pro prędictis quadringentis ducatis, & vigintiſeptem libris, quæ annuatim pro ipſo flumine recipere debebant. Cujus fines hi ſunt. In primis incipit à palude fætida, & inde vadit ad paludem longam, & inde deſcendit ad voltam curruam, & deſuper currentem vadit ad currentem horti ſarraceni, & ipſum hortum ſarracenum, & inde deſcendit ad fines campi de Riccardo, & inde vadit ad vadum arenæ altæ, & per littus maris revertitur in palude fætida, unde incipit, tali quidem modo, ut amodo in antea in perpetuum dicti Abbas, & Conventus, & dicti ſui ſucceſſores prædictum flumen habeant, & teneant, & poſſideant, & omnes uſusfructus, & redditus ipſius fluminis pro veſtiario Monachorum dicti Monaſterii ad opus, & utilitatem ipſorum habeant, & percipiant francè, & liberè & abſque aliqua ſervitute ſine omni noſtra, noſtrorumque contradictione. Unde ad futuram memoriam, & prędicti Monaſterii cautelam pręſens ſcriptum conceſſionis noſtrę ſibi fieri fecimus ſigillo noſtro pendenti munitum. Actum Brunduſii. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto. Dominante Domino noſtro Carolo primogenito illuſtris Domini Carli Principis Salernitani primogeniti, & hæredis quondam Sereniſſimi Domini Carli Hieruſalem, & Siciliæ Regis, dominii ejuſdem anno ſecundo, menſis Madii ſecundo, quartædecimæ Indictionis.

De hac fundatione fuſius Mancellottus in Hiſtoria Olivetanæ Congregationis, ad quam Abbatia hæc ex indulgentia Alexandri VI. Pontificis, & in gratiam Alphonſi II. Neapolitani Regis pervenit an. 1494. de qua etiam Joannes Cæſar Infantinus in ſua Lycia ſacra, ubi inſcriptiones affert, quæ adhuc in hoc monaſterio extare ſcribit in hæc verba.

Hac in carne ſita: quia labitur irrita vita,
Conſule dives ita ne ſit pro carne ſopita.
Vitæ Tancredus Comes æternum ſibi fœdus
Firmat in hoc donis ditans hæc Templa colonis.

Alia, quæ extat ſupra fores Clauſtri.

Anno milleno centeno bis quadrageno
Quo paruit mundo Chriſtus ſub Rege ſecundo
Galielmus magnus Comito Tancredus, & Agnus
Nomine quem legit Nicolaus Templa peregit.

Cæterum Petri Epiſcopi mentio reperitur uſque ad annum 1183. quando obierit, incertum.

12 FULGO Bellus Lycienſis, patriæ Epiſcopus recenſetur ad annum 1200. XI.

XII. 13 ROBERTUS Vultoricus nobilis civis Lycienſis patriæ ſedem diu tenuit laudatiſſime. Hic annn 1314. S. Procopii Templum, aſſentientibus Canonicis, Petro Abbati SS. Nicolai & Cataldi dono dedit, & anno 1330. miſerabili ruina, cum Cathedrale Templum, cum maxima turri corruiſſet, ſumma, qua præditus erat, pietate, & devotione erga Deiparam Virginem à fundamentis exædificavit, ut vetus inſcriptio marmorea ſupra fores ejuſdem Templi proloquitur.

Annis completis Domini cum mille ducentis
Anno terdeno vultu ridente ſereno,
Præſule Roberto, tecto vi diſcooperto
Corruit Eccleſia tibi condita, Virgo Maria,
Cum Campanili, quam condidit arte virili
Præſul prædictus Lycienſis, ſit benedictus;
Nam ſtatim refici fecit debet benedici.
Hoc opus eſt ſignum, laudantibus hunc fore dignum.

Hoc fortaſſis vivente Præſule Innocentius IV. Pontifex anno 1252. Comitatum Lycienſem conceſſit Marco Ziani Ducis Venetiarum filio, ad quem Comitatus ipſe ſpectare videbatur, poſt obitum Avi ſui Tancredi Comitis Lycienſis. Extant Innocentii conceſſionis litteræ in Reg Vat. ann. 9 pontif. num 121. & 122. ſequentis tenoris.

Nobili Viro Marco Ziano nato bo. memoriæ P. Ziani Ducis Venetorum.

Sedis Apoſtolica debitæ providentiæ oculo dacitur circa cunctorum ſuorum merita devotorum, nec unquam lancem juſtitiæ deſerit ſecundum quam actibus fidelium ſingulorum provida maturitate libratis, & digne ipſos amplectitur dilectionis favorabiliter brachiis, & dono ſpecialis benevolentiæ proſequatur, præſertim quos clara decorat nobilitas, & origo nobilitate generoſa. Hinc eſt quod cum ſicut te intimante accepimus, Comitatus Lycien. ad bonæ memoriæ Tancredum avum tuum ſpectaverit, idemque Comitatus poſtmodum ab aliis occupatus fuerit, ac detentus, Nos attendentes quod apud ſedem eandem te non ſolum nobilitas generis, ſed claræ devotionis ſinceritas, & merita integre quibus te nobis, & eidem ſedi acceptum laudabiliter exhibet favorabiliter interpellant ſuis precibus benignè concurrentes aſſenſu Comitatum jam dictum in Regno noſtro Siciliæ exiſtentem cum juribus omnibus, & pertinentiis ſuis tibi plenarie reſtituimus, & ut ferventius in Eccleſiæ devotione perſiſtas, de novo inſuper in feudum concedimus de gratia ſpeciali, niſi ad aliam pertineat in devotione Eccleſiæ perſiſtentem. Non obſtante ſi nobilis vir Comes Tigerſius de Mudignana, vel ejus filii jus in Comitatu ipſo habere ſe aſſerant, ratione nobilis mulieris Alberiæ Matereteræ ſuæ uxoris ipſius, & ejuſdem avi ſui filiæ potioris. Cum iidem Comes, & filii quondam F. Rom. Imperatori contra Eccleſiam adhæſerint, & adhuc ipſam offendere non deſiſtant, propter quod gratia & beneficio ipſius Eccleſiæ reddiderunt penitus ſe indignos. Volumus autem ut poſtquam ejuſdem Comitatus poſſeſſionem habueris pro ipſo homagium, & juramentum fidelitatis, & alia Eccleſiæ Romanæ, ſeu Regi, qui per eam pro tempore fuerit in Regno præfato tenearis præſtare, quæ alii vaſſalli ejuſdem Regni pro Comitatibus quos ibi obtinent præſtare tenentur. Nulli ergo, &c. noſtræ reſtitutionis, & conceſſionis, &c. Datum Peruſii 12. Kalend. Martii anno nono.

Epiſcopo Caprulenſi.

Cum ſicut dilecto filio nobili viro Marco Ziani nato bonæ memoriæ Petri Ziani Ducis Venetorum inſinuante accepimus Comitatus Lycien. ad bon. mem. Tancredum avum ſuum ſpectaverit, denique Comitatus, &c. ut ſupra mutatis uſque tenentur, mandamus quatenus eundem Marcum, vel Procuratorem ſuum, ſeu alium ejus nomine in corporalem ipſius Comitatus poſſeſſionem inducens, & defendens inductum non permittas ipſum contra reſtitutionis, & conceſſionis noſtræ tenorem ſuper iis ab aliquibus indebite moleſtari. Contradictores & moleſtatores hujuſmodi, &c. uſque compeſcendo. Non obſtan ſi perſonis aliquibus à Sede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, excommunicari, vel ſuſpendi per literas Apoſtolicas non facientes de indulto hujuſmodi mentionem, & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali. Datum Peruſii. Idibus Februarii anno nono.

Cæterum annus, dieſque obitus Roberti Epiſcopi incerti ſunt, nec quicquam aliud de eo reperitur.

14 M. GUALTERUM Canonicum Hydruntinum, electum Lycienſem Epiſcopum ab Archiepiſcopo Cuſentino Apoſtolico delegato, commendat Capitulo Lycienſi Innocentius IV. eundemque in dignitate confirmat, 15. Kalen. Novembris anno ſalutis 1255. a pontif. ſui anno 12. epiſt. 372. fol. 191. & epiſt. 407. fol. 194. Regeſt. Vat. XIII. a1254.

15 ROBERTUM Saubiaſium fuiſſe Lycienſem Epiſcopum anno 1260. innuit brevis indiculus hujus Eccleſiæ; de quo tamen nulla habetur mentio in Reg. Vatic. XIV.

16 GOFRIDUS Epiſcopus Lycienſis, cujus mentio extat in Regeſt. Regio Caroli II. fuitque prædeceſſor Roberti ſequentis. XV.

17 ROBERTUS de Noha nobilis Lycienſis ſucceſſit Gofrido, ſublectus ad onus regnante Carolo II. à quo, anno 1301. confirmationem accepit quorundam bonorum prædeceſſori ſuo elargitorum, ut in Regio Regeſt. Caroli legitur fol. 259. Hic poſt multos annos à ſua præfectura Eccleſiam ſancti Franciſci una cum Jacobo Epiſcopo Caſtrenſi conſecravit anno 1339. inſcriptio ibidem in marmore exarata hæc docet. XVI.

Anno Domini Incarnationis milleſimo trecenteſimo trigeſimo, Pontificatus Sanctiſſimi Patris, & Domini Domini Ioannis divina Providentia ſacroſanctæ Romanæ, & univerſalis Eccleſiæ Papæ ann. XIV. Regnante Domino noſtro Domino Roberto Dei gratia Sereniſſimo Rege Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Provinciæ Forcalquerii, & Pedemontis Comite Regnorum domini ejus an. XXII. die mercurii XXV. menſis Iulii, Indict. . . . apud Lycium conſecratum eſt hoc venerabile Templum ſub vocabulo ſancti Franciſci Chriſti Confeſſoris, & fundatoris Ordinis Fratrum Minorum per Reverendos in Chriſto Patres, & Dominos, Dominos Robertum Lycienſem, & Jacobum Caſtrenſem venerabiles Epiſcopos, & hoc Altare ſub vocabulo S. Juliani Epiſcopi & Confeſſoris, in quo Altari repoſitæ ſunt per prædictum Epiſcopum Caſtrenſem reliquiæ SS. Blaſii Archiepiſcopi, & Sylveſtri Papæ Confeſſorum perpetuis temporibus feliciter permanſuræ.

18 JOANNES de Glandis Cantor Eccleſiæ S. Nicolai Barenſis evaſit ſub Joanne XXII Lycienſis Epiſcopus: memoratur in Regeſt. Neapolit. 1339. Obiit Clemente VI. ad clavum ſedente ann. 1348. cujus obitus memoratur in literis ejuſdem Pontificis in ſucceſſoris electione. XVII

19 ROBERTUM Canonicum, & Cantorem Lycienſem, defuncto Joanne Clemens VI Lycienſem vocavit ad ſedem anno 1348. 5. id. Novemb. ex Regeſt. Vatic epiſt. 43. fol. 41. p. p. lib. 4 an. pontiſ. 7. Hunc volunt alii fuiſſe ex familia nobili Lycienſi de Noha, alii de Guarluis, & Albertum vocant, in regeſt. Robertum legi, qui benigne in urbem recepit Cœleſtinos Monachos in novum Monaſterium S. Crucis à Gualterio Benna Athenarum Duce, & Lycii Comite fundatum anno 1353. quo anno Robertus, vel ex hac vita diſceſſit, vel ad aliam Eccleſiam translatus eſt. cum ab hoc anno nullam reperetim de eo mentionem factam, ſed habuiſſe ſequenti anno ſucceſſorem Lucam quendam, cujus meminit Reg Vat. Innocentii VI. Fuiſſe autem Robertum Epiſcopum illum Lycienſem Gualterii Athenarum Ducis Conſiliarium exiſtimo, cujus meminit Jo. Villanus in Hiſtoria Florentina lib 12 c. 8. XVIII

LU-

XIX. 20 LUCAM Epiſcopum Lycienſem tranſlatum ad Termnlanam Eccleſiam invenio anno 1353. 17. Kalend. Febr. ab Innocentio VI. ut in epiſt. 36. ſol. 60. Reg. Vatic. ann. pontif. 1. Oportet Lucam poſt Robertum paucis menſibus hanc rexiſſe Eccleſiam, ſtatimque tranſlatum eſſe ad Termalanam, uti diximus, Eccleſiam, quam inde diu tenuit, nt ſuo loco enarrabimus.

a Omittendus utpotè intruſus. 21 NICOLAUS a promotus eſt ad hanc eandem Eccleſiam anno 1384. ab Clemente VII. Antipapa. Promiſit ſe ſoluturum ſacro Collegio ſolitum penſum die 25. Junii in lib. Oblig. Præl. ejuſdem Pſeudopontificis: quis autem ille fuerit, & quis ejus exitus, obſcurum eſt.

XX. 22 LUDOVICUS Lycienſis Præſul ſub Urbano VI. anno 1386. electus, poſſeſſionem haud adeptus eſt.

XXI 23 LEONARDUS ſucceſſit Ludovico ad hanc dignitatem vocatus ab Urbano VI. anno 1386. die 2. Novembris. Promiſit ſacro Collegio pro ſe & Lndovico prædeceſſore, ex lib. Oblig. ſedit ann. 5. tranſlatuſque eſt ad Eccleſiam Caſtrenſem anno 1391. 3. Kalend. Martii.

XXII. 24 Fr. ANTONIUS de Viterbo Ordin. Minorum inſignis ſac. Theologiæ Magiſter a Boniſacio IX. in locum Leonardi adlectus eſt Epiſcopus Lycienſis anno 1391. ſedit ann. 22. diem ſuam obiit an. 1413. ex lib Oblig & Promot. Prælator. Bonifacii.

XXIII 25 GURELLUS Ciccarus, Clericus Neapolitanus, utriuſque juris doctor Bacalaureus, eligitur Lycienſis Epiſcopus ab Joanne XXIII. ſalutis anno 1413. 14. Kal. Januar. poſt paucos annos laudabili fama virtutum ex hac mortali vita diſceſſit, de quo in lib. Obligat. mentio clara habetur.

XXIV 26 JOANNES THOMAS de Morgantibus, Fulginas, Monachus Ord. Ciſtercienſis, Lycienſis electus eſt Epiſcopus. Snceſſit Gurello, pauciſque evolntis annis ad Nucerinam Eccleſiam in Umbria translatus eſt 1419. 16. Kalen. Aprilis, nbi deceſſit anno 1439. ut in primo noſtro tomo in Epiſcopis Nncerinis, num. 31. retnlimus.

XXV 27 N. . . . nomen ignoro, ſucceſſit Joanni Thomæ ann 1419.

XXVI 28 Fr. PETRUS de Pirano Ord. Minorum electus Lycienſis anno 1426. 3. Kal. Decemb tantum ann. 3. plus, minuſque ſedit: hujus meminit ex lib. Obligat. bonæ memoriæ Lucas Waddingus tom. 5. Annal. Minorum.



XXVII. 29 Fr. THOMAS Ammiratus Lycienſis ex nobili familia Ammirata Florentina oriundus, doctus, probuſque vir, ex Abbate Ss. Nicolai, & Cataldi extra muros Lycienſes Ord. S. Benedicti, ut ex Actis Conſiſtorialibus patet, Lycienſis Epiſcopus creatus anno 1429. die 12. Martii. Hic inſignis Theologus fuit, multoque in pretio habitus à Martino V. Eugenioque IV. Sibi creditam Eccleſiam bonus Præſul, ac ſapiens rexit ann. 9. Deceſſit autem Lycii anno 1438. creditur ſepultus in Eccleſia S. Claræ, quam cum Monaſterio pro ſacris virginibus conſtruxerat. In Clauſtro S. Franciſci, nbi, nt fertur ab Infantino, habitum primum Seraphicæ Religionis ſumpſerat, hęc legitur inſcriptio; ſed

A Lucas Waddingus celebris Ordin. Minorum Annaliſta, ſuum non agnovit.

Frater Thomas Ammiratus Epiſcopus Lycienſis, & conſtructor Cœnobii S. Claræ.

Nuper Virgilia Scipionis Ammirati celebris ſcriptoris ſoror in ſacello Divæ Claræ à ſe conſtructo, Thomæ Epiſcopo Gentili ſuo, ſibi, & familiæ memoriam excitavit in hæc verba.

Virgilia Ammirata Florentinæ nobilitatis ex præcipua flora lectiſſima, cujus majores Ghibellinæ factionis invidia decedentes fortunarum ſuarum domicilium Lupiis collocarunt; magni illius Thomæ Ammirati conſanguinea, qui Lupienſis Antiſtes Diœceſeos, Claræ ſanctiſſimæ virginis nomini Templum hoc extruxit, ædeſque Templo contiguas ſuis ſumptibus exædificatas Virginibus ejus attribuit. Scipionis Ammirati lectiſſimi viri, ac probatiſſimi ſcriptoris, qui ejuſdem Templi redditus auxit, conjunctiſs. ſoror ſacellum hoc à fundamentis B *excitavit, egregiiſque operibus inſtruxit*

A. D. MDCXIII.

30 Fr. GUIDO, ſive Guiduccius Lycienſis, Ord. Minorum, Epiſcopus Alexanus, ad patriæ ſedem tranſlatus eſt per obitum Fratris Thomæ 8. Id Aug. ann 1438. ex qua deinde Eccleſia traductus eſt ad Archiepiſcopalem ſedem Barenſem à Nicolao V. anno 1453. 13. Id. Julii, ubi pie obiit, de quo in tom. 7. noſtro. XXVIII.

31 ANTONIUS Riccius, civis & nobilis Canonicus Lycienſis ad patriæ ſedem evectus 1453. die 13. Kal. Aug. ſedit an. 33. Exceſſit anno 1484. poſt cujus obitum Sixtus IV. Robertum Caracciolum Epiſcopum Aquinatem, ad hanc Lycienſem Eccleſiam traſtulit; ſed cum interim Sixtus fato ceſſiſſet, ac proinde cum ejus tranſlationis non potuiſſent diplomata expediri, Robertus Aquinatem Pontificatum retinuit, donec è vivis fuiſſet exemptus, ut in primo tom retulimus pag 445. & Innocentius C VIII. ſequentem M. Antonium Tolomeum provexit ad hoc Lycienſe Sacerdotium. Porro vitam Roberti ſuſius recenſuit piæ mem Lucas Vvaddingus to. 7. Annal. Minor. ad annum 1485. XXIX

32 M. ANTONIUS de Tolomeis nobilis Senenſis, Bucci viri clariſſimi filius, qui apud Alphonſum, Ferdinandumque Neapolitanos Reges, præcipua gratia valuit, quorum intuitu M. Antonius opima in Regno beneficia obtinuit, & tandem Lycienſi Epiſcopatu exornatus eſt an. 1485. die 18. Julii, quem ſumma ſui nominis æterna fama rexit ann. 13. è vivis eximitur anno 1498. XXX

33 ALOYSIUS de Aragonia Neapolitanus, filius Ferdinandi b I. Regis, Diac. Cardin. defuncto Tolomeo Lycienſem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit 1498. die 18. Decembris, qua, anno 1503. ultrò ſe abſolvit, cum regreſſu tamen. XXXI.

b Filius Henrici naturalis filii Ferdinandi. De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 187.

34 JACOBUS, alias Robertus Piſcicellus Neapolitanus ex dimiſſione Card. Aragonei factus eſt Lycienſis Epiſcopus an. 1503. mortalitatem explevit 1507. D XXXII.



35 PETRUS MATTHÆUS de Aquino Neapolitanus Epiſcopus Gravinenſis ad hanc Lycienſē XXXIII.

A ſedem translatus eſt 1508. die 18. Febr. de conſenſu Card. Aragonei, qui Lycienſem Eccleſiam in adminiſtrationem habebat. (*Sedit ad an.* 1511.)



XX XIV. 36 UGOLINUS Martellus, nobilis Florentinus, Aloyſii filius, ſcientiarum penè omnium exaggerata cognitione, ut alibi diximus, vir longè clariſſimus, Latinè autem & Græcè ita excoltus, ut non ſolum Tuſcus, aut Italus, ſed Latinus, aut Græcus omnino videretur eſſe natus, adeo ſcitè utraque lingua in humano convictu, ſcriptiſque mirabiliter utebatur, Epiſcopus Lycii creatus eſt, accedente conſenſu Card. Aragonei, cui ob ſingulares virtutes familiaris erat anno 1511. die 18. Martii *a*. Sedit ferè ann. ſex, & ad Narnienſem Eccleſiam translatus eſt à Leone X. anno 1517. die 18. Maii. Florentiæ fato conceſſit eodem anno, ſepultus in Metropolitana, ubi olim Canonicus fuerat. Plura ingenii ſui reliquit monumenta, quæ apud gentiles ſuos ſervantur. B

a Concil. Later. interfuit an. 1515.




C

XX XV. 37 JOANNES ANTONIUS Aquaviva, Beliſarii Neritoni Ducis ex Sueva Sanſeverina filius, electus Epiſcopus Leucadienſis, hunc Epiſcopatum obtinuit die 18. Maii 1517. accedente conſenſu Card. Aragonei, qui ad Lycienſem habebat regreſſum, eidemque Card. data eſt in commendam Eccleſia Leucadienſis; pervoluto verò anno die 17. Maii ex reſignatione Cardinalis, hæc eadem Leucadienſis unita fuit Lycienſi Eccleſiæ quouſque Jo. Antonius in vivis ageret. Deceſſit ſub Clemente VII. circa finem anni 1525. D



XX XVI. 38 GUNDISALVUS, ſive Conſalvus de Sangro, Neapolitanus, nobili gente natus, clarusque virtute, Lycienſis Præſul effectus eſt anno 1526. die 12. Januarii, obiit anno 1530.

39 ALPHONSUS de Sangro ſucceſſit die 9. Martii 1530. qui nedum conſecratus Eccleſiam reſignavit ad favorem Hippolyti Card. Medices die 20. Aprilis 1534. Cæterum Card brevi vita functo, Alphonſus ſuam recepit Eccleſiam, in eaque dignitate poſt aliquot annos defunctus eſt. XX XVII



40 HIPPOLYTUS Card. Medices *b* hanc Eccleſiam in commendam accepit anno, ut diximus 1534. Exceſſit anno 1535. de quo alibi. XX XVIII

b De eo Ciaconius Olduini tom. 3. col. 502.

41 JOANNES BAPTISTA Caſtromedianus, nobilis Lycienſis, Præſul effectus eſt. Exceſſit anno 1551 *c*. XX XIX.

c 1551.



42 BRACCIUS Martellus, nobilis Florentinus, Petri filius, ex Canonico Eccleſiæ Florentinæ Epiſcopus Feſulanus, qui omnium virtutum laude cumulatiſſimus, multarum diſciplinarum varia eruditione longè clariſſimus ſub Julio III. Tridentino Concilio interfuit, in eoque cum eſſet acris ingenii vir, ſpiritus aliquando laudes tulit contradictionis. Quamobrem ut longius ab eo congreſſu abeſſet, ex Feſulana, ad hanc Lycienſem Infulam transtulit Julius die 12. Febr. anno 1552 *d*. à Chriſti Nativitate. Illum mirificè laudat Scipio Ammiratus in opuſculis, Sfortia Card. Pallavicinus in hiſt. Concilii Tridentini non ſemel ejuſdem meminit. Cæterum Braccius moribus, & zelo Epiſcopo dignis ad octo annos ſibi creditam Eccleſiam adminiſtravit, qui ſexagenario major è vivis exemptus in Cathedrali humatur, Lycienſiſque populus publicis impenſis magnificum demortuo ſepulchrum erigendum curavit anno ab ejus obitu quarto, hac adjecta epigraphe. XL

d 1552.

D. O. M.

Braccio Martello paupertatis, litterarum, & virtutis patrono, Domo Florentia, humani, & divini juris cultu, & ſcientia, domeſticiſque ornamentis omnibus caro; Pontif. Lupienſium; Vindici peccatorum, qui ſanctiſſimè V. A. LX. Amicorum ſtudio H. S. E. qui mortuus tolit, vivos conciliat.

M. D. LXIII.

De

De Braccio, fere eadem leges in tertio noſtro tomo in Epiſcopis Feſulanis.




XLI 43 JOANNES MICHAEL Card. Saracenus a die 13. Septembris anno 1560. in Lycienſem Epiſcopatum Martello ſucceſſit, revolutoque anno ultro nuncium remiſit. B

a De eodem Ciaccon. t. 3. col. 970.



XLII 44 ANNIBAL Saracenus Card. ſuperioris ex fratre nepos factus eſt Epiſcopus Lycienſis anno 1561. 29. Septembris, quo vivente hæc acceſſerunt Eccleſiæ Lycienſi ornamenta, nimirum Patres Societatis Jeſu, Clericorum Regularium Theatinonorum, & Diſtrictioris Obſervantiæ D. Franciſci, qui in ea urbe Collegium, & domos excitarunt ad Lycienſium civium augendam pietatem; Annibal vero cum interfuiſſet Concilio Tridentino, ſediſſetque laudatiſſime ann. 30. defecta jam ætate ſenex oneri, & honori libere ceſſit. C



XLIII 45 SCIPIO Spina, b nobilis Patritius Neapolitanus, M. Antonii, & Felicianæ Galeotæ filius, ex ceſſione Annibalis electus eſt Epiſcopus Lycienſis anno 1595. 26. Aprilis. Præſul æterna memoria dignus, quippe cum creditam ſibi Eccleſiam an. 48. eximia cum laude prudentiæ rexiſſet, Epiſcoporum Decanus piè obiit anno 1639 & in Cathedrali, collacrymantibus cunctis, humatus eſt in ædibus Epiſcopalibus, quas magnificentiſſime fere à fundamentis extruxit. Extat memoria in marmore hujus tenoris.

b De quo agit de Lellis de Familiis nobil. Regn. Neapol. par. 3. p. 109 Mondiſo

Scipio Spina Eques è Nidi ſede civitatis Neapolis hujus civitatis Lupiarum annis ab hinc quadraginta meritiſſimus Epiſcopus, Epiſcoporum Decanus conſpicuam hanc Porticum ad ſuarum ædium magnificentiam, & civitatis ornatum conſtruendam ſuo ære mandavit. A. D. M. DC. XXXII.



46 ALOYSIUS Papacauda Neapolitanus nobiliſſima gente natus jam antea Epiſcopus Caputaquenſis ad hanc Lycienſem Eccleſiam translatus die 20. Maii 1639. Omnium virtutum genere cumulatiſſimus, pergit oves ſibi commiſſas ad paſcua ſalutis traducere. XLIV

A D D I T I O.

„ *ANTONIUS Pignatellus, Archiepiſcopus Lariſſenſis in partibus Infidelium ad hanc Lycienſem translatus eſt ſedem die 4. Maii 1671. Ad Faventinam deinde tranſitum fecit a. Janu. 1682. Atq; hic ille Antonius qui ex S.R.E. Cardinale, & Archiepiſcopo Neapolitano ſummus Pontifex electus, Innocentii XII. nomine totum Chriſtianum orbem regit.* XLV.

„ *MICHAEL Pignatellus, Caſſanenſis, Clericus Regularis Theatinus, Lycienſi infula decoratur 26. Januarii 1682. Obiit menſe Novembri 1695.* XLVI

„ *FABRITIUS Pignatellus, in terra Montis Corvini Acernenſis diœceſis ortus, J.U.D. ac per plures annos ſacræ Congregationis Viſitationis Apoſtolicæ Proſecretarius, ad hunc thronum ſublatus eſt 2. Aprilis 1696. Vivit.)* XLVII.

D

ALEXANENSES,

SEU

LEUCADIENSES

EPISCOPI.

CIVITAS Alexani ſita eſt in Salentinis haud procul à ſua Metropoli, nulla alia ex re nobilis, quam quod Comitatus titulo, & Epiſcopali dignitate exornata ſit, ac vetuſtæ Leucadiæ Eccleſiæ ſucceſſerit, unde à priſcis temporibus, qui eidem præfuerunt Epiſcopi, Alexanenſes, & Leucadienſes Præſules denominantur. Ad mille ducentos mortalium alit. De ejus ædificatione nemo ſcri-

pſit,

A pſit, ejuſdemque nullus meminit. Epiſcopatus Leucadienſis antiquus eſt; quando eidem ſucceſſerit Alexanenſis, ac perpetua unione coiverint, non conſtat; à Græcis tamen conſtitutos Patriarchis, & à Græcis Epiſcopis diu adminiſtratus fuit: quibus pulſis, Latinus Epiſcopus à Romanis Pontificibus conſtitutus, & Hydruntinæ Metropoli datus eſt ſuffraganeus. Cathedralis Baſilica antiquæ ſtructuræ, Sanctiſſimo Salvatori dedicata eſt; unica dignitate Cantoratus fulget, cum 12. Canonicis, quibus cura animarum incumbit: nulla ibi alia parochialis Eccleſia, nec Clericorum Seminarium: tria erant virorum Cœnobia, quatuor laicorum ſodalitia cum unico xenodochio. Diœceſis per duodecim oppidula definitur, in eaque inſignis, ac vetuſta viſitur Eccleſia ſanctæ Mariæ de Leuca, caput olim Epiſcopatus Leucadienſis ſeptimo ab Alexanenſi civitate milliario. Cenſus hujus Eccleſiæ ad 900. ſcutatorum pondere illius Provinciæ, taxa illius in lib. Cancellariæ Apoſtolicæ 40. florenorum.
B Epiſcopi, qui eas Eccleſias aliquando adminiſtrarunt, ſequentes ſunt, quos ex variis monumentis obſervavimus, & vix nomina expiſcati ſumus.

A D D I T I O.

(,, *Alexani civitas, vulgo* Aleſſano, *ſita eſt in*
,, *Salentinis, ſeu ut nunc dicitur in Otranti Pro-*
,, *vincia, non procul à ſua Metropoli in extenta pla-*
,, *nicie, cujus ambitus eſt unius milliarii ſub Caſſa-*
,, *nenſis Principis Aragoniæ nobiliſſimæ gentis juriſ-*
,, *dictione conquieſcens, titulo Comitatus illuſtrata,*
,, *ac 500 circiter focularia habens duo millia anima-*
,, *rum continet. Ejus exordia nemo eſt, qui memo-*
,, *ret. Epiſcopali tantum exornatam novimus di-*
,, *gnitate, cum vetuſtæ Leucadiæ Eccleſiæ ſucceſſit,*
,, *unde à priſcis temporibus, qui eidem præfuerunt*
,, *Epiſcopi Alexanenſes, Leucadienſes denominati*
,, *ſunt: in proviſionibus tamen Romanis hujus ſedis*
,, *collatio ſub unico titulo Alexanenſis expenditur.*
,, *De Leucadienſi in X. tomo agemus. Alexanenſe*
,, *vero Cathedrale templum excolitur ſub invoca-*
C ,, *tione admirabilis Transfigurationis D.N.I.C. Dua-*
,, *bus dignitatibus fulget Cantore, & Theſaurario*
,, *cum undecim Canonicis. Dignitatum annuus cen-*
,, *ſus in diverſis territoriis, & olivis conſiſtens nona-*
,, *ginta, Canonicatuum vero quinquaginta Ducato-*
,, *rum illarum partium ſummam conſtituit. Plurimis*
,, *Sanctorum reliquiis illuſtratur. Totius civitatis*
,, *animarum cura penes Capitulum eſt, & per unum*
,, *ex Canonicis exercetur. Caret Seminario, nec*
,, *non præbendis Theologali, & Pœnitentiaria. Duo*
,, *extant ibi virorum Cœnobia, unum Conventua-*
,, *lium S. Franciſci intra civitatem, alterum extra*
,, *mœnia Capuccinorum. Nec deſunt Laicorum ſo-*
,, *dalitia cum unico Xenodochio. Mons Pietatis ad-*
,, *huc deſideratur. Domus pro Epiſcopi habitatione*
,, *eſt Cathedrali contigua. Diœceſis anguſtos habet*
,, *cancellos, 12. tantum milliaria amplitudinis ex-*
,, *currens; 13. modica loca continet. Menſæ Epiſ-*
,, *copalis redditus in territoriis, olivis, decimis,*
,, *aliiſque rebus conſiſtens 1500. Ducatorum illius mo-*
D ,, *netæ annuatim ſummam quandoque excedit: Apo-*
,, *ſtolici fiſci taxa eſt flor. 40.)*

1 GERARDUS (1) Leucadienſis Epiſcopus, regnante Othone Magno anno 971. donationem fecit Cellæ, ſeu Priori S. Michaelis ſuæ Diœceſis, quam Teſtamentum ſancti Gerardi vocant. Sed Gerardus iſte videtur fuiſſe Epiſcopus Tullenſis in Gallia, non Leucadienſis in Salentinis, ut volunt. Utcumque ſit, damus vetus documentum, cujus exemplar nobis olim dono dedit bonæ mem. Conſtantinus Abbas Cajetanus, ſcriptum in hunc modum.

In nomine Dei æterni, Creatoris, ac Redemptoris Generis humani.

Gerardus dono Divinæ dignationis humilis ſanctæ

A *Leuchorum ſedis Epiſcopus. Juſtæ rationis ordo, & Chriſtianæ fidei Religio cunctos Catholico nomine gloriantes commonendo poſtulat, ne vitam præſentem ſæcularium cupiditate bonorum ducti voluptuose tranſigant, veluti pecora, quæ natura finxit prona, atque ventri obedientia, neque in bene agendis torpeſcant, neve errent pariter cum his, qui aliam vitam præter hanc minime ſperant; ſi igitur hujus conſiderationis cautela competit omnibus Crucis Chriſti vexillo armatis, quanto magis Epiſcopis, quos pietas divina poſſidere voluit, in tractandis ſanctæ Eccleſiæ negotiis, & corrigere pro viribus quicquid in divinis negligitur cultibus. Proponentes denique ante oculos æternorum magnitudinem bonorum, ac pro noſtri negligentia officii in culpam trahamur, actus noſtros impigro ſtudio in melius revocantes more paſtorali, timore perterriti cœpimus meditari de conſtituendis, & renovandis Sanctorum Oratoriis, quatenus eorum ſuffragiis conſequeremur præmium ſupernæ remunerationis, & pro terra cœlum hære-*
B *ditare poſſemus. Accreſcente verò per dies aliquot hujus voluntatis deſiderio, lacrymis ſtratum rigando, per revelationem divinam commonemur honori ſancti Michaelis conſtruere domum orationis in ſupercilio Barri montis. Hac viſione plurimum exhilarati de miſericordia uberi certiores effecti, grates egimus omnipotenti, qui inferi ſe medium de ſe loquentibus, præſertim vineam ſponſæ ſuæ fideliter excolentibus, poſt expleti noſtri operis ſolemnia, conſtituitur dedicationis dies illis ipſis Kalendis, quibus recolitur memoria ejuſdem Archangeli à fidelibus populis. Terminavimus ergo hujus Eccleſiæ ambitum habentem ex unoquoque latere longitudinem 12. perticarum, quæ pertica continuit numerum pedum 20. & unum, ubi & ſacravimus ſepulturam defunctorum. Ad hoc Oratorium dedicandum multi convenere fidelium, quorum conſultu auctoritate ſacræ decreto, noſtræque Eccleſiæ judicio, ſacris uſibus illius Eccleſiæ conceſſimus dotis nomine omnem decimationem proximæ villæ Barri nomine, ex omnibus unde decima datur; quia etiam*
C *ſtatuimus, ut ipſi parochiani ibi habeant baptiſterium, ſepulturam, omneque corporis & animæ refugium, ac ne ad aliam Eccleſiam convenire cogantur, auctoritate divina interdicendo excommunicamus, ab introitu ſanctæ Eccleſiæ ſegregamus, conſortioque illorum, qui dixerunt Domino Deo, recede à nobis, innodamus. Ad hanc etiam donationem adjecimus decimationem vinearum, quæ ſunt plantatæ retro triginta annos, ac poſtmodum plantandæ ab ipſa radice utriuſque montis Barri videlicet, & Barriſmi. His ita peractis providentes ne ſervitus divina ibi negligeretur apud ſanctiſſimum, atque antiquum ſuburbii noſtri locum, corpore glorioſi Chriſti Confeſſoris, ac primi noſtræ Eccleſiæ Doctoris Manſueti decoratum, ubi Abbas Faribertus præeſſe videtur, locum illum cum omnibus, quæ nobiſcum ibi contulit pia fidelium devotio, ſervituti ejuſdem ſacrati loci, & Abbatis Fariberti, ejuſque ſucceſſorum providentiæ per teſtamentum hoc, legali conceſſione, & confirmatione ſubjicimus, ac perpetim habendum decer-*
D *nimus eo rationis tenore, ut unus de Monachis ſuis ibi ſemper moretur, atque de præbenda Monaſterii alatur, ac veſtiatur. Enimvero precamur, obteſtamur, & monemus, per tremendam divinæ poteſtatis juſtitiam omnes, qui hanc Sancti poſt nos recturi eſtis ſedem, ut incertæ vitæ memores hoc noſtræ parvitatis decretum, quod juſte à nobis videtur factum, & divinæ auctoritatis ſententia roboratum, noſtra etiam manu, noſtræque Eccleſiæ conſenſu adjudicatum, ſive ſubſcriptum nullo modo faciatis irritum; ſed veſtræ ſemper pietatis cenſura ſubnixum inviolabile maneat in ævum. Cæterum ſi quiſpiam mente perculſus ad tam illicita fuerit prorumpere auſus, veſtra paſtorali auctoritate, ut dignum eſt, coerceatur, & niſi digne pœnitendo, vel Eccleſiæ, cujus pec-*

(1) Hunc Gerardum non Leucadienſem, ſed Tullenſem in Galliis Epiſcopum fuiſſe ſuſpicatur Ughellius. Nos omninò ab hac ſede illum expungimus, & Tullenſem indubitanter fuiſſe aſſerimus. Occaſio dubitandi quod Leucadienſis fuerit, ea ſe præſentavit legenti, quod in inſtrumento relatæ donationis S. Leuchorum ſedis Epiſcopus intituletur. Sed ſi accuratè perpendatur, ea eſt Tullenſis Epiſcopi etiam denominatio, cum Tullum Galliæ Belgicæ Leuchorum caput ſit, & ii, qui de Tullo ſubſignantur, Tullenſes fuiſſe Epiſcopi tale documentum apertiſſimè demonſtrat. Sammarthani inter Tullenſes Galliæ Chriſtianæ n. 32. hunc Gerardum enumerant, ejus Eccleſiæ Antiſtitem ordinatum an. 963. his humanis exſolutum an. 994. & per Leonem Papam in generali Synodo Sanctorum albo adſcriptum. *Lucentius.*

peccator extiterit ſatisfaciendo ſuam correxerit pravitatem, perpetuæ maledictionis incurrat damnationem, nec habeat cum Sanctis aliquam partem, quorum non timuit invadere poſſeſſionem. Et ut in poſterum verius credatur, & firmius obſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & manu fidelium noſtrorum roborari fecimus ſubſignatum.

Ego Gerardus huic teſtamento faveo, & ſigno cruci roborando ſubſcribo † annuloque noſtræ Eccleſiæ conſigno.

† *Grimaldi Primic.*
† *Ameraldi Decani.*
† *Heriberti Archidiac.*
† *Raudauli Presbyt.*
† *Giraldi Presbyt.*
† *Vvarneri Diac.*
† *Henrici Diac.*
† *Adzonis Diac.*
† *Ionæ Cantoris.*
† *Heldebaudi Archi.*
† *Vvaudalphi Presb.*
† *Sindebaldi Comit. Tull.*
† *Olderici de Miruvald.*
† *Richardi de Caſtiaato.*
† *Ludovici de Comerc.*
† *Beraldi de Vindopera.*
† *Folchimini de Aſmantia.*
† *Almari Lade.*
† *Norberti Laic.*
† *Immonis Laic.*
† *Hagonis Laic.*
† *Letucii de Riguejo.*
† *Seviardi Laic.*
† *Beruitonis Advoc.*
† *Harigeri majoris.*
† *Archemni Scabini.*
† *Narvini de Scropolis Scab.*
† *Vvaraeri Scabi. de Vide liaco.*
† *Vvaltberi Scabi. de Tullo.*
† *Seuialdi Scabini.*
† *Urxonis Scabini.*
† *Leutberti Scabiui.*
† *Haiduerii.*
† *Magni.*
† *Amaldi.*

Actum Tulli in plenaria Synodo 7. Idus Octobris anno Incarnationis Dominicæ 971. Ind. 14. ordinationis verò noſtræ 7. Regnante Magno Ottone Sereniſſimo Imperatore 35. Imperii ſui anno Duce Lotharingienſium Frederico, Summo & Apoſtolico Pontifice Romanorum Joanne XIII.

Ego Heribertus indignus Sacerdos, atque Eccleſiæ B. Stephani Cancellarius ſcripſi, &c. rogatus, &c.

Ab hoc tempore uſque ad Pontificatum Joannis XXII. nullus repertus fuit harum Eccleſiarum Epiſcopus; incuria, an negligentia illorum, ad quos ſpectabat monumentorum cura; quibus deperditis, antiquorum Epiſcoporum acta, & nomina ignoramus.

I. („ *JOANNES de Neapoli eſt primus Leucadenſis, & Alexanenſis Epiſcopus, quem invenerim, „ memoraturque in veteri libro cenſuum Alexanenſis „ Eccleſiæ an. 1283. p. 5.*

II. „ *GULIELMUS ſedebat an. 1291. ex antiquo inſtrumento ejuſdem anni in faſciculo diverſorum „ litera A. n. 4.* Taſurus.)

III. 2 ROLANDUS obiit anno 1333.

IV. 3 Fr. RICHARDUS Ord. Prædicatorum conſecratus in Cuela per Annibalem Card. Tuſculanum Alexanenſis, & Leucadienſis Epiſcopus, recognovit pro ſua Eccleſia, ac ſolvit ſolitum penſum ſacro Collegio die 9. Septemb. anno 1333.

V. 4 JOANNES obiit 1349.

VI. 5 JOANNES Soiano ex Canonico Brundusino electus ſucceſſit Joanni, 14. Kalen. Feb. an. 1349. Pontif. Clementis VII. in Reg. Vatic. epiſt. 202. fol. 220. obiit ann. 1362.

VII. 6 JOANNES Anglici ex Canonico fuit Epiſcopus per obitum alterius Joannis ab Urbano V. die

A 3. Novembr. 1362. pontiſ. 1. ex lib proviſ.

7 BARTHOLOMÆUS, cujus reperitur memoria in lib. ſolut. Prælat. ſub Bonifacio IX. pro quo præante prædeceſſore ſuo ſolvit Paulus, qui ſub eodem Pontifice evaſit harum Eccleſiarum Epiſcopus. VIII.

8 FRANCISCUS ſucceſſor Bartholomæi memoratur in eodem libro. (*Franciſcus Guerrerius, „ Neritinus civis, vir appidò doctus, pluribuſque „ animi, ac corporis dotibus clarus, ob egregia, „ quibus prælucebat, merita ab Urbano VI. ſummo „ Pontifice ad hanc Alexanenſem Eccleſiam evectus „ eſt. De ipſo ſcribit Aloyſius Taſſellus, l. 2. c. 18. de „ Antiquit. Leucæ, & nos in libro edendo de viris „ illuſtr. Civitatis, ac Neritinæ diœceſis.* Taſurus.) IX.

9 BERINGARIUS poſt Franciſcum fit Epiſcopus, de quo in eodem libro mentio, transfertur ad Eccleſiam Caſtrenſem anno 1402. X.

10 PAULUS electus an. 1402. 7. Januarii ſolvit pro communi ſervitio, aliiſque ſupra relatis B prædeceſſoribus ſuis ex eodem lib. oblig. & ſolut. fol. 35. mortem obiit anno 1405. XI.



11 JOANNES de Sancto Felice (ſive patriæ ſuæ, ſive familiæ Sanſelicis incompertum) Canonicus Melphienſis Paulo demortuo ſucceſſit anno C 1405. 4. Id. Octobris; ſedit plus minuſve ann. 18. translatus eſt ad Eccleſiam Muranam ann. 1423. XII.

12 DOMINICUS de Neapoli hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit 28. Aprilis anno 1423. XIII.

(„ *JACOBUS de Baucio ex principibus Tarentinis ſucceſſit Dominico, ut notat Cæſar Raoia Mſ. „ opuſculo de Alexanen. & Leucaden. Epiſcopis, & „ liquido conſtat ex ſequenti inſcriptione in prima „ fronte majoris clauſtri Abbatiæ S. Mariæ de Civo „ poſita, quam Eccleſiam tanquam Commendatarius Abbas reſtauravit an. 1431.* XIV.

„ Jacobus de Baucio
„ Epiſcopus Leucadenſis
„ Hanc domum rehedificavit
„ Anno MCCCCXXXI.
„ *Taſurus.*)

13 Fr. SIMEON de Brunduſio Ordinis Minorum Epiſcopus Rubenſis, ad has Eccleſias translatus 3. Id. Aprilis 1432. poſt paucos menſes D defunctus eſt. XV.

14 Fr. GUIDO, ſeu Guiduccius Lycienſis Ord. Minorum præficitur in Epiſcopum anno 1432. 16. Kalen. Octob. Præfuit annis 6 deinde translatus ad Lycienſes anno 1438. inde evaſit Archiepiſcopus Barenſis. (*Ejus occurrit mentio in clauſtro Patrum „ Ordinis Minorum S. Franciſci patrii Oppidi, ubi „ hæc proſtat inſcriptio.* XVI.

„ Frater Guidus Guidanus Lycius
„ Summus Theologus
„ Leocadius, Licienſiſque Antiſtes
„ Barique Archiepiſcopus benemeritus.

„ *Scribunt de ipſo Beatillus in Barenſium Archiep. „ ſerie, Infantinus in libro cui titulus*: Lecce ſacra; *aliique*. Taſurus)

15 Fr. LAURENTIUS Ord. Prædicatorum eligitur Epiſcopus 8. Id. Auguſti anno 1438. XVII

16 BENEDICTUS de Baucio, ſeu de Balzo Neapolitanus vetuſtæ nobilitatis vir, erat Epiſco- XVIII

pus

A pus anno 1465. libens, volenſque onus dimiſit ann. 1488

XIX. 17 JO. JACOBUS da Balzo creatus ab Innocentio VIII. ſucceſſit Benedicto anno 1488. die 10. Martii; fato functus eſt anno 1512. („ *Eccleſiam* „ *S. Mariæ de Civo Neritonen. dirutis reſtauravit,* „ *ut ex inſcriptione ſupra limen majus ejuſdem eccle-* „ *ſiæ hujus tenoris.*

„ Templum hoc
„ Jacobus de Baucio Epiſcopus Leucadenſis
„ rehedificavit,
„ Anno MDVII.
„ *Tafurus.*)

XX. 18 JO. ANTONIUS Aquaviva („ *Jo. Ber-* „ *nardi at primi Neritinorum Ducis filius*) electus die 3. Martii 1512. has Eccleſias adminiſtravit ann. 5. ſub electi nomine; („ *Non paucas ſuæ diœceſis* „ *Eccleſias ob Turcarum incurſiones dirutas reſtau-* „ *ravit, ornavitque; præſertim verò illam, quæ* „ *in loco vulgo dicto Pato ædificata eſt, in cujus pri-* „ *ma fronte ad hanc uſque diem ſequens legitur in-* B „ *ſcriptio.*

„ Reliquiæ hic clauſæ dic, quæ mihi ſcriba, latebant
„ Per longum tempus nullibi rumor erat.
„ Vicarius Joanne Antonio Præſule digno
„ Primum Antonius reperit ipſe tamen.

„ *Tafurus.*) Translatus autem ad Lycienſem Eccleſiam die 18. Martii ann. 1517. eodemque die

XXI ALOYSIO Card de Aragonia *a*, Alexanenſis, & Leucadienſis Epiſcopatus datus eſt in adminiſtrationem: evoluto verò anno, die 17. Maii Cardinalis liberè reſignavit in manibus Leonis X. Pontificis, qui Leucadienſem, Alexanenſemque Eccleſias has cum Lycienſi ad vitam Joan. Antonii Epiſcopi univit. Is extrema clauſit anno 1525. ſic liber factus Epiſcopatus Alexanenſis, Cardinali

XXII. TRIVULTIO *b* conceditur, & poſt paucos menſes, eo cedente, ſequens ſuffectus eſt adminiſtrator.

XXIII 19 ALEXANDER Card. Cæſarinus evaſit harum Eccleſiarum adminiſtrator die 20. Julii 1526. C liberè deinde, cum regreſſu, ceſſit anno 1531.


XXIV 20 JO. *c* ANTONIUS Balduccius jus divinum in his Eccleſiis dixit ab anno 1531. die 15. Novembris uſque ad ano. 1539. quo mortalitatem explevit.

XXV 21 BENEDICTUS de Sanctis Canonicus Vaticanæ Baſilicæ, cedente Card. Cæſarino, ad quem per regreſſum Epiſcopatus iſte ſpectabat, adlectus eſt die 15. Martii 1540. moritur anno 1542.

a De hoc & ſeqq. Ciaconius Oldoini tom. 3. col 185. 410. & 396


b Auguſtino.

c Franciſcus Antonius Balduinus, Clericus Leucadenſis diœceſ. ex Actis.



XXVI 22 EVANGELISTA Cittadinus nobilis Mediolanenſis ſucceſſit Benedicto die 19 *d*. Aprilis 1542. ſeptem omnino annos ſedit. ac libere nuncium remiſit an. 1549 in patriam ſeceſſit, ubi vitam traduxit ad annum uſque 1559. ubi extinctus eſt ætatis ſuæ 78. ſepultus jacet in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Gratia, epitaphio exornatus, quod non vidimus.

d 18. Aprilis.



23 ANNIBAL Magalottus, Urbevetanus, Canonicus Vaticanæ Eccleſiæ, ad Epiſcopatum vocatur die 18. Januarii 1549. obiit 1551. XXVII.

24 LEONARDUS de Magiſtris („ *Epiſcopus* „ *antea Caprtarum*) promotus die 21. Auguſti 1551. obiit 1554. XXVIII.

25 JULIUS Gallettus Piſanus, nobili familia natus, ad Epiſcopatum evehitur die 7. Jannarii 1555. cum ſediſſet an. fere quinque, libere nuncium remiſit anno 1560. Romæ animam efflavit ann. 1564. jacet in Eccleſia ſanctæ Mariæ ad Minervam cum epigraphe in marmore exſculpta, ubi & ejus inſignia ſpectantur. XXIX

D. O. M.

Julius Gallettus Piſanus, Epiſcopus Alexanta. ætatis ſuæ LXIIII. moritur die XXIV. Julii MDLXIIII. Nicolaus Gallettus ejus frater, ac benemer. fecit.

26 JACOBUS Gallettus („ *Panormitanus;*) ex patrui ceſſione obtinuit Epiſcopatum die 25. Octob. 1560 mortuus anno 1574. XXX

27 CÆSAR Buſdragus Lucenſis de Epiſcopa- XXXI.
C tu proviſus eſt 8. Octob. 1574. poſtea Archiepiſcopus Theatinus 1578. de quo egimus tom. 6. in Theatinis Archiepiſcopis.

28 HERCULES Lamia Faventinus in Romana Curia Advocatus non ignobilis Buſdrago datus eſt ſucceſſor die 11. Auguſti 1578 Exceſſit an. 1591. XXXII.

29 SEPTIMIUS Burſerius Martuanus Epiſcopatu ornatus eſt die 20. Novembris 1591. ſedit menſes ſex, translatuſque eſt ad Eccleſiam Caſalenſem in Pedemontana provincia, de quo vide tom. 4. XXXIII.

30 SEXTILIUS Mazuca, Calaber, utraque lingua Græca, & Latina peritiſſimus, variaque eruditione clarus, Petri Aldobrandini Cardinalis præceptor. harum Eccleſiarum Epiſcopus declaratus eſt die 19. Junii 1592. auctuſque eſt an 1594. Vaticanæ Baſilicæ Canonicatu cum retentione prioris dignitatis, quam paulo poſt dimiſit, & cum fato ceſſiſſet, omnia bona ſua pauperibus erogavit. XXXIV


31 HORATIUS Raparius („ *Neapolitanus*) XXXV.
D ſucceſſit die 3. Octobris 1594. obiit ſequenti anno.

32 Fr. JULIUS Doffus *e*, Florentinus, Ordinis Prædicatorum ſac. Theologiæ doctus magiſter, Papiæ contra hæreticam pravitatem Quæſitor ab Clemente VIII. delectus eſt Epiſcopus Alexanus die 6. Martii 1595. Vitam liquit anno 1597. Maximam de ſe pietatis opinionem reliquit, ac lachrymis populorum funeratur in ſua Cathedrali. XXXVI.

33 CELSUM Mancinum, *f* Ravennatem, Canonicum Regularem Lateranenſis Congregationis, Portuenſis Cœnobii apud Ravennam Præfectum, virum doctum Clemens VIII. ſucceſſorem dedit Julio die 19. Aprilis ann. 1597. moritur anno 1612. in ſua Cathedrali humatus. Poſt ſe ſui ingenii monumenta reliquit de juribus Principatuum lib. 9. De cognitione hominis, quæ lumine naturali haberi poteſt lib 3. quorum meminit Gabriel Penottus hiſtor. Tripart. lib. 3. cap. 55. XXXVII.

e De eo Fontana in Theatro Domin. p. 112 *Mandoſ.*

f De quo Fabri in memoriis Ravennat. p. 184 & Roſinus in Lyceo Lateran. tom. 1. p. 106. *Mandoſ.*



XX XVIII 34 NICOLAUS ANTONIUS Spinellus Neapolitanus ex Aquari Ducibus, Clericus Regularis Theatinus, à Paulo V. die 16. Julii 1612. creatur Antiſtes Alexanus; præfuit omni laude eximius Præſul ann. 23. exceſſit anno 1635 *a*.

a 1614.

XX XIX. 35 PLACIDUS Padiglia *b* Neapolitanus Monachus Cœleſtinus, antea Epiſcopus Lavellenſis, ad has Eccleſias translatus die prima Julii 1635 *c*. defunctus eſt an. 1648.

b De quo Marraccius in Bibl. Mar. par. 1 p. 306. Mendoſ. *c* 4. Decemb. 1614

(„ *Placidus Padilia, Neapolitanus, Ordini Cœleſtinorum adhuc adoleſcens adſcriptus, tanta facilitate, omniumque admiratione Philoſophicis atque Theologicis rebus animum applicuit, ut inter primos illius temporis doctiſſimos viros habitus ſit. Eloquentia pariter, dicendique copia adeò clarus extitit, ut in primos ævi ſui Concionatores facile locum obtinuerit. Plura opuſcula elucubravit, ediditque; præcipuè:* Il ritratto del belliſſimo volto di Maria delineata dallo Spirito S. nelle ſacre canzoni, diſcorſi predicabili. 4. Panegirico di S. Ignazio. 4. David Penitente; lezioni ſopra il 50. Salmo di David. 4. David Sperante; diſcorſi predicabili ſopra il Salmo 129. 4. „ *Laudatur autem à Toppio in Bibl. Neap. p. 143. & ab Aloyſio Taſſello l. 2. c. 16. de Antiquitatibus Leucæ.* Taſurus.)

XL 36 FRANCISCUS ANTONIUS Robertus è terra Cupertini Neritonenſis Diœceſis ſucceſſit Placido die 25. Novembris 1648. exceſſit an. 1653. („ *De eo Aloyſius Taſſellus de Antiquit. Leucæ, & nos in edendo libro de viris illuſtr. Civit. ac Neritinæ diœceſis.* Taſurus.)

XLI 37 JOANNES Granafeus, Brunduſinus, electus die 9. Julii anno 1653.

A D D I T I O.

(„ *Barenſis Archiepiſcopatus ſacra thiara meruit deinde decorari die 11. Octob. 1666 Laudatur autem ab Aloyſio Taſſello de Antiquit. Leucæ, Toppio in Bibl. Neapol. ac Andrea della Monica l. 5. c. 2. de Antiquit. Brunduſii.*

XLII „ *ANDREAS Tontolus, nobilis Sipontinus, ætate quadragenarius, & à novem annis presbyter ordinatus, atque Eccleſiæ Sipontinæ Archidiaconus, nec non Sipontini Archiepiſcopi Vicarius generalis, & ea ſede vacante Vicarius Capitularis, J.U.D. ad hanc evehitur Cathedram 7. Febr. 1667. ad Veſtanam translatus 7. Februarii 1695.*

XLIII „ *VINCENTIUS della Marra, nobilis Neapolitanus, Congregationis Canonicorum Regularium Lateranenſium Abbas Tontolo ſucceſſit 16. Maii 1695. Diem ſupremum clauſit menſe Aprili 1712.*

XLIV „ *JOANNES Jannellus, Beneventanus, J.U.D. ac Alexandri Falconerii S. Rotæ Auditoris, & Urbis Gubernatoris per plures annos Auditor, renunciatus eſt Alexanenſis Præſul 10. Januarii 1718.*)

A

CASTRENSES
EPISCOPI.

CASTRUM vulgari appellatione *Caſtro* Civitas Salentinorum in Hydrunti terra, titulo Comitatus inſignis, Turcarum incurſionibus anno Dom. 1537. direpta ad ſolitudinem penè redacta, habitatur tantum vix centum hominibus. Hanc nonnulli Leucam eſſe contendunt urbem antiquiſſimam, cujus Strabo meminit. Epiſcopatus Caſtrenſis antiquus eſt inter recentiores, & Archiepiſcopi Hydruntini ſuffraganeus. Cathedralis Sanctiſſimę Virgini Annunciatæ dedicata eſt, ſatis amplæ ſtructuræ pro loci conditione exædificata. Duabus dignitatibus fulget, Archidiaconatus nempe, atque (B) Archipresbyteratus, cui cura animarum incumbit, & ſex Canonicis, aliis Clericis paucis, qui divinis aſſiſtunt; nullum ibi Cœnobium, non hoſpitale, nec Mons pietatis ſpectatur. Diœceſis parva eſt, continet namque aliquos pagos, ſeu caſalia, in eaque cenſentur ad tria millia hominum capita. Epiſcopus Dominus eſt etiam in temporalibus pagi, quod Madianum vocant: cenſus verò hujus Eccleſiæ ſunt ad mille quadringenta ſcutata pondere illius provinciæ, taxa illius eſt in lib Cancellariæ Apoſtolicæ 100. florenorum. Epiſcopi qui hanc Eccleſiam aliquando adminiſtrarunt, pauci ſequentes ſunt, quos ex variis monumentis noſtra expiſcata eſt induſtria.

1 N. . . . Caſtrenſis Epiſcopus cum ſuo Hydruntino Metropolitano interfuit Lateranenſi Concil. ſub Alexandro III. anno 1179. I.

2 PEREGRINUS Epiſcopus Caſtrenſis ab Innocentio IV. anno 1255. *d* 10. Kalendas Novembris translatus eſt ad Brunduſinam Eccleſiam ann. pontif. 12. ut in epiſt. Regeſt. Vatic. 272. fol. 182. II.

d 1254.

C

3 PEREGRINUS hujus nominis ſecundus obiit Bonifacii VIII. temporibus anno 1295. III.

4 JOANNES Pariſius hujus Eccleſiæ Clericus poſtulatur in Epiſcopum defuncto Peregrino, confirmatur à Bonifacio VIII. an. 1295. 7. Kal. Aprilis, ut in epiſt. ad eum ſcripta, quæ num eſt 148. fol. 31. Reg. Vat. Occiſus eſt Joannes mandante impio Hectore Canonico Hydruntino, qui per potentiam laicalem in Eccleſia Caſtrenſi ſe intruſerat, quam uſque ad Benedicti pontificatum violenter tenuit, diriſque nodatus obiit, vacuam, occupatam Eccleſiam nolens volens reliquit. IV.

(„ *Fr. RUFINUS Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Montis Marani, huc translatus ſucceſſor datus eſt Joanni immaniter occiſo, ut ſtaret contra Hectorem 5. Id. Auguſti 1296. ut habetur in ſerie Maranenſium.*) V.

5 LUCAS ex Ord. Prædicatorum à Benedicto (D) XI. delectus eſt hujus Eccleſię Epiſcopus 6. Id. Novembris 1303. pontif. prim. habetur in Reg. Vatic. Præſuit laudatiſſime ann. 18. & ad Archiepiſcopalem Hydruntinam translatus eſt anno 1321. poſt cujus translationem Joannes XXII. ad hanc Caſtrenſem Eccleſiam vocavit Joannem Epiſcopum Calcinenſem, qui translationi conſentire noluit, cum ſua priori ſponſa manſit, & ad Caſtrenſem vocatus eſt, qui modo ſequitur. VI.

6 JACOBUS Primicerius Ravellenſis Eccleſię, vir optimus, & ſummæ exiſtimationis apud Joannem XXII. ab ipſo Lucæ datus eſt ſucceſſor 17. Kalen. Decemb. anno pontiſ. 6. ſalutis 1322. ſub Clemente VI. mortem obiit. VII.

7 FRANCISCUS electus 1347. promiſit ſacro Collegio die 14. Martii. VIII.

8 PETRUS („ *de Tuſcia Ordinis Prædicatorum Caſtrenſis Epiſcopus evaſit circa an. 1350.* „ Fontana in Theatro.) Obiit 1366. IX.

DO-

X. 9 DONADEUS ex Canonico fit Epiſcopus hu us Eccleſiæ anno 1366. 2. Id. Junii ex lib. oblig. Urbani V.

XI. 10 ANTONIUS ſucceſſor Donadei vivebat anno 1387. 10. Januarii, quo promiſit pro ſuo prædeceſſore ſub Urbano V I. ejuſdemque partes fovit, pro qua re à Pſeudopontifice Clemente VII. Epiſcopatus honore privatus eſt.

a Hic, & ſequens omittendi utpote intruſi.

11 JOANNES, *a* Clementis VII. Pſeudopontificis ſectator, à quo hanc ſedem occupandam ſuſcepit anno 1388. 2. Decembr. promiſit pro Donadeo prædeceſſore, in lib. obligat. Clementis.

12 NICOLAUS ab eodem Pſeudopontifice in hac Eccleſia intruſus 1389. 8. Maii, & ipſe ſolvere promiſit ſolitum penſum. Hac tempeſtate miſerè vexabatur Chriſtiana Reſpublica ob ſchiſma teterrimum inter Urbanum VI. legitimum Papam, & Clementem VII. Pſeudopapam, unde ſurſum, deorſumque exagitabatur Eccleſia Dei, ſimulque duo inter ſe pugnantes Præſules, in eadem Eccleſia non ſine bonorum ſcandalo: in profundum mergebatur Eccleſiaſtica diſciplina, itaut Epiſcopi, inteſtino odio ſe proſequentes, potius lupi rapaces, quam paſtores, jure merito cenſerentur, unde aliquando factum eſt, ut poſt diutinam contentionem omnes infulæ honore ſpoliati ſint.

XII. 13 EVOLDUS ſive Geraldus *b* à Bonifacio IX. legitimus delectus eſt Epiſcopus an. 1390 19. Martii. Vix annum expleverat in ea dignitate, cum ad funus vocatus eſt.

b Seù Geraldus Aviani Epiſcopus.

XIII. 14 LEONARDUS Lycienſis Epiſcopus ad hanc ſedem tranſlatus ab eodem Bonifacio IX anno 1391. Kal. Martii. Deceſſit an. 1402. ex eodem lib.

XIV. 15 BERINGARIUM Epiſcopum Alexanum ad hanc ſedem tranſtulit idem Bonifacius an. 1402. 3. Kalend. Martii. Diu hanc adminiſtravit Eccleſiam: cujus meminit relatus oblig. lib.

XV. („ *Fr. THADDÆUS Guidi Salvani filius, nobilis „ Senenſis, Ordinis Servorum B. Mariæ inſignis „ Theologus, cum anno 1415. Conſtantienſi Concilio „ interfuiſſet, pluraque ordinis ſui munia ſtrenue „ adminiſtraſſet, à Martino V. Caſtrenſis Epiſcopus „ electus eſt: quam Eccleſiam ad obitum uſque gubernavit. De eo vide Ugurger. in Pompis Senen. „ tom. 1. pag. 203. & Giantum in Annalibus ab eo „ citatum.*)

XVI. 16 URBANUS Beringario ſucceſſit an. 1429. 14. Martii, & ſe obtulit ſoluturum pro ſua Caſtrenſi Eccleſia in eodem lib. ſedit ann. 24. exceſſit ſub Nicolao V. („ *Fuit is Hydruntinus civis ex Ordine „ Minorum S. Franciſci aſſumptus, eo Eccleſiaſticarum rerum ſpiritu illuminatus, ut plura egregie ſcripſerit de N. D. N. Jeſu Chriſti, de immortalitate Animæ, & Antichriſto, & de eo cum laude meminerunt Lucas Waddingus in Annal. Minor. 1429 tom. 5. Aloyſ. Teſſel. in ſua Leuc. ſacra „ l. 3. aliique.* Taſurus.)

XVII 17 NICOLAUS de Pineo Rector Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Vettona ad hanc inſulam vocatus eſt à Nicolao V. anno 1453. 15. Kal. Junii. Triginta omnino annos ſedit, fato functus eſt ann. 1483.

XVIII 18 STATIUS de Vera Neapolitanus promotus per obitum Nicolai die 9. April. 1483. fato ceſſit 1491.

XIX 19 JO. GEORGIUS *c* ex Satrianenſi Eccleſia ad hanc tranſlatus eſt an. 1491. die 22 Junii.

c Georgius Roſa.

XX. 20 PETRUS Faber aſſentiente Ioanne Georgio, hujus Eccleſiæ Præſul electus eſt ann. 1501. 13. Auguſti. (1)

XXI („ *DONATUS Archipresbyter terræ Capreolæ „ demortuo Georgio ſucceſſor datus eſt 7. Julii 1503.* „ Lucentius.)

XXII. 21 ANGELUS Jaconia Lycienſis, germanus frater Antonii Epiſcopi Puteolani, vir nobilis, & literis clarus, Epiſcopus Caſtrenſis delectus eſt ab Clemente VII. anno 1530. die 5. Junii. Præfuit, ac profuit an. 36. Deceſſit mœrentibus cunctis ann. 1565. qui aliquando Caſtrenſem civitatem miſere à Turcis direptam propriis uſurpavit oculis. Lycii in patria à fundamentis ſacellum D. Magdalenæ condidit ſecundo à præſulatus ſui anno, ubi proſtat hæc inſcriptio legentibus.

Reverendiſſimus Angelus Jaconia Præſul Caſtrenſis ſacellum D. Magdalenæ à fundamentis erexit. A. D. MDXXXI.

Ex hac nobili familia Jaconia nuper vixit Joannes Dominicus, doctus, eximiuſque Guardiæ Epiſcopus, de quo alibi dictum eſt.

22 LUCAS ANTONIUS Reſta („ *de Montagnana Hydruntinus.*) ſucceſſit Jaconiæ anno 1565. 26. Oct. tranſlatus deinde eſt ad Nicoterenſem Eccleſiam an. 1578. XXIII

(„ *Lucas iſte, & deceſſor Angelus diſtinctis temporibus pro juſtitia adminiſtranda, & Pontificalibus exercendis Hydruntinæ Cathedræ adfuerunt „ de commiſſione ejus Archiepiſcopi Petri Antonii de „ Capua, dum gravioribus detineretur curis inter „ Patres Concilii Tridentini.* Lucentius.)

23 JULIUS Othanellus Fanenſis, *d* Lucæ Antonio in Epiſcopatu ſucceſſit anno 1578. die 21. Octob. („ *Inde ad Fanenſem tranſiit 1587. 21. Octobris.*) XXIV

d Firmanus.

24 Fr. MARIUS Ord. Minorum electus Præſul die 18. Decemb. 1587. obiit 1594. XXV

25 CAMILLUS Burgheſius Senenſis, Pauli V. Pont. Max. Patruelis, poſt Marii exceſſum Caſtrenſem ſuſcepit Eccleſiam regendam anno 1594. 5. Septembris, tranſlatus ad Ilcinenſem Epiſcopatum 1600. inde evaſit Archiepiſcopus Senarum, ubi ex hac mortali vita diſceſſit. Vide tom. 3. noſtrum in Archiepiſcopis Senenſibus. XXVI

26 PLACIDUS Fabius *e* Bononienſis, Conſtantii filius, Generalis Congregationis Montis Oliveti die 19. Januarii 1600. adlectus hujus Eccleſiæ Præſul à Cardinali Paleotto 21. Febr. in Eccleſia ſanctæ Marthæ conſecratus, ad Eccleſiam ſuam properavit; omni honore exceptus. Synodum, primus omnium anteceſſorum ſuorum celebravit, Clerum ad normam Tridentini Conc. adduxit, pluraque opera paſtore pio digna operatus ſedit ann. 4. & ad Theleſinam Eccleſiam tranſlatus eſt ann. 1604. XXVII

e Seu Fabius, de quo Lancellotus in hiſt. Olivet. p. 145. Marrac.

27 ANTONIUS Bornius Fivizanenſis electus die 10. Decemb. 1604. poſt annos decem ſibi coadjutorem adſcivit Carolum, pauloque poſt exceſſit. XXVIII

28 CAROLUS Bornius Fivizanenſis petente Antonio à Paulo V. electus eſt Epiſcopus titularis Coronenſis in partibus Infidelium, & coadjutor in Caſtrenſi Eccleſia cum ſpe futuræ ſucceſſionis die 27. Auguſti 1614. eoque defuncto ſucceſſit, præfuitque ad annum uſque 1627. quo fato ceſſit. XXIX




29 JOANNES BAPTISTA Detus nobilis Florentinus, dum privata fortuna uteretur Romæ, ab Urbano VIII. creatus eſt hujus Eccleſiæ Præſul die pri- XXX

(1) Petrus Fabri ad hanc ſedem promovetur die 9. Aug 1501. in Actis Conſiſtorialibus, ſub his tamen Clauſulis: *Providetur Eccleſiæ Caſtrenſi de perſona Petri Fabri; ita quod ex nunc prout ex tunc, ſi per ceſſum moderni Epiſcopi illam vacare contigerit, præfatus Petrus cenſeatur ad illam promotus.* Habuerit ne effectum, incompertum. Ex iiſdem Actis perſcriptum habemus die 7. Julii an. 1503. Donatum proxime enumerandum huic ſedi attributum fuiſſe vacanti per obitum, ut ibi enunciatur, Georgii. Petrus vel fortaſſe receſſit, ſeù Georgius non ceſſit; vel ſi ceſſit, ſervato ſibi regreſſus jure per ceſſum, ſeù deceſſum Petri rediit ad ſuum regimen, quod ſane liquiſſe adveniente morte ex ſequentis ſucceſſione certo certius conſtat. *Lucentius.*

prima *a* Martii 1627. tranſlatus deinde eſt ad Auglonenſem Eccleſiam ann. 1630.

a Die 21. ex Actis.



XXXI 30 DIONYSIUS Tomacellus Neapolitanus, Ordinis Carmelitani, ob præcipuam ſanguinis nobilitatem, & intuitu Philippi Columnæ Comeſtabilis, cujus erat propior affinis, adlectus eſt Epiſcopus Caſtrenſis die 22. Maii 1630. exceſſit an. 1642. („ *De ipſo cum laude ſcribit Daniel a Virgine* „ *Maria in ſpeculo Carmelit. p. 3. l. 3. n. 3204.* Ta- „ turus.)



XX XII. 31 FRANCISCUS Columna *b* Romanus Dionyſio ſubrogatur die 17. Junii 1642. Romæ obiit Conſtantinianæ Baſilicæ Vicarius menſe Julio 1653. ſepultus ſine pompa in Eccleſia SS. Apoſtolorum.

b De quo Mandoſius in Bibl. Rom. vol. 2 p. 166.

XX XIII. 32 ANNIBAL Syllanus declaratus eſt hujus ſedis Antiſtes die 6. Octob. 1653.

A D D I T I O.

(„ *Annibal Syllanus, nobilis Cotronenſis, Prothonotarius Apoſtolicus de numero non participantium, Theſaurarius Canonicus, & Vicarius generalis Eccleſiæ Cotronenſis præficitur huic ovili 6. Octob. 1653. Obiit 1666. 14. Februarii.*

XX XIV „ *FRANCISCUS Antonius de Marco, nobilis Hydruntinus, & Hydruntinæ Metropolis Canonicus Theſaurarius, qui pluries Propontificis munia exercuit, Caſtrenſium Pontifex ſalutatur 3. Maii 1666. cum in quadrageſimo conſiſteret ſuæ ætatis anno. Extrema clauſit 1681.*

XX XV. „ *FRANCISCUS Maria Caſſerius, presbyter de Terra Chriſptaltarum Tarentinæ diœceſis J.U.D.*

Italia Sacra Tomo VIII. Par. II.

A „ *qui Vicariatum generalem per biennium in Tranenſi Metropoli, & per ſexennium in Oſtienſi, & Veliternenſi Epiſcopatibus exercuit, & curam animarum in Eccleſia parochiali S. Mariæ de planctu in urbe omni cum laude cum geſſiſſet, ad hanc Cathedram vocatus eſt Kalend. Septemb. 1681. Epiſcopale onus cum vita piè depoſuit 1682.*

„ *JOANNES Capreolus de Terra Meſſaphræ Motulanæ Diœceſis, J. U. D. qui munus Vicarii Apoſtolici perbelle ſuſtinuerat, hoc throno dignatus eſt 22. Jan. 1683. Debitum naturæ perſolvit an. 1712.* XX XVI.

„ *JO. Baptiſta Conſtantini, Licienſis, Guardiæ Alferiæ, Triviçani, Monopolitani, & Gravinenſis Epiſcoporum ſucceſſivè Vicarius generalis, præfectus eſt huic Eccleſiæ 24. Januarii 1718.*) XXX VII.

B

GALLIPOLITANI

EPISCOPI.



GALLIPOLIS (1) urbs vetuſta in Salentinis, & Magna Græcia in ipſa ora, & in ipſo quaſi ſinu, & cauda Italiæ ſita immobili ſaxo inſidet, mœnis, tam ad defenſionem idoneis, quam ad ornatum, & magnificentiam conſpicuis circundata, aere feliciſſimo gaudet, habitationes ultra mille octingentas continet, Melæ ita vocata, ſed Anza à Plinio P. M. à Tarento XLII. Eam, ait Leander, Græcos, deinde Gallos tenuiſſe Razzanus vult; nobis contra videtur Græcos ſucceſſiſſe Gallis, idque potiſſimum nominis argumentum, quod à Græcis, uti urbi de Galliscaptæ judicium, Gallipolis. Nam ſi primos Græcorum fuiſſe colonos arbitraremur, poſteriores Gallos, illi ſane, non Græcam appellationem, ſed aliam ex ſua lingua vernacula condidiſſent. Accedit huic ſententiæ, quod Eccleſia Gallipolitana tanquam à poſterioribus colonis Græcis etiamnum inſtituta, ritusque Græcorum obtinet, quodque in more habebat, nunc originis gentiſque Græcanicæ, nunc Latinæ (2), per vices Epiſcopum creare. Scopulis inſidet, ſeu Inſulæ modicæ, quæ mari undique cingitur; continenti adhæret ponti, ſaxis ingentibus ſuffulto, quæ nonnunquam tumidis undis, ita prorſus occultatur, ut ubi plena, tum inſulæ forma ſit: munitiſſimum itaque natura ſitum habet, ut adeo haud facile vi expugnari poſſe videatur. Locus eſt fori, & negotiatoribus acceſſu tam mari, quam terra peropportunus; quapropter toto anni tempore mercatoribus frequentatur, maxime Januenſibus. Ex adverſo duæ longius in altum projectæ inſulæ, ſed permodicæ minimique momenti cernuntur. Ager Gallipolitanus

C

D

E opi-

(1) Vir doctiſſimus Antonius Galateus Ferdinando I. Neapolitanorum Regi æqualis ætate in deſcriptione Callipolis ad Summontium pag. 1. Hæc à pulchritudine non immeritò nomen ſortita eſt. *Græca Urbs fuit. Neſcio unde acceperit Plinius Gallos Senones hic habitaſſe, nam non Gallipolis hæc Urbs dicitur, ſed ut antiqui habent Callios, Callipolis.* Galatei ſententiam validis ſultam hiſtoriæ momentis probavit V. Cl. Stephanus Catalanus in opuſculo de origine Urbis Callipolis ad Joannem Baptiſtam Caſpum.

(2) Hoc falſum eſt. Callipolitana ſiquidem Urbe jam tum ab Anno quingenteſimo tertio decimo ſuprà milleſimum æræ vulgaris omni prorſus ex parte Latinorum ritus, & mores in ſacris amplexa eſt, quemadmodum ejuſdem temporis Author Franciſcus Camardiſius Callipolitanus in monumentis Hiſtoricis Rerum Ætatis ſuæ geſtarum pag. 16. prodit his verbis: *De più la ſtà tutta la Chieſia Matre di Gallipoli piena di Preiti, Diaconi, & Subdiaconi Greci, & Chierici tutti Greci, & coſì ſerviano detto Veſcovato li Greci, & ſerviano con tanta ſollennità, aſſai più che hoggi non fanno li Latini, perchè ... de ſe dicia Veſpro, & cantava Mattutino. Et era il numero di quaranta Preiti de Meſſa in circa, & li ſeſſanti Sacti, & Chierici de vinti altri in circa, che in tutti erano da ſeſſanta. Li Canonici andavano veſtiti tutti de Panni fini cò loro Cappucci, & erano la maggior parte Panni ... di grana, & negri, & ... tutti erano dottori. Et ... altri erano Preiti, & tutti portavano una grande magnificentia. Et erano tutti ... litterati, come di Prefettio di ... bistenſi, & ... Tiravano tutti de accordio con grandiſſimo amore, & ... tutti aſſieme; & erano come Fraternitate. Tanſto era la Amicizia frà dilloro, & andavano con quelle loro belle Barbe como Patriarchi, & Profeti. Li Preiti predicti Greci ſerviano continuamente la predicta Chieſia Matre Gallipolitana uſque alſo anno mille cinquecento, & tredici: & lo ultimo officio Greco ſollenne de li Morti ſo fatto, & cantato à la morte de ... Matre; quale fò a le dieſe di Gennaro de ditto Anno. Et erano rimaſti li Greci ſolo dintro, eſſendo li altri morti, & ſe ne ſò li Latini.* Sic ille in libro Ms. vernacula lingua adnotato, qui reperitur in præſens penes Cl. Virum ſcientiarum genere præcellentem, & venerandæ Antiquitatis cultorem eximium Petrum Polidorum, qui pro hac Callipolitana Eccleſia ad nos varias ea, quo ſemper Litterariam Rempublicam hilari juvat genio, Criticas Animadverſiones, & Additiones benigniſſimè tranſmiſit.

A optimus, & fertiliſſimus eſt oleo, vino, croco, cæteriſque fructibus ad uſum humanæ vitæ cum primis abundans: mare valde piſculentum habet, atque ita quidem Leander. Sed Jo. Baptiſta Criſpus topographica tabula, quam in laudem, & elogium patriæ ſuæ ænea tabula divulgavit, hæc de Gallipoli. In aditu urbis. qui unicus tantum pontis eſt, Caſtrum eſt valde munitum ad defenſionem, & conſervationem loci peropportunum. Præterea varia loca pietati nuncupata. Eccleſiam etiam Cathedralem ſanctæ Agathæ dicatam Gallipolis exhibet, Fontem ſimiliter oovum elegantiſſimis decoratum ſtatuis quinque tubis præſtantem aquam ſimilibus oſibus affatim eructantem, Aquæductum præterea operis vetuſti, partim conſpicuum, partim per occultos terræ meatus procul derivatum. Inſola marinis ſecata aquis ager qoondam fuit urbi Gallipolitanæ multis ſæculis contiouus, nunc aquarum impetu à continenti avulſus, & in Inſulæ formam redactus eſt. Quæ paulo major ex oppoſito Inſula apparet, D. Andreæ dicta, milliare Italicum in latum con-
B tinens, plana, & mari in circumferentia acclivis compaſcua pecoribus larga pabula præbet, quæ & Gallipoli certo anni tempore eo pabulatum emiſſa aliquandiu loco ibi tuto ſobſiſtuot, ubi & Gallinarum multitudioi bruchus in paſcuis frequens victum affatim præbet. In Inſulæ medio lacus dulcem aquam taota copia fundit, alveum ut in mare deducat. Gallipolis deſcriptio Antonii Galati Medici ad Summontium extat Baſileæ excuſa anoo 1588. Cæterum Cathedrale templum D. Agathæ ſacrum aotiquæ ſtructuræ, ubi religioſus Clerus divinom opus peruget, Canooici nempe decem & octo, è quibus ſex digoitate eminent, Archipresbyter ſecundus eſt ab Aotiſtite, necnon alii Presbyteri, & Clerici multi. In civitate præter Cathedralem Eccleſia nulla; Sacerdos enim ab Epiſcopo conſtitutus in ipſa Cathedrali totius civitatis animarum curam gerit. Virorum Cœnobia diverſorum Ordinum tria. Sanctimonialium ſeptum unom. Xenodochium unum, Laicorum ſodalitia nonnulla. Diœceſi caret Eccle-
C ſia hæc: Epiſcopi enim juriſdictio iiſdem, quibus civitas, & peninſula fioibus circumſcribitur: habuiſſe tamen aotiquitus amplam Diœceſim ferunt. Sed cum Fœdericus II. Imp. civitatem ſolo æquaret, in Neritonenſem Abbatem jus ceſſit (1), ex quo novus inde Neritonenſis Epiſcopatus inſtitutus eſt. Vetuſtiſſimus Gallipolitanus Epiſcopatus eſt, cujus meminit Gregorius Magnus Papa in Regeſtis; caruiſſe tamen proprio paſtore per aliquot ſæcula vel ex eo credi poteſt, quod nullus, vel in Conciliis, vel in antiquis monumentis recenſeatur Epiſcopus: poſterioribus vero temporibus tanquam Hydruntini Archiepiſcopi ſuffraganeus Gallipolitanus memoratur Epiſcopus, cujus præſentatio ad Regem ſpectat, cujus etiam menſæ Epiſcopalis cenſus ad tria millia ſcuta illarum partium aſcendere dicunt; in lib. Cam. taxatur ad flor. 33. Porrò Epiſcopi qui in ea floruerunt, ſequentes tantum ſuot à nobis obſervati.

A D D I T I O.

D (" *Gallipolis, vulgò* Gallipoli, *Catholico Regi* " *parens à 12. millibus incolarum habitatur. Cathe-* " *drale templum antiquæ ſtructuræ D. Agathæ ſa-* " *crum nuperis ædificiis etiam cohoneſtatur. Divi-* " *num opus in eo peragunt decem dignitates, videl.* " *Archipresbyteratus poſt Pontificalem major, Ar-* " *chidiaconatus, Decanatus, Cantoratus, Præ-* " *poſitura, Theſaurariatus, alter Cantoratus, pri-* " *mus, & ſecundus Primiceriatus, & Subtheſaurâ-* " *riatus cum novem Canonicatibus, & plurimis Be-* " *neficiatis chori participibus. In hac Baſilica per* " *Rectorem animarum cura totius civitatis exerce-* " *tur, in eaque decentiſſimè aſſervantur plurimæ* " *Sanctorum reliquiæ. Virorum cœnobia diverſo-* " *rum Ordinum quatuor, unicum ſanctimonialium* " *numerantur, quæ civitatem illuſtrant cum Xeno-* " *dochio, & plurimis Laicorum ſodalitiis. Præben-* " *dæ, Mons Pietatis, & ſeminarium deſunt. Pa-* " *latium pro Epiſcopi habitatione Cathedrali acce-* " *dit. Menſæ Epiſcopalis annuus redditus duo mil-* " *lia ducatorum monetæ illarum partium excedit; in* " *libris Cameræ taxatur ad flor. 45.* Locentius.)

1 (a) DOMINICUS vixit ante D. Gregorii I.
Magni tempora, ſi vera ſunt, quæ brevis notula ad me tranſmiſſa commemorat; cætera ignorantur. (" *Anno 551. ſubſcripſit decreto à Vigilio Papa edito* " *contra Theodorum Cæſarienſum Epiſcopum.*)

2 JOANNES, ad quem ſcribit Gregorius Papa II.
de Andrea Epiſcopo Tarentino, & Matricula verberata ep. 45. lib. 2. Ind. 11. cujus obitum commemorat idem Gregor. epiſt. 21. lib. 5. Ind. 14. ad Petrum Hydruntinum Epiſcopum, cui injungit viſitationem Brunduſinæ, & Gallipolitanæ Eccleſiarum tunc Paſtore vacantium.

3 SABINIANUS, ſive Sabinus, Monachus III.
S. Andreæ ad Clivum Scauri de Urbe, doctrina, & religione vir clariſſimus ſucceſſit Joanni, ad quem item ſcribit Gregorius Papa ep. 105. lib. 7. Ind. 2. ne patiatur res Eccleſiæ angariis prægravari, de quo etiam Trithemius lib. 4. fol. 263. (" *Sunt qui aſſe-* " *rant hunc fuiſſe illum Sabinianum, qui D. Gregorio* " *in Pontificatu ſucceſſerit.*)

4 JOANNES interfuit Lateranenſi Concilio IV.
Romæ celebrato à Martino I. Papa an. 648. *a men-* 649.
ſe Febr. Ind. 7.

5 MELCHISEDECH (3) intereſt Concilio V.
Nicæno ano. 787. cui ſubſcripſit. Poſt hunc per multa ſæcula deſiderantur Epiſcoporum acta, & nomina.

(" *Hic autem advertendum eſt, quod nono currente Chriſti ſæculo Callipolitanus Epiſcopatus* " *ſuffraganeus erat Archiepiſcopatui S. Severinæ in* " *Brutiis poſito. Hic autem Conſtantinopolitano Pa-* " *triarchæ tunc ſuberat, atque parebat, ut conſtat* " *ex diſpoſitione Leonis VI. Imperatoris cognomento* " *Philoſophi edita à Leunclavio in Tom. II. juris* " *Græco Romani. Sex nunc qui ſequuntur Epiſco-* " *pi, ad Ughelli notitiam non pervenere.*

" *PAULUS Callipolitanus Epiſcopus Græ-* VI.
" *co ritui addictus memoratus occurrit in perve-* " *tuſta membrana Epiſcopalis Archivi Neriti-* " *næ urbis exarata anno Chriſti 1081. quæ obla-* " *tionem quamdam bonorum factam Eccleſiæ, &* " *Monaſterio S. Leucii Epiſcopi, & Martyris Neriti* " *poſito complectitur. Id enim Cœnobium regulam* D. Ba-

(1) Quæ hic brevi periodo ex obſcuro à Callipolitanis accepto Vulgi rumore prodit Ughellus, adeò nullo veteris Hiſtoriæ fulciuntur momento, ut mirum ſit ab erudito, & docto ſcriptore non falſa contempta. Totius fabulæ moles in una Callipolitanæ Urbis à Friderico facta vaſtatione nititur: atqui ab eo Principe æquatam fuiſſe ſolo Callipolim, purum, putumque commentum eſt. Ut enim omnes veteres Neapolitani Regni hiſtorias Japygiæque ſcriptores accuratè conſulas, & evolvas, nihil tale uſpiam invenies. Contrà Author Anonymus Commentarii de rebus geſtis ejuſdem Friderici, & aliorum apud eumdem Ughellum eas Urbes recenſens, quas ipſemet Imperator, quod erat, variis ex cauſis evertit, atque delevit, de Callipoli altum ſilentium tenet. Æquatam revera Callipolim ſolo eſſe à Carolo I. Neapolitanorum Rege, quo tempore eadem urbs una cum altera Sicilia ad Petrum Aragonium Regem defecit, ſcripſere Antonius Galateus in lib. de Sito Japygiæ pag. 60. edit. Baſileæ, Hieronymus Marcianus lib. 3. de [illegible] & ſucceſſibus Salentinæ Provinciæ cap. 44. & alii, quorum ſententiam multis, [illegible] comprobare poſſemus argumentis, ſi inſtituti ratio pateretur, & locus. Itaque poſt deletam à Carolo urbem deſuerunt Epiſcopi, qui populi reliquias regerent, & Epiſcopalia [illegible] jura tuerentur, nè impunè quiſpiam surriperet. Argumentis, nec teſtibus opus eſt, ubi res ipſa loquitur. Quamvis nobis conſtet, perampla ſupra omnem hominum memoriam ſemper extitiſſe Neritinam diœceſim, Callipolitanam perexiguam. Quæcumque à recentioribus quibuſdam contra jactantur, finguntur, non probantur. Longè vetuſtiſſimum proptereà fuiſſe Neritinum Epiſcopatum in Japygiæ ipſiſque primis Chriſtianæ religionis ſæculis inſtitutum conſtat à pluribus antiquis monumentis, quæ recenſentur à Joanne Abbate, Capitulo, & Monachis Neritonenſibus in ſcripto de ſtatu antiquo, & recenti Neritinæ Eccleſiæ ad Joannem XXIII. Pont. Max. apud ipſummet Ughellum in T. [illegible] Ital Sacræ hujus Venetæ editionis fol. [illegible] Id ex actis Viſitationis Majoris Eccleſiæ Neritonenſis jam tum ab anno Chriſti 1267. inſtitutæ à Rodulpho Cardinali Albanenſi in utroque Siciliæ Regno Apoſtolico Eccleſiarum Viſitatore, atque Legato agnovit, atque notavit celeberrimi quoque nominis Author Ludovicus Thomaſſinus Gallus in tom. 1. de nova, & veteri Eccleſiæ diſciplina circà Beneficia, & Beneficiarios Par. 1. lib. 3. Cap. 12. num. 8. fol. 677. editionis latinæ. Noſtrum, aliiſque ſcripturas conſultò prætereo. De diœceſanis juribus inter Callipolitanos Epiſcopos, & Neritinos Abbates certatum quidem eſt aliquando, ſed enè Friderici, qui Carolum præceſſit, ætatem, & Regnum. Tantum verò abeſt, ut Neritini Abbates Callipolitanis Epiſcopis eamet uſurpaverint, quin contrà accidiſſe, plura, quæ paulo poſt pro re nata laudaturi ſumus Romanorum Pontificum diplomata, & alia monumenta, perſpicuè oſtendunt.

(2) Benedictum, antiquiores, qui nunc extant Callipolitanorum Antiſtitum Catalogi, anno Domini 536. vixiſſe in hac ſede commemorant, qui tamen ità jejuni, atque muti ſunt, ut nihil præterea habeant, quo jure laudemus.

(3) Melchiſedech hic enumeratur ab Ughello, qui interfuiſſe aſſeritur Concilium Nicænum an. 767. eique ſubſcripſiſſe. Annus adnotandus eſt 787. Huic Concilio Adriani Papæ ex Italia Legatos adfuiſſe in actis ejuſdem legimus: de Melchiſedech Callipolitano certiores fieri cupimus. *Locentius.*

D. Baſilii profitebatur, ibique petiiſquam ad Epiſcopatum Paulus eveheretur, religioſam vitam juraverat: qua de re in ea membrana ſic legitur: Paulus Epiſcopus Callipolis in hac Sancta Manſione in antiqua Eccleſia Presbyter.

VII. BALDRICUS Epiſcopus anno Domini 1105. die 15. Martii Indict. 8. ſe ſubſcripſit donationi nonnullorum ſervorum Callipoli degentium factæ Neritinæ Eccleſiæ à Conſtantia Senioris Boemundi Antiocheni, ac Tarentini Principis conjuge, atque Philippi Francorum Regis filia, cujus donationis diploma Neriti in Epiſcopali Archivo ſervatur authographum.

VIII. THEODORUS, poſt illos Epiſcopos, quorum non modo acta, ſed etiam nomina voravit edax vetuſtas, Callipolitana ſedit in Cathedra, ut Stephanus Catalanus refert in ſuo Mſ. fol. 4. à ter. ab anno 1158. ad annum, quo obiit 1173. & patet etiam ex Bulla Alexandri III. ſummi Pontificis data Anagniæ quinto Nonas Majas anni ſequentis, inſcriptaque Pagano Abbati, & Monachis Monaſterii Neritonenſis Ordinis S. Benedicti: itemque ex litteris ejuſdem Pontificis ibidem eodem die ſcriptis Clero, Baronibus, & univerſo populo civitatis Neritinæ in laudato archivo Neriti ſervatis, quibus idem Pontifex confirmat ſententias latas ab Apoſtolicis Delegatis adverſus Callipolitanum Epiſcopum ſucceſſorem, qui diœceſis jura, nonnullaſque à Baronibus, & aliis debitas decimas contra fas Neritinis Abbatibus ereptas nolebant dimittere.

IX. N. . . Theodori ſucceſſor, cum anno Chriſti 1174. memoratas decimas, & alia Neritinæ diœceſis jura à prædeceſſoribus ſuis Neritinæ Eccleſię Præſidibus occupata dimittere nollet, à Pagano Neritinorum Abbate apud Pontificem poſtulatus eadem relinquere coactus eſt ex vi ampliſſimæ ſententiæ latæ à Bertrando Tranenſi Archiepiſcopo, & Palmerio Abbate Cœnobii S. Stephani Monopolitani ab Apoſtolica ſede in hujuſmodi cauſa delegatis, Quæ ſententia in Epiſcopali archivo Neritino ſervatur authographa, dataque eſt Trani anno Dom. Incarn. 1174. Menſ. Febr. indict. VII.

X. CONRADUS Epiſcopus Cardinalis Subinenſis Adminiſtrator Gallipolitanæ Eccleſiæ erat an. 1179. quo ſe ſubſcripſit litteris Alexandri III. ſub Dat. Laterani per manus Alberti S. R. E. Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii 7. Id. Apr. 1179. An vero hic idem ille ſit Anonymus mox relatus ignoro.)

XI. N. . . Cognomen fuit Coconda, ut refert Raymus Scalleonas in ſuis, ut ipſe vocat, notamentis fol. p. ubi ait, hujus Epiſcopi effigiem extitiſſe depictam in Sacello D. Agathæ dicato in feudo hujus civitatis, & propeiè in loco vulgò Rodogallo Magno, & in altero item ſacello D. Nicolao à patritia Callipolitana Pattaria gente dicato in ipſa civitate Callipolis. Hic Epiſcopus memoratur in duplici bulla Cœleſtini Papæ III. quarum altera data eſt Romę apud S. Petrum Idibus Auguſti Pontificatus anno IV. altera die XVIII. Menſis Maii Pontificatus anno V. quæ in laudato proſtant archivo. Quartus autem, & quintus annus Pontificatus Cœleſtini III. cum expreſſa menſium nota incidunt in annos æræ vulgaris nonageſimum quartum, & quintum ſuprà milleſimum, atque centeſimum. Ex ejuſdem ſummi Pontificis diplomatibus liquet, Callipolitanum hunc Epiſcopum ſedatam jampridem controverſiam de decimis, aliiſque diœceſanis juribus, quæ inter Callipolitanos Epiſcopos, & Neritinos Abbates hoc eodem elabente Seculo acerrimè tractata eſt, rurſus excitaſſe, rurſaſque cauſſa cadere coactum eſſe ex ſententia Sanmari Tranenſis Archiepiſcopi, Proceſſi Polymnianenſis Antiſtitis, Joannis Viterbienſis, & Tuſculanenſis Epiſcopi tituli S. Clementis, nec non Italia Sacra Tomo VIII. Pag. II. Joannis tit. S. Priſcæ S. R. E. Presbyterorum Cardinalium, & Apoſtolicæ Sedis in eadem cauſſa delegatorum, quam ſententiam Cęleſtinus ipſe Pontifex Maximus poſtremo diplomate confirmavit.

N. . . Callipolitani Epiſcopi, qui vivebat anno poſt Virginis partum 1271. mentio occurrit in Archivo Regiæ Siclæ Neapolis volumine ſignato litt. B. fol. 49. in cujus indice notatum legitur: Reverendus Epiſcopus Callipolitanus obtinet reſcriptum pro decimis anno 1271.) XII.

6 GREGORIUS Epiſcopus Gallipolitanus XIII
mortem obiit anno decimo Pontiſ. Joannis XXII. ann. ſal. 1325. Quo defuncto Capitulum in partes diviſum, duos vocavit ad ſedem, Gaufridum nempe Archidiaconum Gallipolitanum, alterumque Canonicum; ſed cum Lucas Hydruntinus Archiepiſcopus eorum electionem vitio factam declaraſſet, Metropolitica auctoritate Meliſium Monachum S. Baſilii ex Monaſterio S. Nicolai de Calaviſio Rheginæ Diœceſis ad infulam elegiſſet, eique munus conſecrationis impendiſſet, lis inter eos exorta ad Curiam Romanam delata eſt, ubi poſt diutinam concertationem Gaufridus Avenione deceſſit, Meliſius autem dignitati libere in manibus Joan. XXII. nuncium remiſit, à quo iterum ad eundem Epiſcopatum aſſumptus eſt.

7 MELISIUS itaque per Joannem XXII. legi- XIV.
timè ad hanc ſedem evehitur 10. Kal. Novemb. an. pontiſ. 14. Chriſti verò 1329. in eaque dignitate plus minus annis duobus vixit, ut in Regeſt. Vatic. habetur.

8 PAULUS Abbas S. Salvatoris Ord. S. Baſilii XV.
Gallipolitanæ Diœceſis ſucceſſit Meliſio Id. Octob. anno 1331. qui fuit pontiſ. Joannis XXII. annus 16. quanto verò poſtea tempore in ea vixerit dignitate, neque quis fuerit ejus immediatus ſucceſſor, non reperio.

(„ PETRUS Græci ritus Sectator, qui florebat ſub XVI.
ann. Chriſti 1348. Ughello minimè innotuit. De hoc Epiſcopo in authographo inſtrumento, ut vocant, eodem anno Aprili menſe Neriti conſcripto, & in Epiſcopali ipſius urbis Archivo ſervato hæc legimus. Cum quædam lis, ſeu controverſia verteretur in Romana curia, ſeu alibi inter Rever. in Chriſto P. & D. D. Fratrem Petrum Dei gratia Callipolitanum Epiſcopum Græcum, ſeu ejus Procuratorem ex parte una: & eumdem Dominum Abbatem Bartholomæum ejuſque Conventum, & Capitulum ex altera ſuper eo videlicet.)

9 JOANNES hujus Eccleſiæ Pontiſex transla- XVII
tus eſt ad Eccleſiam Laquedonenſem à Bonifacio IX. an. 1396. nono Kal. Febr. ex lib. oblig. Prælat.

10 GUILLELMUS antea Epiſcopus Laque- XVIII
donenſis, Gallipolitanus evaſit eodem die, & anno, quo Joannes Laquedunenſem ſuſcepit Eccl. regendam. Sub Joanne XXII diem ſuum obiit. (t)

(„ Gulielmus Ordinis Minorum S. Franciſci, Neritinus civis, non tam magnitudine rerum geſtarum, ac obitis in Ordine muneribus, ad quorum faſtigium evectus fuit, quam ſcholaſticarum, atq; divinarum diſciplinarum ſumma peritia nobilitatus eſt. Tot, tantaque ejus merita fuere, ut Bonifacius IX. Pontif. Max. dignitatis Epiſcopalis munere eum exornaverit, atque Laquedonenſem Eccleſiam gubernandam an. 1392. crediderit. Poſtea verò ejuſdem Pontificis juſſu an. 1396. priorem cum Gallipolitana commutavit Eccleſiam, cui pluribus annis ſapientiſſime præfuit. De eo ſcribit VVaddingus in Annal. Minorum ad ann. 1392. & nos ugemus in libro de viris illuſtribus Civitatis ac Neritinę Diœceſis, quem prælo paramus. Taſurus.)

11 Fr. GUILLELMUS de Fonte Ord. Mino- XIX.
rum electus ann. 1412. 4. Kal. Febr. apud VVaddingum tom. 5. Annal. Minor.

12 Fr. ANGELUS Corpo ſancto Ord. Prædica- XX
torum

E a

(t) Fr. Daniel de Leodio Dominicani Inſtituti alumnus hujus ovilis paſtor edicitur à Fontana in Theatro Dominic. ex Bzoviania MſS. electus à Bonifacio IX. Nonis Aug. an. Dom. 1401. Adſit tamen ſedes Ughellianæ ſucceſſioni, cum unus, & alter ſucceſſive Guilielmus tacitum tenuerint ſceptrum hujus Eccleſiæ ab an. 1396. uſque ad 1412. circiter. Poſt Danielem alterum aſſuit huic Catalogo ſub an. 1405. Bernardum de Arturicis ex ſuo ordine, eodem MS. illectus. Lucentius.


torum Prior Conventus Lycienſis delectus eſt Epiſcopus Gallipolitanus à Martino V. ann. 1422. 13. Kal. Auguſti. Sedit ann. tribus.

XXI 13 Fr. DONATUS de Brunduſio Ordin. Minorum immediatè ſucceſſit Angelo die 2. Non. Febr. 1424. obiit anno 1443. ex lib. de Proviſ. Prælat.

XXII. 14 Fr. ANTONIUS de Neotero Ord. Minorum creatur Epiſcopus ab Eugenio IV. ann. 1443. 13. Kal. Aprilis; translatus ad Mutilenſem Eccleſiam an. 1445.

XXIII 15 PETRUS Epiſcopus Mutilenſis, ſive Motulanus huc translatus an. 1445. 3. Kal. Auguſti.

XXIV 16 (1) ANTONIUS, ſeu Antonellus de Joannetto Ord. Minorum hujus ſedis creatur Antiſtes 8. Id. Octobr. 1451. anno ſequenti translatus eſt ad Eccleſiam Andrienſem in Apulia, de quo vide tom. 1. & 7.



XXV 17 LUDOVICUS Spinellus Neapolitanus ad hanc ſedem fuit promotus à Calixto III. ann. 1458 die 28. Aprilis. Is eodem anno ab Joanne Antonio Urſino, & Anna Columna Tarenti Principibus Decimatum partem bajulationis Gallipolitanæ civitatis pro Eccleſia ſua obtinuit. Donationem deinceps an. 1463. eidem Ludovico confirmavit Ferdinandus I. Rex Neapolitanus hoc modo ab exemplari.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieroſalem, & Hungariæ.

Univerſis & ſingulis præſentem ſeriem inſpecturis tam præſentibus, quàm futuris. Subjectorum noſtrorum humilibus precibus libenti animo annuimus, & honeſta petentibus gratioſos nos præbemus, & gratias eiſdem conceſſas liberaliter confirmamus. Nuper Reverendus in Chriſto Pater, Conſiliarius fidelis noſter dilectus Ludovicus Spinellus Gallipolitanus Epiſcopus obtulit nobis infraſcriptas litteras nomine ſuæ Eccleſiæ Gallipolitanæ eidem indultas per Illuſtrem quondam Joannem Antonium de Urſinis Tarenti Principem, ac Annam de Columna Tarenti Principiſſam, quæ quidem litteræ ſunt continentiæ, & tenoris ſubſequentis. Joannes Antonius Princeps Tarenti, Comes Litii, Regni Siciliæ Magnus Conneſtabilis. Supplicavit nobis Reverendus in Chriſto Pater Orator noſter cariſſimus Domin. Ludovicus Spinellus Gallipolitanus Epiſcopus, ut quemadmodum ſui prædeceſſores decimam bajulationis civitatis noſtræ Gallipolis, deducta tertia parte pro noſtris ſtatutis, ac incantu, & expenſis neceſſariis habuerunt, & receperant, ſicut & ipſi gratioſè concedere dignaremur. Nos verò volentes jura Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum totis viribus præſervare, harum ſerie de certa noſtra

A *ſcientia committimus, & mandamus ærariis noſtris ipſius civitatis Gallipolis præſentibus, & ſucceſſivè futuris, quatenus eidem Ludovico Epiſcopo, vel ejus procuratori præſens mandatum oſtendenti, ſolvant & aſſignent anno quolibet incipiendo à præſenti anno ſextæ Indictionis, ut ita anteà prout ad unumquemque ipſorum ſpectabit, decimam bajulationis prædictæ, deducta tamen tertia parte pro novis ſtatutis, ac incantu, & expenſis neceſſariis, & recipiant ab eodem Epiſcopo, vel ejus procuratore de aſſignatione hujuſmodi debitas apodixas, quas una cum tranſumpto præſentium in eorum computis producendas eis audiri volumus pariter, & admitti.*

Datum in Curia noſtra Tarenti vigeſimo ſexto Junii 1458. Joannes Antonius Tarenti Princeps manu propria; de principali mandato mihi facto Jacobo Tonta. Regiſtrata per Jacobum. Anna de Columna Principiſſa Tarenti, Comitiſſa Litii, &c. Conſervatoribus ſalis principalibus noſtræ civitatis Gallipolis anni præteriti primæ Indict. harum ſerie de certa noſtra ſcientia præcipiendo mandamus, quatenus de ſale

B *ipſius Curiæ ejuſdem anni præ ipſorum manibus, & conſervatione ſiſtenti dare, menſurare & aſſignare debeant Reverendo in Chriſto Patri Domino Ludovico Dei gratia Epiſcopo Gallipolitano Oratori noſtro cariſſimo ad menſuram ſalis Curiæ conſuetam ibidem tumulos octo tantum, quos Illuſt. Dominus Princeps Reverendus vir noſter ſolet donare, eleemoſynare quolibet anno juxta conſuetum eidem Epiſcopo, intelligendo tantum ipſum ſal fore aſſignatum prædicto Epiſcopo pro ipſo præterito anno 6. Indictionis, ſi Conſervatores prædicti non dederint, atque aſſignaverint ſal ipſum eidem Epiſcopo pro anno prædicto, & de aſſignatione hujuſmodi ab eodem Epiſcopo debitam recipiant apodixam, quam . . . tamen præſenti mandato noſtro ſibi plenè ſufficere volumus ad cautelã.*

Datum in caſtro Litii ſub proprio nomine noſtro die 11. menſis Septembris 12. Ind. Antonellus principalis. Quibus quidem præinſertis litteris præſentatis . . .. pro ejuſdem Epiſcopi parte humiliter

C *ſupplicatum, ut dictas inſertas litteras, omniaque & ſingula in eis contenta confirmare, & de novo concedere benignius dignaremur. Nos vero jura Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum totis viribus ſervare intendentes cum dicta Eccleſia Gallipolitana gratioſè agere, ejuſdemque Epiſcopi humilibus precibus inclinati tenore præſentium de certa noſtra ſcientia prædictas inſertas litteras omnia & ſingula in eis contenta, itemtarum ſenſum, & tenorem eidem Epiſcopo, & Eccleſiæ & pro eis . . . in poſſeſſione, & conſervatione dictæ decimæ, & ſalis tumulorum octo, ut in litteris continetur ſint, & ad præſens eidem conſignamus, ratificamus, acceptamus, laudamus, & approbamus, & ad majus ſuffragium de novo concedimus, & donamus, novæque confirmationis, ratificationis, acceptationis, approbationis, novæque conceſſionis munimine validamus; Sereniſſimæ propterea Reginæ Iſabellæ conſorti, & Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ filio Primogenito Locumtenentibus, & Vicario noſtris cariſſimis voluntatem noſtram præmiſſorum declarantes, mandamus ærariis, bajulis,*

D *& doaneriis in dicta civitate Gallipolis præſentibus, & futuris conſervatoribus dicti ſalis aliiſque officialibus, & ſubditis noſtris, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit quomodolibet in futurum, quatenus eidem Eccleſiæ, & Epiſcopo de dicta decima, & ſale tumulorum octo annuatim, ut in ipſis litteris continetur, reſpondeant, & ſatisfaciant integrè, & indiminutè, ipſaſq; litteras obſervent una cum præſenti noſtra confirmatione, & nova conceſſione juxta ſui ſeriem pleniorem, & de aſſignatione dictæ decimæ & ſalis recipiant debitas apodixas, quas acceptari volumus à Magno Camerario, Præſidentibus, rationalibuſque Cameræ*

(1) Decentiores nonnulli Scriptores, qui de Gallipolitanis Epiſcopis agunt, hic Epiphanium quemdam patria, & genere Beneventanum Gallipolis Epiſcopum ſtatuunt, quem mox Poliuli Neritinorum Abbatis opera [illegible] interfectum produnt. At hujuſmodi narratio nullo prorſus ſolido hiſtoriæ fulta momento, quàm fabuloſa, & à vero aliena ſit, vel ex eo conjici poteſt, quod in Neritina urbe, nec ea tempore, nec unquam ejus nominis Abbas præfuit. Prælucis [illegible], & quidem longo tempore ibidem Abbates ex ordine S. Benedicti in [illegible] [illegible] Epiſcopi juriſdictione fungentes, ſed jam tum ab anno Chriſti 1413 à Joanne XXIII. Summo Pontifice reſtituta ſerius in Neritina urbe Epiſcopali Sede, omni prorſus ex parte Abbatis dignitas, atque perſona [illegible] eſt, ut patet ex ejuſd. Pontificis diplomate dato Romæ [illegible] Id. Januarii Pontificatus anno [illegible], quod integrum exhibetur in Tom. 1. hujus operis [illegible] de Neritinis Epiſcopis fol. [illegible] hujus editionis. Mi. Libellus, qui ejus generis [illegible] viam aperuit, [illegible] centi [illegible] procuſus eſt, [illegible] ſcatens anachroniſmis, atque commentis.

væ noſtræ ſummariè, & aliis quibuſcumque ab eis computum audituris, quibus mandamus, ut illas audiant, & acceptent, dubio & difficultate ceſſantibus quibuſcunq; & contrarium non faciant pro quanto dicti Regina, & Dux nobis parere cupiunt, cæterique officiales noſtri gratiam noſtram caram habent, iramque & indignationem noſtram cupiunt non ſubire, & pœnam ducatorum mille.

Datum in Caſtello civitatis noſtræ Gallipolis per nobilem virum Benedictum de Balſamo Locumtenentem ſpectabilis, & magnifici viri Honorati Gaiani Fundorum Comitis, Regnique hujus noſtri Siciliæ Logothetæ, & Prothonotarii, Collateralis, Conſiliarii, fideliſque nobis plurimum dilecti die 10. menſis Decembris 1463. Regnorum verò noſtrorum anno 6.

Rex Ferdinandus.

Ludovici verò memoria extat in monumentis ejuſdem Eccleſiæ ad annum uſque 1487.

(„ *Ludovicus hic Spinellus non Neapolim, ſed „ Neritum patriam habuit nobili cum primis, & „ illuſtri Spinellorum natus genere, qui aliquandiu „ Carignano in Salentinis feudo vaſſallis referto dominati ſunt. Quod ipſemet Callipolis renunciatus Epiſcopus teſtatus eſt in ſuis litteris, & bullis, „ quarum nonnullæ, hodieque Neriti in Epiſcopali „ archivo extant authographæ ſequenti titulo inſignitæ* : Nos Ludovicus Spinellus de Neritono „ Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Gallipolitanus. *Antequam verò Epiſcopus evaderet, „ primò Cathedralis Eccleſiæ Neritinæ Canonicus, „ mox Stephani Argerculi de Pendinellis Epiſcopi „ generalis Vicarius, ac demum ejuſdem templi Archidiaconus extitit, ut liquet ex actis ſacræ viſitationis Neritinæ diœceſis juſſu Ludovici de Pennis „ Epiſcopi adornatis anno Domini 1452. cui viſitator Spinellus interfuit foliis 9. 13. 15. 22. 27. 73. „ 75. & 84. Præterea Ludovici hujus Callipolitani Epiſcopi gentilitium ſtemma non eſt quale „ hic Ughellus exhibet, ſed omninò aliud, nimirum*



„ *quatuor Spinæ in area rubra quadripartita, & in „ ejus medio caput hominis decorè barbati ſcapularum tenùs expreſſum hoc pacto.*)

XXVI 18 ALPHONSUM Spinelium, Ludovici germanum fratrem in hac ſede ſucceſſorem volunt, defunctumque an. 1493.

(„ *Et hic fuit Neritinus, & antè Epiſcopatum „ cathedralis Eccleſiæ Canonicus ex antiquis monumentis Neritini Capituli, in quibus defunctus ponitur anno Chriſti 1495. Albericus Longus Neritonenſis Vir doctiſſimus Dialogum de humanæ vitæ „ brevitate Alphonſo inſcripſit, ibique illum, cum „ ob inſignem Philoſophicarum, & Theologicarum „ rerum peritiam, tum etiam ob eruditionem extollit. Scribit quoque Alphonſum ſecum una Neriti „ litterarum ſtudiis operam navaſſe, egregiaque florentis ingenii dediſſe ſpecimina.*

XXVII „ *FRANCISCUS Alphonſo in hac Cathedra ſucceſſit, quem unà cum pluribus aliis Neapolitani „ Regni Epiſcopis interfuiſſe coronationi Alphonſi „ II. Neapolitanorum Regis ſexto nonas Maii anno „ Domini 1494. Neapoli celeberrima pompa peracta „ ab Alexandri VI. Summi Pontificis legato ex Antiquis Diariis Mſſ. ejuſdem temporis notavit idem „ Ughellus T. VII. in Epiſcopis Caprearum.*)

XXVIII 19 ALEXIUS Celadonius Lacedæmonius nobili genere natus, geminæ linguæ cultiſſimus, & Orator inſignis, Beſſarionis Cardinalis diſcipulus, Alphonſi, & Friderici Aragonei Ferdinandi Regis Neapolis filiorum præceptor, in eorum gratiam evaſit Gallipolitanus Epiſcopus die 22. Decembr. 1494. Sedit an. 14. tranſlatuſque eſt ad Eccleſiam Melphitenſem an. 1508. die 4. Junii. Romæ deceſſit vir omni laude dignus an. 1517. ſepultus ad ſancti Auguſtini Eccleſiam, ubi epitaphium legitur, quod retulimus in Epiſcopis Melphiten. tom. primo.

20 HENRICUS de Aragonia ſubſectus eſt Epiſcopus die 6. Auguſti 1508. ſedit varia fortuna uſque ad annum 1513. XXIX

21 FRANCISCUS Cardin. Romellinus hanc habuit commendatam Eccleſiam anno 1513. obiit 1518. XXX

22 ANDREAS Card. de Valle *a* factus eſt adminiſtrator die 18. Febr. 1518. poſt annos ſex munere ſe abſolvit cum regreſſu. XXXI

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 350.

23 HIERONYMUS Munoz Monachus & Abbas S. Baſilii Squillacenſis Diœceſis evaſit Gallipolitanus Epiſcopus die 17 Octobris 1524. Romæ conſecratur 13. Novembris ab Epiſcopo Piſanreuſi, aſſiſtentibus Archiepiſcopo Parracenſi, & Epiſcopo Corinthienſi cum retentione Abbatiæ, quam prius obtinebat. Præfuit ad annum uſque 1529. ac liberè nuncium remiſit. XXXII.



24 FEDERICUS Petruccius nobilis Patritius Senenſis, Alexandri filius, frater Raynaldi Romanæ Rotæ ſub Paulo III. Auditoris ex Prothonotario Apoſtolico, olim Leonis X. intimus cubicularius, à Clemente VII. Epiſcopus renunciatus eſt Gallipolitanus die 20. *b* Auguſti 1529. Sedit annis ſeptem, ſenio, & laboribus feſſus liberè reſignavit ann. 1536. de quo hæc honorifica carmina cecinit Feretrius in ſua Sena vetuſta. XXXIII.

b 29. Aug.

Ultimus huic tanto Federice accedis honori
Omnimodis ditate bonis, qui celſus in altum
Tolleris inſignis Romani jura Senatus.



25 PELEGNUS *c* Cybo Januenſis, cedente Petruccio ſuffectus eſt 4. Aug. 1536. Hic cum callidus & litigioſus vir eſſet, plura adivit vitæ diſcrimina, variiſque exceſſibus accuſatus apud Pontificem Maximum, Romam ad expurgandum, quæ illi obiiciebantur vocatus, ex cenſura Pontificis carcerem Hadrianæ molis fuit experiri coactus, in quo miserè obiit anno Præſulatus ſui quarto. XXXIV.

c Pelegrinus, ſeu potius Peregrinus

26 JO. FRANCISCUS hujus Eccleſiæ Præſul exceſſit anno 1575. XXXV.

27 ALPHONSUS Herrera, Hiſpanus, Canonicus Regularis S. Auguſti, ſucceſſit Joanni Franciſco an. 1576. die 30. Julii favore Philippi II. Hiſpa- XXXVI.

niarum Regis, obtento Epiſcopatu, cum ingentis pietatis eſſet, ut nullam horæ notulam labi ſineret. In qua de reformatione Cleri, quæ prædeceſſorum incuria peſſum ierat, non cogitaret, quo factum eſt, ut brevi Gallipolitana Eccleſia avitæ pietatis ſplendorem recuperaverit. Pauperes fovit, Eccleſiam Cathedralem adeo novis molitionibus complevit, ut à fundamentis illam erexiſſe videatur; adjecit Palatium ſucceſſuris ad curas aliquando relaxandas, futurum domicilium haud procul ab Gallipoli in feudo Lilli, quod pulcherrimum nunc viſitur a ſucceſſoribus abſolutum, ubi in Aula magna ad inſignia Alphonſi hæc leguntur verba.

Moniales Ord. S. Franciſci ſub regula D. Claræ Gallipolim introduxit. *Tafurus.*

Deiparam Virginem Gallipol. Cathedræ petiturus, quæ cum primis ornaret, quæ cum primis exhilararet, prophanæ hujus ædis & prophanæ labis expertis, prima fundamenta iecit Alphonſus Herrera Hiſpanus ſeptuagenarius in utroſque animo propenſiſſimus.

Cæterum contra primates civitatis ita ardenter Eccleſiaſtica jura defendit, ut inde prægrandi conflagrans invidia coactus ſit homo pius, & pacis amator aliam ſibi viam quærere, ut cum pace jam pene capularis ſenex ultimum vitæ finem expectaret. Ad Aſianenſem itaque Eccleſiam ſe transferendum curavit anno 1585. de quo ibi.

XXXVII

28 SEBASTIANUS Quinterus Ortis Hiſpanus, homo ſimplex & parum aptus ad onus Epiſcopale peragendum, ex præſentatione tamen Catholici Regis Præſul Gallipolitanus renunciatus eſt anno 1585. Præfuit ann. 8. & cum imbecillitatem ſuam ſatis expertus fuiſſet, ne ſibi, ſuiſque ſubditis concientiam oneraret, Epiſcopatui ceſſit, ſeceſſitque in Hiſpaniam, ubi obiit in Abbatia, quam in commendam ex benignitate Regia habuerat.



XXXVIII.

29 VINCENTIUS Capycius a è Neapolitana nobilitate Clericus Regularis Theatinus, vir non vulgaris prudentiæ, ac Religionis à Philippo II. Rege deſignatus hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit anno 1595. probatus à Clemente VIII. 8. Januarii. Romæ munus conſecrationis accepit. Eo traductus, ut Joſeph Sylos teſtatur, tranſtulit una ſecum exquiſitum Numinis cultum, ac morum formam. Illo ſiquidem cultore induit ſeſe novam in faciem Gallipolitanus ager, cui Capycius inſtituendæ Clericorum vitæ, augendæ communi pietati, ſublevandis pauperum neceſſitatibus, ornandis etiam Eccleſiæ parietibus egregie deſudavit, vixitque in hac ſede diutius conſtanti optimi Præſulis forma. Diem obiit ſuum ann. 1620. ſepultus in Cathedrali, de quo fuſius idem Sylos lib. 9. Hiſtor. Clericorum Regul.

a Landulus à Campanile in lib. ... *Nobili* p. 58. & à Jo. Baptiſt. del Tufo p. 339. Italia hiſt. Relig. Cler. Regul. Moniales S. Franciſci de Paula Gallipolim introduxit. *Tafurus.*

XXXIX.

30 GUNDISALVUS de Rueda Hiſpanus Epiſcopus Aquilanus ad Gallipolitanam hanc Eccleſiam translatus eſt die 14. b Novemb. ann. 1622. ſedit ſumma pietatis laude ann. 28. è vivis deceſſit 1650. humatuſque eſt in Cathedrali, in cujus ſepulchro hoc epitaphium legitur, & virtutes ejuſdem recenſentur.

b Die 13. Maii.

D. O. M.

Gundiſalvo Rota Hiſp. Reg. Conſil. Aquil. primo, poſtea Gallipol. Epiſcopo, Epiſcoporum normæ abſtinentiis, eleemoſynis, pietatis fama clariſſimo. Andreas Maſſa Italus Epiſcoporum minimus Reg. Conſil. olim Stabien. nunc ejus locum, non virtutes occupans addictiſſimi animi ergo P. A. D. MDC. LII. V. A. lunæ. ſedit Aquil. xvi. Gallip. xxviii. obiit Kalend. Novemb. M. DCL.

XL

31 ANDREAS Maſſa nobilis Ligur, Epiſcopus Stabienſis, ad hoc Gallipolitanum Sacerdotium die 25. Septembris anno 1651. translatus, Epiſcopales ſtatim ædes injuria temporum penè collapſas, magnificentius reſtituit, ut inſcriptio ibidem ad parietes poſita docet.

Philippo IV. Monarcha piiſſimo regnante Andreas Maſſa olim Epiſcopus Stabien. nunc autem Gallipolit. Reg. Conſil. Has ædes temporum injuria, hominum incuria penè collapſas ad ſui & ſucceſſorum commodiorem, & ampliorem ornatum proprio ære prope trium millium aureorum impenſa in hanc formam reduxit hujus Epiſcopatus anno primo.

Porro Andreas cum majora meditaretur, fato functus eſt die 30. Januarii 1655. jacet in Cathedrali.

A D D I T I O.

(,, *Andreas Aurelii Maſſæ, & Camillæ Oldoinæ*
,, *nobilium Genuenſium filius natus eſt die 6. Junii*
,, *1607. in Melphienſi civitate, quam pro ipſius do-*
,, *mino Auriæ Principe ſuus genitor moderabatur.*
,, *Decimumtertium ſuæ ætatis agens annum Ro-*
,, *mam petiit, ubi humanioribus litteris brevi ferè*
,, *ad miraculum inſtructus fuit. In Collegio Ticinen-*
,, *ſi Borromæorum juriſprudentiam addidicit, ibique*
,, *lauream meruit. Romam tandem reverſus, Ame-*
,, *riam, Montem Phyſconem, Recinetum ſummo nu-*
,, *la Romanæ, ac populorum plauſu rexit: at cum*
,, *imbecilli uteretur valetudine, Neapolim pro aeris*
,, *beneficio ſe contulit. Patritiorum Ligurum in ea*
,, *civitate commorantium ductus exemplo, ut qui*
,, *fuerat ab ipſa pietate educatus, in ipſius thalamo,*
,, *auguſtiſſimi Archiſodalitii Neapolitani Ss. Trini-*
,, *tatis Peregrinorum, & Convaleſcentium inſcri-*
,, *ptus albo dies agere voluit, cujus omnibus muniis*
,, *vacavit ſemper. Si eum res agentem Neapoli Se-*
,, *ren. Archiducis Auſtriæ opus eſſet alicui compella-*
,, *re, ſemper ac, non in propria domo, in Xenodo-*
,, *chio Ss. Trinitatis aut Peregrinorum pedibus pro-*
,, *volutum, aut diſcumbentibus miniſtrantem repe-*
,, *riebant. Ab eadem Sereniſſima ad Hiſpaniarum*
,, *Regem Catholicum Philippum IV. ablegatur, à*
,, *quo ad Stabienſem Eccleſiam præſentatus fuit an-*
,, *no 1644. ut habet Michael Juſtinianus in ſuis Scri-*
,, *ptoribus Liguribus par. 1. fol. 58. anno vero 1645.*
,, *ut in Stabien. Præſulibus T. 6. jam viſum fuit. An-*
,, *no poſteà non 1647. ut idem Juſtin. ſed 1651. ut hic*
,, *habet Ughellus, ad hanc Gallipolitanam translatus*
,, *fuit. Poſſeſſionem iniit per procuratorem die*
,, *31. Octobris ejuſd. anno 1651. anno autem ſequen-*
,, *ti 1652. Callipolim acceſſit quadrageſimali tempo-*
,, *re, ut ait Bartholomæus Nicolaus Pateturius Cal-*
,, *lipolitanus Patritius vir omnium virtutum genere*
,, *refertus, nobilitate, ſcientia, ac morum ſuavitate*
,, *conſpicuus in hiſtoria, quam nunc exornat ſub*
,, *titulo: la Callipoli Sacra: In ſuæ Eccleſiæ regimi-*
,, *ne novus Præſul uſque ad obitum, Eccleſiaſticæ*
,, *diſciplinæ reſtauratorem, immunitatis acerrimum*
,, *defenſorem, domus Dei decoris ſtudioſiſſimum, pa-*
,, *trem pauperum, viduarum, orphanorum, om-*
,, *niumque miſerabilium perſonarum, optimum de-*
,, *nique ſemper Antiſtitem ſeſe exhibuit, donec la-*
,, *boribus potiùs, & continuis ſuæ carnis macera-*
,, *tionibus, quam annis extenuatus è ſtadio mor-*

la-

,, *talitatis exceſſit die, non 30. Januarii, ut Ughel-*
,, *lus, ſed Decembris anni 1654. ut Callipolitanæ*
,, *Eccleſiæ monumenta commemorant, Epiſcopus*
,, *ob vitæ innocentiam, Animi magnitudinem, mo-*
,, *rum ſuavitatem, omnigenam ſcientiam, raram*
,, *prudentiam, aliaſque virtutes, omni procul du-*
,, *bio, laude digniſſimus. Plures reliquit ineditos*
,, *ſui ingenii fœtus; unus tamen, qui in lucem prodiit*
,, *Genuæ an. 1638. Typis Sociorum Petri Joannis*
,, *Calenzani, & Joannis Mariæ Farroni titulum*
,, *præfert;* le Glorie d'Iſraelle racchiuſe nella vi-
,, ta di Mosè lib. 3. *Præclariſſimum Antiſtitem lau-*
,, *dant Michael Juſtinianus in Script. Ligur. par. 1.*
,, *fol. 58. & 59. & in alio ſuo opere inſcripto:* La Ge-
,, rarchia Eccleſiaſtica della Liguria, *Oldoinus in*
,, *Athenæo Liguſtico pag. 26. Toppius in Bibliot.*
,, *Neapol. par. 1. lit. A. fol. 14. Poſt Andream Marti-*
,, *nus de Azebedo, genere nobiliſſimus Hiſpano, ad*
,, *hanc Eccleſiam à Rege Catholico præſentatur; ſed*
,, *antequam conſecrationis munus acciperet, Romę*
,, *diem ſuum obiit.*

XLI ,, JOANNES, *genere pariter nobiliſſimus Hiſpa-*
,, *no Joannem Montoyam de Cardona poſt præclara*
,, *ſemper, ſumma cum ſui nominis laude, obita mu-*
,, *nera Regiam tandem Neapolitanam Cancellariam*
,, *apud Catholicam Majeſtatem in ſupremo Italiæ*
,, *Senatu Regentem patrem habuit, matrem verò*
,, *Portiam Gentilem è Regio Normandorum ſangui-*
,, *ne Leſinæ, pluriumque urbium, ac oppidorum*
,, *cum ſupremo imperio Comitum; non modò ob me-*
,, *rita ſuæ gentis, & præcipuè ſui genitoris, ſed ob*
,, *ſua perſonalia ad Eccleſiaſticas dignitates ab Hiſ-*
,, *pano Monarcha promotus, ut ſacerdotium Alta-*
,, *muræ, ac mitras Aquilanam, & Uxentinam, hu-*
,, *militatem virtutum omnium matrem ſemper dili-*
,, *gens conſtantiſſimè reſpuit. Dies ſuos in divino*
,, *ſervitio, & proximorum ſalute tranſigere ſui ne-*
,, *gligens unicè ſemper ſtuduit. In hac autem Calli-*
,, *politana cathedra, excreſcente ſuarum fama vir-*
,, *tutum, ſedere tandem coactus fuit die 9. Junii*
,, *1655. Synodum habuit 1661. Vigilantiſſimè præ-*
,, *fuit ad annum uſque 1666 quo calculi dolore acri-*
,, *ter correptus VII. Id Martias migravit ad Domi-*
,, *num. Callipolitana Eccleſia, & prænobile Nea-*
,, *poli Sodalitium vulgò* de' Bianchi: *in D. Mariæ*
,, *de Populo, cui nomen jam diù dederat, per va-*
,, *ria argentea non exigui momenti munera religio-*
,, *ſam tanti Præſulis adhuc teſtantur largitatem.*

XLII. ,, *Fr.* ANTONIUS *Hieremias de Buſalo, Fran-*
,, *ciſcanæ familiæ, Epiſcopus Temnenſis, hoc di-*
,, *miſſo titulo, Gallipolitanus evaſit 14. Maii 1668.*
,, *Inter ævi ſui doctiſſimos viros habitus eſt, Græcæ*
,, *Latinæque linguæ peritia, Philoſophiæ atque ſa-*
,, *cræ Theologiæ ſcientia excultiſſimus. Creditam*
,, *ſibi Eccleſiam ſumma pietate, ac vigilantia rexit*
,, *ad an. 1677. quo die 25. Septembris hæc caduca*
,, *dereliquit ſpolia.*

XLIII ,, ANTONIUS *Perez de la Laſtra, Hiſpanus,*
,, *Antonio ſucceſſit 6. Febr. 1679. Vir fuit non ſolum*
,, *Philoſophicis, ac Divinis Scripturis eruditus,*
,, *ſed humanioribus litteris oppidò ornatus. Summa*
,, *cum vigilantia Epiſcopalem dignitatem exercuit:*
,, *Eccleſiæ redditus auxit: ſacris ſupellectilibus Ca-*
,, *thedrale templum ditavit: Monaſterium fœmina-*
,, *rum regulæ S. Tereſiæ addictarum à fundamentis*
,, *rexit, eidemque annuos redditus attribuit. In*
,, *cujus proſpectu Eccleſiæ ad perennem memoriam*
,, *ſequens legitur inſcriptio.*
,, D. Antonius Perez della Laſtra Epiſco-
,, pus Callipolitanus hujus fabricæ funda-
,, tor omnibus Chriſti fidelibus, qui ad
,, hanc S. imaginem ſalutationem Angeli-
,, cam devote recitaverint, Quadraginta
,, dies Indulgentiæ conceſſit.
,, *Synodum habuit valde ſalutarem an. 1699. De-*
,, *mum apopletico morbo correptus eodem anno ca-*
,, *dente menſe Decembri, mortalitatis palæſtram de-*
,, *ſeruit 14. Januarii 1700. ipſiuſque corpus in Ec-*
,, *cleſia ejuſdem monaſterii nobili ſepulcro exce-*
,, *ptus eſt, hoc addito Epitaphio.*

D. O. M.

,, Quæ ſurgit informis hæc urna morituro
,, ſatis, Templo, ac Cœnobio à funda-
,, mentis erecto, optimo cenſu ditato,
,, ſacris detractis Anniverſario uno, al-
,, terove quotidiano ſola eſt ſuper Antonio
,, Perez de la Laſtra Epiſcopo Callipolita-
,, no, Regioque à Latere Conſiliario, ubi
,, ſuperſtites condat cineres. Hoc unum
,, poſt fata. Exuvias amoris quæ degunt
,, Virgines habituræ, à quo dum viveret,
,, vivendi normam & virtutes omnino
,, hauſere. A' partu Virginis anno
,, MDCXCIX.

,, ORONTIUS *ex nobiliſſima Philomarinorum* XLIV
,, *familia S. Theologiæ ſcientia clarus, ab adoleſcen-*
,, *tia Clericorum Regularium Theatinorum inſtitu-*
,, *tum profeſſus, magna nominis ſui laude plura*
,, *exercuit Ordinis officia: hinc ad Gallipolitanum*
,, *hunc thronum evectus eſt 28. Maii 1700. Cathedra-*
,, *le templum non ſine magna auri vi abſterſa vetu-*
,, *ſtate ſplendidius reddidit: majus altare nitidiſſi-*
,, *mis marmoribus exornavit: medios ejuſdem pa-*
,, *rietes elegantiſſimis optimorum pictorum tabulis*
,, *circumpoſitis Vitam D. Agathæ diſcriminatim re-*
,, *ferentibus decoravit: pontificium palatium novo*
,, *complurium cubiculorum ordine adauxit. Vivat*
,, *ergo vigilantiſſimus Præſul ad Cleri ſui, & ovium*
,, *bonum, pietate, doctrina, erga pauperes chari-*
,, *tate, cæteriſque virtutibus conſpicuus.* Taſurus)

UXENTINI

EPISCOPI.

UXENTUM vulgo *Ugento*, mediterranea Magnæ Græciæ, ſeu oræ Salentinæ civitas in provincia Hydruntina à mari milliari diſſita memoratur à Ptolomæo. Antiqua fuit, & magna civitas, ut ex ejus veſtigiis liquet; ſed bis Turcarum claſſe direpta, atque everſa, ut hodie quaſi ad ſolitudinem redacta ſit. In hac civitate opinione hominum antiquior dignitas Epiſcopalis eſt, quam quod arbitrantur aliqui, qui ejus exordium reiiciunt eo ſæculo, quo Hydruntina Metropolis inſtituta eſt, cujus nunc intuetur arbitrium. Græcos olim habuiſſe Epiſcopos non inſulſa conjectura eſt; tot pagi in hac Diœceſi, totque Eccleſiæ in eadem civitate à Græcis Presbyteris, Cleriſciſque poſſeſſæ, rituque eorum olim adminiſtratæ, quæ tandem urgentibus Epiſcopis ad Latinam normam converſæ ſunt. Cathedralem habet honorificæ ſtructuræ ſub invocatione S. Vincentii Martyris. Sunt in ea dignitates tres, major eſt Cantoratus, novem Canonici, paucique Clerici, curam animarum Archipresbyter exercet: duo extant in civitate virorum Cœnobia, unum Sanctimonialium, aliquotque laicorum Fraternitates. Diœceſis ſatis ampla eſt, continentur enim in ea oppida ſex, pagi octo. Parochiales Eccleſiæ omnes Archipresbyterales quatuordecim. Familiæ fidelium totam Diœceſim incolentium 2600. populus religioſus, & pius, ut Eccleſiarum nitor haud obſcurè teſtatur. Menſæ Epiſcopalis cenſus ſcutatorum Regni circiter 1000. taxatur in lib. fiſci Apoſtol. ad flor. 130. Porrò jus præſentandi Epiſcopum habet Catholicus Rex. Epiſcopi hujus ſedis pauci ſequentes inventi ſunt; nulla enim documenta, nullæ memoriæ antiquæ, nec recentiores ibi reperiuntur, ex quibus vel nomina ſaltem Præſulum, qui in ea Eccleſia floruerunt expiſcari potuiſſemus.

1 SEMON Monachus Caſinas, & Epiſcopus I.
Uxentinus, cujus obitus dies memoratur 9. Kalen.

Octob. in veteri emortuali Caſinenſis Eccleſiæ; A
tempus tamen, quo vixerit ignoramus.

II. 2 LANDUS de Vico albo electus eſt Epiſcopus Uxentinus à Capitulo Hydruntino, ſede tunc vacante; confirmatur à Matthæo deinde electo Hydruntino; electionem iterum Innocentius I. aſſeruit in litteris ad Capitulum Uxentinum ſcriptis 10. Kalend. Auguſti, pontif. ſui 12. quæ extant in Reg Vatic. n. 54. fol. 153. an. 1254. Obiit ſub Martino IV.

III. 3 GOFREDUS Epiſcopus Leucadien. poſt Landi obitum à Canonicis Uxentinæ Eccleſiæ poſtulatur in Epiſcopum; Martinus autem ſupplicum illorum ad Gerardum epiſcopum Card. Sabinenſem Legatum remiſit, ut ſi Goſredum reperiret dignum, ſua auctoritate illum ad hanc Eccleſiam transferret; ita in litteris ad Gerardum datis legitur in Reg. Vatic. Datum apud Montem Flaſconem 9. Kal. Decembr. pontif. ſui 2. ſalutis autem 1282. An fuerit à Gerardo confirmatus incompertum mihi eſt. B

IV. 4 ÆGIDIUS memoratur in Regio Regeſt. ann. 1283.

V. 5 JOANNES electus hujus Uxentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, poſtulatus eſt Antiſtes Ravellenſis, & à Martino IV. ad eam Eccleſiam transfertur 3. Kal. Octob. 1284. an. 4. ex Reg. Vatic. epiſt. 554. fol. 110.

VI. 6 JOANNES Joanni ſucceſſit ex Archidiacono Ravellenſi ad infulam vocatus ab eodem Martino IV. eodem anno 1284. ac die quibus Joannem electum tranſtulerat ad Ravellenſem, ut ex ep. 554. fol. 110. Reg. Vatic. habetur. Præſens fuit Joannes cum Adamo Averſano Epiſcopo conſecrationi Eccleſiæ S. Angeli de Cajeta, quam Gerardus Epiſcopus Card. Sabinenſis Apoſtolicæ Sedis in Neapolitano Regno Legatus peregit anno 1289. in feſto S. Lucæ Evangeliſtæ, ſupplicante Adenulpho ejuſdem S. Angeli Abbate, in cujus Altari poſuit reliquias SS. Joannis Baptiſtæ, Marci, Marcelliani, Laurentii, Matthæi Apoſtoli, M. Magdalenæ, Stephani, Sebaſtiani, Andreę Apoſt. Coſmę & Damiani, C & Ligni S. Crucis, ex tabulario ejuſdem Abbatiæ.

VII. 7 JOANNES Epiſcopus Uxentinus promiſit ſacro Collegio ſolitum penſum die 26. Aug. 1363. ita in lib. ſolut.

VIII. 8 LEONARDUS obiit anno 1392. ex eodem lib.

IX. 9 THOMAS Epiſcopus Literenſis huc transfertur 18. Kalend. Febr. anno 1392. à Bonifacio IX. ſub quo obiit anno 1399. in eodem ſupra citato lib.

X. 10 JOANNES ſucceſſit Thomæ, legitime ad hanc dignitatem promotus ab eodem Bonifacio IX. an. 1399. 15. Kal. Sept. Is ille eſt Joannes, ut in l Prov. Præl. fol. 19. legimus, qui licet olim damnatæ memoriæ Roberto Baſilicæ 12. Apoſtolorum Presb. Card tunc Antipapæ, qui ſe Clementem VII. auſu ſacrilego nominabat, adhæſiſſet, & tum in Subdiaconatus ordine conſtitutus exiſtens ad Eccleſiam Monopolitanam, tunc, ut dicebatur, vacantem, licet de facto per ipſum promotus, & de ipſius man- D dato omnes alios ordines & munus conſecrationis ſuſcepiſſet; tamen poſtea ad Romanæ Eccleſiæ obedientiam, & devotionem abjurato ſchiſmate reverſus eſt, & à Bonifacio IX. diſpenſatus ut ſic ſuſceptis ordinibus miniſtrare valeret, eligitur à dicto Pontifice in Epiſcopum Uxentinum per obitum Thomæ 15. Kalend. Septembris ann. pontif. 10. Exceſſit vero anno 1401.

XI. 11 THOMAS alterius Eccleſiæ Epiſcopus in prædefuncti Joannis locum transfertur 4. Id. Decembris 1401. ſedit an. plus minuſve quatuor, moritur anno 1405. ex eodem libro.

XII. a Al. Hieronymus. 12 Fr. HONUPHRIUS a de Sulmona Ord. Eremitarum S Auguſtini electus anno 1405. 4. Non. Decemb ſedit ad annum uſque 1427. quo è vivis ſublatus eſt.

XIII. 13 JOANNES promotus die 3. Non Decemb. 1427. obiit circa finem anni 1437.

14 Fr. NUCCIUS de Neutono Ord. Minorum vir doctus, hujus Epiſcopatus habenas ſuſcepit regendas anno 1438. 15. Kalen. Aprilis. Finem vitæ fecit an. 1446. XIV.

15 PHILIPPUS Canonicus Gallipolitanenſis deligitur hujus Eccleſiæ Epiſcopus 1446. prid. Id. Martii. XV.

16 DOMINICUS Erarch Præſul erat an. 1464. ex Regio Regeſt. Neapol. XVI.

17 NICOLAUS obiit 1489. XVII

18 ANTONIUS Jaconia nobilis Lycienſis electus anno 1489. 11. Julii. Regius fuit Capellanus. qui cum in ſede fuiſſet per ann. quinque, translatus eſt ad Eccleſiam Puteolanam. XVIII

19 MAURUS de Sinibaldis datus eſt ſucceſſor Antonii ab Alexandro VI. anno 1494. die 7. Martii. XIX.



20 CAROLUS Borromeus Mediolanenſis à Carolo V. Imper. præſentatus delectus eſt à Clemente VII. Pont. Max. poſt Urbis depopulationem die 9. Martii 1530. translatus deinde eſt ad Puteolanam Eccleſiam die 9 Martii 1537. XX.

21 BONAVENTURA deceſſit anno 1558. XXI


22 ANTONIUS Sebaſtianus Minturnus de Trajecto Bonaventuræ ſuffectus eſt die 27. Januarii 1559. interfuit Concilio Tridentino ſub Pio IV. translatus deinde eſt ad Crotoniatem Eccleſiam die 15. Julii 1565. de quo vide in ejus Eccleſiæ Epiſcoporum ſerie, ubi plura de viro hoc eximia virtute claro. XXII.

23 Fr. DESIDERIUS Mazzapica de S. Martino, Panormitanus, Ordinis Carmelitarum, ſcientiarum pene omnium exaggerata cognitione longè clariſſimus, clarusque inter Concilii Tridentini Theologos, & Philippi II. Regis in paucis charus, ex præſentatione ejuſdem evaſit Uxentinus Epiſcopus anno 1566. die 14. Auguſti. Sedit eximia fama annos 29. Mortalitatem explevit an. 1596. (,, *Non anno* XXIII
,, *1596. ſed 1593. De eo ſumma cum laude ſcribit Roc-*
,, *chus Pyrrhus in Sicilia ſacra, Franciſcus de Ba-*
,, *rone in Majeſtate Panormitana l. 2. c. 6. & Daniel*
,, *à Virgine Maria in Speculo Carmelit. num. 3199.*
,, Tafurus.)

24 JOSEPH de Rubeis è Caſtello Paganico Aquilanæ Dioec. honeſtis parentibus natus juris utriuſque doctor, Auditoris munere apud tres Apoſtolicos Nuncios Neapoli laudabili prudentia functus ex Regia præſentatione a Clemente VIII. conſtitutus Uxentinus Epiſcopus anno 1596 die 11. Martii. Sedit ann. 3. translatuſque deinde eſt ad Aquilanum Epiſcopatum, ut in primo noſtro tomo retulimus. XXIV

25 PETRUS Guerrerus Hiſpanus electus die 15. Decembris 1599. exceſſit anno 1613. XXV

26 LUCAS de Franchis Neapolitanus nobili genere natus ob egregias animi dotes Philippo III. Regi ſumme charus, eoque petente delectus eſt Epiſcopus à Paulo V. an. 1614 die 27. Januarii. Vix annum ſecundum in ea dignitate attigerat, quando illum atra mors abſtulit mortalibus, cujus Laurentius frater Neapoli in Eccleſia S. Dominici, ſa- XXVI



celloque familiæ ex marmore memoriam clariſſimo Præſuli ad poſteros perennavit.

Lucæ
Vincentii de Franchis filio
Epiſcopo Uxentino
Sibi, ſuis, Religioni ornamento,
Ab oculis, complexuque Regis abrepto
Rudi viduata conjugio
Voti rea, nec damnata Eccl. Uxentina
Lacrymis effert immemorabilibus.
Nec inanem lacrymis urnam
Fratri ſuaviſſimo
Laurentius de Franchis
Regiæ Cameræ ſummariæ Præſes
P.

XXVII 27 Fr. JOANNES Bravo de Lugana Provinciæ Bæticæ Hiſpanus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini à Rege præſentatus eligendus à Paulo V. Epiſcopatum obtinuit die 11. Januarii 1616. Præfuit ann. 11. ultroque ſe abdicavit anno 1627. Matriti obiit in Hiſpania an 1634. & in Clauſtro Fratrum S Auguſtini excalceatorum quieſcit.

XXVIII. 28 Fr. ALOYSIUS Ximenes, Hiſpanus, Ord. S. Mariæ de Mercede, cedente Joanne electus eſt Antiſtes anno 1627 die 30. Auguſti. Defunctus eſt 1636.

XXIX. 29 HIERONYMUS Martious ſucceſſit Aloyſio anno 1637 die 29. Martii.

XXX 30 AUGUSTINUS Barboſa, a Luſitanus, ſcriptis ſuis, & libris editis Chriſtiano orbi celeberrimus, omniumque exiſtimatione præclarus, & dignus ut Inſula exornaretur, ex Philippi IV Catholici Regis præſentatione in Epiſcopum Uxentinum ab Innocentio X. fuit cooptatus anno 1649. die 22. Martii, ſed antequam convolveretur annus, è vivis exemptus eſt die 19. Novemb. ſepultuſque jacet in Cathedrali cum hac marmori inſculpta epigraphe.

a De quo Antonius in Bibl. Hiſp. par. I. p. 114. Janus Nicius Pinacoth. 2. imag. 18. Craſſus in elogiis par. 2. p. 255. & Ghilinus in Theatro vol. 2. p. 5. Mandoſ.

D. O. M.

Auguſtino Barboſæ I. C. Patria Luſitano ex urbe Vimarenſi, Emanuelis Barboſæ I. C. celeberrimi, & in Regno Luſitaniæ Regis Procuratoris filio. Ingenio, doctrina, eruditione, diſcendi cupiditate, libris etiam in adoleſcentia editis admirabili, qui Romæ Pontificii juris volumina viginti duo, de jure civili dedit in lucem; alia poſthuma reliquit edenda, quique ab Urbano VIII. Vimarenſis Eccleſiæ Theſaurarius, à Philippo IV. Rege Catholico ob eximia merita, doctrinæque famam ad Epiſcopatum Ugentinum ab Innocentio X. magnis cum laudibus approbatus, non ſine dolore doctiſſimorum hominum, omniumque ſuorum fletu, intra curæ Paſtoralis annum extinctus eſt, anno ſal. humanæ M. DC. XLIX. ætatis ſuæ lx. die xix. Novembris. vivet in futurum fama virtutum, & in ſuorum operum æternitate ſemper immortalis. Simon Vaſius Barboſa Vimarenſis Canonicus Germanus frater amantiſſimo fratri, tanquam Parenti cum lacrymis poſuit ann. Domini M. DCLI.



31 ANDREAS Lanfranchus Neapolitanus Marcelli, & Lauræ Gerundæ filius, Clericus Regularis Theatinus, qua doctrina, qua eloquentia celebris verbi Dei concionator ex regio Eccleſiaſte dignus repertus eſt, qui Barboſæ in Uxentino Sacerdotio ſuccederet. Electus igitur Epiſcopus ab Innocentio X. anno 1650. die 17. Decembris, ac Romæ inauguratus, Cathedram, quam ſtatim petiit, annum haud integrum tenuit, ſanctus vita, atque interciſa maturius ſpe, quam à viri ſolertia, ac zelo de ejus Eccleſiæ incrementis populares conceperant. Viri præclari laudes non tacuit Sylos lib. 5. hiſt. Cler. Reg. Octo omnino annis vacavit ſedes hæc poſt Lanfranchi obitum. XXXI.

32 Fr. LAURENTIUS Enzines Hiſpanus Ord. Carmelitarum ſucceſſit tandem Lanfranco, à Catholico Rege præſentatus eligitur ab Alexandro VII. Pont. Max. anno 1659. Obiit an. 1660. menſe Novembri, jacet in Cathedrali. XXXII.

ADDITIO.

(„ *Laurentius Enginas natus eſt Toleti an. Chriſti 1599. à Bartholomæo Diaz, & Franciſca de Enginas, ideoque agnominatus Diaz de Enginas. Ab adoleſcentia Carmelitarum inſtitutum profeſſus eſt die 11. Auguſti 1616. Vir fuit celeberrimus, & inter viros Ordinis ſat doctiſſimos meritò recenſitus. Primarius ſacræ Theologiæ in Academia Toletana publicus Profeſſor, patrii cœnobii Prior, Provinciæ Caſtellæ Provincialis S. Inquiſitionis qualificator, demum Uxentinus Epiſcopus evaſit die 23. Junii 1659. Eccleſiam ſibi commiſſam magna pietatis, & vigilantiæ fama gubernavit ad diem 23. Novembris 1660. quo fatis ceſſit. Ejus cum laude mentio fit in Bibliotheca Hiſpana tom. 1. p. 155. & in ſpeculo Carmelit. litt. l. n. 3305* Tafurus.)

„ *ANTONIUS Carrafa, nobilis Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, inſignis Theologus, plurium Collegiorum præfecturas cum eximie ſuſtinuiſſet, huic præficitur gregi 12. Febr. 1663. ætatis ſuæ an. 47.* Obiit an. 1704. die 9. Maii. XXXIII.

„ *Fr. PETRUS Lazarus Terrero, Ordinis fratrum S. Franciſci de Obſervantia, ſacræ Theologiæ Lector emeritus, & in Univerſitate Neapolitana ſacrorum dogmatum Lector Cathedraticus, olim Theologus Monarchiæ Siculæ, evehitur ad hanc ſedem 9. Februarii 1705. Deceſſit menſe Majo 1709.* XXXIV.

„ *NICULAUS Spinellus, Capataquenſis, J. U. D. & diverſarum diœceſum Tranenſis videlicet, Sypontinæ, Teleſinæ, & Anglonenſis Propoſitus ſeu decoratus eſt Ugentina inſula 30. Auguſti 1713.*) XXXV

TARENTINA METROPOLIS,

Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopi { Caſtellaneten.
{ Mutilanen. ſeu Motulanen.



TARENTUM antiquiſſima, nobiliſſimaque urbs Magnæ Græciæ, olim armis, & literis florentiſſima, ex primis Italię urbibus apud Taræ flu. in regionis axtremo ſita, nbi Salentini, quibus hodie cenſatur, incipiunt, in parva Cherſoneſo inter ſinum Tarentinum, & portum ampliſſimum conſtructa, forma longiuſcula, à paucis habitata; antiquæ urbis ruinæ ingentas adhuc monſtrantur. Quæ modo extat, tametſi exinanita videatur populi frequentia, tamen terræ Hydruntinæ urbes, Aletio excepto, ſuperat, à Brundnſino in Auſtrolybicum xxxvi. M.P. recedens, quot à Matera in ortus æſtivos, à Roviano in Septentrionem ſupra xl. à Neapoli ad clxx. in ortus hybernos. Tarentum plериſque dicitur: *Taranto* hodie. Urbem illi volunt conditam ab Lacedæmoniis, alii ab Heraclidis, alii à Cretenſibus, & ab uno eorum Duce Tarentum appellatam. Alii ab Tarento amne v. ab urbe P.M. pręterfluente denominatam cenſent: nonnulli, inter quos Varro, ab Sabina voce, quæ molla ſignificat, unde & molle Tarentum Horatio Flacco, præterea quod, ut nonnulli volunt, in agro Tarentino, & nuces, & lanæ molliſſimæ proveniant. Plerique Tarenti auctorem faciunt Tarantem Neptuni filium, à quo nomen quoque ſuum accepiſſa narrant: deinde à Laconibus aucta, qui Duce Phalanto illuc adventantes expulſis incolis (ut Iuſtinus lib. 3. ſcribit) eam tenuerunt. Situs ejus notatur in intimo receſſu ſinus, qui ab ipſa urbe dicitur Tarentinus in ipſis maris Hadriatici faucibus. Portum, quem habuit maximum, pulchetrimum, tutiſſimum, deſcribit curioſe Strabo. Hodie viſitur obturatus ſaxis ingentibus adeò, nt parvis tantum navigiis pateat. Quod quare ſit factum, nondum legitur. Maxima nunc in co portu piſcium ubertas. De antiqua etiam ibidem arce, ſtatuiſque inibi, & ſignis poſitis, quæ tum Carthaginenſes, tum Romani abſtulerunt, lectu etiam digna habentur apud Strabonem, & alios. Theatrum item habuit prope portam, ſtudium luculentiſſimum, forum ampliſſimum. Coloſſum ex ære artis ſummæ. initio populari adminiſtrata imperio, tantis opum, potentiæque incrementis valuit, ut finitimas gentes omnes rerum geſtarum amplitudine, & gloria longè ſuperaret, magnis bellis patratis cum Meſſapiis, & Lucaniis, itemque cum Romanis; quibus cum imparem ſe videret, Pyrrhum Epirotarum Regem in auxilium vocavit; quo ſuperato, ab Romanis occupata, dein proditiona capta ab Hannibale, ac non ita multo poſt ab Q. Fabio Maximo recepta, tandem Romanis colonia eſt facta. Ab eo tempore imbelle eſſe cœpit, ut etiam Horatius appellat, cui & molle dicitur. Byzantinis dein Imperatoribus diu paruit, uſque ad Sarracenorum incurſiones, qui Italiam ferè totam occuparunt. Quibus poſtea ejectis in principum ſuorum (ax quibus Urſini fuerunt, gente Romana oriundi) moxque Regum Naapolitanorum ſuit poteſtate. Quis poſteriore ſæculo Tarentum, potiſſimam quondam urbem everterit, & in eam redegerit ſpeciem, quæ nunc eſt, ut Caſtallum videatur, in peninſula tribus lateribus concluſa mari, non facile dixerim. Urbs enim egregia, admodum parva eſt hodie, ſi ad veteris magnitudinem conferatur. Poſtrema in parte, qua continentem ſpectat, ubi priſca urbs erat, arx viſitur munitiſſima, marinis cincta aquis, ab Fardinando Aragonio I. Neapolitanorum Rege refecta. Celebrarunt ortu ſuo hanc urbem cum alii, tum Architas Pythagoricus, diu civitatis Princeps, qui Platonem, quum mortem ipſi machinaratur Dionyſius Tyrannus, per epiſtolam eripuit. Ortus etiam hic Ariſtoxenus, qui celebram Philoſophiæ ſcholam Mantineæ diu babuit, & prælatum ſibi ab Ariſtotele Thaophraſtum perinique tuliſſe dicitur. Tarentini quoqua fuerunt Nicomachus Mathematicus, qui da Arithmetica, & Muſica ſcripſit, Luritus Philoſophus celebertimus, Heraclides muſicus. Alios, nam innumeri ſunt, prætereo. Neptunum Tarenti cuſtodem vocat Horatius in Oda ad Architam Tarentinum. Herculeum nominat Tarentum Virgilius lib. 3. Æneidos. Ager Tarentinus, qui rerum omnium fertilis ſalem generat, quem Plinius, uti ſuaviſſimum, candidiſſimumque præ cæteris generibus commendat. Ab Varrona mel Tatentinum laudatur. Macrobius lib. 3. Saturnal. Nucem Tarentinam adeo fragili eſſe putamine, ac ita mollem ſcribit, ut vix attrectata rumpatur. Favorinus Nuces item, & Oves molles Sabinorum lingua Tarentinas vocari dixit. Lanas molliſſimas in Agro Tarentino provenire conſtat, cum ex aliis, tum ex Martiale Poeta

Reſpl-

Digitized by Google

Reſpicit eò Perſius ſatyra 2. Calabri Velleris faciens mentionem. Et affirmat Varro, Oves ibi pellibus tegi ſolitas, ne lana inquinaretur. Portum Tarentinum nominat Martialis, & Plinius lib. 15. Ficus etiam Tarentinas laudat idem, ut & caſtaneas. Purpuram item ager Tarentinus producit, quæ ab loco Tarentina vocatur. At qui majorem hujus urbis cognitionem deſiderat Philippum Cluverium in antiquæ Italiæ lib. ac Joannem Juvenem Tarentinum adeat, qui de Antiquitate, & varia Tarentinorum fortuna lib. 8. ſcripſit: Guill. & Jo. Blaeu ſuperius relata auxerunt. Cæterum Tarentinos baptiſmali aqua fuiſſe tinctos tradunt à B. Petro Apoſtolorum Principe, cum ad expugnandum Simonem Magum, Marco, qui ejus erat diſcipulus, comite, Romam commearet, naufragio navis, qua vectabatur ad Tarentinos Hydrunto divertiſſe, quos cum Idolis & Soli maximè, quem ante aquæ hauſtum adorabant, obnoxios tam perditè conſpiceret, ad fidem Jeſu Chriſti, tum prædicatione, tum ſignis convertit: Amaſiumque illis præfecit Epiſcopum, quem Marcus Evangeliſta adeo incurvum, ut cęlum ſuſpicere nulla ratione poſſet, illis Pſalmographi verbis, *Dominus erigit eliſos*, ſumma omnium, qui intererant, admiratione, ad pomęrii januam ſedentem erexit. Et quoniam Apoſtolorum Princeps Principi omnium, quæ habebantur, urbium debebatur: ubi & Petrus, cujus Navicula Tarentinis erat conſervanda, per crucis tropheum evolaſſet ad cœlum, Amaſiano, quem paſtorem Tarentinis dederat, haud multo poſt ad beatiorem vitam fortiſſimè accerſito, reverſos ad Idolorum cultus, ut canis redit ad vomitum, Tarentinos centeſimo & ſexageſimo anno poſt Domini ad Patrem aſcenſum, Anacleto Syro tunc Pontifice Maximo Beatus Cataldus ab Hibernia uſque exteri maris Inſula oriundus ad priſtinam revocavit fidem, juſſus à Deo ipſo, ut id faceret, poſthabito Eremiticæ vitæ in Hieroſolymis partibus propoſito; quem Divum glorioſiſſimum, & miraculis in tota Italia, nedum Japygia clariſſimum, ſi antea, nunc verò majori quidem functione, Patronum, & Tutelarem habent Tarentini auctoritate Gregorii XIII. Pontif. Max. quem, ut officium tanti Paſtoris pervigilis ederetur, oraculo Gulielmus Sirletus Cardinalis ſibi facto, licentiam conceſſiſſe, ac dediſſe teſtatur. De adventu Petri, & Marci Evangeliſtæ Tarentum, deque fundatione Eccleſiæ Tarentinæ idem Juvenis lib. 8. his verbis proſequitur.

Quadrageſimo autem quinto Domini noſtri anno, & Claudii Tiberii Cæſaris ſecundo, cum Romam eo conſilio proficiſci decreviſſet, ut Simonis cujuſdam Magi, cujus antea Hieroſolymis nequiſſimas detexerat fallacias, errores quamplurimos refelleret, ſicut ſcriptores multi fidiſſimè teſtantur, Clemens in primis, qui illi quarto in Eccleſiæ regimine ſucceſſit loco, cum Marco ejus diſcipulo, & interprete, quem ipſe Canonica ſua epiſtola filium appellat, navem conſcendit; cumque dies multos ex Aſia ad Europam navigaſſet, vi ventorum adverſa ab incępto, quo intenderat, itinere deflectens, ſinum, quem Tarentinum vocari tot auctoribus præmonſtravimus, intravit. Viſitur hodie ad iii. mill. paſſ. ab Acra Japygia verſus Tarentum, vetuſtiſſimum templum Divo ipſi Petro dicatum, quem locum primum in Italia attigiſſe creditur, ibique (ut ajunt) rem divinam fecit, ut omittam multa in toto ipſo Regno, non modo in noſtra hac regione ſacella, atque oppida, quæ Sancti Petri nomine inſignita ſingulari devotione frequentantur. Illudque præcipuum, & populo olim Græco habitatum, ubi commorari Princeps Tarentinus conſueverat, S. Petrus Galatina. Ad Inſulas igitur cum ſociis, & nautis expoſitus, inde urbem proſpiciens, quam à multis habitatam perceperat, exiſtimavit Chriſti virtute huc ſe devectum. Flexit igitur Apoſtolus gratias Deo acturus de more ad orationem genua: lapis ſervi Dei pondere preſſus, ita mollis redditus, ac ſi cereus eſſet, recepit ſanctorum genuum veſtigia: locus inde Apodonia, ut in Gargano monte ad Eccleſiam Michaelis Archangeli ob ſigna veſtigiorum eſt appellatur: vulgus hodie piſcatorum Divum appellat Petrum Veteranum in illo majoris Inſulæ eminentiore loco, unde proſpectare conſueverunt inimici piratæ, ne ibi commorantes præda fierent, Venetùm præcipuè, quibus Adriatici maris uſque ad prædictum ſinum curæ eſt. Audivi à multis majorum traditione dicentibus, lapidem illum ita Apoſtoli genibus concavatum, à Venetis nautis ablatum, Venetiaſque aſportatum, ubi Beatus Marcus ingenti omnium veneratione colitur. Crebreſcentibus deinde auſtris, cum diſcedere, quo inceptum abſolveret iter, inde nequiret, Spiritu ſancto admonitus portum ingreditur urbis, æneo catena à turri Tarrando ad urbis ipſius muros diſtenta clauſum, intimumque cum comite brevi cymba navigans mare ad litus tandem devenit. Erat tunc diei hora ferè tertia, quo tempore cives, qui in aquis obverſantur, hinc atque illinc prope litus erant frequentes. Cognito per eos via ad puteum accedit, propè quem Solis ingens aſtabat ſimulacrum: effundere ad illud preces neſcio quas cogebantur, qui haurire aquam, vel bibere optarent, & dum Beatiſſimus Claviger potum ab iis peteret, qui tunc ferè haurirent, reſponſum hujuſmodi accepit: Adora, & bibe: ad quæ Apoſtolus, nos Hieroſolymitani ſumus, & hoc ſignum in nomine Dei noſtri, qui ſolus verus eſt Deus, facimus, ſive manducamus, ſive bibimus, & facto crucis ſigno aquam potavit. Obſtupeſcunt omnes, tali, quod ignorarant, perſpecto ſigno, & iterum Apoſtolo repetunt, puteum illum eſſe Dei Solis, nullique ante hac licuiſſe bibere, niſi adoraſſet. At ille rurſus, puteus Joannis Baptiſtæ, qui Jordanis fluenta exhauſit, Salvator omnium eſt homo Chriſtus Jeſus. Quibus dictis, facto iterum crucis ſigno receſſit plenos relinquens omnes admirationis, ac ſtuporis, cum viderint novo illi munus dexteræ motui eam fuiſſe vim, ut Idolum ad terram dejecerit, dejectumque confregerit. Erat ſtatua illa tantæ magnitudinis, ut inter coloſſos recenſeretur, quæ turribus eſſent pares. Opus fuit Lyſippi, cubitorum quadraginta. Sed illud in ea mirum, quod cum manu eſſet mobilis, ea erat libramenti ratio, nullis convellebatur procellis, artifex id providit, cum modico intervallo columnam appoſuiſſet, unde maximè flatum frangi opus erat, itaque propter magnitudinem difficultatemque moliendi non attigit eam Fabius Verrucoſus, cum Herculem, quem in Capitolio ſtatuit, inde transferret. Ingreſſus iterum ſcapham Petrus per eundem ſinum interius navigavit, cumque in Reguli ipſius urbis Pomarium deſcendiſſet, rogavit horti cultorem, ut aliquantiſper, dum æſtivus deferveſceret ignis, ibi ſe unà cum ſuis quieſcere pateretur. Erat ibi tum Pomarii cuſtos Amoſianus quidam pauperculus, uſque adeo incurvus, ut nullo modo cœlum ſuſpicere miſerrimus valeret: petiit ab eo Petrus, quod nomen loco illi eſſet; reſpondit, Cervaricium ab omnibus appellari, dictum ante hoc ad fontanae, eamque hujuſmodi expoſuit. Regulus noſter Eucadius, cum fortè in venatione, quo exercitationis genere nimium oblectatur, cervam hic luncea transfiniſſet, inde non multo poſt ingentem inter frutetа viſum Ericium occidit, & ex Cerva, & Ericio nomen loco imponi mandavit Cervaricium. Intuens Apoſtolus quantopere homo ille jam inde à pueritia ſua infeliciſſimus, dum loqueretur, laboraret, ut de facie eum internoſceret, & miſeratione motus, utque initium prædicationi, illiuſque populi converſioni daret, Marco dixit; fili dilecte, erige hominem. Suam tunc Marcus extendens manum apprehendit illum, propheticæque verbis piè prolatis, Dominus ſolvit compeditos, Dominus illuminat cæcos, Dominus erigit eliſos, Dominus diligit juſtos, illum elevavit. Et homo ille fortunatiſſimus auctoribus iiſdem baptizatus tam brevi temporis curriculo, & corporis & animæ ſalutem fuit conſecutus. Ante ſolis occaſum, qui prope aderat, rutem denuò ingreſſus ad eam urbis partem venit, ubi porta major dicebatur. Cœpit ibi inter urbem, & arcem antiquiſſimam de ingenti marmore, ante Apoſtoli ipſius ſacram

ædem

ædem ad uſque noſtra tempora ſervato, verbum Dei prædicare aſtantibus, præcipuè illis, in quorum conſpectu Solis ſtatua deciderat, & in hoc ſalutifero nec dum ſatis commendato opere, plures conſumpſit dies: multi, qui audierunt, crediderunt in Dominum JESVM, ejuſdemque Apoſtoli manu ſunt omnes baptiſmate ſacratiſſimo initiati. Proſpiciens demum fore, ut poſthac univerſus populus, qui frequens erat, pronus ad pietatis cultum, in Jeſum Chriſtum crederet, Rhegium vetuſtiſſimum Calabriæ oppidum commeaturus, reliquit ibi Marcum. Is multos in prædicatione menſes expendit, & nullus illuceſcebat dies, quo Tarentini illi veteres cum accolis omnibus ad fidem non advolarent. Accidit, ut Eucadii filia Principis à Dæmonio vexaretur, & Marcum prædicantem audiens clamabat, quid mihi & tibi ſerve Dei Marce? Cur me ante tempus, ut magiſter tuus, tam ſæve conaris incendio afficere? Increpuit eam Evangeliſta, vixque Dæmoni præcepit, ut abiret, & protinus ille aufugit audiens præcipuè illa Catechiſmi verba, exi ab ea immunde ſpiritus, exi, & da locum Spiritui Sancto Paraclito. Puella igitur hoc modo liberata, pater ejus Eucadius Tarentinorum Regulus cum reliquo credentium populo in nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti baptizatur, cunctis Idolorum fanis, quæ tunc plurima erant, dirutis, & ad memoriam Sanctorum deinde, Apoſtolorum, ipſius in primis Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ à poſteris erectis. An autem illa fuerint, quorum unum in portu juxta litus Deiparæ matri, alterum Principi Apoſtolorum intra urbem, & arcem, tertium in acta parvi maris B. Marco nuncupabantur haud facilè conjici poteſt, cum ipſa urbis forma fuerit immutata. His omnibus ea, qua dictum eſt, ratione peractis, & omnibus jam in fide confirmatis, beatus Marcus ad præceptorem ſuum Petrum, qui Rhegii commorabatur, tranſiturus, ne ſine paſtore oves tenerrimæ aberrarent, Amaſianum, quem ante adhoc ritè inſtruxerat, Epiſcopum deſtinavit, at ipſe Apoſtolo adhærens cum eo Romam verſus iter direxit. Hæc ita ſcripta ſunt, veluti patrum noſtrorum traditione præcepta, & manuſcripti etiam cujuſdam codicis lectione, quem Tarentini Clerici pro officio D. Cataldi in Choro aſſervabant: mutata ſunt tamen nonnulla, & ſtilus ipſe in meliorem à nobis redactus Laurentii Surii imitatione. Hactenus ille.

Igitur jam inde ab Apoſtolorum prædicatione, ab anno ſcilicet ſalutis 45. Epiſcopalem dignitatem Tarento acceſſiſſe ſupra relata facile oſtendunt. Quo vero tempore facta ſit Tarentina Metropolis non legi, ante tamen annum a 978. noſtræ ſalutis Joannes quidam S. Tarentinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus nominatus reperitur in documento Pandulphi Capoferri principis, & Landulphi ejus filii de confirmatione Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli de Monte Gargano facta Landolpho Archiepiſcopo Beneventano, quam ſupra retulimus in Archiepiſcoporum Beneventanorum ſerie. Archiepiſcopus, qui à Rege præſentatur, duos tantum habet ſuffraganeos, Mutilenſem ſcilicet, & Caſtellanetenſem, quibus acceſſit Uritanus. Præſidet Archiepiſcopus præcipuè Baſilicæ Divi Cataldi, qui Patronus eſt urbis; verum quam ad hanc, quæ hodie conſpicitur, formam, Dragonus, quia vetuſtior ruinam minitabatur, qua ſumma vigebat pietate, reduxit. Sexdecim utrinque ſuſtentatur marmoreis columnis, & pavimentum multis emblemmatibus laboratum, habet navim à duobus hinc atque illinc minoribus diſtinctam, cum ſuis ædiculis, quæ Divorum imaginibus decorantur. Sacrarium habet inſigne, ubi repoſitæ ſunt reliquiæ Sanctorum, atque in primis cranium, brachium, tibia, lingua, oſſaque aliquot Divi Cataldi thecis argenteis ſtipata; ubi argentea etiam ſtatua, quæ Pontificem, dum celebrat, imitatur cum pallio, infula, baculo, aliiſque ſacris, & Pontificiis indumentis. Rem divinam ibi faciunt duodecim Canonici; è quibus quatuor dignitate eminent, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Primicerius, ſeu Prior, Cantor & Theſaurarius, multiq; Sacerdotes & Clerici, qui omnes in Chorum conveniunt pro Matutino, Miſſa, & Veſperis; reliquæ horæ ab iiſdem diurna viciſſitudine recitantur. In civitate præter Metropolitanam, Parochialis Eccleſia nulla, ſed Collegium Cathedralis totius civitatis animarum curam habet, quam Baſilicani omnes ab Ordinario ad audiendas confeſſiones approbati ſine diſcrimine exercent. Ad tollendam verò, quæ inde conſequebatur in ſacris adminiſtrandis confuſionem, ſapientiſſimè ab Archiepiſcopo Clerus Metropolitanæ Eccleſiæ in quatuor partes diſtributus eſt, ut ex quatuor ſacellis quatuor civitatis regionibus ſacra miniſtrarentur, qua partitione & Cleri labores levabantur, & animarum commodis conſulebatur, ſi in uſum inducta fuiſſet. Sunt autem in ipſa civitate virorum Cœnobia complura, ſeptum Sanctimonialium aliud, xenodochium pro infirmis, mons Pietatis, & Clericorum Seminarium; fidelium animæ intra menia 18. mill. Diœceſis mediocriter ampla, partim Græcis, partim Latinis habitatur. Latinorum oppida octo in ea cenſentur, quorum duo maximè inſignia, & nihil niſi nomine, ac titulo, civitate inferiora, nempè Martinæ, & Griptaliarum, in quibus ſunt Eccleſiæ ornatiſſimæ, quarum utraque habet ſupra 100. miniſtros nempè quatuor in dignitate conſtitutos ad inſtar Metropolitanæ, & intus Presbyteros, & Clericos multos, fidelium animæ ſupra 15. millia. In reliquis oppidis adſunt Archipresbyteri & Clerici, qui divina officia, & Eccleſiaſticas functiones Romano, Latinoque ritu obeunt. Præter hæc ſunt octo Albanorum, ſeu Epirotarum Pagi, Græco ritu viventium, quorum tamen Sacerdotes, ſuo ſalvo ritu Romanam profitentur fidem. Sunt & in Tarentina Diœceſi quinque Abbatiæ Conſiſtoriales, & ut plurimum Cardinalibus commendantur: prima eſt Sanctorum Viti, Modeſti, & Creſcentiæ, quæ olim fuerunt Græcorum Monachorum è Societate Magni Baſilii, qui extra urbem habebant Monaſterium ſub ſancti Viti nuncupatione. Habet hodie Abbas intra urbem Eccleſiam ſancti Salvatoris, ubi ſervantur reliquiæ prædictorum Divorum, caput in primis & brachium S. Viti argento obtecta, cum non parva ſanguinis parte, qui in vitrea phiala aſſervatur: hunc duriorem toto anno perſpiciunt; at in feſto, quod 17. Kal. Julii celebratur, liqueſcit, ut ſi recens de corpore manarit. Altera Abbatia dicitur S. Mariæ de Galeſu, quæ olim fuit Ord. Ciſtercienſis: tertia vocatur SS. Petri, & Andreæ, cujus Baſilica fuerat ante hac in Inſula parva Ord S. Benedicti, ſicut quarta, quæ appellatur S. Mariæ de Criſpana; hujus redditus magna & melior pars eſt apud Martinenſes, illius vero apud Mandurinos. Quinta & ultima Græcorum etiam Monachorum Baſilii Magni S. Mariæ de Talſano, cujus Eccleſia ſex ab urbe milliaribus diſtat, & iis, qui Montis Oliveti nuncupantur. Eccleſia S. Mariæ de Juſtitia olim fuerat pauperum peregrinorum hoſpitium. Aliæ etiam duæ Abbatiæ Ord. Ciſtercienſis in hac Archidiœceſi fuerunt extructæ, nunc deſtructæ, nempe S. Mariæ Coronatæ, & S. Spiritus de Valle. Menſæ Archiepiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni decem millium. Taxatur in lib. Cam. Apoſt. ad florenos quadringentos. De Præſulibus Tarentinis ſatis mendosè & parcè ſcripſit idem Joannes Juvenis: inde nos, atque ex multis aliis monumentis, ac præcipuè Vaticanis, ejuſdem Præſulum ſeriem uberiorem concinnavimus.

1 AMASIANUS meritò primus Tarenti Epiſcopus dicendus eſt, quando in eam urbem Petrus Apoſtolorum Princeps una cum Marco diſcipulo fidem invexiſſet anno ſalutis humanæ 45. relictoque Marco, Rhegii Calabriæ urbem petiiſſet. Is juſſu Petri, ante ſuum à Tarento diſceſſum, Amaſianum ex hortorum Cuſtode jam ad Chriſtum converſum Epiſcopum Tarenti ordinavit, qui per annum unum, paucoſque menſes Chriſti fideles ſanctè rexit, & ad cœlum, ut piè creditur, evolavit. I.

2 S. CATALDUS ſecundus hujus ſedis Epiſco- II.

pus

a Ex Arch. Cap.

pus numeratur, mortuo namque Amaſiano, cum Tarentini fideles nullum haberent virum, à quo æternæ ſalutis monita percipere poſſent, paulatim deficere cœperunt, quibus Dæmon generis humani antiquus hoſtis, centum viginti annos eos illaqueatos tenaciter habuit. Quod Hieroſolymis Cataldo piè meditanti, Chriſtus Jeſus in viſu apparuit, eique præcepit, ut Tarentum, ubi Petrus Apoſtolus, & Marcus Evangeliſta prima fidei rudimenta jecerant, ſtatim proficiſceretur. Igitur Cataldus iter arripuit, ingreſſuſque Tarentum eſt anno à partu Virginis ſexageſimo ſexto ſupra centeſimum, Aniceto Summo Pontifice, & Marco Aurelio Imperatore. Ibi à paucis Chriſtianis, qui remanſerant, Tarentinus Præſul conſtitutus, per plures annos ſedit, & quantos, qualeſque pro Dei labores exantlavit, ejus vita apud Surium, alioſque ſatis oſtendit. Denique miraculis clarus feliciter migravit ad Dominum. Cujus natalis dies celebratur 8. Id. Maii. Inventio 6. Id. ejuſdem. De quo Petrus in Catalog. lib. 4. & fuſius Joannes Juvenis lib. 8. cap. 2. in hunc modum.

(1) *Beatus Cataldus ex partibus Hiberniæ, quæ ſuis & ipſa gloriatur in Domino, & lætatur Sanctis, oppido Numeniæ Cataldo, patre Eucho, matre Athena, honeſtis quidem inter cives natus, quantæ futurus eſſet ſanctitatis, quantiſque & quot miraculis Dei omnipotentis virtute coruſcus, jam inde à nativitate præmonſtratum eſt. Vir quidam enimiæ virtutis Chriſtianæ, & Majeſtatis divinæ amicus, cui vaticinii munus ob ſuam gloriam fuerat dilargitus, Diebus nomine, ſtellæ cujuſdam ductu, non ex illis, quæ in Firmamento fixæ nunquam moventur, ſed ad vaticinium illud declarandum mirabiliter exortæ, domum naſcituri infantis pervenit, & cum occluſas proſpexiſſet fores, illas mendicantium more feriens aperiri ſibi ob eleemoſynam petiit. Intus Athena pulſantis reſpondit, ſola ſum, partu laboro, aperire tibi, vel cuiquam nequeo. Scias, mulier, fert ille prædixit, naſcetur tibi filius coram Domino Magnus, illique gratiſſimus, quibus dictis abiit, nuſquam deinde viſus. Poſtero autem die natus puerulus decidens tenello capite ſaxum impegit duriſſimum, quod non modo illæſum evenit, ſed tanquam ſi in molliſſimam incidiſſet materiam concavum lapidem reliquit. Eadem hora mater dolore partus, quæ muliercularum miſeria eſt, expiravit. Infantulus, non obſtetricis, neque alicujus alterius ope adjutus, præter divinam, ſurrexit, ac parentem exanguem tenellis brachiolis complexus ſuo illam oſculo, Dei gratia ad vitam revocavit. Lapis, ubi naſcens, caput admoverat, ſub dio aliquando poſitus, & in partem concavam aquam excipiens, peſtilinæ omnes reſtituebat ſanitati, quicunque ægrotantium aquam inde ad potum devotiſſime haurirent. Nomen illi in fontis lavacro imponendum juſſerunt parentes, Cataldus, cujus deſinentiæ nomina quamplurima in ea Inſula eſſe ſolent, ut Mogaldus, Donaldus, Oſaldus, & Hilbaldus, Haraldus, Arcibaldus. Creſcebat puer non minus ſapientia, & eruditione, quam pietate erga Deum, & proximum, percelebreque Cataldi nomen inter Francigenas, Anglicos, Theutonicos, Scotoſque magno honore divulgabatur. Parentibus inde orbatus, ad Sacerdotalem promotus ordinem ſuos excitat cives ut in honorem Beatæ ſemperque Virginis, ac Matris Dei ædem ſacram erigerent: ipſe in primis, & vehementer aliis tantuopere occupabatur, & dum fabricæ eſſet intentus, ecce quidam nobilis vir filii unici cadaver nuperrime defuncti multis ad eum lacrymis adducit, rogans, ut ad vitam ſenectutis miſertus ſuæ revocaret: reſtituit adoleſcentem glorioſus Chriſti athleta ad vitam, ſed facta prius oratione, non immemor verbi illius, quod Apoſtolis aſſertor humani generis promiſerat: Quodcumque petieritis à Patre in nomine meo dabit vobis: præcurrerat pater, quum nondum ſanctum Confeſſorem conveniſſet, ad foſſam, quam diximus naſcentis infantis capite ſaxo impreſſam, & fruſtra miſer præcurrerat, quod eam ut antea, cœleſti rore plenam non reperiſſet. Fama tanti miraculi totam ſubito replet & urbem, & paulo poſt provinciam. Credentes in fide confirmantur, qui fideles nondum erant, ad fidem invitantur. Non multo poſt militis cujuſdam filius moritur: ejus cadaver à patre ad amicum Dei Cataldum in feretro effertur; rogat gemebundus ut & ſe conſolari non dedignaretur in mortuo filio, nam & ipſe æque miſer erat, atque ille, cujus ante filium ſuſcitaverat. Recuſat aliquantulum Sanctus, ſeque id efficere, cum Deus ipſe non ſit, nullo modo poſſe aſſeverat; volebat præterea & patris conſtantiam periclitari; nam & hoc in Evangelio legerat Salvatorem aliquando factitaſſe: inſtat, & lacrymis, & precibus filio vitam deprecari. Attendebat interim Eccleſiæ operi Sanctus, qui dum terram effoderet, dumque caſu terram ſuper mortui adoleſcentuli corpus aſpergeret, continuò ille ſic tactus vivus è feretro deſilit, ſanctumque veneratus, patris ingemeſcentis pependit amplexibus. Pergit inde qui vivum filium miles receperat ad Regem, & quantum ſui miſertus fuerit Deus, quantumque Beati viri Cataldi interceſſione beneficii ſibi contulerit, ordine exponit. Incredulus ille magicis, omnia cenſet artib. adſcribenda, & ut è ſuo ſanctum ejiceret, deturbaretque Regno quanta admodum celeritate navigavit. Ubi ad locum venit, comprehendi ſine mora Cataldum jubet, comprehenſumque apparitoribus tradit in vinculis cuſtodiendum in craſtinum ad exilium miſſurus. Nocte, quæ nefandi conſilii diem ſubſequitur, ab Angelis per viſum terrore magno perculſus abire audit, quod ſtatim moreretur, niſi à propoſito malo ceſſaret. Excuſſus ſomno Rex ſuſpirat ſæpius, ut qui melancholia percitus: quid ſibi hæc velint ſuſpiria ſciſcitatur Regina Regi, ſibique timens, revelat ille viſum, at illa conſulit, quæ eſſent, ut ab imminente diſcrimine liberarentur, facienda. Eadem nocte dux quidam ſceleris conſiliarius moritur. Id Rex audiens, Deique ultionem pertimeſcens, Sanctum non modo è carcere educi, liberarique mandat, ſed & ab illo veniam gemebundus petiit, tam ſibi, quam ſuis omnibus. Mox defuncti Ducis provinciam Eccleſiæ, quæ etiam tunc erigebatur, cuique Cataldus conſtruendæ præerat, in perpetuum conceſſit. Erat Dux ille Meltridis Dominus. Sanctus igitur acceptam provinciam in duodecim Epiſcopatus diſtribuit, & ſuum Epiſcopium Archiepiſcopatum faciens, Rachau Archiepiſcopo fuit dictus, cumque Rachaenſi Eccleſiæ multos præfuiſſet anno, & verbo & exemplo nunquam deſtitit, alios ad fidem trahere, alios jam tractos confirmare.*

Hæc ubi tam feliciter ad honorem omnipotentis Dei, & ejus Eccleſiæ expanſionem, ſibi ſucceſſiſſe animadvertit, divina motus inſpiratione ſepulcrum Domini ſalutiferum, ubi pro omnium ſalute triduum jam quieverat, viſere diſpoſuit, locaque omnia perluſtrare, ſique fieri poſſet, quantum in ſe eſſet ſtratus lingere, lacrymiſque perfundere ubi ſteterunt ſanctiſſimi, & nunquam fatigati pedes ejus. Conducta navi ſub peregrini habitu viam ingreditur: pervenit tandem Hieroſolymam, continuo ſepulchrum Dominicum, cujus viſendi deſiderio flagrabat, magna devotione nudis pedibus introivit, illudque labiis, & cordis & oris quanta potuit humilitate tremens, & ingemiſcens exoſculatus immenſas humani generis Redemptori gratias egit, quod dignatus eſſet ſibi ſervo ſuo concedere, ut attingere valeret monumentum illud uſque adeo ſuaviſſimum, unde merito ſurrexerant devicta: atque idipſum fecit de ſanctiſſimis locis illis, quæ à ſacratiſſima Virgine olim frequentabantur, dum viveret. Quibus ita devote, pieque abſolutis, vitam, ea in regione ſtatuit degere eremiticam, quod tamen propoſitum honeſtiſſimum voluntati divinæ

(1) Hæc acta in iis, quæ ſaltem ad Hiberniam ſpectant, fabuloſa eſſe opinantur Bollandiani, neque ibi ſedem Archiepiſcopalem cum ſuffraganeis Cataldum erexiſſe, cum nonniſi poſt annos circiter 360. Patricius Chriſtianam fidem primus Hiberniæ intulerit. Conjiciunt, vero ipſum vixiſſe ſeculo 5. Vide de eo plura apud illos in Maii tom. 2. p. 569. & ſeqq.

commendarat, & quum interea nihil juxta cordis ſui deſiderium obtingere cerneret, orationi aſſiduæ, quam & lacrymis condire aſſueverat, intento, ut quid Deo de ſe placeret, cognoſceret, apparuit illi Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & inter cætera, quæ ad ejus ſolatium locutus eſt, illud in primis præcepit, ut ab Eremitica deſiſtens deliberatione ſe ad eam Italiæ partem transferret, ubi civitas eſt, quod Tarentum appellatur: ibi enim rudem olim, idoliſque deditum populum per Petrum Apoſtolum, & Marcum ejus diſcipulum ad fidem ſuum converſum inveniret, quem ad Idolorum cultum, prædicantium inopia reverſum, ipſe denuò revocaret ad fidem. Hoc Domini præceptum alacriter audiens cum multis navem inſcendit Italiam verſus navigaturus, inter navigandum autem divino repletus ſpiritu tempeſtatem prædicit, cujus quidem inſtantis periculi, quia ſignum nautæ non videbant ullum, fidem illi non adhibuerunt. Sed vix poſt Sancti viri prædictionem dimidiæ horæ ferè ſpatium tranſierat, exoritur tempeſtas, cui antehac ſimilem nautæ haud proſpexerant: rudens craſſior, quo velum in ſublimem arborem elevatur, vi tempeſtatis effringitur. Unus ex nautis adoleſcentior, & cæteris agilior malum conſcendit, ut rudentis partes disjunctas connecteret. Ventorum procelloſa rabies illum infelicem ea vi dejecit, ut ſtatim colliſus vitam cum omnium dolore perdiderit. Qui in navi erant, ut mox morituri Deo quiſque ſuo lacrymis effuſis ſupplicare, vota proponere; nonnulli inter hujuſmodi afflictiones recordati, quod vir ille, quem Deo cœleſti & immortali adeo carum priùs non cognoverant, naufragium prædixerat, provoluti illius pedibus humiliter obſecrare, obteſtarique. Homo Dei, dicentes, qui talem cœleſti afflatus ſpiritu imminere nobis tempeſtatem proſpexiſti, qualem alias non ſumus experti, exorare, quæſumus, ne graveris, Deum, ut tuis placatus precibus nos de vehementi periculo miſericorditer eripiat. Confeſſor Sanctus, ut qui pietate redundabat, ad orationis præſidium confugit, qua nondum finita, ceſſant venti, ſedatur mare, & magna inde ſequitur, exoptataque ſerenitas. Neque tamen Sanctus ab oratione ceſſat, donec juvenem è malo delapſum, confractumque vitæ reſtituat, conſolidetque. Dant interim nautæ vela ventis, & nullo negotio Hydruntem perveniunt, ubi Sanctum exponunt, & gratias illi agentes ob tot in undis officia præſtita, ejus ad Deum deprecationibus ſe commendat.

Dum Sanctus Tarentum pergeret, juxta Fellinum (Oppiduli nomen eſt) occurrit illi puella, quæ ſurda & muta pecudes ad paſtum fortè agebat: eamcum fuiſſet bis & ter perperam allocutus, & cognoſcens tandem miſellæ defectum, præcipio, inquit, in nomine Domini mei Jeſu Chriſti, ut abſque mora mihi reſpondeas: & ſtatim illa recipiens cum auditu loquelam, eum ad ſuos domum deduxit, omnibuſque divulgavit miraculum, quod vir Sanctus divina in ea fuerat virtute operatus, ibique ab incolis honorificè exceptus, cum illis quos omnes ſacro abluit fonte, aliquot dies commoratus eſt. Cum verò Tarentum introiret, vidit ante januam pauperculum quendam à nativitate cæcum: cum Beatus Cataldus ita alloquitur: Cujus religionis, & fidei ſunt homines iſtius civitatis? Cæcus reſpondit, patres noſtri omnes fuerunt Chriſtiani, nunc autem omnes quotquot videbis, præter paucos, Ethnici. Tu verò fili, inquit, Chriſtianus, an Ethnicus? reſpondit cæcus, utinam aliquis me ad fidem Jeſu Chriſti docendo adduxiſſet, jamdiu Epiſcope, qui nos inſtrueret, deſtituti ſumus. Si ex toto corde, ſubdit Sanctus, credideris in ſanctam, atque individuam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, & in ejus nomine fueris baptizatus, promitto tibi ſalutem animæ, & lumen quod exoptas, oculorum. Credo, inquit ille, domine omnia eſſe ſicut dicis. Tunc beatus Confeſſor ſuis hauriens manibus aquam, illum baptizavit, & ſtatim ejus oculi aperti ſunt. Qui videns jam quæ prius ignoraverat, clamare cœpit iis, qui non longè diſtabant; Venite, & videte hominem Dei ſanctum, qui me, in ejus

A

nomine aquam ſuper caput effundens, illuminavit. Ad ejus vocem factus eſt populorum multus concurſus Deum collaudantium, atque dicentium, nunquam ſe tale quid alias perſpexiſſe (audiviſſe tamen) ut cæcus à nativitate cerneret. Erat annus Domini centeſimus, & ſexageſimus ſextus, quando Divus Cataldus Tarentum ingreſſus eſt. Sedem Petri tenebat tunc Anicetus Syrus, qui ſedit annos novem à ſexageſimo tertio uſque ad ſeptuageſimum tertium poſt centeſimum à Chriſto nato, Martyr in quarta Eccleſiæ perſecutione, Imperatoribus M. Antonio Vero, & L. Aurelio Commodo. Sunt qui contendant Divi Cataldi comites fuiſſe Euperpium, qui poſtmodum fuit appellatus Leutius Brunduſinorum Epiſcopus, & Barſonuphrium, qui colitur ab Uritanis, qua de re aliter legitur. Corpus ſcilicet Divi Barſonuphrii ex remotiſſimis Paleſtinæ partibus ad ſuperi maris vicina delatum litora, ad Theodoſium virum alioqui ſanctiſſimum Uritanorum Pontificem ab hominibus illis, ad quos id erat expoſitum, vel qui antea ſervandum

B

acceperant, fuiſſe adductum; quæ poſteriora tempora deſignare videntur. Divum vero Leutium multi tradunt fuiſſe Alexandrinum. Eſt & alia opinio, quam dicunt referri à Jacobo Antonio Ferrario Lupienſi in hiſtoria, quam nondum edidit, Auſtria: ſanctum ſcilicet Cataldum ad Japygiam veniſſe, qui & comitem habuit germanum fratrem nomine Donatum primum Lupienſium Epiſcopum, & per quatuordecim annos vitam cum illo eremiticam egiſſe prope oppidum, quod ab ipſo ſancto nomen accepit, hodieque adhuc extat, Sanctus Cataldus, ad decem millia paſſuum ab Hydrunte remotum. Hunc igitur tantum Patronum majores noſtri, & viderunt, & amplexi, veneratique ſunt, gratias in dies Deo agentes, quod ſola ſua gratia, & largitate, non eorum meritis dignatus ſit hanc urbem ſub Beati Cataldi patrocinio apud ſe eſſe, ut ſexcentas, quæ in toto orbe terrarum, ac in Chriſtiana Republica ampliſſimæ, quamlibet Divorum ſuorum, tutelariumque cuſtodum præſidio fulciri. Venetias Marci, Peruſium Herculani,

C

Aſſiſium Franciſci, Matthæi Salernum, Andreæ Amalphiam, Bartholomæo Beneventum, Gallæciam Jacobi, Maſſiliam Magdalenæ, Ambroſii Mediolanum, Nicolai Barium, Brunduſium Leucii, aliaſque aliorum, ne catalogum conficere tot recenſendis videar. Voluit enim Deus ipſe Sanctos ſuos inter ſe & homines poſt Chriſtum ejus filium, qui Princeps, & caput omnium eſt, eſſe mediatores, ut vota illorum, quæ criminum mole in altum advolare nequirent, veluti quibuſdam alis, Sanctorum videlicet interceſſionibus levarentur in Cœlum. Scriptura nulla extat, qua dignoſcere poſſemus, quot annos cum Tarentinis ſuis vitam duxerit Beatus Cataldus; legitur autem in ejus vita, unde hæc excerpſimus, quæ ante Romanum officium reſtitutum, in Choro à Clericis legebatur, quod hic Sanctus, dum ſui diſſolutionem corporis imminere ſentiret, convocatis ad ſe urbis optimatibus, quos in fide, quam prædicaverat, conſtantiores cognoverat, & erga Deum magis devotos, Clericiſque omnibus ad hæc fere verba locutus ſit. Fra-

D

tres, & filioli mei dilectiſſimi, ſcire debetis adverſus fidem Catholicam, per magnam ab hæreticis & inimicis Crucis Chriſti non multo poſt inſurrecturam perſecutionem, navem Petri magnis fluctibus actum iri: vos autem qui ſpirituales eſtis, confirmate, ubi ego ad Dominum pertranſiero, confirmate, inquam, populum, illumque docere, admonere, corrigere ne ceſſetis, ut in fide Dom. noſtri Jeſu Chriſti, quam eis tot laboribus, ac vigiliis prædicavi, firmi ſint, & conſtantes; ab illa nunquam recedant, nunquam diſtrahantur, ſive præmia promittantur, ſive pœnæ acerbiſſimæ ante oculos proponantur; ad hanc enim Græciæ regionis urbem percelebrem non caſu, ſed Dominico juſſu profectus ſum jam inde à Paleſtina, quo me religionis, ac pietatis ergo contuleram à Britannis toto orbe diviſis. Etenim cum Hieroſolymis agerem, apparuit mihi Dom. noſter Jeſus Chriſtus, juſſitque, ut haud mora iſthuc ad vos & veſtros omnes me conferrem, ſanctum Evangelium, & fidem concionaturus, &

cordibus omnium impreſſurus, ubi centum & viginti quatuor annis ante Beatiſſimus Apoſtolorum Princeps Petrus, & ejus in Domino filius, & in rebus Chriſti geſtis diſcipulus Marcus prædicaverunt. Vos prætera rogatos etiam atque etiam velim, ut corpus meum in majori noſtra æde reponendum curetis, & in cellula, quæ ſancti Joannis in Galilæa dicitur, ipſumque ſub terra quàm diligentiſſimè recondatis. His ita dictis & mox expletis in eo cunctis ſacris miniſteriis, quæ circa ab hoc ſæculo commigrantes à fidelibus fieri conſuevit, ſanctiſſima illa anima corpore ſoluta in æternæ claritati gaudiis Angelorum manibus fuit collocata, ipſa etiam obitus hora, campanæ quotquot erant in urbis Eccleſiis pulſari angelicis, non humanis ictibus cœperunt. At ubi ſancti viri corpus intra Eccleſiam domo deductum eſt, ut circa illud Clerici de more funeralia, exequiaſque perſolverent, confluxit eo innumerabilis utriuſque ſexus frequentia cum ingenti infectorum ægritudinibus multitudine, qui ubi primum venerabile illud corpus tangerent, priſtinæ reddebantur ſanitati. Celebratis tandem ritè, honorificeque parentalibus, tam Clerici, quam Cives pii, habito ſuper hoc concilio, ſepulchrum, quod adhuc extat marmoreum, miræ, ut tempora illa erant, pulchritudinis extruxerunt, ibique corpus illud odore fragrans nimio, ob ſanctitatem magno devotionis affectu reponentes, ipſum ſub terra, ut moriens mandaverat, poſuerunt. Ex adventu & prædicatione igitur hujus glorioſiſſimi Confeſſoris extiterunt Tarentini religioſiſſimi, vitam viventes Chriſtianam, Deorum cultu Gentilium, qui pro ſtatu temporum illo miſerabili, magno ſtudio, ut dictum eſt, à veteribus ſtatis ceremoniis obſervabatur, penitus deleto. Hactenus Juvenis. De inventione corporis Beati Cataldi idem auctor ſcripſit cap. 3. ejuſdem libri. Ejus verò geſta heroico verſu conſcripſit Fr. Bonaventura Moronus Tarentinus Ord. Minorum lib. 6. diſtincta. Bartholomæus verò Moronus ejuſdem frater acta & miracula Cataldi in lucem emiſit. Cæterùm, qui Divo Cataldo in ſinu Abrahæ, hoc eſt, in Paradiſum recepto ſecuti ſint Epiſcopi Tarentinæ Eccleſiæ præſides non ſatis liquet uſque ad annum ſalutis nonageſimum primum ſupra quingenteſimum, Gregorio Pontifice maximo, tametſi tres referuntur ſediſſe ante Pontificatum Gregorii, quorum non meminit idem Joan. Juvenis in ſuo Catalogo, in multis tamen mendoſo; ſed & qui hos tres adſtruunt, nullum habent teſtimonium, tempus ignorant, & acta.

III. 3 MASONA Gothus, cujus, inquit Dipttyca apud me, vitam imperfectè Beringerius Tarentinus Diaconus ſcripſit: hanc non vidimus.

IV. 4 RENOVATIUS, &

V. 5 INNOCENTIUS, quorum omnino acta & tempus, quo floruerint, ignorantur. („ *Clero, & „ plebi Tarentinis de nemine baptizando inter Paſcha, & Pentecoſtes niſi neceſſitate cogente ſcripſit „ Gelaſius Papa, qui Eccleſiæ univerſali præfuit „ ab an. 492. uſque ad 496.* Lucentius.)

VI. 6 ANDREAS Tarentinus Epiſcopus vixit anno 590. ad quem Gregorius Magnus ſcribit epiſtolam, quæ eſt 44. lib. epiſtolarum 2. & cap 83. quæ etiam legitur diſtinctione 33. § habuiſſe: illum arguit de ejus concubina, & de muliere de matriculis verberata, qua de re etiam idem Gregorius ſcribit ad Joannem Epiſcopum Gallipolitanenſem.

VII („ *JOANNES adfuit Concilio Lateranen. pro „ Monachis à M. Gregorio celebrato an. 601.*)

VIII. 7 HONORIUS ſub eodem Gregorio floruit Tarentinus Præſul anno 603. ad quem idem Pontifex de Baptiſterio in Eccleſia S. Mariæ conſtruendo ita reſcripſit in epiſt. 24. lib. 11. epiſtolarum, Ind. 6. *Fraternitate tua indicante didicimus, in civitate Tarentina, in qua præeſſe dignoſceris in Eccleſia S. Mariæ Baptiſterium, noviter conſtruxiſſe, & ideo frater chariſſime præſenti auctoritate ſuſcepta tui deſiderii complebis effectum: quatenus per ſacrum lavacrum peccatorum illic macula deleantur.*

IX. 8 JOANNES Tarentinus Epiſcopus interfuit Synodo Lateranenſi Romæ celebrato ſub Martino Papa I. anno 649

9 GERVASIUS hujus nominis primus vixit anno 659. hujus non meminit Juvenis in Catalogo. X.

10 GERMANUS Epiſcopus hujus ſedis ſubſcripſit ſextæ Synodo Conſtantinopolitanæ ſub Agathone Pontifice ann. 680. in hæc verba. *Germanus humilis Epiſcopus ſanctæ Tarentinæ Eccleſiæ Provinciæ Calabriæ in hanc ſuggeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide unanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi.* XI.

11 CÆSARIUS intereſt Concilio Romano ab Zacharia Papa coacto a. 743. apud Baronium mendosè legitur Auſridus; ſed hic Cuſentinus Præſul ſubſcripſit in vetuſtiſſimo Codice Biblioth. Montis Caſini, Synodi Zachariæ. Ante Auſridum Cuſentinum, ſubſcripſit Pelagius Compſæ, cujus ex lapſu memoriæ in ſerie illius Eccleſiæ Epiſcoporum tom. 6. non meminimus. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi. XII.

12 * JOANNES Archiepiſcopus Tarentinus florebat an. 978. cujus gratia Pandulphus, & Landulphus Beneventani Principes conceſſerunt, & confirmarunt Landolpho Beneventano Archiepiſcopo Eccleſiam S. Michaelis Archangeli de Monte-Gargano cum Caſtro S. Angeli, perpetuo poſſidendam, ut in documento legitur, quod ab ipſo vetuſtiſſimo authographo à me exſcripto, & verbatim ſupra relato in Archiepiſcoporum Beneventanorum ſerie dedimus in Landulpho; & hic Joannes primus eſt Tarentinæ ſedis Archiepiſcopus, cujus memoria extet, de quo nil aliud habetur. XIII. * Ex Append. t. 9.

13 DIONYSIUS Præſul Tarentinus erat ab anno 1008. uſque ad annum 1029. ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ. XIV.



14 ALEXANDER Facciapecora anno ſalutis humanæ 1040. ſedaſſe legitur tumultum Mutilenſium in ſui Epiſcopi electione, & auctoritate Metropolitana eligendum juſſit Lybertum, ſeu Lyberium à Fumis Germanum Ducis ipſius urbis Mutilarum. XV.

15 STEPHANUM hujus nominis primum, virum laudatiſſimum, piiſque virtutum floribus ornatum per plures annos in Tarentina Eccleſia ſediſſe legitur, cujus memoria præcipuè habetur in monumentis ejuſdem Eccleſiæ anno 1041. ejus tamen non meminit Joan. Juvenis in Catal. Quem occiſum fuiſſe narrat Codex Andr. Lupi Protoſpatæ, Chronic. eodem, ſcilicet anno 1041. die 4. Martii in prælio inter Græcos, & Normannos apud Melphium commiſſo. XVI.

16 DRAGO * Tarentinus Archiepiſcopus interfuit conſecrationi Eccl. Caſinenſis ann. 1071. & Bullæ Alexandri II. qui eam conſecravit, ſubſcripſit apud Anonymum Caſinenſem. Hic Baſilicam XVII * al. Drogo.

majorem Tarentinam vetuſtate collabentem dirui A fecit, & novam etexit nobiliorem in cujus ædificatione reliquias Beatiſſimi Cataldi primus inuenit, de cujus inventione ex veteribus Cartophylacis hæc ſcripta reliquit idem Joannes Juvenis lib. 8. cap. 3.

Poſt multos annos Dragonus Pontifex in hac provincia maximus, Tarentinæ (inquam) Eccleſiæ Archiepiſcopus, vir apprimè religioſus, Dei cultui anhelans tota animi propenſione divinitùs inſpiratus, majorem Tarent. Baſilicã vetuſtate conſumptam conſtituit funditùs diruere, & novam auguſtiorem erigere, quę ornatu & magnitudine veterem ſuperaret; placet omnibus tam laudabile conſilium, inchoatur ergo opus, & inter multos, qui ibi opifices erant, vir quidam vitæ ſanè optimæ, quem Deus ad tantum detegendum Theſaurum paraverat, fundamentum effodiens. attigit ſepulchrum quoddam marmoreum, unde mira odoris fragantia emanabat. Vocatus Pontifex ad miram ſuavitatem percipiendam properans adeſt, & monumentum cœpit animo concipere, & à reliquiis, B *quæ ibi erant reconditæ, odorem illum tam ſuavem prodire. Clerus currit, populus properat, cum vocibus, tum odoris fragantia accerſiti. Aperit Præſul tumbam, videt ſanctas reliquias, ebore, ut ajunt, antiquo rubicundiores. Crucem prætereà adinvenit auream, ſancti ipſius nomen C. T. latinis duabus literis ſignificantem. Indicitur pro gratiarum actione ſupplicatio, cerei, lampadeſque accenduntur, diverſique generis concremantur aromata, quæ tamen de reliquiis prodiens ſuavitas non minus ſuperare ſentiebatur, ac minora lumina Solis ſplendor habebat. Pontifex interim ſuis ipſe manibus pretioſum reliquiarum Theſaurum colligit, quarum magna pars thecis hodie argenteis conditæ ſpectantur. Brachium præcipuè Sancti ipſius dexterum, tibia, calvaria, oſſaque quamplurima, dentes, & quæ ſtuporem cernentibus affert, integra lingua, cujus quia ſuam inventio habet hiſtoriam, ab ea nunc ſuperſedendum videtur. Monumentum marmoreum funibus, rudentibuſque contrahitur, & ſacello, quod à brachio ipſius* C *Sancti nomen habuit, magna cum reverentia reconditur.* Hæc ille.

Hanc inventionem actam fuiſſe recolunt veteres chartæ anno 1071. ſequenti mortalitatem exuiſſe oportet, cum qui ſequitur eo anno Tarentinam regeret Eccleſiam.

a Hic idem cum Alberto ſequenti.

XVIII 17 ALBERTUS a electus poſt Dragonem anno 1072. ſedit aliquot annos.

18 BASILIUS primus memoratur anno 1084. Is anno 1085. donavit Capitulo quandam annui cenſus decimam, nec de eo aliquid aliud in monumentis invenitur.

XIX 19 * ALBERTUS Tarentinus Archiepiſcopus an. 1092. Ind 15. 9. Idus Decembris, cum Rodulpho Archiepiſcopo Cuſentino, aliiſque Abbatibus ſubſcripſit donationi Rogerii Siciliæ Comitis pro Eccleſia Cataneinſi elargitæ, quam refert Rocchus Pytthus in notitia Eccleſiæ Cataneinſis, & noſter Jo: Baptiſta de Groſſis in ſua Catania ſacra. Quæ autem ad Albertum pertinent, neſcio, an iſte idem D ſit cum ſuperiori Alberto n. 16. qui à Juvene poſt Draconem reponitur, atque vixiſſe ait 1072. Crediderim tamen, unum tantum fuiſſe Albertum, non duos, ea tempeſtate Archiepiſcopum Tarentinum ſuo loco recenſendum poſt Baſilium, non autem poſt Draconem, ac erratum fuiſſe à Juvene in annorum computatione, ac pro 1092. ſcripſiſſe 1072. certum omnino eſt ex donatione Rogerii Comitis Albertum floruiſse an. 1092.

* Ex App. tom. 9.

XX. 20 JACOBUM quendam hujus Eccleſiæ Archiepiſcopum fuiſſe anno 1099. ſcribit idem Juvenis in Catalogo, tametſi illum haud reſediſſe narret.

XXI 21 STEPHANUM Philamarinum priſcæ nobilitatis, & virtutis virum, Eccleſiam Tarentinam rexiſſe ſcribunt ſub Paſchale II. Pontifice Max. anno Chriſti 1102. Quot annos verò hanc ille rexerit Eccleſiam non produnt; cujus tamen memoriam nuper excitavit in Eccleſia Metropolitana Neapoli



ejus gentilis Aſcanius Philamarinus Archiepiſcopus, S. R. E. Cardinalis.

Memoriæ Stephani Philamarini inter priores illas Eccleſiæ Tarentinę Archiepiſcopos Priſca ſanctitate, & doctrina illuſtres Decimi noni, qui floruit ante annum MCII. Aſcanius Philamarinus S. R. E. Cardinalis Archiepiſcopus Neapolitanus ut tam vetuſtum Sacræ nobilitatis monumentum in familia ſua perenne extet honoris, pietatiſque cauſa poſuit. Anno MDC.XXXXIII.

22 MORALDUS Tarentinis jus dixit anno 1102. XXII.

23 RAYNALDUS Tarentina dignitate præ- XXIII ſulſit ab anno ſalutis 1106. ad annum uſque 1119. Huic & ſucceſſoribus ejus vir Illuſtris Rodulphus dictus Machabæus, pro ſalute animæ ſuæ, ſuorumque parentum, feudum S. Theodori, quod *la Bernardina* hodie nuncupatur, cum omnibus ſuis pertinentiis Regia liberalitate conceſſit. Donationis documentum extat in tabulario Tarentinæ Eccleſiæ: teſtis etiam fuit, ſubſcripſitque donationi, quam Conſtantia Francorum Regis filia, & quondam Boemundi Antiocheni Principis uxor unà cum filio ſuo Boemundo Eccleſiæ S Petri Imperialis Tarentinæ ditionis aſſeruit anno Domini 1104. Indict. 8. Conſtantia ita ſe ſubſcripſit † *Signum manus Conſtantiæ uxoris quondam Boemundi Antiocheni Principis, & Boemundi filii Benedicti Antiochiæ Principis.* Eadem item Conſtantia Comitiſſa, conſilio, & *aſſenſu* Raynaldi Archiepiſcopi, Monaſterium S. Bartholomæi Tarenti pro ſacris virginibus ædificavit, in eoque conſtituit Abbatiſſam Aloyſiam. Cæterùm cum Conſtantia viam univerſę carnis ingreſſa fuiſſet, & à quibuſdam maligni ſpiritus bona ejuſdem Monaſterii, & Eccleſiæ invaſa eſſent, Abbatiſſa virili conatu jus ſuum ſuſtinuit, & non multo poſt devotionis gratia Hieroſolymam petiit, ubi & piè obiit. Monaſterium penè derelictum à Monialibus, à Boemundo Principe Antiocheno Conſtantiæ filio una cum bonis Nilo Abbati S. Anaſtaſii de Carbono, accedente conſenſu Clericorum Tarentinæ Eccleſiæ conceſſum eſt, ut ex privilegio ſcripto anno mundi 6634. Chriſti verò anno 1126. licet proſpicere, quod ab ipſo Archetypo evulgavit Paulus Æmilius Sanctorus Archiepiſcopus Cuſentinus in hiſtoria Carbonenſis Cœnobii, in hunc modum.

Privilegium factum à me Boamundo filio, & hærede Illuſtriſſ. Principis, & felicis recordationis Boamundi, & conceſſum tibi ſanctiſſimo Nilo Abbati venerandi Monaſterii S. Martyris Anaſtaſii de Carbono, & omnibus in dicto Monaſterio ſucceſſoribus tuis. Anno 6634. menſe Januario, indict. 4.

Quoniam clariſſima, & ſemper memoranda Domina mater mea Conſtantia, cum adhuc viveret, tanquam religioſa & animę ſalutē quotidie curans, ac pia

deſi-

A *deſiderio, & divino amore detenta, in mente habuit ſacrum Templum ſancti & glorioſi Apoſtoli Bartholomæi, quod eſt in civitate Tarenti fabricare, & illud pro ſalute animæ prædicti patris mei, ſuæ & noſtræ, ac etiam pro animarum ſalute omnium cognatorum ſuorum poſt ſe, in Monaſterium erigere & benè quæ in eo ſunt adminiſtrare. Quare & mentem ſuam ad honorem Dei adimplere feſtinans, in prædicto templo de conſenſu, & hortatu Raynaldi eo tempore Reverendiſſimi Archiepiſcopi Tarenti, Aloyſiam quandam religioſam Monacham Abbatiſſam conſtituit. Verùm quoniam divinum hoc templum injuria afficiebatur à quibuſdam, qui res novas molientes, bona & facultates illius occupabant, cum hanc injuriam diutius ipſa ferre non poſſet, templum ipſum defendere, & rem illius afflictam rectè diſponere, & jura ſua Eccleſiæ reſtituere decrevit. Quibus omnibus per eam ad optatum finem eeductis, bona univerſa juſtè defenſa, & obtenta dictæ venerandæ Monachæ tradidit. Quæ etiam ad longum tempus hæc omnia obtinuit, & poſſedit, ut Domina, cum augmento, &* B *utilitate Eccleſiæ. Sed cum divinum quoddam deſiderium ei in animum veniſſet, devotionis gratia Hieroſolymam petere, & in illis ſanctiſſimis locis uſque ad ſuæ vitæ finem commorari, his omnibus relictis, eo ſe contulit, interea vero Domina mater moriens ad Deum eſt profecta. Nos igitur illius conatum, & deſiderium Deo gratum, & animabus noſtris utile imperfectum relinquere nolentes, ne fortè hujuſmodi negligentia iram ipſius Dei contra nos provocemus: & quod pro animarum noſtrarum ſalute inſtitutum, in earundem detrimentum commutemus. Omnia hæc tradidimus tibi ſanctiſſimo Abbati Nilo, qui præfatæ Eccleſiæ poſſeſſum, & adminiſtrationem à Reverendis Clericis majoris Eccleſiæ prædictæ civitatis Tarenti canonicè & legitimè jam accepiſti, videlicet à Reverendis Joanne Archidiacono, & Bernardo Primicerio, & omnibus Clericis Eccleſiæ prædictæ. Tradimus autem tibi omnia bona ad præfatam Eccleſiam ſpectantia, & attinentia, tam in civitate Tarenti, quàm extra exiſtentia, quemadmodum fel. re-* C *cord. mater mea juſtè illa defendit & vicit, & Monacha prædicta noſte, dieque ea obtinuit, & poſſedit, & eorum Domina fuit. Quorum omnium poſſeſſum, & poteſtatem tibi dedimus in præſentia Reverendiſſimorum Dominorum Gualterii Archiepiſcopi Barii, & Petri Archiepiſc. Hydrunti, & Bagelardi Brunduſii Archiepiſcopi; necnon in præſentia Alexandri Comitis Cuperſani, & Zagræ ejus conſobrini, & Roberti Comitis Poletini, & Rogerii de Montibus Conteſtabilis noſtri, & Galgelmi filii David, & Saphra & Vui Talabotii, & Roberti de Sais moderni Agentis civitatis noſtræ, ut eam Eccleſiam habeas, obtineas, poſſideas, & gubernes piè, & in timore Dei tu, & omnes tui ſucceſſores. Si quis autem ex omnibus viris, qui ſub nobis exiſtunt, vel ex hæredibus, ſeu ſucceſſoribus noſtris præſens Privilegium à me ad animarum noſtrarum utilitatem, & Dei timorem factum irritum habere, & in aliquo immutare, ſeu alterare tentaverit; primum quidem indignationem noſtram ſe incurſurum, deinde vero quinquaginta libras auri ve-* D *ſtiario, & Cameræ noſtræ, & alias quinquaginta Eccleſiæ prædictæ, tibique & tuis ſucceſſoribus ſe noverit ſoluturam. Nos verò ipſi, vel hæredes noſtri, ſeu ſucceſſores, ſi eorum quæ nobis optima viſa ſunt in aliquo tempore nos pœnituerit, ita ut ea irrita facere, vel infringere velimus, indignationem Dei & Sanctorum, ac venerandorum Patrum, & ipſius Apoſtoli maledictionem incurramus: præſenti privilegio firmo, infracto, & in robore ſuo nihilominus in perpetuum duraturo. Quod ad abundantiorem cautelam, & majus robur de mandato meo, manu Michaelis Notarii mei ſcriptum, & plumbea Bulla mea roboratum, traditum, & conceſſum fuit tibi, menſe, Indictione, & anno ſupradictis.*

† BOAMUNDUS.

† *Signum hoc crucis feci ego Rogerius de Montibus Domini Boamundi Comeſtabulus propria manu ad confirmationem præſcriptorum.*

A † *Signum hoc crucis feci ego Saſeedus ad confirmanda ſuperius ſcripta.*

† *Signum hoc crucis feci ego Robertus de Sais ad confirmationem præfatorum.*

† *Signum hoc crucis feci ego Triſtanus propria manu Quiangotæ filius.*

† *Corvus de Similla per ſignum crucis præſcripta firmat.*

24 GUALTERIUS, patria Neapolitanus, XXIV moribus, & doctrina inſignis vir, ſucceſſit Raynaldo circa annum Dom. 1119. Sedit plus minuſve annis duodecim. Is cum eſſet infracti animi vir, & magna virtute præditus, ab Honorio II. Beneventum vocatus anno 1127. Civitatem illam ſuo conſilio regendam accepit, ut Falco Beneventanus in Chron. ſcribit. Dum eo in munere obeundo verſaretur, Baſilicam SS. Januarii, Feſti, & Deſiderii conſtrui fecit, ut idem teſtatur Falco ad ann. 1129. quo Roffridus Beneventanus Archiepiſcopus corpora eorundem ſanctorum in ea Baſilica honorifice B recondidit. Interfuit deinde, teſte Roccho Pyrrho notitia prima Eccleſiæ Siculienſium coronationi Rogerii I. Siculorum Regis, Panormi habitæ anno 1129. Quo ſedente Boamundus junior cum Conſtantia matre Tarentinorum Principes novas auxerunt Eccleſiæ Tarentinæ juriſdictiones.

25 ROLEMANNUS Eccleſiæ Tarentinæ XXV præfuit. Ejus unica mentio habetur anno 1133. in privilegio ei conceſſo à Rogerio II. Comite.

26 PHILIPPUS Archiepiſcopus Tarentinus XXVI memoratur in Tabulario an. 1138. Hic ille Philippus eſt Anacleti II. Antipapæ aſſecla, & fautor, qui ann. 1139. in celeberrimo illo mille Prælat. Concilio ſub Innocentio II. Romæ celebratum cum aliis Cardinalibus, & Epiſcopis depoſitus, & ſacrorum uſu privatus, ſententiam hanc æquo tulit animo, & ne ultra fortunæ fieret ludibrium, Claravallem in Gallia ſe conferens, de manibus S. Bernardi habitum Ciſtercienſis Ordinis ſuſcepit, ubi tanta vitæ puritate, & ſanctimonia effulſit, ut anno 1150. C Monaſterii Claravallenſis Prior conſtitutus fuerit, in quo officio laudabiliter perſeveravit uſque ad obitum S. Bernardi, & ſub ejus ſucceſſore Beato Roberto de Burgis uſque ad annum 1156. quo, virtutum ejus fama magis, magiſque clareſcente, promotus fuit in Abbatem Eleemoſynæ, quod eſt Cœnobium Ordinis Ciſtercienſis anno 1121. In Diœceſi Carnotenſi fundatum à Theobaldo Comite Campaniæ & Bleſæ. Quod cum poſtquam annis aliquot prudenter, & piè rexiſſet, ætate & laboribus fractus, illud ſponte reſignavit, & Claravallem reverſus eſt, ubi ſancto fine quievit. Pro Philippo, tunc Monacho Claravallenſi ſcripſiſſe S. Bernardum ad Eugenium III. epiſtolam ſuo, & totius Conventus nomine, quæ inter alias ejuſdem Sancti 257. obſervat Angelus Manriquez annalium Ciſtercienſium to. 2. ut in Altari miniſtrare permitteretur; nec omnino petitio ſancti fuit inanis, inquit Manriquez: exauditus eſt pro ſua reverentia, & cum Philippo ex parte diſpenſatum, non ut offerret Altari D ſacrificium, ſed ut Diaconus offerenti miniſtraret. Ea erat diſciplinæ diſtinctio illis temporibus, is Eugenii zelus, qui temperari ex ratione aliquando conſueviſſet, nunquam deficere. Habemus hæc ex Catalogo Priorum Claravallenſium de Philippo pro Reinero ſuffecto, ita loquitur. *Philippus, qui fuerat Epiſcopus Tarentinus, & tempore ſchiſmatis degradatus, venit ad Claramvallem, cui de miſericordia conceſſum eſt eſſe in officio Diaconi. Prior quando obiit Beatus Bernardus. Et poſtea ſub Abbate Roberto præfuit. Deinde factus eſt Abbas Eleemoſynæ, & noviſſime in Claramvallem rediit, ubi & obiit.* Ab eodem Manriquez aſſeritur, Philippum hunc ſcripſiſſe librum miraculorum à S. Bernardo in Germania, & Belgio perpetratorum, dum crucem prædicaret, ad Henricum, Ludovici Francorum Regis fratrem, tunc in Claravalle adhuc Monachum novitium, poſtea Bellovacenſem Epiſcopum, mox Remenſem Archiepiſcopum, quod non probat Caro-

lus de Viſch non ſine honore nominandus, in Bibliotheca ſua Ciſtercienſi, cui probabilius videtur, hunc librum ſcriptum fuiſſe ab alio Philippo quondam Leodienſi Archidiacono, & poſtea Monacho etiam Clarevallis, qui multorum, quæ ſcripſit miraculorum, teſtis fuit oculatus, fuitque longè diverſus à noſtro Philippo quondam Tarentino Præſule: quamquam & hic vir fuerit, non minùs doctrina, quam virtutibus celeberrimus, qui eruditionis ſuæ varia monumenta poſteris reliquit, ex quibus tamen Auctor non potuit aſſequi, niſi 25. epiſtolas inſigni eruditione refertas, ad Regem Galliæ, diverſos Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Principes ſæculares, alioſq; conſcriptas, quas nuper publici juris fecit ad calcem ſuæ Bibliothecæ idem Carolus de Viſch. De Philippo plura leges apud eundem Auctorem, Angelum Manriquez Epiſcopum Pacenſem tom 2. Annal. Ciſtercienſis Ord. Chryſoſtomum Henriquez in Faſciculo Sanctorum Ordin. Ciſtercienſis inter Priores Clarevallis, Gaſparem Jongelinum in Purpura Divi Bernardi, & in Notitia Abbatiarum Ordin. Ciſtercienſis in Regno Galliæ pag. 39. alioſque ejuſdem Ordinis Auctores.

XXVII 27 GIRALDUS exauctorato Philippo ſucceſſit; vixit in hac dignitate ad annum uſque 1172. Is divino repletus ſpiritu, maximeq; in Beatiſſimum Cataldum devotione affectus, an. 1150. ſacras reliquias decentiori loco recondere decrevit. Capſam igitur argenteam, in qua ſacræ reliquiæ aſſervarentur, Salvatoris noſtri, Angelorum, Apoſtolorumque imaginibus inſignitam, ubi etiam Ligni ſalutiferæ Crucis particulam auro tectam, gemmiſque pretioſiſſimis decoratam poſuit, miro artificio elaborari fecit, indictoque translationis die ad ſextum Idus Maii, Giraldus una cum Epiſcopis ſuffraganeis, universo Clero, & Populo ad Eccleſiam veniens, ſepulchrum ſub altari majori repoſitum aperuit, inde reliquias extrahens, in theca illa argentea honorificè collocavit: ubi plura miracula Deus per Sanctum ſuum eo tempore operatus eſt, ſedente Eugenio III. Summo Pontifice.

XXVIII. 28 BASILIUS II. cognomine de Palajano, vir probitate morum, & prudentiæ laude præclarus ab Alexandro III. factus eſt Tarentinus Archiepiſcopus, ſub quo Lateranenſi Concilio interfuit ann. 1179. Eccleſiam SS. Simonis & Judæ Apoſtolorum erexit, quæ hodie Athenitiorum eſt juriſpatronatus; clara etiam mentio ejus habetur in tabulario ejuſdem Eccleſiæ Tarentinæ anno 1181.

XXIX. 29 GERVASIUS ſublectus eſt Archiepiſcopus poſt Baſilium, præfuitque ad annum uſque 1194.

XXX 30 ANGELUS ordinatur Metropolitanus hujus Eccleſiæ ann. 1194. Quantæ Præſul hic fuerit prudentiæ, Innocentii III. Pontificis, & Henrici VI. Imper. teſtimonio facilè credi poteſt. Innocentius illum S. Sedis Legatum eſſe juſſit apud eundem Henricum Imp. cujus meminit in 2. Decret. Henricus vero in magnis Regni negotiis uſus eſt, cujus intuitu Henricus confirmat omnia privilegia per ſuperiores Reges conceſſa in favorem Tarentinæ Eccleſiæ, illaque ampliata Conſtantia Imper. uxor, cum eſſet magnæ pietatis Princeps, confirmavit omnia, quæ maritus irrogarat, rata etiam, & firma declarans. Privilegiorum tenor ab exemplari tabularii Tarentinæ Eccleſiæ exſcriptus talis eſt.

Henricus Sextus divina favente clementia Romanorum Imperator & Rex Siciliæ ſemper Auguſtus.

In nullo melius ſtatus noſtro conſulimus quam ſi Eccleſiarum Dei commodis, & quieti conceſſa nobis divinitus poteſtate præcipimus, & earum jura integre creatori noſtro propenſius conſervamus. Hac ſiquidem conſideratione inducti dilectum fidelem noſtrum Angelum Archiepiſcopum Tarentinum, & Eccleſiam ejus ſub protectione noſtra ſuſcipimus; In primis quidem ſtatuentes ut quidquid juris, vel conſuetudinis in affidandis hominibus tam in civitate quam in caſalibus, & juriſdictione exercenda ſuper eos

A *tempore Regis Rogerii ipſa Eccleſia habuit ipſique Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ejus inviolabiliter obſervetur, nec alli liceat homines affidatos Eccleſiæ, vel affidandos exactionibus impoſitis, & imponendis pergravare, vel ipſis hominibus moleſtiam inferre occaſione alicujus mandati, vel reſcripti obtenti contra privilegia ipſorum Eccleſiæ indulta, & conſuetudinibus diutius obſervatam, ſed Eccleſia ita eos libere affidet, & poſſideat ſicut antiquitus melius habuit uſque ad tempora Regis Guillelmi II. caſſantes, & penitus in irritum prædicentes quidquid in præjudicium ejus Tancredus omnibus civitatibus indulſerat, decimas propterea introituum noſtrorum, & omnes poſſeſſiones, & jura tam in civitate quam in caſalibus in piſcariis Judæis domibus . . . . . barerum & aliis omnibus, quæ ipſa Eccleſia ex donatione Principum, oblatione fidelium hactenus poſſedit, & poſſidet, ſpecialiter autem tenimentum Appii quod Gervaſius quond. Epiſcopus emit à Domina ejuſdem loci ſine onere ſervitii poſſidendum Tarentinæ*

B *Eccleſiæ concedimus, & confirmamus, ſtatuimus itaque & Imperiali ſancimus edicto ut nulla omnino perſona, vel ſæcularis, alta, vel humilis hanc noſtram conceſſionis paginam, ac confirmationis audeat infringere, vel ei temeritate aliqua contraire. Si quis autem contra hoc Imperiale ſtatutum auſu temerario aliquid duxerit attentandum in vindictam ſuæ præſumptionis, iram & indignationem noſtræ majeſtatis incurrat, & pro pœna tranſgreſſionis centum libras puri auri componat; medietatem imperiali Cameræ, & reliquam medietatem Eccleſiæ prædictæ. Ut ergo hæc noſtra conceſſio, & confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat ad petitionem Tarentinæ Eccleſiæ præſentem divalem paginam, inde conſcribi, & noſtri ſigilli munitione juſſimus communiri.*

Datum apud Panormum anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo quinto, . . . decimatertia Indictionis.

In nomine Summæ Individuæ Trinitatis.

C *Henricus Sextus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.*

Imperialis celſitudinis Majeſtatem tunc recte dirigit pietas uctionum ſummæ pacis, & libertatis Eccleſiaſticæ incrementum aciem internæ conſiderationis extendens, ſic erga eos qui in ſacris Deo dicatiſque locis divino cultui cum debitum quam aſſiduum famulatum exhibent, temporalia ordinat, & diſponit ut à ſpiritualibus ſtudiis nec rerum inopia, nec ullius perturbationis moleſtia retrahantur. Hac igitur pietate affectus ob timorem & reverentiam conditoris noſtri, & Beati Cataldi Confeſſoris merita, cujus ſanctiſſimum corpus in Tarentina Eccleſia requieſcit. Attendentes etiam expertam fidem, & devotionem quam tu dilecte, & fidelis noſter Angelo Venerabilis Archiepiſcope, diutius in magnis, & arduis Imperii noſtri negotiis impendiſti, prædictam Eccleſiam cum omnibus quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, vel in futurum juſtis modis poterit adipiſci ſub protectione majeſtatis noſtræ, ac defenſione,

D *juſſimus & præſenti ſcripto privilegio communimus, Imperiali ſtatuentes edicto, ut quæcumque dignitates, & jura, & quæcumque bona prædicta Eccleſia habuit in civitate Tarenti, vel extra, vel nunc de munificentia noſtra poſſidet tibi tuiſq; ſucceſſoribus firma ſint, & permaneant illibata, in quibus ſpecialiter, & expreſſius concedimus, & confirmamus tibi, & Eccleſiæ tuæ homines tam proprios quam affidatos quos Eccleſia in civitate habuit temporibus Illuſtris memoriæ Rogerii, & Guillelmi Regum, & nunc per reſtitutionem noſtram habere dignoſcitur, & quidquid juris, & conſuetudinis antecessores tui in ipſis hominibus, vineis, terris, animalibus, domibus ſive quibuſcumque rebus aliis habuerunt, quæcumq; vero à prædeceſſoribus tuis in diſpendium Eccl. alienata ſunt, vel conceſſa, & quæcumque malitia, & violentia uſurpata, ſive quæ temporibus Tancredi de judiciis Eccleſiæ ſubtracta ſunt revocandi, & vendicandi tibi, & Eccleſiæ tuæ liberam concedimus poteſtatem, ſut*

libere

liberò affidandi tam in civitate quam in aliis locis tuis ſicut Eccleſia tua temporibus dictorum Regum, & Principum habuit, & nunc habet, & ſpecialiter apud Saletum quam nuper de licentia Illuſtriſſimæ conſortis noſtræ reædificare cœpiſti, Noſque perfici, & conſummari concedimus firmum tibi, & ipſi Eccleſiæ illibatum permaneat, nec ulli liceat affidatos, vel affidandos homines in civitate, vel aliis locis tuis exactionibus, vel aliquibus moleſtiis pergravare occaſione alicujus mandati, vel reſcripti obtenti contra communem libertatem indultam ipſi Eccleſiæ, & conſuetudinem diutius obſervatam. Sacerdotes prætereatam Latinos quam Græcos tuæ Diœceſis &c. eorumque filios poſt ſacros Ordines genitos, & juriſdictionem plenariam ſuper ipſos tibi, & Eccleſiæ tuæ concedimus, ita tamen quod de juſtitiis dumtaxat patrimonii ſui ſi quid habent, vel impoſterum. . . . decimus inſuper redditmum noſtrorum aneruinque proventuum Baronum cum piſcariis, barcis domibuſque. . . . parvumque de conceſſione . . . quia inter Eccleſiam . . . de ſolutione decimarum liberam Indulgemus . . . auctoritatem . . . . Integras decimas omniumque redditumm noſtrorum eccipiant, & ſumma ipſarum decimarum careſcat ſemper id quod bajuli pro ipſa bajulatione dare . . . ſolent terminis piſcariarum poſitis ſecundum quod ſtatuti fuerint & conſervati uſque ad obitum Illuſtriſſimæ memoriæ Regis Guilielmi II. contra piſcarios Eccleſiæ, nullus tranſgredi, vel violare præſumat, ad hoc Caſtellanetum, quod intuitu fidelium obſequiorum tuorum . . . . concedimus cum omnibus pertinentiis ſuis quos habuit à tempore Regis Rogerii uſque ad tempus Regis Guglielmi II. uſurpata fuerunt à Comite Tuncredo Litii, & aliis circumpoſitis vicinis infra antiquos terminos territorii ipſius, & nunc de mandato jam dictæ Ill. Conſortis noſtræ per Ugonem Tommacella Comitem montis Caveoſi Juſticiarii terræ Idruntis reſtituta ſicut Mutatam, & Murlanum, quæ primo conceſſa Abbati Viſaciæ poſtmodum à noſtra munificentia recepiſti ſatisfactnrus ipſi Abbati de pecunia, quæ nobis pro ipſis caſalibus ſolverat cum omnibus tenimentis, & pertinentiis ſuis cum Caſtarello, & Caprurica cum foreſta, ſicut ea antequam haberemus Regnum, Notarius Stephanus, & poſtmodum idem Abbas tenuit ſpecialem auctoritatem, & vineam ejuſdem loci, quæ Viari dicitur quam cum deceta eſſet à temporibus jam dicti Regis Guiglielmi culturam propriis expenſis, & laboribus reduxiſti tibi, & Eccleſiæ tuæ ſicut ea de gratia noſtra tenes, & poſſides concedimus, & confirmamus terram Apii, & caſale ſancti Petri cum omnibus tenimentis, & pertinentiis ſuis, quæ Sibilia Domina ejuſdem loci ante adventum noſtræ ſublimitatis in Regno Eccleſiæ Tarentinæ vendidit, quam etiam venditionem vir ſuus qui tunc abſens fuerat poſtmodum cum eſſemus apud Meſſanam ratam habuit, & pretii partem accepit, tibi, & Eccleſiæ tuæ in capite poſſidenda concedimus, & confirmamus . . . . . Comiti montis Caveoſi qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, occaſione, quæ terra ipſa fuit de honore jam dicti montis Caveoſi, ſive prædictæ Sibiliæ & . . . . . . hæredibus ſuis vel alteri de conſanguinitate ipſius ſuper hoc Tarentinum . . . . . libere poſſidet eadem Eccleſia abſque illius impetitione perpetuo præſideat, & quiete jura etiam libertatem & conſuetudines quas homines ſancti Theodori in terra jam dicti honoris priorum Regum temporibus habuerint ſine moleſtia cujuſque habeant, & tam caſale ipſum quam caſalia Gripuliarum ſancti Victoris Monaſterii, & ſalvo cum aliis omnibus poſſeſſionibus, & bonis quæ ad præſens rationaliter poſſidet tibi tuiſque ſucceſſoribus inconcuſſa permaneant, & quia nonnulli Parochianorum decimas Deo, & Eccleſiæ debitas nec pro timore Dei, nec etiam ad noſtræ juſſionis edictum, quod poſt conquiſitum per gratiam Dei Regnum apud Panormum fecimus, tibi, & Eccleſiæ tuæ ſolvere acquieſcunt, & quidam eorum eas pro ſua voluntate diſtribuunt, tibi tuiſque ſucceſſoribus liberam concedimus poteſtatem, & ad ſolvendas

A decimas, & alia tibi debita Eccleſiaſtica jura, ſed quod jus Canonicum exigit per excommunicationem, interdictum, aliaſque diſtinctiones eccleſiaſticas, & temporales ſi opus fuerit, quod etiam in prædicto præmemorato ſtatuimus auctoritate noſtræ celſitudinis compellatis &c. Statuimus igitur, & per præſentem Divalem Imperatoriæ mentis paginam ſancimus, ut nulla perſona humilis, vel ſecularis, vel Eccleſiaſtica contra ſupradictæ conceſſionis, & confirmationis noſtræ tenorem venire, vel eam in aliquo infringere, vel immutare præſumant, & qui contra fecerit triginta libras auri pro pœna componatur dimidium Cameræ noſtræ, & reliquum Archiepiſcopo Tarentino . . . . . . hujus rei teſtes ſunt videlicet VVdoſpirenſis Epiſcopus, ... Conſtantienſis Epiſcopus . . . . Tiſaldus Veo Martinus electus Sigenaldos Abbas Caurlſſ. Corradus Dux Sveviæ, Philippus Dux Turſciæ VValeranen. Comes de Soſſovio, Henricus Comes de Livigen. Bulbo Comes de VVert. Gelarius Comes Vuldente Robertus de

B Durre Curio de Minicen. & alii Clerici, & Laici complures, & cætera.

Signum Domini Henrici Sexti Romanorum Imperatoris invictiſſimi ſemper Auguſti.

Acta ſunt hæc, anno Dominicæ Incarnationis 1196. indict. 14. imperante Dom Henrico invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Siciliæ Rege.

Anno vero Regni ejus 26. Imperii vero 5. & Regni Siciliæ 2. &c. Datum per manus Alberici Imperialis aulæ Prothonotarii Vvormat. 3. Idus Julii.

In nomine Sanctiſſ. & Individuæ Trinitatis. Amen.

Conſtantia divina favente clementia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta & Regina Siciliæ.

Imperialis celſitudinis . . . . Eccleſiarum quieti proſpicere, & jura ipſarum nec ullius privatis . . . . hinc eſt quod cum tu dilecte fidelis noſter venerabilis Tarenti Archiepiſcopus ad magnam

B præſentiam noſtram acceſſiſſet, & privilegium indultum tibi, & Eccleſiæ à Sereniſſimo Domino, & viro noſtro Henrico recolendæ memoriæ. . . . . à noſtra celſitudine quod privilegium aurea inſignitum bulla offerri nobis duximus & perlegi diligenter, ac exemplare igitur . . . prædictam Eccleſiam, & cum omnibus qui in præſentiarum rationabiliter poſſidet, vel in futurum juſtis modis poterit adipiſci ſub imperio majeſtatis noſtræ, ac defenſione ſuſcipimus, & præſenti privilegio communimus, imperiali ſtatuentes edicto, ut quæcumque privilegia, & jura, quæcumque bona prædicta Eccleſia hactenus habuit in civitate Tarenti. . . . de munificentia noſtra poſſidet tibi tuiſque ſucceſſoribus firma ſint, & permaneant illibata in quibus ſpecialiter, & expreſſius concedimus, & confirmamus tibi, & Eccleſiæ tuæ . . . . quos in civitate habuit temporibus Illuſtriſſimæ memoriæ Domini Rogerii, & Guglielmi Regum, & nunc per reſtitutionem noſtram habere dignoſcitur, & quidquid juris, & conſuetudinis antece-

D ſſores tui in prædictis hominibus, vineis, terris, animalibus, domibus, ſive quibuſcumque rebus aliis habuerunt quæcumque à prædeceſſoribus tuis in diſpendium Eccleſiæ alienata ſint vel conceſſa à quacumque malitia, vel violentia uſurpata, ſive quod temporibus Tuncredi de juſtitiis Eccleſiæ ſubtracta ſint revocandi, & vendicandi tibi, & Eccleſiæ tuæ liberam concedimus poteſtatem jus liberè affidandi tam in civitate quam in aliis locis tuis ſicut Eccleſia tua temporibus dictorum Regum, & Principum habuit, & nunc habet, & ſpecialiter apud Saletum quam nuper de licentia noſtra reædificare cœpiſti noſque perfici, & conſumari concedimus firmum tibi, & ipſi Eccleſiæ illibatum, &c. permaneat, nec ulli liceat affidatos, vel affidandos homines in civitate, vel aliis locis exactionibus, vel aliquibus moleſtiis pergravare occaſione alicujus mandati, vel reſcripti obtenti contra libertatem indultam ipſi Eccleſiæ, & conſuetudinem diutius obſervatam. Sacerdotes præterea, tam Latinos

quam

quam Græcos, & alios Clericos tuæ Diœceſis eorumque filios poſt ſacros Ordines, & juriſdictionem plenariam ſuper ipſis, & Eccleſiæ concedimus, ita tamen quod de juſtitiis dumtaxat patrimonii, quod habent . . . . decimas etiam omnium reddituum noſtrorum omniumque proventuum Baronum cum piſcatoriis Barcis domibuſque quas in ipſa civitate habes, domum quoque Brazuli, quæ cœpta eſt ſique mane parvum quam ex conceſſione noſtra poſſidet habendam, & conſumandam tibi, & Tarentinæ Eccleſiæ confirmamus, & quia inter Eccleſiam, & bajulos civitatis de ſolutione Decimarum ſcandalum oritur; & jure ſuo Eccleſia defraudatur tibi, & tuis ſucceſſoribus autem liberam indulgemus conſtituendi nuntios cum griparis per integras decimas omnium reddituum noſtrorum recipiant, & ſumma ipſarum decimarum exereſcat ſecundum id quod bajulis pro ipſa bajulatione dare contingit terminum piſcariarum Pontis ſecundum quod ſtatuti fuerint, & conſervati uſque ad obitum Illuſtriſſimæ memoriæ Regis Guiglelmi II. & piſcarias Eccleſiæ nullus tranſgredi, vel violare præſumat, mutatam, & regiolanum, quæ primo conceſſa Abbati Urſariæ poſt modum à prædicti Domini, & viri noſtri munificentia recepiſti ſatisfacturus de pecunia quam nobis pro ipſis caſalibus ſolverat dum omnibus tenimentis, & pertinentiis ſuis cum caſtro Carzello, & Crapatica cum foreſta, ſpecialiter autem & vineæ quæ Viari dicitur, quam cum deſerta eſſet ad culturam propriis expenſis, & laboribus reduxiſti, tibi, & Eccleſiæ tuæ, ſicut ea de gratia noſtra tenes, & poſſides, concedimus, & confirmamus terram Appii, & caſale ſancti Petri, cum omnibus tenimentis, & pertinentiis ſuis, quam Sibilia Domina ejuſdem loci, ante adventum noſtræ ſublimitatis in Regnum, Eccleſiæ Tarentinæ vendidit, quam etiam venditionem vir ſuus, qui tunc abſens fuerat poſtmodum ratam habuit, & pretii partem accepit; tibi, & Eccleſiæ tuæ in capite poſſidendam concedimus, & confirmamus, nec liceat Comiti montis Caucoſi, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit occaſione quod terra ipſa fuerit de honore montis Caucoſi, ſive prædictæ Sibiliæ viro, & hæredibus ſuis, vel alicui de conſanguinitate ipſius ſuper hoc, Tarentinam Eccleſiam moleſtare, quo minus terram ipſam ſicut anteceſſor tuus in capite poſſedit, & tu ad præſens liberè poſſides, eadem Eccleſia abſque illius petitione perpetua poſſideat . . . Jura etiam libertatem, & conſuetudines quas homines ſancti Theodori in terra jam dicti honoris, priorum Regum temporibus, habuerint, ſine moleſtia cujuſque habeant, & tam caſale ipſum quam caſalia Gripalia &c. Sancti Victoris Monacitii, & Saletæ, cum omnibus aliis poſſeſſionibus, & bonis, quæ ad præſens rationabiliter poſſidet, tibi, tuiſque ſucceſſoribus inconcuſſa permaneant, & quia nonnulli Parochianorum tuorum decimas Deo, & Eccleſiæ debitas, nec pro timore Dei, nec etiam noſtræ juſſionis edictum quod poſt conquiſitum per gratiam Dei Regnum apud Panormum fecimus, tibi & Eccleſiæ tuæ ſolvere acquieſcunt, & quidem eorum eas pro ſua voluntate diſtribuant tibi, tuiſque Sacerdotibus liberam concedimus poteſtatem, ut ad ſoldum decimas, & alia tibi debita Eccleſiaſtica jura ſecundum, quod jus Canonicum exigit per excommunicationem, interdictum, aliaſque diſtrictiones neceſſarias, & temporales ſi opus fuerit, quod etiam edicto præmemorato ſtatuimus autem noſtræ celſitudinis compellatis, ad hujus autem conceſſionis, & confirmationis noſtræ memoriam, & inviolabile firmamentum præſens privilegium conſcribi, & ſigillo noſtro . . . : duximus communiri.

Datum in civitate noſtra Meſſan. anno Dominicæ Incarnationis 1198. menſis Decembris primæ indictionis regnante Domina noſtra Conſtantia Dei gratia Illuſtriſſima Romanorum Imperatrice ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ una cum Federico Illuſtriſſimo ejus filio, & Siciliæ Rege anno quarto feliciter.

Cæterum Angelus anno 1195. Monachos Ciſtercienſis Ordinis vocavit, iiſdemque tradidit locum ad Monaſterium condendum in Archidiœceſi, quod Sanctæ Mariæ de Galeſio, aut Gaſulo nomen fecerunt. Primi Monachi ad hunc locum venerunt ex Monaſterio Sambucinæ in Calabria, & habetur de eo in 2. lib. epiſt. & decret. Innocentii III. ad Archiepiſcopum Hydruntinum, & Epiſcopum Lycienſem ſcribentis. Celebre aliquando fuit hoc Cœnobium, donec commendaretur, & in preces ire cœpit, unde Monachi relinquere illud conati ſunt. Hodie penitus deſtructum, & deſolatum manet, ſicque nobile facinus Angeli Archiepiſcopi erga Beatiſſimam Virginem MARIAM, in cujus honorem liberali manu templum, & Monaſterium exædificanda curaverat, finem habuit. Teſtis item fuit Angelus Taurini confirmationi privilegiorum Eccleſiæ Viennenſis in Gallia ab eodem Henrico VI. Imper. ann. 1196. 5. Kalen. Auguſti, apud quem ſumma auctoritate valuit. Finem vitæ fecit circa annum ſalutis 1202.

31 GIRALDUS II. in hac florebat Eccleſia an- XXXI.
no 1202. cœtera ejus acta ignorantur.

32 NICOLAUS primus ſucceſſit Giraldo, uni- XX
ca ejus memoria extat in Cartophylaceis Eccleſiæ XII.
Tarentinæ an. 1205.

33 BERARDUM habent Diptycæ præfuiſſe XX
ab anno 1205. uſque ad 1210. quo menſe Aprili à Fe- XIII.
derico II. Imper confirmationem privilegiorum ab Henrico, & Conſtantia Impp. temporibus Angeli Archiepiſcopi Eccleſiæ Tarentinæ conceſſorum, obtinuit in hæc verba.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

Federicus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Etſi Regalis Eccleſiaſtica culminis omnibus ſit ſecura defenſio, quæ ſub ejus ſunt poſita ditione, loca tamen venerabilia, & Sacroſanctas Eccleſias in quibus ſedulitas obſequiis ſuis offitioſa divinis condecet ſpecialius protectionis noſtræ favore munire quo videmus ex hoc illum propenſius litteræ præoculis qui dat ſalutem Regibus, & felicioribus auſpiciis pie fovet regnantes. Cum igitur humilis poſtulatio Bernarde venerabilis Archiepiſcope Tarentine fidelis noſter noſtrum nuper adiiſſet ſolium majeſtatis, tuæ. Tarentiam Eccleſiæ tuitionis noſtræ deponen. nos ob reverentiam Dei ſummi tueri . . . . inita nobis clementia qua juſtis votis ſupplicationum benignarum ſemper indulgemus aſſenſum Tarentin. Eccleſiam cum omnibus qui nunc uſque conceſſione Regum aut Principum donatione Comitum, & quorumlibet oblatione fidelium rationabiliter habuit, ac in præſentiarum poſſidet, & juſtis in antea titulis dante Domino poterit adipiſci ſub protectione noſtri culminis ac defenſione recepimus, & præſentis ſcripti robore communimus, volentes, ut quaſcumque dignitates, & libertates, quæcumq; jura, aut alia bona in civitate Tarenti, vel etiam à prædeceſſorum Regum temporibus, ipſa Eccleſia dignoſcitur habuiſſe tibi prænominate Archiepiſcope tuiſque ſucceſſoribus firma ſint, & permaneant illibata, & quoniam erga te benigniori movemur affectu, ut ſicut prædeceſſores Reges Siciliæ, & poſt eos diutius pater noſter, & Illuſtris mater noſtra dignæ recordationis Auguſti augmento ipſius Eccleſiæ prædeceſſorum tuorum temporibus exhibuerunt ſe liberales noſtris temporib. in ſuo nos ſentiant favore benignos noſtræ ſpecialis ſalutis obtentu, & pro noſtra omniumque præclaræ memoriæ parentum noſtrorum &c. Concedimus, & perpetuo confirmamus prædictæ Tarentinæ Eccleſiæ univerſa, & ſingula, quæ per privilegia, &c. Regis Rogerii, & Regis Guillelmi, necnon poſtmodum Henrici quond. Imperatoris patris noſtri, & Illuſtriſſimæ Imperatricis matris noſtræ ipſi Eccleſiæ fuerunt indulta, ſeu quod ipſis in privilegiis plenius continetur ſpecialiter autem concedimus, & confirmamus eidem Eccleſiæ pia conſideratione donavit cum omnibus tenimentis, & pertinentiis, ac juſtitiis, eorum inſuper concedimus, & confirmamus eidem Eccleſiæ Appium, & caſale Sancti Petri, quæ Gervaſius tunc temporis Tarentinus Archiepiſcopus à Sibilia tunc

Domina Appii de bonis ipſius Eccleſiæ licitè, ac liberè comparuit, quam venditionem dictus Imperator pater noſter, & Sereniſſima noſtra mater Augusta poſtmodum ratam habentes eidem Eccleſiæ per privilegium confirmarunt. Concedimus inſuper, & in perpetuum confirmamus Eccleſiæ Saletam, quod Archiepiſcopus Angelus de Imperiali licentia propriis Eccleſiæ ſumptibus ædificavit cum omnibus juſtitiis, & pertinentiis conceſſionis, & confirmationis memoriam ejus. Ad hujus autem petitionis, & confirmationis memoriam, & inviolabile cunctis ſæculis firmamentum præſens privilegium per manus Jac. de Capua Notarii, ac fidelis noſtri ſcribæ, & ſigillo noſtro noſtræ celſitudinis mandavimus inſigniri, anno menſe, & indictione ſubſcriptis.

Datum in civitate Meſſanæ anno Dominicæ Incarnationis 1210. Menſe Aprilis decimatertia indictione, Regni vero noſtri feliciter. Amen.

XXXIV. 34 GUALTERUS II. anno uno præfuit ſcilicet anno 1216. ſequenti exceſſit. Poſt ejus obitum Capitulum Tarentinum quendam elegit in Gualterii ſucceſſorem; ſed cum contra formam, legeſque Laterani Concilii in electione proceſſiſſet, Honorius III. Papa electionem nullam fuiſſe declaravit 2. Id. Martii, anno pontiſ. 3. qui fuit ſalutis 1218. ut ex epiſtola ejuſdem ad Capitulum Tarentinum in Regeſt. Vatic num. 227. fol. 69. obſervo.

XXXV 35 NICOLAUS II. Honorio hujus nominis III. Pontifice ad Tarentinæ Eccleſiæ Archiepiſcopalem aſſumptus eſt dignitatem anno 1219. quam Capitulo Tarentino commendat, laudibuſque præclaris extollit in epiſt. ad illud ſcripta 12. Kal. Decemb pontiſ. ano. 4. quæ extat in Reg. Vat. num. 617. fol. 146. Hunc conſecratum Romæ lego ab eodem Honorio anno ſui Pontificatus 7. ſalut. 1223. in eodem Reg. Vat. Interſuit Nicolaus conſecrationi Eccleſiæ Cuſentinæ, anno 1223. de quo mentio ad annum uſque 1242. in monumentis Cathedralis. Quo Præſule in hac Diœceſi condita ſunt Cœnobia duo Ordinis Ciſtercienſis, unum S. Mariæ Coronatæ an. 1225. alterum S. Spiritus de Valle 1229. evocatis Monachis e Monaſterio S. Mariæ de Ferraria Theanenſis Diœceſis de linea Clarevallis.

XXXVI. 36 HENRICUS de Ceraſolo vir nobilis, Comitis Acerrarum conſanguineus erat, ex Canonico Hydruntino, ab Archiepiſcopo Capuano Innocentii IV. delegato Tarentinus Archiepiſcopus eligitur anno 1252. confirmatur ab eodem Pontifice, & commendatur Tarentino Capitulo præcipua epiſtola, quam legi in Vatic. Reg. num. 186. fol. 145. ann. pontiſ. 6. die 6. Idus Aprilis. Quot annis in hac ſede vixerit incertum eſt.

XXXVII 37 GIRALDUS III. ann. 1260. de quo præter nomen nil referunt Diptycæ; ejus tamen electio in Regeſt. Vatic. non extat.

XXXVIII 38 Fr. JACOBUM de Viterbio Ord. Prædic. Generalem Procuratorem virum doctiſſimum volunt fuiſſe Tarentinum Archiepiſcopum an. 1270. Jo. Juvenis habet 1275. ſed hallucinatur. Is habuit litem ſuper decimas omnium jurium civitatis Tarentinæ, & ejus, ut dicunt, pertinentiarum. Mortuus eſt an. 1273.

XXXIX. 39 HENRICUS Rector Eccleſiæ S. Petri de Alexano in Hydrunto, Archiepiſcopus Tarentinus electus 1273. ſequenti anno die 9. Januarii, ind. 2. cum à Carolo I. Rege compromiſſarius conſtitutus, ut litem, quæ inter Epiſcopum Stephanum Cuperſanenſem, & Iſabellam Abbatiſſam S. Benedicti Ordinis Ciſtercienſis ejuſdem civitatis vertebatur, ſedaret; quod fecit, ut patet ex ſententia ab ipſo prolata, cujus initium: *Anno Domini 1274. 2. indict. &c. Nos Henricus miſeratione divina Archiepiſcopus Tarentinus, licet indignus. Notum facimus, &c.* Integram dedimus in ſerie noſtra Cuperſanorum Epiſcoporum tom. 7. pag 963. In Regeſt Neapol. Caroli I. Regis memoratur anno 1285. fol. 104. cum Carolus quendam Albericum Catalanum familiarem ſuum Rectorem feciſſet Eccleſiæ S. Pauli de Alexano in Hydrunto tunc vacante per promotionem Henrici ad Tarentinum Archiepiſcopatum. De Capitulo, ut refert Iuvenis, fuit Henricus optimè meritus; nam illi largitus modios frumenti trecentos, inſuper confirmavit quartam, ut dicunt, mortuorum, & alia multa; de quo in monumentis Eccleſiæ Tarentinæ legitur ab an. 1280. uſque ad annum 1297. quo impetravit à Roberto Duce Calabriæ, primoque genito Regis Caroli II. & ejus Vicario, quod caſale Poletum, & alia aggregarentur caſali Cryptaliarum ob belli diſcrimen, ita enim futurum erat, ut ſecurius habitarent ſubditi Eccleſiæ. Mortuus eſt Henricus anno ſequenti 1298. vel initio ſubſequentis, ut ex confirmatione ſucceſſoris id elicitur in Reg. Vat. ut mox dicam.

40 GUALTERIUM Neapolitanum, Anglonenſem Epiſcopum à Tarentino Capitulo poſt obitum Henrici in Archiepiſcopum poſtulatum Bonifacius VIII. confirmavit ann. 1298. 10. Kal. Junii ann. pontiſ. 5. ut in epiſt. Reg. Vatic. num. 290. fol. 202. ad ipſum Gualterium ſcripta legitur alia epiſtola, cujus initium, *Gualtero dudum Epiſcopo Anglonenſi in Tarentinam Archiepiſcopum electo, &c.* Fuit Gualterus liberaliſſimus in Clericos; nam iis ſex inſtituit annua prandia cum trecentis frumenti modiis. Voluit præterea, ut magiſter ſacriſta, & qui in majore altari miniſtraverint, ſacrumque fecerint, de menſa ſua comederent. Hoc feciſſe aſſerit Juvenis ann. 1300. Exceſſit anno 1301 Nuper inventus eſt lapis ſepulchralis in Eccleſia S. Petri de Inſula de Tarento, ubi inſculptum erat epitaphium hocce, quod poſitum fuit Gualtero ibi ſepulto. XL

Hic jacet in Chriſto Pater Dominus Gualterus Archiepiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Tarentinæ natione Partenopeus, qui obiit die . . . Kalen. . . . . . . cujus anima requieſcat in pace.

41 Fr. GREGORIUS a Capuanus Ord. Prædicatorum nobilis alumnus, doctus, piuſque vir, & Bonifacio VIII. charus, à quo defuncto Gualtero electus eſt Archiepiſcopus anno 1301. Id. Novembris, caſſatis prius electionibus vitio à Capitulo celebratis; cum una ipſorum pars Papinianum Parmenſem, & Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarium, altera vero Rogerium Rapollanum Epiſcopum, in Tarentinos Archipræſules poſtulaſſent, & delegiſſent: ita legitur in epiſt. num. 359. fol. 66. ann. 7. Bonifacii in Reg. Vat. anno 1304. Caroli II. Regis intimus erat à conſiliis, eodemque munera functus ſub Roberto Rege anno 1315. notatur in Reg. Neapol. Reſedit quandoque Gregorius, inquit Juvenis, diuque præfuit Tarentinæ Eccleſiæ, appellabatur à Philippo Tarentinorum Principe Conſiliarius, & familiaris ſuus, traditur cum Clericorum Collegio conveniſſe, & conceſſo eis, Regii Telonetii jure, ſive ut dicunt Doganæ onus ſubirent lampades accendendi ante altare majus Eccleſiæ. De quo idem refert auctor extare memoriam ad annum uſque 1331. in monumentis Tarentinæ Eccleſiæ. Fato conceſſit ann. 1334. XLI a Seu Georgius.

42 ROGERIUS Capitignonus de Tauroſano evaſit Archiepiſcopus Tarentinus ann. 1334. ad eam dignitatem vocatus ab Joanne XXII. à quo morte prævento pallium non accepit, recepit vero à Benedicto XII. ſucceſſore, qui inſigne eccleſiaſticæ dignitatis ornamentum tranſmiſit per Motulanenſem, Trojanumque Epiſcopos anno 1335. ut in epiſt. num. 679 anni primi ſcripta 2. Idus Octobris, quæ extat in Reg Vatic. Hic, anno ſui Præſulatus duodecimo, ſalutis autem 1346. ſacra lipſana Cataldi in brachio argenteo repoſita recognoſcens, melliſluam invenit ejuſdem linguam, quæ ad hæc uſque tempora cernitur integra & ſubrubens, quaſi recens ab ejus ore eſſet evulſa, eamque intra candidiſſimam cryſtallum collocavit. Vere lingua feliciſſima, quæ æmula æternitatis, naturæ leges prætergrediens, ut olim vivens divini verbi prædicatione, innumeras animas Chriſto devovit, ſic XLII.

adhuc integra, & quaſi recens ab ore ſancti Præſulis extracta, ſui admiratione populorum traheret animos ad Deum, ſuoque ſilentio omnium linguas in ſui laudem ſolveret, quæ dum loqueretur in terris ſua cœleſti facundia omnium ora obſtrueret. Cæterum Rogerius Canonicos inſtituit & Conſiliarius, familiariſque Roberti Principis, ac Joannæ I. Reginæ, cui per ſupplicem libellum aſſeruit nomine ſuæ Eccleſiæ antiquitus poſſidere caſtrum Theodori anno 1347. ut in Regio Regeſt. Neapol. Vixit deinde uſque ad annum 1348. & è vivis ſublatus eſt.

XLIII 43 BERTRANDUS Gallus in demortui Rogerii locum Tarentinus Archiepiſcopus electus eſt à Clemente VI. anno 1348. nec dum conſecratus translatus eſt ad Salernitanam Eccleſiam 7. Id. Januarii 1346. translatio habetur in ep. 13. fol. 84. a. 7. Clementis par. 1. lib 7. Regeſt. Vatic. Hic ex Salernitano deinceps Ebrodunenſis in Gallia evaſit Archipræſul. De quo videnda ſeries noſtra Salernitanorum Archiep. tom. 7.

XLIV 44 JACOBUS Archiepiſcopus Corinthienſis ad hanc Tarentinam Eccleſiam anno 1349. Id. Januarii per Clementem VI. translatus eſt, tunc vacuam per translationem Bertrandi electi ad Salernitanam, cujus notitia eruitur ex epiſt. 137. fol. 113. an. 7. Clementis in Vat. Reg. Memoratur item in epiſtola alia ejuſdem Reg. ad Franciſcum de Maſſa Etruſcum Ord. Minorum electum Corinthienſem Archiepiſcopum per translationem Jacobi ad Tarentinum Sacerdotium: ſediſſe ad paucos annos ex monumentis habemus.

XLV. 45 JOANNES florebat anno 1353. de eo mentio habetur in tabulario.

XLVI 46 JACOBUS de Adria electus Tarentinus Archiepiſcopus ann. 1354. Solvit pro ſua Eccleſia ſolitum ſubſidium ſacro Collegio 1355. die 14. Maii in lib. ſolutionum Prælatorum Innocentii VI. Hic aliquando litem habuit cum ſuo Capitulo, deinde donavit eidem quam multa, nempe duodecim Italicæ pecuniæ uncias, bina prandia, decima decimæ cujuſdam caſalis Magnani, quod hodie, ait Juvenis, non extat præter ædiculam Divæ Mariæ, quæ dicitur *della Camera* anno 1362. memoratur in quodam Joannæ Reginæ documento anno 1378. de quo legitur in lib. de diverſis formis regul. Bonifacii IX. fol. 41. quod anno 1378. occiſus fuerit à quondam Blaſio Torto de Gryptaleis laico Eccleſiæ Tarentinæ Vaxallo cum quibuſdam complicibus. Necis hujus meminit Angelus Catellus Notarius Tarentinus in notis ſuis, quem occidiſſe refert die 25. Julii. Juvenis in ſuo Catalogo Jacobum hunc propudioſè in tres ſecavit Jacobos, cum ſatis conſtet unum fuiſſe Jacobum Tarentinum Archiepiſcopum ab anno 1354. uſque ad 1378. hinc à noſtra ſerie duos illos Jacobos gratis recenſitos ab aliis exulare juſſimus.



XLVII. 47 MARINUS de Judice, *a* Amalphitanus, vir longe clariſſimus, olim patriæ ſuæ Archipræſul („ *& Brunduſinus*) in hac ſede ſucceſſit occiſo Jacobo, quem Urbanus VI. cujus erat Camerarius magnis laudibus extulit in Bulla, dum eum in Provincia Patrimonii, Spoletanoque Ducatu ſuum Vicarium conſtituit anno 1381. Id. Novembris, pontif. 4. quæ extat in lib. de diverſis formis fol. 136. *Marinus*, inquit, *Camerarius noſter in civitate Tudertina in temporalibus Vicarius in magnis expertus, & arduis, eximia probitate, & fidelitate, volumus, ſicuti magnitudine, & induſtriæ claritate, maturitate conſilii, & morum elegantia aliorumque graduum & virtutum titulis inſignitus ita &c. ut in Provincia Patrimonii, & Ducatu Spoletano Vicarius noſter ſit &c.* Anno 1383. die 15. Julii Marinus Archiepiſcopus Tarentinus erat ejuſdem Urbani Camerarius ex bulla Dat. Romæ anno 6. pontif. ad favorem Michaelis Abbatis Arabonæ Ord. Ciſtercienſis, ejuſdemque Ordinis Vicarii Generalis, cujus tranſumptum ab originali exſcriptum fideliter aſſeruit, incipit: Univerſis &c. *Marinus miſeratione divina Archiepiſcopus Tarentinus Domini Papæ Camerarius ſalutem in Domino. Cum nos &c. In fine. Datum & actum Tibure apud ſanctum Blaſium in loco Capitulari Conventus Fratrum Prædicatorum ſub anno Nativitatis Domini* 1383. *Ind.* 6. *die* 15. *Julii, hora tertia, pontif. Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini Noſtri Domini Urbani divina providentia Papæ VI. S. R. E.* Cardinalis creatus eſt hoc ipſo anno 1383. tametſi à Ciaconio, aliiſque aſſeratur, illum Cardinalem creatum, vel anno 1381. aut ſequenti 1382. Cæterum Marinus juxta morem illius ſæculi, ad Cardinalatus honorem promotus, Tarentinam dimiſit Eccleſiam; tandem læſæ majeſtatis reus factus, Nuceriæ captus, diu in carcere maceratus, tormentis cruciatus Januæ, cum aliis quinque Cardinalibus juſſu Urbani interfectus ann. 1385. in mari, ſacco incluſus ſepultus. Vide noſtrum 7. tom. in Amalphitanis Archiepiſcopis, ubi de Marino aliqua leges. In lib. Proviſ. & obligat. Clementis VII. Antipapæ Thomas quidam ejuſdem Pſeudopontificis ſectator, ab ipſo Tarentinus Archiepiſcopus renunciatus promiſſit ſolitum ſubſidium die 25. Junii 1384. ſed cum ab illegitimo Pontifice intruſus fuerit, inter Catholicos Tarentinos Archipræſules haud connumerandus eſt.

48 JACOBUM neſcio quem poſt Marinum, Tarentinum Archiepiſcopum fuiſſe ſcribit Juvenis, qui potuit ſucceſſiſſe Marino, de quo in monumentis Tarentinæ Eccleſiæ unicam mentionem extare, ait anno 1388. ſed de ipſo nullam in lib. Oblig. Proviſionumque Prælatorum Urbani VI. mentionem legimus. Fortaſſis hoc eodem anno ex hac mortali vita diſceſſit, cum Petrus ſucceſſor ex Hydruntina ad hanc ſedem translatus eſt anno 1388. ut mox dicemus. XLVIII.


49 PETRUS magnæ virtutis, & ſcientiæ vir, Archiepiſcopus Hydruntinus ad Tarentinam hanc ſedem translatus eſt ab Urbano VI. anno 1388. Hujus translationis meminit idem Urbanus in Bulla ſub die 12. Aprilis 1389. pontif. ſui anno 12. in libr. de Diverſis formis. Non diu eum titulum tenuit, cum anno 1391. ſub Bonifacio IX. ex hac vita migraverit, ut ex lib. de diverſ. formis, & exhibitis f. 95. aſſeritur in Bulla Eleazari ſucceſsoris ſui (1). Sunt qui ſcribant hunc fuiſse Petrum Amelium Gallum olim Sacriſtam, & Bibliothecarium Apoſtolicum ſub Urbano V. & Gregorio XI. ſcriptorem itineris ejuſdem, quod extat apud Ciaconium, ad hanc ſedem translatum ab Urbano VI. cujus erat à ſacris Confeſſionibus, de quo loquitur Bzovius in Eccleſ. Annal. ad annum 1388. referunt tamen translatum ab Eccleſia Senogallienſi; ſed cum in ſerie Senogallienſium Epiſcoporum nullus eidem locus competere videatur, putarim fuiſse illum Epiſcopum titularem Singulienſem in partibus, non Senogallienſem, deinde Archiepiſcopum Hydruntinum, & Ta- XLIX

a De quo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 652. & Carolus de Lellis de Famil. par. 2. p. 64. Manuſ.

(1) Hunc Petrum ſuſpicatur hic Ughellus fuiſſe Petrum illum Amelium Gallum, qui Bibliothecarius Apoſtolicus ſub Urbano VI. & Comes, ſcriptorque itineris fuit Gregorii XI. qui tamè nuſquam Tarentinæ Eccleſiæ fuit attributus. Noſter Ughellus eumdem Senogallienſibus adſcribit in ſua ſerie n. 17. Sui autem immemor exemplaris miror quare hic pronunciet in ſerie Senogallienſium nullum ei locum competere, putans eum fuiſſe Epiſcopum Singalienſem in partibus infidelium, non Senogallienſem. Sed de eo vide Gandulphum in diſſertatione de 200. Scripp. Auguſtinianis pag. 291.

Tarentinum. In monumentis Tarentinæ Eccleſiæ nulla mentio de Petro Amelio, fortaſſis nunquam reſedit, ſi idem eſt cum Petro ex Hydruntina huc translatus ab Urbano, cujus obitus annus memoratur in lib. de diverſis formis anno 2. Bonifacii IX. qui fuit Chriſti 1391.

L. 50 ELISARIUS Abbas Monaſterii S. Mariæ de Gualdo Beneventanæ Diœceſis Ord. S. Benedicti immediatè ſucceſſit Petro defuncto, ad hanc dignitatem vocatus à Bonifacio IX. anno 1391. 5. Kal. Julii, pontif. 2. cujus electio extat in lib. de diverſis formis, & exhibitis fol. 95. Quot annis ſederit, non habemus, clara tamen memoria ejus habetur in tabulario ejuſdem Eccleſiæ.



LI. 51 BARTHOLOMÆUM de Aprano nobilem Neapolitanum ex Archiepiſcopo Tarentino ad Salernitanam Eccleſiam translatum fuiſſe à Bonifacio IX. ann. 1400. 9. Kalend. April. docet lib. Proviſ. Prælatorum ſub eodem Pontifice. Bartholomæi electio, & translatio Juvenem latuit, in cujus locum neſcio quem Matthæum repoſuit, fortaſſis Matthæus iſte intruſus fuerat ab Benedicto Pſeudopontifice.

LII. 52 JACOBUS Palladinus de Teramo Aprutinus, antea Epiſcopus (1) Monopolitanus, ad hanc Tarentinam Eccleſiam evectus eſt anno 1400. 9. Aprilis ex eodem lib. Ad Florentinam ſedem in Etruria translatus eſt anno 1401. die 24. Novembris.



LIII. 53 ALEMANNUS Adimarius *a* clara ſtirpe Florentiæ natus, ornatuſque iis omnibus virtutibus, quæ primum ad patriæ ſedem, & nedum conſecrato, ad Tarentinam Eccleſiam illi gradum fecerunt anno 1401. die 22. Novembr. Abſens præfuit ad annum uſque 1406. quo ad Piſanum Sacerdotium die 3. Novembr. tranſitum fecit, & poſt maximas pro Romana Eccleſia obitas legationes ab Joanne XXIII. renunciatus eſt Presb. Cardinalis anno 1411. Romæ è vivis exemptus eſt eximius Præſul ſub Martino V. anno 1425. Jacet in Eccleſia


a De eo Ciaconius Oldoini tom. 2. col. 770.

A S. Mariæ Novæ, de quo plura leges, & ſcito digniſſima in noſtro 3. tom. in Florentinorum, & Piſanorum Archipræſulum ſerie. Confirmaſſe Alemannum anno primo ſui Sacerdotii Capitulo Tarentino omnia eius jura ſcribit Juvenis.

54 LUDOVICUS Bonitus *b* Siculus, & ut non ſemel ſcripſimus, patria Agrigentinus, origine Neapolitanus, è Scalenſi civitate olim Panormitanus, mox Antibarenſis, & Theſſalonicenſis Archiepiſcopus, à quo translatus eſt ad Bergomenſem ſedem, inde ad Piſanam, & tandem evaſit Tarentinus Archiepiſcopus 1406. Hanc ille retinuit Eccleſiam ad mortem uſque, quæ nec ipſa ſponſi faciem videre meruit: etenim ad Ladislaum Regem Apoſtolicus Nuncius miſſus ab Innocentio VII. eodemque munere ſub Gregorio XII. functus ab eodem anno 1408. ad purpuram evocatus ſub titulo S. Mariæ Tranſtyberim. Cardinalis Tarentinus in honorem quintæ ſuæ ſponſæ nuncupari voluit. Deceſſit egregius vir Arimini anno 1413. in Gregorii obedientia ibidem ad S. Franciſci ſepultus cum epitaphio quod leges in tertio noſtro tomo in ſerie Archiepiſcoporum Piſanorum, ubi plura de eo, ſuaque familia offendes. LIV.

b De eo idem Ciaconius ibid. col. 763.

B



C

55 RAYNALDUS *c* è clariſſima Brancacciorum gente, Ss. Viti, & Modeſti in Macello Diaconus Cardinalis Archiepiſcopatum Tarentinorum ab Joanne XXIII. obtinuit anno 1412. amoto ab eodem Pontifice, Ludovico Cardinali Bonito, Gregorii XII. ſectatore Sedit plus minus annis novem, ultroque eo munere ſe abſolvit. Vir fuit Raynaldus excelſi, & ingentis animi, atque inter ſui ſæculi purpuratos maximæ exiſtimationis. De quo legendus Ciacconus in Urbani VI. Pontificatu. Romæ mortuus eſt menſe Septembri 1427. Cadaver Neapolim translatum eſt in Eccleſia S. Angeli ad Nidum à ſe fundata. LV.

c De hoc etiam Ciaconius tom. 2. col. 662.

56 JOANNES *d* ex Comitibus Tagliacotii Neapolitanus ex ceſſione Card. Brancaccii Tarentinæ Eccleſiæ regimini admotus eſt 1421. 13. Kalen. LVI.
D Novembr. Nuncius ad Baſileenſes Patres miſſus ab Eugenio IV. à quo creatus Card. anno 1437. dictus eſt Card. Tarentinus: evaſit deinde Epiſcopus Prænestinus, maiorque Pœnitentiarius. Poſt quartum, & vigeſimum annum in adminiſtratione Tarentinę Eccleſiæ feliciter exactum ultro nuncium remiſit, multis Legationibus illuſtris Romæ mortalitatem explevit 12. Kalen. Februarii 1449. ſepultus ad S. Auguſtini, de quo in Epiſcopis Prænestinis.

d De quo pariter Ciaconius tom. 2. col. 900.

57 MARINUS Urſinus Domicellus Romanus cum eſſet Archiepiſcopus Panormitanus electus ab Eugenio IV. translatus eſt ad hanc Tarentinam Eccleſiam 3. Kalen Auguſti 1445. Fuit is doctus, & in omni genere humanarum litterarum eximiè eruditus, Nicolao V. charus, & inter Apoſtolicos Referendarios ab eodem relatus: vixit in ſua Eccleſia conſultè adminiſtranda arc. paucos, & cum totam LVII.


Diœ-

(1) Monopolitanum antea fuiſſe Epiſcopum hunc Jacobum diſtavit hic Ughellus, quam ſedem nec unquam tenuit, nec in ea ſerie vel umbratilem mentionem fecit idem Ughellus. *Lucentius*.

Diœceſim non ſemel, nec ſine fructu luſtraſſet liberè nuncium remiſit, fato functus an. 1471. & in Cathedrali humatus eſt.

LVIII 58 ALEXANDER hujus Eccleſiæ Archiepiſcopus obiit ann. 1449. ex Actis Conſiſtorial.

LIX 59 ALEXANDER de Galeotta Alexandro ſucceſſit 15. Kalend. Januarii 1449. electus ut in Actis Conſiſtorialibus Nicolai V. legitur. Acta ejuſdem deſiderantur.



LX 60 LATINUS Card. Urſinus a, Tranenſis, Barenſis Archiepiſcopus, aliiſque Sacerdotiis ornatus, hanc etiam Tarentinam Eccleſiam poſt Marini gentilis ſui obitum ſuſcepit regendam anno 1472. Romæ obiit anno 1477. Epiſcopus Card. Sabinenſis. Jacet in Eccleſia S. Salvatoris de Lauro, de quo plura alibi ſcripſimus.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 970.

LXI. 61 JOANNES Aragonius b Ferdinandi Regis Neapolitani filius Diac. Card. & Tarentinus Archiepiſcopus creatus eſt à Sixto IV. anno 1478. Romæ obiit an. 1485. de quo alibi dictum.

b De eo idem Ciaconius t. 3. col 63.



LXII 62 JOANNES BAPTISTA de Petruciis c Theanenſis Antonelli filius, qui à ſecretis Ferdinandi I. Regis erat, cujus gratia Joannes Baptiſta renunciatus eſt Archiepiſcopus Tarentinus anno 1485. ſed cum pater in Regem conſpiraſſet, & capite damnatus, ingrati animi pœnas luiſſet, Joannes Baptiſta tametſi conjurationis ignarus juſſus eſt Tarentinam Eccleſiam dimittere, & accepto pro ea titulo Madicenſis Archiepiſcopatus anno 1489. ad Aprutinam Eccleſiam translatus eſt, mox ea relicta Caſertanus Epiſc. evaſit an. 1493. Mortuus eſt variantis fortunæ exemplar futurus anno 1514. Scripſit Joan. Baptiſta vitam B. Jacobi de Marchia heroico carmine latino; opus pro illius temporis ratione, non contemnendum; bonæ mem. Lucas Waddingus typis Lugdunenſibus edi curavit. Fuerat enim Joan. Baptiſta beato viro familiaris, & beneficiis acceptis adſtrictus, de quo vide noſtrum 7. tom. in ſerie Epiſcoporum Caſertanorum, pag. 660. ubi plura.

c De quo Toppius in Bibl. Neapol. p. 140. Mandoſ.

LXIII 63 FRANCISCUS natione Hiſpanus, patria Barchinonenſis ex Aprutino Epiſcopo ad hanc Tarentinam Eccleſiam translatus eſt anno 1489. Brevis Pontifex fuit cum 1491. anno elatus eſt ad ſepulchrum in Cathedrali.

64 BAPTISTA Card. Urſinus d an. 1491. adlectus eſt Archiepiſcopus Tarentinus. In ea dignitate cum laude probitatis effloruit annis ſeptem, ac ultro onere ſe exſolvit anno 1498. Romæ obiit in mole Hadriani veneno ſublatus anno 1503. ſepultuſque eſt in Vaticana Baſilica die 22. Febr. LXIV

d De eo idem Ciaconius t. 3. col. 85.




65 HENRICUS Brunus, Aſtenſis, Alexandri VI. ſacrique Senatus à ſecretis, & ærarii Apoſtolici Præfectus, & egregia virtute clarus, ex Hortano Epiſcopo ad Archiepiſcopatum Tarentinum translatus eſt anno 1498. die 14. Septembr. Is an. 1505. Ludovico Scarampio Card. jam diu in Eccleſia S. Laurentii in Damaſo ſepulto ob veterem in eum obſervantiam, monumentum erexit cum cœnotaphio. Non reſedit, ſed tantum ſemel ſuam hanc poſtremam Eccleſiam inviſit, & Romæ functus eſt ſub Julio II. ann. 1509. ſepultus ad S. Auguſtini prope Ludovicum Brunum Epiſcopum Aquenſem in Inſubria affinem ſuum, cui pietatis ergo anno ſuperiori epitaphium poſuerat, quod retulimus in tom. 4. in ſerie Epiſcoporum Aquenſium. ubi ex typographi incogitantia pro Tarentino, Tranen. legitur. LXV



66 ORLANDUS de Ruvere, Julii II. conſanguineus ſucceſſit Henrico die 10. Octobr. 1509. electus, poſt paucos menſes, hoc eſt 24. Aprilis ſubſequentis anni 1510. ad Archiepiſcopalem ſedem Nazarenam translatus eſt, ut Acta indicant Conſiſtorialia. LXVI

67 JOANNES MARIA Pudericus, Neapolitanus Patritius, Archiepiſcopus Nazarenus, eodem die, & anno translatus eſt ad hanc Tarentinam Eccleſiam, quo Orlandus Nazarenam ſuſcepit. Quindecim annis benè præfuit, ſuoque ære magnam partem Baſilicæ S. Agnelli erexit, cuius altare maius Divo Cataldo dedicavit. Deſiit autem inter mortales eſſe Neapoli an. 1524. & ad Di- LXVII

vum



vum Laurentium ſepelitur, ubi legitur Epitaphium. B

I. Mariæ Puderico Tarentinorum Pontifici ac intimo Regum Conſiliario, de patria, ſuaque familia optimè merito. Paulus Pudericus patruo benemerenti puſillum gratitudinis munus poſuit. Anno Domini M. D. XXV.

LXVIII. 68 FRANCISCUS Card. Armellinus *a* S.R.E. Camerarius à Clemente VII. Archiepiſcopatum Tarentinum obtinuit an. 1524. quam quidem Eccleſiam abſens adminiſtravit annis tribus. Romæ deceſſit anno 1527. menſe Octobris nobili tumulo incluſus in Eccleſia S. Mariæ Tranſtyberim, ubi epitaphium legitur, quod refert Ciaconius.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 389.

LXIX 69 Fr. HIERONYMUS de Hippolyto *b* Monopolitanus ex Ord. Prædicatorum doctrina, & moribus præclarus, dignus ſanè, qui cum primoribus viris illius ſæculi doctiſſimis poſſit conferri, Neapoli, Pataviique Academiis publicus Doctor, donec illum Clemens VII. ad hanc Tarentinam Eccleſiam evocavit ann. 1528. die 8. Januarii: in ea dignitate menſes octo explevit. Viterbii cum in morbum inC cidiſſet, maximo ſuorum luctu, vita longiore dignus fato functus eſt Auguſto menſe in Monaſterio S. Mariæ ad Gradus in communi Fratrum Oſſuario jacet. Venetiis in Monaſterio Ss. Joannis, & Pauli, ubi S. Dominici habitum ſumpſerat, honorifica inſcriptio legitur hujuſmodi.

b De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 158. Mandoſ.

Frater Hieronymus de Monopulo Archiepiſcopus Tarentinus, inſignis Doctor Ordin. Prædicatorum hujus Conventus filius. Obiit M. D. XXVIII. c

c Per errorem in inſcriptione legitur 1547.




LXX 70 ANTONIUS Card. Sanſeverinus *d* ex Archiepiſcopo Cuſentino (1) ad Tarentinam Eccleſiam translatus eſt die 21. Auguſti 1528. ſed uſque ad Caroli V. Imperatoris coronationem impeditus quo minus illius Sacerdotii poſſeſſionem iniret. Romæ obiit Præſul generis nobilitate, & virtutum ornamentis clariſſimus dum eſſet Epiſcopus Cardinalis Portuenſis 17. Kalen. Septemb. anno 1543. tumulatus eſt in Eccleſia ſanctiſſimę Trinitatis ad montem

d De eo idem Ciaconius t. 3. col. 488.

A Pincium. Eo ſedente Tarenti Fratres Minimi recipiuntur ann. 1530. 14. Julii, attributo prædio proximo ad urbem ipſam non procul magis, quam unus aut alter lapidis jactus. Ædificium eſt luculentum, & præcipuum ſub titulo S. Mariæ de Gratia. Bartholomæus à Cajeta civis Hydruntinus præcipuus fuit benefactor.

71 PETRUS FRANCISCUS Columna, Jo. Hieronymi, & Liviæ de Anguillara filius, Pompeii Card. nepos, patruus M. Antonii Card. ex Archiepiſcopo Roſſanenſi, & Sublacenſis Abbatiæ Ord. S. Benedicti Commendatario Tarentinorum Archiantiſtes evaſit ad præſentationem Caroli V. Imper. die 27 *e*. Octob. 1544. ſedit cum ſemel Diœceſim luſtraſſet annis 16. deceſſitque Neapoli. Jacet in ſacello ad montem Oliveti, quod Columnenſi familiæ illuſtriſſimæ dicatum eſt, erectumque Pompejo Columnæ Card. qui Neapolitani Regni jubente Carolo V. Prorex fuit. LXXI.

e Die 22. Octob. ex Actis.



72 MARCUS ANTONIUS Columna *f*, Petri Franciſci ſuperioris ex fratre nepos. Succeſſit ad præſentationem Philippi II. Catholici Regis die 7. *g* Auguſti 1560. Interfuit Concilio Tridentino: aliquando in hac reſedit Eccleſia, ſed parum, & nomine dotis donavit Capellæ S. Agnetis modios viginti ſalis, & jus, quod habebat in feudo Caſtinei: bis Eccleſiam viſitavit, Synodum Provincialem, & Diœceſanam vocavit. Seminarium erexit pauperum Clericorum. Vicarios habuit, Mutilenſem, Acerranum, S. Leonis, & Hoſtunenſem Epiſcopos, qui omnes juris erant peritiſſimi. A Pio IV. in Cardinalium numerum cooptatus, ac deinceps translatus eſt ad Eccleſiam Salernitanam die 13. Octobr. 1568. de quo vide feriem Salernitanorum Archipræſulum tom. 7. noſtro, & tomo primo inter Epiſcopos Cardinales Præneſtinos. LXXII.

f De eo Ciacon. Oldoini tom. 3. col. 46.

g Die 19. Junii ex Actis.

73 HIERONYMUS Auſtriacus *h* de Corrigio S.R.E. Presb. Card. à Pio IV. creatus, ſub Pio V. Tarentinam aſſecutus ſedem die 13. Maii 1569. Synodum convocandam juſſit Provincialem, & Diœceſanam anno 1571. cui præfuit Aloyſius Compagna Roſſanenſis, Epiſcopus Mutilienſium. Romæ ex hac mortali vita diſceſſit die 8. Id Octobris 1572. In Eccleſia S. Sylveſtri in Quirinali monte humatus eſt. Vacavit ſedes Tarentina an. 1. menſ. 8. LXXIII.

h De eo citatus Ciaconius tom. 3. col. 540.

D 74 LÆLIUS Brancaccius, Neapolitanus, Surrentinus Archiepiſcopus, ad hanc eandem ſedem translatus die 5. Julii 1574. Tarentum 16. Kal. Novembris ejuſdem anni ſolemni ritu ingreſſus laudabili virtute, incredibili animi ardore, & zelo gregem ſibi commiſſum aggreſſus eſt inſtituere; ſed dum conſtanti virtute ſibi creditæ eccleſiæ jura defendere cœpit, inter ipſum, cives, Clericoſq; Tarentinos oborta eſt controverſia, quæ ad Gregorium XIII. delata, ſuo fuit diplomate compoſita. Ea ſublata procella, Lælius Eccleſiæ ſuæ adminiſtrandæ omnem curam intendit, Cleri mores ex abſentia anteceſſorum aliquantulum depravatos frænavit, eoſque ad normam Tridentini Concilii reduxit, non ſemel ſuam Diœceſim ipſe luſtravit, ædes inſtruxit pro Clericorũ Seminario, Prioratus inſti- LXXIV.

G tuit

(1) Hic, & in Ciaconiano opere gratis dicitur, quod fuerit Cuſentinus Archiepiſcopus, cum nullus ei ſuperſit locus in Cuſentinorum ſerie, neque in eadem ab ipſomet Ughello connumeretur. Novimus in Neapolitano regno Laquedonenſem, & Cuperſanenſem Eccleſias jure commendæ, ſeu adminiſtratoris tenuiſſe. *Lucentius.*



tuit, numerumque Canonicorum auxit in Eccleſia Collegiata Cryptalienſi. In oppido Martinei Parochialem Eccleſiam Collegiatam eſſe voluit, in eaque Canonicos ordinavit, pauperes fovit, in eaque omnia egit, quæ boni Paſtoris digna eſſe cenſerentur, ac demum laboribus feſſus Neapoli cum laudabili virtute præfuiſſet an. 25. febri abſumptus interiit an. 1599. ſepultuſque eſt in Neapolitana Metropoli, ubi hoc legitur epitaphium. B

Lælius Brancaccius ab adoleſcentia piis operibus addictus ad Archiepiſcop. Surrentinum à Pio IV. aſſumptus, mox ad Tarentinam Eccleſiam Philippo II. Rege Cath. vocatus, Religionis cultoſq; diviniſq per annos xxvii. quoad potuit ſollicitus ubiq;ea annum agens lxiii: ut quæ cœli ſunt cœlo, quæ terræ, terræ redderet, curis, omnibus abdicatis, tempeſtatibus hunc portum paravit. Cautum eſt ad mares tantum poſteroſq; Jacobi Brancacii alumni Joannæ Aragoniæ Ferdinandi I Regis uxoris jus ſacelli pertinere, illiſque deficientibus ad poſteriores mares familiæ Brancacciæ, C

Lælli cum laude meminit Joannes Juvenia in opere de antiqua, & varia Tarentinorum fortuna, quod eidem inſcripſit anno 1589.

LXXV. 75 JOANNES de Caſtro, Hiſpanus, ſummo loco natus, Francisci de Caſtro Regni Neapolis Proregis germanus frater, ex Monacho S. Benedicti ad Tarentinam hanc ſedem vocatus eſt die 20. Martii 1600. Romæ munus conſecrationis accepit ab Alphonſo Card. Geſualdo in Eccleſia, ſeu Capella S. Saturnini nuncupata in monte Quirinali apud Domum Monachorum S Pauli extra, & prope Urbem ejuſdem Ordinis Benedictini. Is ob maximam erga Beatiſſimum Cataldum devotionem, alteram Crucem addidit longe majorem, auro plurimiſque lapidibus pretioſis ornatam, miroque artificio elaboratam. Sedit plus minus annis tribus, & in maxima Eccleſiæ Tarentinæ bene gerendæ expectatione interiit. Jacet in Cathedrali. D

LXXVI. 76 OCTAVIUS Mirtus Frangipanus, Neapolitanus, antea Epiſcopus Calatinus, inde Tricaricenſis, ob eius eximia merita translatus ad hanc Tarentinam ſedem die 20. Junii 1605. Tarenti per ſeptem annos uti Pater præfuit, & ſe præclare in eo munere geſſit, æterna ſui ad poſteros fama relicta deceſſit 9. Sextilis 1612. Illius corpus in Cathedrali ſepelierunt, tabulaque marmorea huiuſcemodi de eo incidere epitaphium.

D. O. M.

Octavio Frangipanio Mirto Neapolitano viro humaniſſimo, atq; eruditiſſimo primo Calatiarum, tum Tricaricenſi Epiſcopo, tandem Tarenti Archiepiſcopo apud octo Pontifices, Principeſque Auſtriacos gratiſſ. Legationibus alibi atque alibi ſumma cum fide, & laude functo. Diomedes Capanus Avunculo amantiſſ. poſuit. A

Vixit ann. lxxvii. obiit ix. Kalend. Sextilis MDC.XII.

Hoc tibi figo atpos, mi dulcis avuncule, marmor
Cætera det quem jam ſpero dediſſe Deus.

De Mirto vide tom. 6. & 7. inter Epiſcopos Caſacenſium & Tricaricenſium, ubi plura leges, & tanto Præſule digna.

77 BONIFACIUM Card Cajetanum a antea Epiſcopum Caſſanenſem Paulus V. Pont. Max. ad præſentationem Catholici Regis ad hanc eandem Tarentinam Eccleſiam cenſuit transferendum anno 1613. die 22. menſis Aprilis. Romæ exceſſit è vivis 8 Kal. Julii 1617. ſepulturam accepit in Eccleſia tituli ſui S. Potentianæ prope Henricum Card. patruum. LXXVII.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 4. col. 409.



78. ANTONIUS de Aquino, Neapolitanus, Ladislai Cardinalis germanus frater, Epiſcopus Sarnenſis, ad hanc ſedem pervenit 24. b Julii 1618. quam ille Eccleſiam per octo fere annos rexit, nihil omittens quod bonum deceret Paſtorem. Tarenti è vivis ſublatus eſt anno 1626. ibi ſepultus jacet. LXXVIII.

b Die 22. ex Actis.

79 FRANCISCUS Sanchez de Villanova Hiſpanus, Matriti nobili genere natus doctus vir, ac verbi Declamator egregius, ſublectus eſt in locum Antonii die 24. Januarii 1628 præfuit ann. 2. tranſlatus ad Eccleſiam Mazarienſem in Sicilia anno 1630. 23. Septembris eum denominatione, & titulo Archiepiſcopi Tarentini, inde evaſit Epiſcopus Canarienſis. De quo legendus Rocchus Pyrrhus in notitia Mazarienſi. LXXIX.

80 ÆGIDIUS Carillus c Card. Albernotius Hiſpanus, Tarentinus Archiepiſcopus renunciatus eſt anno 1630 23. Septembris. Præfuit, ſed non reſedit, annis 7. ac libere nuncium remiſit. Romæ defunctus die 21. Decembris 1649. ſepultuſque eſt in parva, ſed devota Eccleſia S. Annæ in Quirinali. LXXX.

c De eo Ciaconius Oldoini tom 4. col. 561.



81 THOMAS Caracciolus, d Neapolitanus ex Principibus Abellinatibus, Camilli & Robertæ Carrafæ filius, Clericus Regularis Theatinus, quem ex Epiſc. Cyrinenſi incredibili Tarentinorū applauſu ex Philippi IV. Catholici Regis auctoritate Urbanus VIII Pont Max. Tarentino Archiepiſcopatu exornavit anno 1637. 17. Martii, commiſſum ſibi LXXXI

d De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 294 & Silos in hiſt. Cler. Regul. p. 93. & ſeqq. Mandoſ.

gre-

gregem præſens ſemper ſumma fide, & pietate moderatus eſt, hactenuſque ad paſcua ſalutis morum etiam affabilitate deducit; raro enim, & miro divini cultus zelo Epiſcopium, Seminarium Clericorum, Cathedralemque ſuam ædificiis nobilitavit, ſacraque ſupellectili inſtruxit; Diſcalceatos Carmelitanos Fratres ad augendam populorum pietatem in Urbem adduxit. Tumultuantem Tarentinorum populum in illo plebejo Neapolitanorum tumultu compeſcuit, & Regiam fidem, ut ſartam tectã ſervaret, in iis, non ſine vitæ ſuæ diſcrimine, ſummoque labore firmavit, quod non parvam ſinceræ ſuæ fidei erga munificum ſuum Regem laudem tulerit cumulatiſſimam; raro enim in adverſis firma fides. Vivit adhuc tot titulis præclariſſimus Præſul, cui ne ejus modeſtiam onerare videamur, aliis ejus virtutes enumerandas relinquimus: interim Neſtoreos illi precamur annos, ad populorum ſalutem ſuæque Eccleſiæ ornamentum.

A D D I T I O.

LXXII. „ *THOMAS è Nobiliſſima Sarriorum gente in Oppido Artabrienſi Compoſtellanæ diœceſeos natus, in regali conventu S. Mariæ de Trianos Legionenſis diœceſis Prædicatorum Ordini nomen dedit. In Pampilonenſi Univerſitate ad multos annos Philoſophiam, & Theologiam docuit ex cathedra, & in utraque facultate meruit laureari. Dein à ſupremo ſui Ordinis Præſule Regens Studii generalis in conventu S. Crucis Coloniæ deſignatus poſt adeptam in alma Urbe Magiſterii palmam Germaniam petiit, ubi ab Hungariæ, & Bohemiæ tunc temporis Regina Maria Philippi III. Hiſpaniarum Regis filia in ſuum Concionatorem electus fuit. Præclare obito ſui Ordinis munere Coloniæ, Confeſſarius, & Theologus Marchionis de Velada Legati Cathol. Majeſtatis ad illam magnæ Britanniæ Regis eligitur, ibique conciliis laudati Oratoris, aliorumque magnatum ſæpius interfuit, pluries q; in ipſius publico ſacello Conciones habuit, auditus lubenter, non modò à Catholicis, ſed etiam ab ipſis novatoribus, quorum ſententias eo, quo fervebat puritatis fidei zelo, in quæſtionibus Polemicis coram, & ſcriptis etiam confutavit. Cæſarei concionatoris munere cohoneſtatus pro Imp. Ferdinando III. ad Urbanum VIII. Summum Eccleſiæ hierarcham, & ad ſucceſſorem Innocentium X. ſplendidam legationem obivit. Provincialis dein Bohemiæ nemine diſcrepante ab ſuo ordine renunciatus fuit. Diſſidia inter Cæſaream Majeſtatem, & Sereniſſ. Electorem Palatinum pro reſtitutione civitatis Franchendalenſis compoſuit; qua civitate evacuata, Elbruna ſuæ libertati reſtituta fuit, & pax imperii confirmata, & ab ipſo Thoma nomine legati ſubſcripta. Pro electione Romanorum Regis cum Sereniſſ. Electoribus arduam licet, ac difficillimam rem egit. Archiepiſcopus Tranenſis electus dum Romę moratur, ab ſuo Rege Catholico Philippo IV. una cum comite de Pegneranda extra Ordinem Legato in Germaniam immittitur, ut ibi comitiis pro novo Cæſare eligendo intereſſet, in quibus adeò naviter ſe geſſit, ut quod ſummopere Chriſtiana exoptabat Reſpublica Sereniſſ. Hungariæ Rex Leopoldus I. ſua peculiari induſtria Imperator ſalutaretur. Ad ſuam Sponſam tandem reverſus, quam omni ſemper ſollicitudine coluit, ut in Tranenſium Archipręſulum ſerie T. 7. jam diximus, ad hanc Tarentinam Eccl. translatus fuit an. 1665. 13. Aprilis. Novam diœceſim illicò ſolertiſſimè ſancta viſitatione perluſtravit. Cum Archiepiſcopus Baro ſit, ac utilis Dominus Oppidi Cryptarum, vulgo* le Grottaglie, *ſua jura, & Eccleſiaſticę libertatis adverſus Dominum criminalis juriſdictionis ſtrenuè uſque ad ultimum vitæ anhelitum propriis ſumptibus tutatus fuit, quin ſuper cæteras, quas pro cauſa Domini ſui perpeſſus fuit ærumnas, laica poteſtas ab illo feudo provenientibus redditibus eum ſpoliarat; nihilominus non modò Archiepiſcopale Palatium vetuſtate penè collabens reſtauravit, ſed & Seminarium refecit, ac prolatavit, alumnos reſtituit, & aluit, Magiſtros verè dignos in eo prælegit, & ut ſuo verè muneri quiſque faceret ſatis, largum cenſum conſtituit; ſupellectili etiam pretioſa opipare ſuæ Cathedralis hierophylacium ditavit. Curam denique Paſtoralem dum ſemper ſibi par implet omnem, die 5. Novembris anno 1682. poſt ann. 17. ſui Præſulatus in Domino octuagenarius pie quievit, inſtituto hærede univerſali conventu S. Petri Imperialis ſui Ordinis, in cujus Eccleſia, poſt tres dies exequiarum tam digno debitarum Antiſtiti cum funebri oratione ab exprovinciali Magiſtro Ambroſio Merodio Ordin. Eremitarum S. Auguſtini recitata humillimè ſepultus fuit.*

„ *FRANCISCUS è Pignatella Vibonenſium Ducum nobiliſſ. gente Clericus Regularis Theatinus ann. 1683. 27. Septembris huic Eccleſiæ præficitur. Forma gregis factus ex animo primum omnium nihil enixius intendere occœpit, quam ut collapſam morum diſciplinam reſtitueret, Eccleſiæ jura vindicaret, ejuſque tranquillitatem, ac pacem aſſereret, viamque ſuis ovibus ad æternam ſalutem periculis omnibus explicaret, accitis ad id viris doctiſſimis, ac ſanctiſſimis, quorum deinde nonnullos vigilantiſſimi Paſtoris auſpiciis virtus ad Eccleſiaſticas dignitates merito provexit. Nec modo animum intendit ad animarum negocia piis laboribus procuranda, ſed effuſa etiam in omnes liberalitate Pauperum inopiæ conſulere, patriſque ſtudio malis omnibus proſpicere ſategit, ultro ſæpe beneficiis adiens quos verecundia ſubſiſtere, ac latere ſenſiſſet. Hoſpitalitatem ſuæ regiæ domus propriam magna cum impenſarum largitate coluit, nec minori animi magnitudine ingentem pecuniæ vim ſacris templis reficiendis, aliiſque operibus magnificentiſſimis excitandis corrogavit. Aedificia enim maximi templi vetuſtate collabentia in priſtinum decus reſtituit, argenteam ſupellectilem auxit, Sacellum B. Mariæ Virgini marmoreo opere baſilice conſtruxit. Fratrum Conventualium ædem aurato laqueari exornavit. Epiſcopalem vero domum, & Seminarium novis ædificiis laxatum amplificavit. Sanctiſſimis moribus, omnibus ſcientiis flamine dignis Alumnos ſemper imbuendos in eo curavit. Juriſdictionis, & immunitatis Eccleſiaſticæ defenſor indefeſſus ſui Anteceſſoris lites pro oppido Cryptarum ingenti labore, parique impendio ſubſtinuit; omnem denique Diœceſim pluries Sancta viſitione perluſtravit. Ab Innocentio* XII. *ad Sereniſſ. Sarmatiæ Regem Auguſtum II. Nuncius Apoſtolicus anno Jubilæi 1700. delegatur. Non ſine Eccleſiæ utilitate, illius populi honore, ac ſui plauſu per triennium difficillimo quidem tempore eam legationem obivit, donec menſe Februar. 1703. à fel. record. Clem. PP. XI. ad Neapolitanam Cathedram translatus fuit, ac paulo poſt prima, & ſingulari promotione purpureo galero fuit exornatus, de quo ſupra egimus in Neapolitanis Archiepiſcopis tom. 6.* LXXIII.

„ *JO. BAPTISTA, cujus paternum prænobile Stella genus nobilitatis honoribus fruitur in civitate Neapolis in Seſſione, ut ibi dicunt, Montaneę, maternum vero Effrem in illa Barii, ob Philoſophię, Theologiæ dogmaticæ, & moralis, & utriuſque juris peritiam Archiepiſcopo Barienſi, in cujus diœceſi cunas fuerat ſortitus, conſultoris, ac perpetui conviſitatoris munere egregiam ſemper operam navavit, donec his præditus meritis prius ab Auguſtiſſimo Carolo VI. Imperatore pro Potentina, mox pro hac Tarentina Eccleſia præſentatus fuit 30. Auguſti 1713. cujus poſſeſſionem iniit die 18. Octobris, die vero 16. Decembris ejuſdem anni Tarentum advenit, ſolitos plauſus, obſequia, & acclamationes penitus abhorrens; humilitatem adeo ſemper in primis dilexit. Et revera omnes licet infimæ conditionis, ut pater amplectitur, ſemper dictitans peccatum odio habere, non peccatorem. Hinc totus in vitiis extirpandis nihil ſibi de amplo* LXXIV

XXI a De eo Ciacontus Oldoini tom. 3. col. 844.

21 SCIPIO Card. Rebiba a Archiepiſcopus Piſanus hujus Eccleſiæ aliquando adminiſtrator fuit, illamque dimiſit anno 1560. (,, *Scipio Rebiba, Siculus, Epiſcopus Amydanus in partibus Infidelium, Motulenſis enunciatur 12. Octob. 1551. ut produnt Acta Conſiſt. Adſcriptus deinde eſt ſacro Cardinalium collegio, dum eſſet Urbis Gubernator, à Paulo IV. an. 1555 & Piſanum Archiepiſcopus factus hanc in adminiſtrationem retinuit Eccleſiam uſque ad an. 1560. quo etiam ad paucos menſes Teojanæ adminiſtrator fuit.* Lucentius.)



XXII. b Die 15. Martii ex Actis.

22 CÆSAR Geſualdus, Michaelis Pieſcopagani Toparchæ filius, Motulenſis electus eſt Epiſcopus die 15. Februarii b 1560. obiit 1566.

XXIII c 1566.

23 JOANNES Aloyſius de Campania, aliis de Coperia, Calaber ex civitate Roſſanenſi, Epiſcopus Montis Peluſii ad hanc Eccleſiam translatus die 5. Julii 1569 c. vitam amiſit 1579.

XXIV

24 JACOBUS MICHAEL vir doctus, & dignus, ut ad hanc Inſulam eveheretur, quam aſſequutus eſt die 3. Auguſti anno 1579. viginti omnino annis cum laude ſedit; exceſſit 1599.



XXV

25 SYLVESTER Tuſis, Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, vir integerrimæ vitæ, morumque gravitate inſignis, deligitur Epiſcopus die 19. Novemb. 1599. Brevis Pontifex fuit; vix enim Eccleſiam ſuam cum cœpiſſet ſanctè adminiſtrare, vocatur ad tumulum anno 1600. menſe Octobri in Cathedrali humatur, Vincentium fratrem germanum ſequutus, ejuſdem Inſtituti Clericum, & Epiſcopum Uritanum, qui ſuperiori menſe Septembris extrema clauſerat. Horum virtutes, ac præcipuè Sylveſtri humilitatem non reticuit Joſaph Sylos p. 2. Hiſt. Cleric Regul. ubi plura, & digna circa virtutes Sylveſtri deguſtabit lector.

XXVI

26 BENEDICTUS Rubeus è Patriciorum Ordine Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, ſublato ex humanis Sylveſtro, ejuſdem Eccleſiæ eligitur Epiſcopus a Clemente VIII. die 13. Decembris 1601. Doctrinis, ut Sylos ſcribit, quarum exacte confecerat in Ordine ſpatia, non mediocriter inſtructus Rubeus erat: tum religioſæ vitæ ſervantiſſimus, morumque gravitate apprimè ſpectatus, Conſultoris apud Patrem ſuum Generalem officio functus, aliiſque in præcipuis Cœnobiis præfecturis, Romæ, Neapoli, Lycii cum laude adminiſtratis, ut probatiſſimæ publicæ Eccleſiarum, rectioni domeſticis hiſce magiſtratibus videri potuerit. Subactum, præparatumque à Tuſo brevis ævi Antiſtite Motulenſem agrum reperit, ac proſecutus ipſe egregiè eſt, quod præceſſor inchoaverat. Quæ præcipuè Epiſcopi partes ſunt, viſus abunde impleviſſe. Privatas religioſæ vitæ rationes in Inſula retinuit, quas pulcherrimo quidem, ac religioſi viri nexu, cum communis boni, ſuarumque ovium ſtudio miſcuit. Æque ſacrorum, ac morum munditiam procuravit, id maximè contendens, ut niteret Eccleſia, & Eccleſiaſticus ordo. In juvanda potiſſimùm pauperum inopia multus fuit. Putabat quippe ab religioſa paupertate ad curandos præſertim, fovendoſque egenos ſe traductum. Eximia vitæ innocentia, curarumque contentione Cathedram illam diu tenuit, exhauſtuſque ſenio, ac valetudine, anno hujus ſæculi primo, & vigeſimo, die 22. Februarii Neapoli inter officia, preceſque noſtratum piè occubuit, ac deponi mortalitatis exuvias juſſit unà cum ſuis fratribus in Cœmeterio D. Pauli. Hactenus de Benedicto Sylos.

27 FRANCISCUS Salutli electus die 7. Maii 1621. obiit anno 1616. XXVII.

(,, *Franciſcus Salutius, nobilis presbyter Neapolitanus, J. U. D. adlectus 12. Maii 1621. Ulteo ſe abdicavit 1627.* ex Actis. *Huic M. Antonius Capycius dicavit opus inſcriptum:* diſcorſi dell' eccellenze di Maria Vergine: *& in Epiſtola nuncupatoria plura de tanto Præſule ſcripta reperies.* Mandoſius.)

28 Fr. SERAPHINUS de Nuceria Ordinis Prædicatorum deligitur 4 d. Aprilis 1627 Exceſſit 1630. (,, *Seraphinus Rinaldus de Nuceria, nobili loco natus, conventus S. Dominici de Neapoli alumnus, cum Dominicanum habitum ex manibus Mag. Generalis Seraphini Caballi ſuſcepiſſet, Provincialiſque ſuæ provinciæ Regni præfecturam exercuiſſet, atque in Neapolitana Univerſitate Cathedræ D. Thomæ nobilis moderator extitiſſet, ab Urbano VIII. Mutilenſis Epiſcopus creatus. Defunctus Neapoli in templo S. Dominici ſepultus eſt.* Fontana in Theatr. Domin. p. 242. *De eo Toppius in Bibliotheca Neapolitana p. 278.*) XXVIII. d 14. Apr. ex Actis.

29 THOMAS Arichoniuae, Clericus Regularis Theatinus, hujus Eccleſiæ Epiſcopus creatus die 9. Septembris 1630. Ad Tranenſem Cathedram translatus die 21 f. Auguſti 1635. de quo ibi. XXIX e Auctore ex Silos par. 3. pag. hiſt. Cler. Reg. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 290. Mand. f 8. Januar. ex Actis.

30 Fr. JOANNES BAPTISTA Paleſius Ord. Præd. ſucceſſit Thomæ anno 1638. die 15. Januarii. (,, *Jo. Baptiſta Faleſius, Neapolitanus, cœnobii S. Mariæ Sanitatis filius, unus ex primis regularis obſervantiæ ejuſdem conventus, & congregationis Patribus, poſt ejuſdem conventus regimen, promovente Philippo IV. Hiſpaniarum rege Motulenſis Epiſcopus ab Urbano VIII. renunciatus eſt. In maxima fuit æſtimatione apud cunctos Neapolitanos Principes, Proceres, Regioſque Miniſtros, quos erga S. Dominicum devotione inflammavit, itune illum in totius Regni Tutelarem delegerint, quod & Apoſtolica auctoritate Urbani VIII. primò, Alexandri Papæ VII. deinde fuit conſtabilitum. Tandem obdormivit in Domino decimo ſui regiminis anno, qui fuit à Virginis partu* 1648. Fontana in Theat. Domin. p. 242) XXX.



31 THOMAS de Aquino, Neapolitanus, XXXI

Cle-

Clericus Regularis Theatinus, Paleſio ſucceſſit die 24. Auguſti 1648.

XXXII. 32 JOANNES Camponeſchus, Epiſcopus Thermicenſis, ad hanc eandem eccleſiam translatus eſt defuncto Thoma, anno 1654. die 22. Auguſti *a*. Exceſſit menſe Novemb. ann. 1657.

a Ole 19. Junii. Ex Actis.

A D D I T I O.

XXXIII. (*JANUARIUS de Andrea, Neapolitanus, Magiſter in Theologia, electus 8. Auguſti 1661. in ætatis anno conſtitutus 50.*

XXXIV. *ALOYSIUS de la Quadra, nobilis terræ Carpinonæ Iſerniensis diœceſis, magiſter in Theologia, & Capellanus regiæ Capellæ promotus 21. Julii 1664. ætatis annum agens 40. Quus dimiſit menſe Januario 1695.*

XXXV. *FRANCISCUS della Marra, in oppido Guardiæ diœceſis S. Angeli Lombardorum nobili loco natus, S. Theologiæ Doctor, Prothonotarius Apoſtolicus, Regis Catholici honorarius Capellanus, & Capellanus ordinarius Sacelli S. Januarii, renunciatus fuit Epiſcopus Mutilenſis die n. Aprilis 1696. quo eodem anno menſe Auguſtu defunctus eſt.*

XXXVI. *MICHAEL Maria Deunce, nobilis Neapolitanus, J.U.D. ac patriæ Metropolitanæ Canonicus ornatur hac infula 27. Martii 1697. Brevis & hic Pontifex fuit menſe Octobri anni ſequentis viam univerſæ carnis ingreſſus.*

XXXVII. *PETRUS Paulus Maſtrilli, Melitenſis, J.U.D. Canonicus Pœnitentiarius major, & Examinator ſynodalis Neapolitanæ Eccleſiæ, hanc Cathedram conſcendit 26. Novembris 1703. Occubuit anno circiter 1714.*

XXXVIII. *BLASIUS Antonius Coperi Campanienſis, J. U. D. ex Vicario generali Tarentini Archiepiſcopi ad hanc ſedem evehitur 15. Maii 1719.*)

U R I Æ
S E U
O R I Æ
EPISCOPI.



URIA, vulgo *Oria*, urbs Salentinorum, ſeu Japygiæ antiquiſſima à Cretenſibus, qui primum in Siciliam transfretarunt condita inter Brundusium XVIII. paſſ. mill. & Tarentum XXVIII. ab Aletio XXX. in Meridiem ſita eſt ſupra collem Tarentum ſpectantem. Spectat eam alio in colle Arx munitiſſima à Federico II. Imp. ædificata; Marchionatus titulo gentis Balzorum nobiliſſimè condecorata. Hujus meminit Strabo in 6. Pliniuſque; quam Uriam appellant. Appianus, & Herodotus Hyriam vocant; non deſunt, qui Uriam ab Hyria diſcriminent. Sæpè à Sarracenis depopulatam ſcribit Frizia de Subfeudis, ex Lupi Protoſpatæ Chron. *Anno*, inquit Lupus, 924. *Uria à Sarracenis menſe Julii capta eſt, & interfecerunt tuactas mulieres, reliquos vero deduxerunt in Africam, cunctos venundantes: & an. 977. incenderunt Agareni civitatem Oriæ, & cunctum vulgus in Siciliam deduxerunt.* Galderii Beneventani Principis municipium fuiſſe tradit Herempertus ad ann. 879. in poteſtatem tandem perveniſſe Roberti Ducis ann. 1062. commemorant, paſſamque deinde excidium, iterumque exædificatam in hanc, quam modo ſpectamus pulchritudinem. Chriſtianitatis autem Uritanæ urbis exordium haud facile eſt inveſtigare; fuiſſe tamen eadem tempeſtate, qua Brundusium, cæteræque finitimæ civitates Evangelii lucem ſuſceperunt, omnino fatendum videtur, ſi S. Barſanus, ſive Barſonulphus urbis Patronus, ut quidam ſcribunt, Sancti Cataldi Tarentini Epiſcopi, qui ſub M. Aurelio Imp. vixit, Synchronus fuit. Barſonulphum hunc alii Eremitam Ægyptium, alii Uritanorum primum Epiſcopum fuiſſe volunt. Nonnulli etiam eundem cum Abbate Gazæ in Paleſtina, cujus mentio eſt in Martyrol. Romano ad 11. Aprilis faciunt. Refertur in tabulas eccleſiaſticas, cum ad 30. menſis Auguſti, tum ad 8. Februarii, quæ poſtrema illi feſtiva eſt apud Uritanos. Paulus Regius, & Romæus inter SS. Regni Neapolitani recenſent, ac copioſius de illo meminerunt. Eccleſiam habet B. Barſonulpho ſacram extra urbis mœnia, ubi volunt ſanctum ejuſdem corpus quieſcere. Cæterum, ſive Barſanulphus primus fuerit Epiſcopus, ſive non; conſtat tamen Uritanorum Epiſcopatum antiquum eſſe, ubi aliquando poſt deſolatum Brundusium à Sarracenis, Epiſcopi Brundusini ſe receperunt, in eaque Uriæ vixerunt, donec & ipſa ab Agarenis funditus deſtructa, ad invicem hæ duæ Eccleſiæ unitæ, ac ſimul copulatæ fuerunt, adeo ut per multa ſæcula harum Eccleſiarum Antiſtes Brundusinus, & Uritanus, vel Uritanus & Brundusinus Archiepiſcopus nuncuparetur; ſed patrum noſtrorum memoria, ad tollendas lites, jurgiaque ſedanda, quæ inter Brundusinos cives, & Uritanos quotidie oriebantur, expoſcente Philippo Hiſpaniarum Rege, Gregorio VIII. Pont. Max. diſſoluta fuit unio illa, ac diſtinctæ Diœceſes fuerunt an. 1592. Brundusinis remanſit antiquus Archiepiſcopatus titulus, Uritanis Epiſcopatus obvenit honor ſub Tarentino Metropolita. Gregorii diploma hic exſcribere viſum eſt ab ipſo exemplari, antequam more noſtro ſtatum Uritanæ Eccleſiæ, ſeriemque Præſulum ejuſdem concinnemus.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam.

Regimini univerſæ Eccleſiæ divina voluntate, meritis licet imparibus præfecti, de Cathedralibus, & aliis Eccleſiis, ipſarumque Paſtoribus, quo populus eis commiſſus in via Domini dirigatur feliciter, quantum nobis ex alto conceditur, nos cogitare convenit, idque ut facilius ſequatur, dum unicuique Eccleſiæ proprium Paſtorem præeſſe debere cognoſcimus expedire, earundem Eccleſiarum jam pridem factam unionem diſſolvimus, prout temporis conditione, & rerum qualitate penſata conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, ad quem nominatio perſonæ idoneæ ad infraſcriptas Eccleſias, dum pro tempore vacant, ratione Regni Siciliæ, cujus ipſe Philippus etiam Rex exiſtit ex privilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, ſpectat, & pertinet, conſiderans, quod cum propter unionem Brundusinorum, & Uritanorum Eccleſiarum auctoritate Apoſtolica dudum invicem perpetuò factam, ac hujuſmodi unionis occaſione, variæ exinde, graveſque lites & diſcordiæ inter Brunduſin. & Uritan. civitatum Communitates, & homines exortæ fuiſſent, & continuo vigerent, in dieſque magis accenderentur in ſcandalum, & damnum plurimorum, ſtatuſque civitatum, & Eccleſiarum hujuſmodi perturbationem non modicam, fel. rec. PP. Xiſto V. prædeceſſori noſtro humiliter ſupplicavit, quatenus unionem hujuſmodi diſſolvere dignaretur. Idem prædeceſſor negocium hujuſmodi Congre-

ga-

A gationi S.R.E. Cardinalium Conſiſtorialibus Præfectorum examinandam, & poſtea ſibi referendam commiſit. Qui demum tam Philippi Regis, quam civitatum hujuſmodi pluries auditis agentibus, & procuratoribus, viſiſque videndis, & conſideratis conſiderandis, unionem ipſarum cenſuerunt diſſolvendam. Quinetiam Eccleſiæ ipſæ & civitates quæ competentes habebant Diœceſes, & unaquæque proprium Præſulem, ac Paſtorem habere, exindeque melius, commodiuſque à ſuo quoque Paſtore regi, gubernarique poſſet, unde nos conſiderantes, quod ſi unio prædicta perpetuo diſſolveretur, & litibus diſcordiiſque prædictis, indeque provenientibus ſcandalis, & inconvenientibus opportunè obviaretur, ac alias utriuſque Eccleſiæ, & civitatis perſonarum paci, & tranquillitati conſuleretur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus, & diſmembrationibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, unionis, annexionis, & incorporationis, alterumque præmiſſorum, ac inde exequutorum, & de neceſſitate, ſeu alias quomodolibet B exprimendorum tenores, ac menſarum dictarum Eccleſiarum, & cujuslibet earum fructus, ac illarum veros, & annuos valores, ac litium, & cauſarum ſuper quibuſcunque prætenſionibus, ac unionis, annexionis, & incorporationis prædictarum occaſione motarum, & pendentium ſtatum, & merita, nominaque & cognomina judicum, & collitigantium, nec non vera, & prætenſiones præſentibus pro expreſſis habentes, nos non omnes, & quaſcunque cauſas inter Communitates, & homines prædictos ſuper quibuſcunque prætenſionibus, ac illarum, & unionis, annexionis, & incorporationis prædictarum occaſione quandocunque motas, & quomodolibet introductas, & indecißas pendentes ad nos harum ſerie advocantes, illaſque ac lites quaſcunque cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis extinguentes, & perpetuum ſilentium hinc inde deſuper imponentes, ex prædictis, & aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, præmiſſa cauſæ, cogi- C tatione, ac re maturè diſcuſſa, de venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, unionem, annexionem, & incorporationem de dictis Eccleſiis Brunduſin. & Vritan. tunc per obitum bo. me. Bernardini olim Archiepiſcopi Brunduſin. & Vritan. qui extra Rom. Cur. debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtitutis, alias ut præmittitur factam, quarum tenorem haberi volumus pro expreſſo, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo diſſolvimus, itaut ex nunc de cætero ipſæ Eccleſiæ non amplius ſint, nec intelligantur unitæ, ſed unaquæque de per ſe, ipſaque Brunduſina Metropolitana, Uritana verò tantum Cathedralis remaneat, & nihilominus augmentum dotis eidem Eccleſiæ Uritanæ per eoſdem Communitatem, & homines dictæ civitatis Uritanæ ideo factam, ut illa Metropolitana, ut ipſi inſtabant, remaneret, ſeu fieret, ita etiam illis conſentientibus, juſque nominandi perſonas idoneas, ad dictas Eccleſias ſic D olim unitas, quam dicto Philippo Regi ex privilegii Apoſtolici, cui nunquam hactenus derogatum competebat, ſibi, & ſucceſſoribus ſuis firma, & illæſa reſpectivè perpetuò remaneant, ita ut de cætero idem Philippus Rex, & ſucceſſores ſui perſonas idoneas ad unamquamque prædictarum eccleſiarum, ſuper quarum fructibus antiqua penſio annua quingentorum ducatorum, ſeu ſcutorum, quam nos ſuper utriuſque fructibus pro cujuſque rata ſolvendam eſſe volumus, certæ, ſeu certis perſonis eccleſiaſticis illam annuatim percipientibus Apoſtolica authoritate prædicta reſervata reperitur, tam hac prima vice, quam quoties illas deinceps vacare contigerit, nominare poſſint, prout ipſe Philippus Rex ante unionis hujuſmodi diſſolutionem ad ipſas eccleſias unitas nominabat, ac nominare poterat, dictamque Eccleſiam Uritanam Cathedralem remanentem Eccleſiæ Tarentinæ, & illius Archiepiſcopi nunc, & pro tempore exiſtentis ſuffraganeam conſtituimus, & aſſignamus.

Inſuper prædictæ Eccleſiæ Brunduſinæ pro ſua Diœceſi ultra eam, quam prius habebat caſtra Cellini, Guagnani, Salicis, Veliæ, & Leverani . . . de ipſa Brunduſina Diœceſi non ſint, cum eorundem Caſtrorum diſtrictibus, territoriis, juribus, & pertinentiis, ac incolis, & habitatoribus, illa à Diœceſi Uritana . . . de ea exiſtant, diſmembrando, & ſeparando eiſdem authoritate, tenore etiam perpetuo concedimus, & aſſignamus. Volentes, & dicta authoritate decernentes, ac mandantes, quod Decimæ, quas Eccleſia Brunduſina in territoriis eccleſiæ, & civitatis Uritanæ vigore donationis Tancredi, ſeu cujuſcunque alterius tituli prætendebat, eidem Eccleſiæ Uritan. ſolutæ etiam remaneant, nominaque & dominationes caſtrorum, & locorum, quæ unicuique dictarum civitatum Brunduſin. & Uritan. poſt unionis, annexionis, & incorporationis hujuſmodi diſſolutionem remanebant in ſuis exinde conficiendis litteris exprimi, & ſpecificari, declararique poſſent, & deberent, non obſtantibus voluntate noſtra Apoſtolica, & quatenus opus ſit de jure quæſito non tollendo, ac quibuſvis aliis Apoſtolicis, nec non etiam in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, & generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac dictarum Eccleſiarum, etiam juramento roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam illis, ac earum Præſulibus, Capitulis, & quibuſvis aliis ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis aliis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac Conſiſtorialibus, & alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum omnium, & ſingulorum tenores pro expreſſis habentes ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ advocationis, extinctionis, impoſitionis, diſſolutionis, conſtitutionis, aſſignationis, conceſſionis, voluntatis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ in monte Quirinali, anno Incarnationis Domini 1591. ſexto Id. Maii. Pontif. noſtri anno Primo feliciter. Amen.

Antiqua, primaque Cathedralis Uriani Epiſcopatus titulo SS. Chriſanti, & Dariæ ædificata fuit in eo loco, ubi nunc Arx ſpectatur, Theodoſio Epiſcopo. Hæc, quæ nunc ſpectatur, intra civitatem Cathedralis nobili architecturæ artis ſchemate conſtructa Deiparæ Virginis titulo inſignitur, ac Sanctorum reliquiis nobilitatur, nempè SS. Sebaſtiani, Blaſii Epiſcopi & martyris, S. Apolloniæ virg. & mart. maxilla, S. Barſonulphi Divi tutelaris brachio, & oſſibus aliquot, S. Stephani Prothomartyris, S. Laurentii mart. S. Claræ, S. Bartholomæi Apoſtoli, Ss. Coſmæ & Damiani, S. Hieronymi Presb. Ss. Chriſanti & Dariæ, S. Catharinæ virg. & martyris, S Andreæ Apoſtoli, duobus oſſibus Ss. Innocentium, S. Caroli Borromæi, & S. Philippi Nerii Florentini ex præcordiis. In hac Baſilica quatuor dignitatum gradus ad ampliorem Dei cultum ſunt, Archidiaconatus, Cantoratus, Subcantoratus, Theſaurariatus. Canonicatus ſexdecim. („*Animarum curam decem Parochiales Eccleſiæ* „*ſuſtinent, quarum animæ enumerantur plus mi-* „*nus, quinquies mille.*) Sunt in hac civitate duo Cœnobia, unum Sanctimonialium Ord. S. Benedicti, alterum Monachorum Cœleſtinorum; extra muros Monaſteria tria Mendicantium, S. Dominici, nempe, Conventualium S. Franciſci, ubi B. Franciſci Verrachini, Seraphici diſcipuli, integrum corpus aſſervatur, & Ordin. S. Franciſci de Paula ad Eccleſiam S. Barſonulphi civitatis Patroni, ibi credunt ſacra ejus lipſana jacere. Diœceſis

gregem præſens ſemper ſumma fide, & pietate moderatus eſt, hactenuſque ad paſcua ſalutis morum etiam affabilitate deducit; raro enim, & miro divini cultus zelo Epiſcopium, Seminarium Clericorum, Cathedralemque ſuam ædificiis nobilitavit, ſacraque ſupellectili inſtruxit; Diſcalceatos Carmelitanos Fratres ad augendam populorum pietatem in Urbem adduxit. Tumultuantem Tarentinorum populum in illo plebejo Neapolitanorum tumultu compeſcuit, & Regiam fidem, ut ſartam tectã ſervaret, in iis, non ſine vitæ ſuæ diſcrimine, ſummoque labore firmavit, quod non parvam ſinceræ ſuæ fidei erga munificum ſuum Regem laudem tulerit cumulatiſſimam; raro enim in adverſis firma fides. Vivit adhuc tot titulis præclariſſimus Præſul, cui ne ejus modeſtiam onerare videamur, aliis ejus virtutes enumerandas relinquimus: interim Neſtoreos illi precamur annos, ad populorum ſalutem ſuæque Eccleſiæ ornamentum.

A D D I T I O.

LXXXII. („ *THOMAS è Nobiliſſima Sarviorum gente in Oppido Aetabrienſi Compoſtellanæ diœceſeos natus, in regali conventu S. Mariæ de Trianos Legionenſis diœceſis Prædicatorum Ordini nomen dedit. In Pampilonenſi Univerſitate ad multos annos Philoſophiam, & Theologiam docuit in cathedra, & in utraque facultate meruit laureari. Dein à ſupremo ſui Ordinis Præſule Regens Studii generalis in conventu S. Crucis Coloniæ deſignatus poſt adeptam in alma Urbe Magiſterii palmam Germaniam petiit, ubi ab Hungariæ, & Bohemiæ tunc temporis Regina Maria Philippi III. Hiſpaniarum Regis filia in ſuum Concionatorem electus fuit. Præclare obito ſui Ordinis munere Coloniæ, Confeſſarius, & Theologus Marchionis de Velada Legati Cathol. Majeſtatis ad illam magnæ Britanniæ Regie eligitur, ibique conciliis laudati Oratoris, aliorumque magnatum ſæpius interfuit, pluresq; in ipſius publico ſacello Conciones habuit, audiente lubenter, non modò à Catholicis, ſed etiam ab ipſis novatoribus, quorum ſententias eo, quo ferveبat puritatis fidei zelo, in quæſtionibus Polemicis coram, & ſcriptis etiam confutavit. Cæſarei concionatoris munere cohoneſtatus pro Imp. Ferdinando III. ad Urbanum VIII. Summum Eccleſiæ hierarcham, & ad ſucceſſorem Innocentium X. ſplendidam legationem obivit. Provincialis dein Bohemiæ nemine diſcrepante ab ſuo ordine renunciatus fuit. Diſſidia inter Cæſaream Majeſtatem, & Sereniſſ. Electorem Palatinum pro reſtitutione civitatis Frankendalenſis compoſuit; qua civitate evacuata, Elbruna ſuæ libertati reſtituta fuit, & pax imperii confirmata, & ab ipſo Thoma nomine legati ſubſcripta. Pro electione Romanorum Regis cum Sereniſſ. Electoribus arduam licet, ac difficillimam rem egit. Archiepiſcopus Tranenſis electus dum Romæ moratur, ab ſuo Rege Catholico Philippo IV. una cum comite de Pegneranda extra Ordinem Legato in Germaniam immittitur, ut ibi comitiis pro novo Cæſare eligendo intereſſet, in quibus adeò naviter ſe geſſit, ut quod ſummopere Chriſtiana exoptabat Reſpublica Sereniſſ. Hungariæ Rex Leopoldus I. ſua peculiari induſtria Imperator ſalutaretur. Ad ſuam Sponſam tandem reverſus, quam omni ſemper ſollicitudine coluit, ut in Tranenſium Archipræſulum ſerie T. 7. jam diximus, ad hanc Tarentinam Eccl. tranſlatus fuit an. 1665. 23. Aprilis. Novam diœceſim illicò ſolertiſſimè ſancta viſitatione perluſtravit. Cum Archiepiſcopus Baro ſit, ac utilis Dominus Oppidi Cryptarum, vulgo le Grottaglie, ſua jura, & Eccleſiaſticæ libertatis adverſus Dominum criminalis juriſdictionis ſtrenuè uſque ad ultimum vitæ anhelitum propriis ſumptibus tutatus fuit, quia ſuper cæteras, quas pro cauſa Domini ſui perpeſſus fuit ærumnas, laica poteſtas ab illo feudo provenientibus redditibus eum ſpoliarat; nihilominus non modò Archiepiſcopale Palatium vetuſtate penè collabens reſtauravit, ſed & Seminarium refecit, ac prelatavit, alumnos reſtituit, & aluit, Magiſtros verè dignos in eo prælegit, & ut ſuo verè muneri quiſque faceret ſatis, largum cenſum conſtituit; ſupellectili etiam pretioſa apipore ſuæ Cathedralis hierophylacium ditavit. Curam denique Paſtoralem dum ſemper ſibi par implet omnem, die 5. Novembris anno 1682. poſt ann. 17. ſui Præſulatus in Domino octuagenarius pie quievit, inſtituto hærede univerſali conventu S. Petri Imperialis ſui Ordinis, in cujus Eccleſia, poſt tres dies exequiarum tam digno debitarum Antiſtiti cum funebri oratione ab exprovinciali Magiſtro Ambroſio Merodio Ordin. Eremitarum S. Auguſtini recitata humillimè ſepultus fuit.*

LXXXIII. „ *FRANCISCUS è Pignatella Vibonenſium Ducum nobiliſſ. gente Clericus Regularis Theatinus ann. 1683. 27. Septembris huic Eccleſiæ præficitur. Forma gregis factus ex animo primum omnium nihil enixius intendere occœpit, quam ut collapſam morum diſciplinam reſtitueret, Eccleſiæ jura vindicaret, ejuſque tranquillitatem, ac pacem aſſerret, viamque ſuis ovibus ad æternam ſalutem periculis omnibus explicaret, accitis ad id viris doctiſſimis, ac ſanctiſſimis, quorum deinde nonnullos vigilantiſſimi Paſtoris auſpiciis virtus ad Eccleſiaſticas dignitates merito provexit. Nec modo animum intendit ad animarum negotia piis laboribus procuranda, sed effuſa etiam in omnes liberalitate Pauperum inopiæ conſulere, patriſque ſtudio malis omnibus proſpicere ſategit, ultro ſæpe beneficiis adiens quos verecundia ſubſiſtere, ac latere ſenſiſſet. Hoſpitalitatem ſua regiæ domus propriam magna cum impenſarum largitate coluit, nec minori animi magnitudine ingentem pecuniæ vim ſacris templis reficiendis, aliiſque operibus magnificentiſſimis excitandis corrogavit. Ædificia enim maximi templi vetuſtate collabentia in priſtinum decus reſtituit, argenteam ſupellectilem auxit, Sacellum B. Mariæ Virgini marmoreo opere baſilice conſtruxit. Fratrum Conventualium ædem aurato laqueari exornavit. Epiſcopalem vero domum, & Seminarium novis ædificiis laxatum amplificavit. Sanctiſſimis moribus, omnibus ſcientiis flamine dignis Alumnos ſemper imbuendos in eo curavit. Juriſdictionis, & immunitatis Eccleſiaſticæ defenſor indefeſſus ſui Anteceſſoris lites pro oppido Cryptarum ingenti labore, parique impendio ſubſtinuit; omnem denique Diœceſim pluries Sancta viſitione perluſtravit. Ab Innocentio XII. ad Sereniſſ. Sarmatiæ Regem Auguſtum II. Nuncius Apoſtolicus anno Jubilæi 1700. delegatus. Non ſine Eccleſiæ utilitate, illius populi honore, ac ſui plauſu per triennium difficillimo quidem tempore eam legationem obivit, donec menſe Februar. 1703. à fel. record. Clem. PP. XI. ad Neapolitanam Cathedram tranſlatus fuit, ac paulo poſt prima, & ſingulari promotione purpureo galero fuit exornatus, de quo ſupra egimus in Neapolitanis Archiepiſcopis tom. 6.*

LXXXIV. „ *JO. BAPTISTA, cujus paternum prænobile Stella genus nobilitatis honoribus fruitur in civitate Neapolis in Seſſione, ut ibi dicunt, Montanea, maternum vero Effrem in illa Barii, ob Philoſophiæ, Theologiæ dogmaticæ, & moralis, & utriuſque juris peritiam Archiepiſcopo Barienſi, in cujus diœceſi cunas fuerat ſortitus, conſultoris, ac perpetui convisitatoris munere egregiam ſemper operam navavit, donec his præditus meritis prius ab Auguſtiſſimo Carolo VI. Imperatore pro Potentina, mox pro hac Tarentina Eccleſia præſentatus fuit 30. Auguſti 1713. cujus poſſeſſionem iniit die 18. Octobris, die vero 16. Decembris ejuſdem anni Tarentum advenit, ſolitas plauſus, obſequia, & acclamationes penitus abhorrens; humilitatem adeo ſemper in primis dilexit. Et revera omnes licet infimæ conditionis, ut pater amplectitur, ſemper dictitans peccatum odio habere, non peccatorem. Hinc totus in vitiis extirpandis nihil ſibi de amplo*

„ reddita retinet, pauperes, viduas, pupillos, orphanos, aliaſque innumeras miſerabiles perſonas quotidie, & ſemper largiſſimè juvat. Sacellum B. Mariæ Virginis ſub titulo Pietatis magnificè exornavit, apſidem alterius ſacelli Sancto Cataldo Primario Urbis Tarentinæ tutelari dicati, ab egregio viro Paulo de Mattheis propriis ſumptibus ſupra quatuor mille ducatorum pingendam curavit, parietes omnes ſuæ ædis principis damaſcena Oloſerica veſte pro ſolemnioribus anni feſtis diebus exornavit. Venerabili Neapolitanæ congregationi Sacerdotum, qui audiunt pii operarii, quingentos ducatos erogavit, ut quote quinquennio in ſua diœceſi Apoſtolicam miſſionem exerceant, totidem prolectione Theologali in oppido Cryptarum aſſignavit, & tercentos quolibet anno perſolvit Seminario, quod non mediocrem tanti Præſulis Curam deſorbet. Pro pauperum commodo in medium civitatis publico bono incumbens fontem derivavit. Quolibet die dominico verbum Dei publice, & proficue populo ſeminat, omni die feſtivo rudimenta fidei pueros, puellaſque perdocet, perſonaliter ad omnes animam agentes accedit, & benedictionem in Mortis articulo impartitur, ac ad beate moriendum diſponit. Diſſidia totius diœceſis pacavit, & in dies componit. Cætera tanti Præſulis glorioſa facinora ob nimiam ipſius modeſtiam, humilitatemque reticemus, & meliori calamo ſcribenda relinquimus.)

CASTELLANETENSES

EPISCOPI.

CASTELLANETUM *a* Baſilicatæ ulterioris (Hudruntinam Provinciam vocant) recens civitas eſt medio, ſed obliquo, itinere inter Tarentum atque Brunduſium ſita, Marchionatus titulo nobilis, Mutiliæ, ſeu Motulæ oppidi veteribus Colonis, ſi Marino Friziæ credimus, extructa; de ea nihil in antiquis Hiſtoriis, neque recentioribus reperio, niſi quod anno Domini 1080. à Duce Roberto obſeſſa capta eſt, in eaque eodem fortaſſe tempore Epiſcopus ordinatus eſt, cum Tarentina Eccleſia Archiepiſcopali dignitate exornata fuit, unus ex propriis ejuſdem Archiepiſcopi ſuffraganeis, ideoque iis omnibus à Normannis Principibus, gratiis, & privilegiis condecoratus, quibus cæteri omnes hujus Provinciæ Præſules ſolent gaudere. Cathedralis Eccleſia titulo S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi pro loci conditione decentis ſtructuræ eſt. Sacris in ea miniſtrant Canonici *b*, & Clerici multi, quorum prior eſt Archidiaconus, cum tribus aliis dignitate fulgentibus. In civitate nulla Parochialis Eccleſia præter Cathedralem, ſed in ea animarum cura geritur à Theſaurario. Unum Monialium, & tria extant virorum Monaſteria, Hoſpitalis domus una duntaxat, & ſodalitia laicorum quatuor. Diœceſim plane nullam habet hic Epiſcopatus, omnes enim filii, qui ad ſex mille aſcendunt, in civitate degunt. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ſcutorum illarum partium 1500. taxatur in libris Cancellariæ Apoſtolicæ ad florenos 125. Porro Epiſcopi, qui in ea floruerunt, ſequentes tantum ſunt à nobis obſervati ex diverſis monumentis.

a Vulgo Caſtellaneto.

b Canonici 20.

I. 1 JOANNES in hac ſede florebat ann 1088 ex monumentis Epiſcopii.

II. 2 NICOLAUS anno 1111. florebat, cujus precibus anno 1130. Rogerius Siciliæ Rex nobile conceſſit Privilegium Eccleſiæ Caſtellanetenſi, in quo ſub Regia tutela eam admiſit. Egregium ſane eſt hoc Privilegium, ubi jura, & bona ejuſdem recenſentur. Documenti in tabulario Epiſcopi aſſervati tenor eſt hujuſmodi.

In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Anno Incarnationis ejuſdem Milleſimo centeſimo trigeſimo tertio Indictione duodecima.

Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, & Italiæ Rex Rogerii primi Comitis hæres, & filius: juſtæ poſtulatio voluntatis omnibus Dei cultoribus, locisque venerabilibus ſtudio debet proſequente compleri, illis præcipuè, qui pro peccatis noſtris, vigiliis, & orationibus Dei miſericordiam invocant, piæ poſtulationis officium jugiter debemus impendere, eorumque juſtis petitionibus aſſenſum præbere. Tuis igitur Nicolae venerabilis Epiſcope Eccleſiæ ſancti Nicolai de Caſtellaneto petitionibus clementer annuentes pro ſalute Patris noſtri glorioſæ memoriæ Rogerii Comitis, Matriſque noſtræ Adelaidæ Reginæ, & noſtra, Roberti denique Guiſcardi inclytæ memoriæ Patrui noſtri, aliorumque noſtrorum parentum, atque fidelium concedere, Privilegii authoritate firmatum in nominatæ Eccleſiæ, & tibi tuiſque ſucceſſoribus totas Eccleſias, & Terras cum Eccleſiis, aquis, herbis, & omnibus pertinentiis ſuis, ſicut in præſcriptis Eccleſię Privilegiis continetur, quas Riccardus Seneſcalcus injuſtè certo tempore eidem Eccleſiæ abſtulerat, Monaſterium Sacrum S. Sabini, cum terris ſuis, & cum omnibus rebus mobilibus, ſive immobilibus, & Eccleſiam S. Georgii de Minervo, cum terris, & olivis, & omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam S. Matthęi de Donno cum terris, & cunctis pertinentiis ſuis, atque omnes alias Eccleſias, & hereditates, & terras, & vineas, & olivas, & quicquid Epiſcopatui præfati S. Nicolai juſtè pertinet, & ejus Privilegia aperte deſignant, terrę autem præſcriptę ſub iis finibus concluduntur; incipiunt itaque à terra quę dicitur de Manilio, & pergit ad Gravilionem à parte Orientis uſque ad majorem Gravinam, de hinc pergit per fundum Gravinæ, uſque ad Minervæ, & inde deſcendit per lamam de via, de hinc per fundum ipſius Gravinæ, vadit uſque ſubtus fraſſinetum de S. Mama, & inde girat per parietem à parte Occidentis de ipſo fraſſineto, & capit aquam currentem de Gravilione de S. Mama, & aſcendit ſurſum ad planum, & inde vadit, atque capit fines de ferro, & tranſit lamam, quæ venit ad viam, & venit ſurſum uſq; ad terram de Romano de curtulo, & vadit ad unum vicinale à parte Occidentis à frenglia, & redit ſurſum ad viam, & inde vadit uſque ad Gravilionem pontis, & à ponte pergit ad Canneum, deinde capit Gravilionem in ſurſum à parte Boreæ uſque ad parietem, & inde vadit ad terras de Manilio, & Caſales ſancti Andreæ cum certis Terris, Eccleſiis, aquis, herbis, & omnibus pertinentiis ſuis, cujus fines ſic terminis aſſignamus, incipit enim ab ore lati, & vadit per medium latum, & vadit per aquam currentem à parte Boreæ, & pergit uſque ad lamam, & vadit uſque ad caput Macchiæ Magnæ, quæ eſt in medio lamæ ipſius lamæ, & quomodo tenet, & deſcendit ferit aquæ rivi, quæ eſt ex parte Occidentis à capite præſcriptæ Macchiæ & ab ipſo rivo quomodo ferit ad Macchiam, & ad Macchiam redit, & ferit ad fixas petras, & ab ipſis quomodo dirigit ex parte Auſtri, & vadit de petra in petram uſq; ad arborem Florentinam, & puteum lamæ, de hinc ferit de jagone in jagonem quomodo vadit ad caput fraſſinorum, qui ſunt in paludibus; & ab iſtis vadit, & ferit per Occidentalem partem dictæ Eccleſiæ ſancti Viti, & deſcendit ad mare, poſtea dat voltam ab aqua maris quomodo vadit ab Oriente, & dat ad Os lati, quæ vadit per medium latum cum ipſo medio lati: concedimus etiam, & plenam juſtitiam, quæ eſſatum poteſt pertinet; tali quidem tenore, ut à modo in antea omni futuro tempore, hæc omnia, quæ in iſto Privilegio continentur maneant, & ſint in poteſtate, & Dominio præſcripti S. Nicolai Epiſcopi, ſuccſſorumque Rectorum earum ſuccſſorumque, ut exinde omnia, ut eorum fuerit voluntas ad profectum, & utilitatem ejuſdem S. Eccleſiæ, ſine noſtri noſtrorumq; hæredum controverſia, nec non, & officia hujuſmodi: addicimus quoque quidquid in poſterum præfata Eccleſia

con-

conceſſione Pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium juſtè, atque canonicè poterit adipiſci, ſi quis autem quod abſit hujuſmodi noſtræ conceſſionis paginam temerario auſu violare, vel irrumpere quomodolibet modo præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri libras decem, medietatem palatio noſtro, & aliam medietatem præſcriptæ Eccleſiæ, pœnaque perſoluta præſens decretum priſtinum robur obtineat, ad hujuſmodi ſanè noſtræ conceſſionis, & confirmationis judicium, per manus Nicolai noſtri Notarii, ſcribanique ſigillo plumbeo inſigniri præcepimus.

Datum Gravinæ per manus Guarini noſtri Cancellarii 11. Kal. Octob. Anno Regni noſtri tertio.

III. 3 ROBERTUS anno 1196.

IV. 4 BLASIUS Epiſcopus Caſtellanetenſis, cujus memoria perennavit ad poſteros Vat. Reg. Martini Papæ IV. ann. 1282. eodem quippè anno defunctus recenſetur in epiſt. 29. pag. 109.



V. 5 PETRUS Monachus, & Abbas Florenſis Monaſterii ex Ord. Ciſtercienſi, defuncto Blaſio Epiſc. Caſtellanetenſis à Capitulo electus exceſſit antequam munus conſecrationis acciperet, unde Martinus Pontifex Gerardo Epiſcopo Card. Sabinenſi Apoſtolicæ Sedis in Neapolit. Regno Legato per epiſtolam ſupracitatum num. 29. ann. 2. Pontif. Chriſti 1282. 9. Kal. Decemb. commiſit, ut dictæ vacanti Eccleſiæ quantociùs provideret.

VI. 6 Fr. JOANNES anno 1299.

VII 7 BERNARDUS, ab aliis Boemundus dicitur, reperitur vixiſſe an. 1300. in documentis hujus Eccleſiæ; quo anno à Carolo II. Rege Privilegium olim à Rogerio Rege præſente Nicolao ſuo Proanteceſſore Eccleſiæ Caſtellanetenſi conceſſum renovari, & confirmari obtinuit cum inſertione ejuſdem, ſic autem eo verborum tenore videtur.

Carolus Secundus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Provinciæ Forcalquerii Comes.

Univerſis præſentes literas inſpecturis tam præſentibus, quam futuris, ſi nonnunquam circa Eccleſias, Eccleſiaſticaſve perſonas noſtræ munificentiæ largitatis propriæ votis cauperat promptioribus tamen effectibus quod ipſis ab alieno traditur per noſtram benignitatem largiſſuam roboratur. Sanè Venerabilis Pater Bernardus Epiſcopus Caſtellanetenſis dilectus fidelis noſter in noſtri præſentia conſtitutus præſentavit nobis privilegium quoddam plumbea Bullà munitum, felicis memoriæ Rogerii Siciliæ, & Italiæ Regis Catholici bonæ recordationis Nicolao Caſtellaneten. Epiſcopo prædeceſſori ſuo & eidem Caſtellanetenſi Eccleſiæ, quod eſt per omnia continentiæ infraſcriptæ. Supplicavit itaque nobis præfatus Bernardus Epiſcopus Caſtellaneten. ut cum prædeceſſores ejus, ſive dictæ Caſtellaneten. Eccleſiæ præſpecta omnia in Privilegio ipſo contenta juſtè tenuerint, & poſſederint, ipſeque ea teneat, & poſſideat, ſicut dicit confirmare illa ſibi, & eidem Eccleſiæ pro ſui, & ſucceſſorum ſuorum memoria, & cautela benignius dignaremur. Nos ergo ejus in hac parte ſupplicatione admiſſa omnia præſcripta in præſcripta Privilegio adnotata eidem Epiſcopo pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, ac præfata Eccleſia dummodo illa dicto modo prædeceſſores ejus tenuerint, ipſeque nunc ea teneat, ut profertur tenore particulari de certa noſtra ſcientia, & ſpeciali gratia confirmamus fidelitate noſtra juribus quoque noſtris & cuilibet alteri ſemper ſalvis, in cujus rei teſtimonium, & prædictorum Epiſcopi, & ſucceſſoris ejus, & Eccleſiæ præſcriptæ cautelam præſentes literas noſtras exinde fieri, & pendente Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri.

Datum Neapoli Anno Domini milleſimo treceteſimoprimo, die penult. Decemb. quartædecimæ Indictionis. Regnorum noſtrorum anno ſextodecimo.

8 ANGELUS electus promiſit ſolitum penſum ſe ſoluturum Sacro Collegio, die 10. Febr. an. 1328. in lib. Oblig. Prælat. VIII.

9 THEOBALDUS an. 1331. Januario menſe memoratur in libro ſolutionum Prælat. ſub Clemente VI. defunctus eſt an. 1342. IX.

10 PETRUS Canonicus Squillacenſis Eccleſiæ, tunc poſtulatus in Epiſcopum Equenſem, datus eſt ſucceſſor Theobaldo à Clemente VI. anno 1343. 4. Non. Febr. ut Reg. Vatic. epiſt. 42. fol. 66. ann. Pontif. 2. X.

11 Fr. THOMAS de Sulmona Ordinis Præd. electus 17. Kal. Decemb. ann. 1367. ſucceſſit Petro; ejus electio extat in Reg. Vatic lib. 1. ann. 5. Urbani VI. Fuit Thomas aliquando Confeſſor, & Conſiliarius Philippi Tarentini Principis, qui Conſtantinopolitanus dictus eſt Imperator, à quo Privilegium ad favorem ſuæ Eccleſiæ obtinuit anno 1368. quod hic exſcribimus ab Originale Tabularii ejuſdem Eccleſiæ. XI.

Philippus Dei gratia Imperator Conſtantinopolitanus, Romaniæ Deſpotus, Achajæ, & Tarenti Princeps.

Univerſis & ſingulis, nec non Juſtitiariis, & Vicariis, Magiſtris Cameræ, ac Ærariis, & Officialibus aliis Principatus noſtri Tarenti, quocumque nomine cenſeantur, vel eorum Locatenentibus præſentibus, & futuris, & Univerſitati hominum Civitatis noſtræ Caſtellaneti Conſiliariis, Camberlanis familiaribus, & devotis noſtris ſalutem, & dilectionem ſinceram. Decus principum eſt continuò reformationem appetere Civitatum, & aliorum locorum, in quibus habitationem quærunt, ut in illo ad unum Populus congregatus ſuperiori eorum diverſa ſubſidii conferant incrementa. Sanè venerabilis in Chriſto Pater Dominus Frater Thomas præticulata gratia Epiſcopus præfatæ Civitatis Caſtellaneti Confeſſor, Conſiliarius, & familiaris noſter dilectus tam pro ſe ipſo quàm nomine, & pro parte dictæ ſuæ Majoris Eccleſiæ Caſtellanetenſis excell. meæ humili expoſitione monſtravit, quod dicta ſua major Eccleſia habet, tenet, & poſſidet Caſale erectum ſitum in teximento præfatæ Civitatis Caſtellaneti cum territorio ſibi diffinito, exhabitatum quidem, & derelictum ab incolis guerrarum præteritarum turbine faciente, quod intendit in augmentum dictæ ſuæ majoris Eccleſiæ, ſuiſque commodiùs rehabitare facere, ac incolis reformare, cumque homines dicti Caſalis, vaſſalli Eccleſiæ ſupradictæ dubitent redire ad habitandum in Caſali jam dicto propter collectas generales, dona, & onera alia impoſita, & in poſterum imponenda, per Curiam noſtram, vobis hominibus præfatæ Civitatis Caſtellaneti, cum quibus conſueverunt, & contribuere diſtringantur dicti homines Caſalis jam dicti, & etiam ipſis hominibus memorati Caſalis, quorum ſolationem propter eorum paupertatem, & quia oportet eos in dicto Caſali domos reparare habitationum ipſorum non poſſent aliquod ſupportare, Majeſtati noſtræ ſupplicavit humiliter, ut dignaremur mandare ſingulos homines oriundos ex Caſali præfato arctè compelli ad habitandum in eo, nec non eos, & alios ſingulos homines venire volentes ad habitandum in ipſo Caſali, ita quidem qui non ſint de terris demanii mei, à dictis generalibus ſubventionibus, & collectis, donis, taxis, & oneribus aliis quibuſcunque vobis Caſtella-

Digitized by Google

*notrnſibus hominibus jam impoſitis , & in poſterum
quomodolibet imponendis , & ipſis etiam hominibus
Caſalis prædicti , ac aliis in eo ad habitare venire
volentibus , francos facere , & per decennium , &
demum in antea ad noſtrum beneplacitum decennio
ipſo complete reddere liberos , & exemptos . Nos vero
attendentes , quod rehabitatio , & incolarum refor-
matio Caſalis hujuſmodi eſt Deo grata non modicum ,
& utile commodum in futurum Curię noſtræ dante
Deo proveniet , quo eſt hucuſque propter inhabitatio-
nem dicti Caſalis curia ipſa privata , & quia tenetur
unuſquiſque vaſſallus Domino ſuo in quibuſcumque
caſibus ſubvenire eo jure , prout Sancta Regni Con-
ſtitutio dictat , & ordinatio claræ memoriæ Domini
Regis Roberti mei patrui reverendi apertè declarat ,
cui ſapplicationi deflexi de certa noſtra ſcientia , &
poteſtate Dominica , & gratia temporali , omnes , &
ſingulos homines dicti Caſalis dummodò habitent in
eodem , & alios unumquemque venientes ad habitan-
dum in illo , ita quidem , quod de noſtro demanio non
exiſtant à dictis generalibus ſubventionibus , & col-
lectis , donis , taxis , & oneribus aliis quibuſcunque
impoſitis , & quomodolibet imponendis , tam vobis
hominibus Caſtellaneti , quàm ipſis Caſalis ejuſdem ,
& ad habitandum venientibus in eodem per decen-
nium , & ipſo completo decennio ad noſtrum benepla-
citum francos reddimus , ac liberos facimus penitus ,
& omnino exemptos . Quare devotioni veſtræ de di-
cta ſcientia certa noſtra præſentium tenore committi-
mus , & mandamus expreſsè , quod præfatos homi-
nes dicti Caſalis , qui ad habitandum in eo redierint ,
& ad alios qui habitare voluerint in eodem , prout
ſupra diſtinguitur , eis & cuilibet eorum quilibet ve-
ſtrum officii hic tempore hanc noſtram francbitiam ,
libertatem , & exemptionem teneat , & effectualiter
obſervantes propè ſcriptis generalibus ſubventioni-
bus , & collectis , donis , taxis , & oneribus aliis
ſupradictis in perſonis , & bonis eorum nullatenus
moleſtetis , ſeu veſtri propter quomodolibet permitta-
tis , dictis decennio , & noſtra beneplacito duraturis ,
ſi habetis gratiam noſtram caram . Vos autem juſtitia-
rii , & Vicarii ſi aliquis hominum dicti Caſalis Vaſ-
ſalorum Eccleſiæ memoratæ renitens fuerit ad rede-
undum , & habitandum in illo , vigore præſentium ,
prout juſtum fuerit , ſtrictiùs compellatis : Præſen-
tibus poſt opportunam inſpectionem earum remanen-
tibus præſentanti efficaciter valituris toto tempore
prænarrato .*

*Datum Neapoli per D. Joann. Felziam de Ravello
arbit . Juris Civilis profeſſorem aug. Regialis ver.
Mag. rationalem Prothonot. Curiæ noſtræ Conſilia-
rium familiarem noſtrum dilectum , Anno Dom. mil-
leſimo trecenteſimo ſexageſimo octavo , die 7. Maii
Ind. VI. Imperii , Principatuſq; vero noſtrorum an-
no 5. Jacobus de Auſſa Regiſt. in Cancellaria .*

Sed alterum Monumentum audiamus ad petitio-
nem Thomæ Epiſcopi datum à Joanna I. Regina ,
in quo , quæ antea Philippus Princeps Tarenti con-
ceſſerat Eccleſiæ Caſtellanetenſi affirmavit , alia-
que Privilegia aſſeruit anno 1378. ab exemplari .

*Joanna Dei gratia Regina Jeruſalem , & Si-
ciliæ , Ducatus Apuleæ , & Principatus
Capuæ Provinciæ , & Forqualque-
rii , ac Pedimontis Comitiſſa .*

*Juſtitiariis terræ Hydrunti , ac Juſtitiariis , ſeu
Vicariis Principatus noſtri Tarenti , & Erariis , ſeu
Magiſtris Cameræ cum eis per noſtram Curiam depu-
tatis , & deputandis . Secretis quoque , ac Magiſ-
tris Portulanis , & Procuratoribus , & Magiſtris ſalis
partium Apuleæ , necnon Bajulis , & quibuſcunque
Perceptoribus Jurium Gabellarum noſtræ Curię VG.
bajulationis , & furnor. ac Salis , Salinarum lacus
Civitatis Caſtellanetæ , & pertinentiarum ipſius Ga-
bellerìs , ſeu Credenzeriis præſentibus , & futuris fi-
delibus noſtris gratiam , & bonam voluntatem . Vene-
rabilis P. Fr. Thomas Epiſc. Caſtellanet. Dilectus fi-
delis noſter , Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicavit ,
ut cum prædeceſſores ſui Epiſcopi Caſtellanetenſi qui
fuerunt pro tempore conſueverint annis ſingulis per-*

A *cipere , & hic integram Decimam omnium Jurium
quæ hac noſtra Curia in dicta Civitate Caſtellanetæ
VG. dictarum Gabellarum Bajulationis , & Furnor.
ac Salis Salinarum lacus ipſius Civitatis , ac perti-
nentiarum ſuarum , ipſeq; preſens Epiſcopus pro pre-
ſcriptis temporibus , & uſque ad tempus , & tempore
obitus claræ memoriæ Philippi Imper. Conſtantino-
politani cariſſimi Fratris noſtri perceperit , & habue-
rit illam ſuper Juribus antedictis mandare , & exhi-
beri ſibi dictam Decimam pro præſcripto tempore , ac
pro præſenti anno primæ Indictionis , & deinde in
antea pro futuris ſingulis VG. annis per noſtras lite-
ras dignaremur . Nos verò volentes de promiſſis ple-
nius informari , commiſimus Locumtenentibus Viri
Magnifici magni Regni nomine Siciliæ Camerarii , qui
vocatis Procuratoribus , & Advocatis Fiſci , qui
jura noſtræ Curiæ tuerentur ſummariè , & de pla-
no ſine ſtrepitu , & figura judicii cognoſcerent de
præſcriptis , & facerent eidem ſupplicanti ſuper il-
lis plenæ , celeris , & expeditæ Juſtitię complementum ,*
B *qui vocatis dictis Procuratoribus , & Advocatis Fi-
ſci , & examinatis per eos nonnullis teſtibus ſuper
cauſa præſcripta , ac viſis , & auditis ipſorum depo-
ſitionibus , atque dictis compertum eſt , quod tam
prædeceſſores dicti præſentis Epiſcopi , quam ipſe
præſens Epiſcopus nomine , & parte ſuæ Majoris Ec-
cleſiæ conſueverant percipere , & habere ſuper dictis
juribus Decimam antedictam , & propterea nolentes
dictum Epiſcopum perceptione dictæ Decimæ , ex tunc
antea quoquomodo carere cui illam intendimus cum
integritate perſolvi ; & præſertim cum Decima tam
de jure Divino , quàm humano rationabiliter debea-
tur , & ad illarum exhibitionem promptam , & fa-
cilem ipſi Eccleſiæ faciendam morale præceptum uni-
verſi naturæ indictum Nos excitet , affectus incitet ,
ejuſdem Epiſcopi in hac parte ſupplicationibus incli-
nati volumus , & fidelitati veſtræ de certa ſcientia
noſtra harum ſerie mandamus expreſſe , quatenus ei-
dem Epiſcopo , vel ejus Procuratori , vel Nuntio jam
dictam Decimam ei , ſeu dictæ Majori Eccleſiæ Ca-*
C *ſtellanetenſi , ſicut prædicitur debitam . Vos ſcilicet
prædicti Bajuli , & Perceptores Jurium præſcripto-
rum , Gabelleri , ſeu Credenzerii pro dicto præſenti
anno primæ Indictionis ſi illam pro ipſo anno forſitan
non percepit , ſtatim , ſimul , & ſemel , & deinde tam
ipſi præſentes , quam vos alii ſucceſſive futuri Baju-
li , & Perceptores Gabelleri , ſeu Credenzerii quolibet
ſcilicet anno ab inſtanti , Anno ſecundæ Indictionis in
antea numerando de pecunia Jurium , redditnum &
proventuum dictarum Gabellarum Bajulationis , &
Furnor. ac Salis Salinarum lacus dictæ Civitatis Ca-
ſtellanetæ , & pertinentiarum ipſius ſententia , &
futura per Magiſtris veſtrorum officiorum temporibus ,
deducta tertia parte pro novis ſtatutis , vigore præ-
ſentium integraliter exolvatis , nullumque , ei , ſeu
dictæ ſuæ Eccleſiæ Caſtellanetenſi ſuper ſolutione di-
ctæ Decimæ , quocumque prætextu , vel cauſa obſta-
culum ingeratis , ſicut habetis gratiam noſtram ca-
ram . Cum intendamus quod eidem Epiſcopo , vel al-
teri pro ipſa , & dictæ ſuæ Eccleſiæ dicta Decima per
vos velut præmittitur integralis exolvatur , à quo qui-*
D *dem Epiſcopo , ſeu dicto ejus Procuratore vel Nuntio
de ſolutione dictæ Decimæ recipiatis ſuis viribus mo-
re ſolita Apodixam , quam vobis plene ſufficere vo-
lumus ad cautelam , illamque una cum ſolutione hu-
juſmodi in veſtro computo acceptari , pariter & ad-
mitti nullis contelis aliis , quam præſentibus noſtris
literis cum Apodixa jam dicta , à vobis propterea quo-
modolibet requiratur ; Voſque præſcripti Juſtitiarii ,
& Vicarii , ſeu Grarii , & Magiſtri Cameræ , nec non
Secreti Magiſtri Portulani , & Procuratores , & Ma-
giſtri Salis dictarum partium Apuleæ præſentes , &
futuri non impediatis in aliquo ſolutionem eandem .
Imo vos , & quilibet , ſeu alius , vel alii veſtrum cum
requiſiti fueritis jam dictos Bajulos , & Percepto-
res , Gabelleros , & Credenzerios ad illam ſicut præ-
diximus faciendam , ſi & prout opus fuerit , tam
per impoſitiones pœnarum , & exactionem illarum ,
quàm per qualibet alia opportuna remedia , quæ ad*

id

id expedire videritis arctius compellatis, quibuſcumque Ordinationibus, Literis, vel Edictis in contrarium fortè factis, vel in antea faciendis ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum, ut temporis & dierum, & præſertim tam Edictis neceſſariis dudum factis altero VG. eorum, Die 3. Septembris Anni Decimæ, & altero die vigeſimoprimo Februarii Anni XIII. Indictionis facto præteritarum de minimè ſolvendo alicui de quacunque Fiſcali pecunia, ſed & totam ad noſtram Cameram deſtinandam, quàm alio Edicto noſtro olim facto ſub datum Averſæ die primo Decembris Anni nuper elapſi quartæ Indictionis de ſuſpenſione proviſionum, & gagionum, à quo proviſiones, & Decimæ Eccleſiarum temporaliter excluduntur, quam etiam literis ſtabilitionis Cenſus per Nos S. Romanæ Eccleſiæ debiti nullatenus obſtituris partes, aut literas poſt opportunam inſpectionem earum, tranſumpto ipſorum per eos præſcriptos Bajulos, & Perceptores, Gabelleros, ſeu Credenzerios in publica forma recepto procautela reſtitui volumus poteſtati, præmiſſo modo efficaciter in antea valituris.

Datum in Caſtro Ovi propè Neapolim in Camera noſtra, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo, ſeptuageſimooctavo. Die 7. Aprilis primæ Indictionis, Regnorum noſtrorum Anno XXXV.

XII. 12 BENEDICTUS florebat ſub Urbano VI. anno 1385. quo ex hac vita migravit. („ *De hoc legendus eſt Coppius in memoriis virorum illuſtrium S. Geminiani, ubi pag. 85. 86. Plura de Benedicto ſcribit ab Ughello ignorata*. Mandoſius.)

XIII. 13 Fr. BARTHOLOMÆUS de Senis Ord. Minorum præficitur in Epiſcopum Caſtellanetenſem ab Urbano VI. anno 1386. die 16. Novemb. ex Reg. eiuſdem. Hujus etiam meminit Iſidorus Ugurgerius de Viris Illuſtr. Senenſibus tit. 7. ex monumentis Xenodochii de Scala; fato functus eſt anno 1396.

XIV. 14 BENEDICTUS ex Epiſcopo Acernenſi huc translatus anno 1396. 12. Kal. Aprilis. Hic die 27. Octobr. 1399. recognovit pro Bartholomæo Prædeceſſore ſuo & Benedicto Anteprædeceſſore ſuo, ut in lib. oblig. fol. 121.

XV. 15 ROBERTUS Benedicti Succeſſor obiit ſub Martino V. anno ſalutis 1418.

XVI. 16 FRANCISCUS Archamonus Clericus Neapolitanus, creatus Epiſcopus à Martino V. 18. Kal. Decembris 1418. ſex omnino annos ſedit.

XVII 17 BARTHOLOMÆUS adlectus fuit 6. Kal. Novemb. 1424. exceſſit anno 1431.

XVIII 18 GREGORIUS Reſtius de Gravezia dictus eſt Epiſcopus 15. Kal. Decemb. 1431. Protraxit ætatem Gregorius uſque ad annum 1454. & in ſenectute bona diſceſſit.

XIX. 19 EUSTACHIUS Cantor Eccleſiæ B. Mariæ de Maraſſina Motulanæ Diœceſis evaſit Epiſcopus Caſtellanetenſis 4. Kalen. Aprilis 1454. præfuit plus, minuſve annis 4.

XX. 20 JOANNES FRANCISCUS electus die 16. Octobris 1459. cujus electio in iiſdem Actis Conſiſt. habetur.

XXI 21 ANTONIUS de Pyrro Barenſis renunciatus eſt prid. Kal. Febr. 1477. hujus Eccleſiæ Pontifex, indè translatus eſt ad Eccleſias Avellinenſem, & Frequentinenſem die 8. Octob. 1492.

XXII. 22 Fr. ALPHONSUS Galeghus, ſeu Galieto Hiſpanus Ord. Eremitarum S. Auguſtini Theologus inſignis die 12. Martii 1494. promotus eſt in Epiſcopum Caſtellanetenſem, eodemque anno interfuit Neapoli coronationi Alphonſi II. Regis: ſub Federico Rege anno 1498. jus accepit conficiendi Salinas in territorio menſæ ſuæ Epiſcopalis.

XXIII 23 M. ANTONIUS Pheoldus, ſeu Priodus Neapolitanus in hac florebat Eccleſia anno 1517. quo in Regia Curia Neapol. agebat pro ſuæ Eccleſiæ confinibus. Obiit ſub Paulo III. anno 1536.

XXIV 24 JOANNES PETRUS Sanctorii Præceptor S. Spiritus in Saxia Epiſcopus declaratus eſt die 14. Julii 1536. in eoque munere nihil memora-

A bile geſſiſſe perhibetur, cum id non diuturnum fuiſſet; exceſſit enim menſe Octob. ejuſdem anni, ſepultuſque eſt in eadem Eccleſia S. Spiritus.

25 BARTHOLOMÆUM Sirigo Cretenſem Græcum Epiſcopum Arienſem tranſtulit Paulus III. die 9 *a*. Novembris 1536. ſedit ann. 8. ultroque onere ſe abſolvit anno 1544. XXV

a 6. Novemb.

26 BARTHOLOMÆUS Sirigo Cretenſis Græcus, Bartholomæi Superioris ex fratre nepos per ceſſionem ejuſdem eligitur Epiſcopus die 27 *b*. Martii 1544. cum diſpenſatione ſuper defectum ætatis; erat enim annorum viginti; magnæ tamen expectationis juvenis, & ſupra ætatem doctus. Diù, longoque tempore Eccleſiam ſuam eximiè rexit: interfuit Concilio Tridentino; fuit aliquando eidem à ſecretis pro Epiſcopo Theleſino infirmo; cujus meminit Card. Pallavicinus in Hiſt. ejus Concilii. Regreſſus deinde ad ſuam Eccleſiam eximia pietate per aliquot annos eam rexit, ac tandem ſenio, & laboribus feſſus liberè nuncium remiſit anno 1577. XXVI

b 17. Martii.

B 27 JOANNES ALOYSIUS de Benedictis Cyprius cedente Bartholomæo renunciatus eſt Epiſcopus die 16 *c*. Martii 1577. ſedit ad annum uſq; 1585. quo ſe abdicavit. XXVII.

c Die 24. Maii ex Actis.

28 BERNARDUS de Benedictis Cyprius ſucceſſit Jo. Aloyſio die 28. Januarii 1585. obiit ſub Paulo V. anno 1607. XXVIII.

29 AUREOLUS Averoldus, Brixienſis, („ *patriæ Eccleſiæ Canonicus*,) Caſtellanetenſem hanc Eccleſiam conſequutus eſt die 5. Novembris 1607. mortem obiit 1617. („ *Non obiit hoc anno, ſed nuncium huic Eccleſiæ remiſit*.) XXIX

30 ANTONIUS de Matthæis, Aquilanus, S. Theologiæ Doctor electus *d* die 12. Febr. 1618. Exceſſit Urbano VIII. ſedente 1635. XXX

d Per ceſſionem Aurelii ex Actis.

31 ASCENSIUS Guernerius ex oppido Raguſiæ creatus die 7. Junii 1635. XXXI.

(„ *In Cedulis hæc habentur*. Aſcenſius Guerrerius, presbyter Syracuſanæ diœceſis, Magiſter in Theologia, Urbani PP. VII. familiaris, & continuus Commenſalis, & nuper Canonicus ſæ-

C cularis Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ in Coſmedin de urbe electus 7. Maii 1635.)

32 ANGELUS Melchiorius Parmenſis creatus die ultima Julii 1645. per obitum Aſcenſii; obiit 1650. XXXII.

33 CAROLUS ANTONIUS Augudius, Mediolanenſis ſpectatæ virtutis vir, electus die 21. Novembris 1650. XXXIII.

ADDITIO.

(„ *Obiit 1673. ejus meminit Piccinellus in Athenæo Litteratorum Mediolanenſium pag. 105.*

XXXIV „ *CAROLUS Falconius nobilis ex civitate Ducali, J. V. D. ad hanc Eccleſiam pervenit 13. Martii 1673. in ætatis ſuæ anno conſtitutus 55.*

XXXV. „ *DOMINICUS Antonius de Bernardinis, nobilis Lycienſis, J. V. D. qui in civitate Rheginenſi Vicarius Apoſtolicus, ac Triventinenſis, Albanenſis, & Tuſculanenſis Epiſcoporum Vicarius generalis per plures annos laudabiliter cum fuiſſet, hac infula decorari promeruit 26. Aprilis 1677. ad Militenſem translatus 18. Junii 1696.*

D

XXXVI. „ *ONUPHRIUS Monteſtro, Barenſis, Neapoli primum Cauſarum patronus, tum Puteolanus Canonicus, Vicariuſque generalis, ſublectus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus 17. Decembris 1696. quam adhuc prudenter, pieque regit.)*

✠

MUTILENSES
SEU
MOTULANENSES
EPISCOPI.

MUTILA Terræ Hydrunti Civitas eſt Marchionatus titulo decorata, duodecim tantum millia paſſuum à Tarento diſſita. Motulam vulgus appellat. Nullus, ex antiquis Scriptoribus, illius meminit, nobilis tamen erat ante annum 1023. & populo frequens, ut Marinus Frizia narrat, ex cujus ruinis vicina oppida, agro pro regione diviſo, ferunt ædificata, & Caſtrum de novo ibi conditum, Mutilam vocarunt, quia mutilata, ſeu dejecta ab antiquo decore. Hodie exigua, & ignobilis eſt, quam qui illuc adeunt, non ſine commiſeratione proſpectare coguntur; in ea enim centum quinquaginta fidelium vix animæ recenſentur. Epiſcopatum ibi erectum fuiſſe crediderim eo ipſo tempore, quo Tarenti Præſuli acceſſit Archiepiſcopalis dignitas, cujus hactenus Antiſtes Mutilenſis præſtolatur arbitrium, & ſuffraganeus eſt. Cathedralis Divo Thomæ Catuarienſi dicata eſt; quinque habet dignitates, & Canonicos novem, quorum anteſignanus eſt Archidiaconus, nulla alia Eccleſia, neque pia loca intra mœnia viſuntur. Diœceſis, ut Civitati correſpondeat, perexigua eſt, tantum tria continet loca. Dives tamen eſt Epiſcopalis menſa, cujus redditus ad 1500. ſcutata illarum partium aſcendunt, taxatur in lib. Fiſci Apoſtolici ad florenos 60. Epiſcopus præſentatur à Catholico Rege. Hujus Eccleſiæ Præſulum ſeriem ſatis jejunam modo proferemus, non tamen noſtra culpa ſed aliorum ſomniculoſa incuria minus exactam. unde & nuda plerumque nomina ex fide licuit proferre.

I. 1 N. . . . . nomen ignoramus, defunctus eſt anno 1040. fortaſſe is fuit primus Mutilenſis Epiſcopus.

II. 2 LIBERIUM, ſeu Libertum à Fumis Mutilenſis Ducis fratrem, Alexandri Tarentini Archiepiſcopi auctoritate Antiſtitem Mutilenſis Eccleſiæ electum anno 1040 ſcribit Jo Juvenis lib. 8. de fortuna Tarentinorum; diſſidentem namque Populum in electione novi Præſulis Alexander pro officii ſui dignitate Eccleſiam ingreſſus, commotam ſeditionem ſua prudentia ſedavit, & Liberium eligendum curavit, qui diu, & ſalubri pietate demandatum ſibi munus adimplevit.

III. 3 ANCAURUS, vel Amurus Mutilenſis Epiſcopus anno Domini 1099. die 29. Septembris cum aliis Epiſcopis Eccleſiam S. Michaelis Archangeli montis Caveoſi conſecravit, Vufredo Comite deprecante, qui eam ædificaverat. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi.

IV. 4 N. . . . nomen non habemus; vixit temporibus Innocentii III. extat Epiſtola ejuſdem Innocentii ad Epiſcopum Cuperſanenſem ſuper exceſſibus Epiſcopi Mutilenſis.

V. 5 HUGO hujus Eccleſiæ Præſul defunctus ſub Martino IV. diſſidente Capitulo in eligendo ſucceſſore, idem Martinus epiſtolam ſcripſit Gerardo Epiſcopo Card. Sabinenſi Apoſtolicæ ſedis Legato, ut de perſona idonea quantocius provideret. Dat. Kal. Decembris an. 2. Chriſti verò 1282. epiſtola extat in Reg. Vat. num. 27. fol 109. Quis verò Hugoni ſubrogatus fuerit, non vidi, niſi fuerit is, qui modo ſequitur.

VI. 6 NICOLAUS Epiſcopus Mutilenſis translatus eſt ad Aletrinam Eccleſiam à Bonifacio VIII. anno 1298. Kal. Febr. ex Reg. Vat. ep. 454. fol. 113. an. 4.

VII. 7 RAYNERIUS exceſſit an. 1356.

VIII. 8 THEODORUS Raynerio ſucceſſit ad hanc inſulam evocatus ab Innocentio VI. anno 1357. die 2. Januarii ex Reg. Vatic. epiſt. 66. fol. 58. Hujus etiam mentio anno 1361. die 10. Septembris in lib. ſolutionum Prælatorum.

IX. 9 ANTONIUS obiit 1419.

X. 10 PETRUS Theodorus Presbyter Tarentinus præficitur à Martino V. Kalen. Julii an. 1419. Acheruntinæ Eccleſiæ adminiſtrator erat an. 1439. Præfuit ad annum uſque 1445. quo translatus eſt ad Gallipolitanam ſedem. („ *Recitantur litteræ Eugenii IV. ad hunc Petrum in tom. 7. in Acheruntinis, quarum vigore ad inſtantiam Jo. Antonii de Urſinis Principis Tarentini eum inſtituit Gubernatorem in temporalibus, & ſpiritualibus Materanæ Eccleſiæ, at ſub dat. Florentiæ an. 1440. prid. Non. Junii. Ex pluribus hunc unum elegit Eugenius tamquam virum impigrum, Urſino Principi gratum, & Joannis Urſini Cardinalis Archiepiſcopi Tarentini tunc temporis Vicarium generalem.* Lucentius.)

XI. 11 Fr. ANTONIUS de Neotero Ordin. Minorum alumnus, antea Epiſcopus Gallipolitanus, cum Petro commutavit, factuſque eſt Epiſcopus Mutilenſis 3. Kal. Auguſti 1445. ex Actis Conſiſt.

XII. 12 LEONARDUS florebat ann. 1478. exceſſit anno 1482.

XIII. 13 Fr. ANGELUS de Barbianis de nobili, & Baronum genere procreatus Ordin. Minorum Obſervantiæ religioſus Motulenſis Epiſcopus dictus eſt 24. Kal. Septembris 1482. paucos ſedit annos.



XIV. 14 ROBERTUS Piſcicellus Neapolitanus Brunduſinus Archiepiſcopus, adminiſtrator erat hujus Mutilenſis Eccleſiæ anno 1488.

XV. 15 HIERONYMUS Scudellus civis, & Epiſcopus Morulanus poſt devaſtatam civitatem per Gallos, Tarenti ſe recepit, ubi obiit anno 1502. menſe Februarii ibidem humatus.

XVI. 16 VINCENTIUS de Nicopoli ſucceſſit anno eodem 1502. qui reſedit in Caſtro Montis Gojæ.

XVII. 17 PETRUS de Quercis anno 1512. („ *Hic aliquando Vicarius generalis fuit Henrici Archiepiſcopi Acheruntini.*)

XVIII 18 GUIDO de Guidonibus de Petra, fato functus eſt ann 1528. („ *Nondum inauguratus.*)

XIX. 19 VITUS Ferratus Abbas, datus eſt ſucceſſor Guidonis à Clemente VII. anno 1528. die 7. Auguſti. Romæ conſecratus in ſacello Pontificio à Vincentio Pimpinella Archiepiſcopo Roſſanenſi, aſſiſtentibus Caſertano, & Cæſenatenſi Epiſcopis, mortem obiit 1537.

XX 20 Fr ANGELUS Paſchalis Dalmatinus Ord. Prædicatorum electus 5. Martii anno 1537. Jacet Neapoli in Eccleſia S. Catharinæ apud Fratres ſuos Dominicanos.

SCI-

XXI 21 SCIPIO Card. Rebiba *a* Archiepiſcopus Piſanus hujus Eccleſiæ aliquando adminiſtrator fuit, illamque dimiſit anno 1560. („ *Scipio Rebiba, Siculus, Epiſcopus Amydanus in partibus Infidelium, Motulenſis enunciatur 12. Octob. 1551. at „ produnt Acta Conſiſt. Adſcriptus deinde eſt ſacro „ Cardinalium collegio, dum eſſet Urbis Gubernator, à Paulo IV. an. 1555 & Piſarum Archiepiſcopus factus hanc in adminiſtrationem retinuit „ Eccleſiam uſque ad an. 1560. quo etiam ad paucos „ menſes Trojanæ adminiſtrator fuit*. Lucentius.)

a De eo Ciaconius Oldoini Tom. 3. col. 849.



XXII. 22 CÆSAR Geſualdus, Michaelis Pieſcopagani Toparchæ filius, Motulenſis electus eſt Epiſcopus die 15. Februarii *b* 1560. obiit 1566.

b Die 25. Martii ex Actis.

XXIII 23 JOANNES Aloyſius de Campania, aliis de Coperia, Calaber ex civitate Roſſanenſi, Epiſcopus Montis Peluſii ad hanc Eccleſiam translatus die 5. Julii 1569 *c*. vitam amiſit 1579.

c 1566.

XXIV 24 JACOBUS MICHAEL vir doctus, & dignus, ut ad hanc Inſulam veheretur, quam aſſequutus eſt die 3. Auguſti anno 1579. viginti omnino annis cum laude ſedit; exceſſit 1599.



XXV 25 SYLVESTER Tuſus, Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, vir integerrimæ vitæ, morumque gravitate inſignis, deligitur Epiſcopus die 29 Novemb. 1599. Brevis Pontifex fuit; vix enim Eccleſiam ſuam cum cœpiſſet ſanctè adminiſtrare, vocatur ad tumulum anno 1600. menſe Octobri in Cathedrali humatur, Vincentium fratrem germanum ſequutus, ejuſdem Inſtituti Clericum, & Epiſcopum Uritanum, qui ſuperiori menſe Septembris extrema clauſerat. Horum virtutes, ac præcipuè Sylveſtri humilitatem non reticuit Joſeph Sylos p. 2. Hiſt. Cleric. Regul. ubi plura, & digna circa virtutes Sylveſtri deguſtabit lector.

XXVI 26 BENEDICTUS Rubeus è Patriciorum Ordine Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, ſublato ex humanis Sylveſtro, ejuſdem Eccleſiæ eligitur Epiſcopus à Clemente VIII. die 13. Decembris 1601. Doctrinis, ut Sylos ſcribit, quarum exactè confecerat in Ordine ſpatia, non mediocriter inſtructus Rubeus erat: cum religioſæ vitæ ſervantiſſimus, morumque gravitate apprimè ſpectatus, Conſultoris apud Patrem ſuum Generalem officio functus, aliiſque in præcipuis Cœnobiis præfecturis, Romæ, Neapoli, Lycii cum laude adminiſtratis, ut probatiſſimæ publicæ Eccleſiarum, rectioni domeſticis hiſce magiſtratibus videri potuerit. Subactum, præparatumque à Tuſo brevis ævi Antiſtite Motulenſem agrum reperit, ac proſecutus ipſe egregiè eſt, quod præceſſor inchoaverat. Quæ præcipuè Epiſcopi partes ſunt, viſus abunde impleviſſe. Privatas religioſæ vitæ rationes in Inſula retinuit, quas pulcherrimo quidem, ac religioſi viri nexu, cum communia boni, ſuarumque ovium ſtudio miſcuit. Æque ſacrorum, ac morum munditiam procuravit, id maximè contendens, ut niteret Eccleſia, & Eccleſiaſticus ordo. In juvanda potiſſimùm pauperum inopia multus fuit. Putabat quippe ab religioſâ paupertate ad curandos præſertim, fovendoſque egenos ſe traductum. Eximia vitæ innocentia, curarumque contentione Cathedram illam diu tenuit, exhauſtuſque ſenio, ac valetudine, anno hujus ſæculi primo, & vigeſimo, die 22. Februarii Neapoli inter officia, preceſque noſtratum plè occubuit, ac deponi mortalitatis exuvias juſſit una cum ſuis fratribus in Cœmeterio D. Pauli. Hactenus de Benedicto Sylos.

27 FRANCISCUS Salutii electus die 7. Maii 1621. obiit anno 1626. XX VII.

(„ *Franciſcus Salutius, nobilis presbyter Neapolitanus, J.U.D. adlectus 12. Maii 1621. Ultro „ ſe abdicavit 1627.* ex Actis. *Huic M. Antonius „ Capycius dicavit opus inſcriptum:* diſcorſi dell' „ eccellenze di Maria Vergine: *& in Epiſtola nuncupatoria plura de ſancto Præſule ſcripta reperies.* „ Mandoſius.)

28 Fr. SERAPHINUS de Nuceria Ordinis Prædicatorum deligitur 4 *d*. Aprilis 1627. Exceſſit 1630. („ *Seraphinus Rinaldus de Nuceria, nobili „ loco natus, conventus S. Dominici de Neapoli alumnus, cum Dominicanum habitum ex manibus „ Mag. Generalis Seraphini Caballi ſuſcepiſſet, Provincialiſque ſuæ provinciæ Regni præfecturam „ exercuiſſet, atque in Neapolitana Univerſitate „ Cathedræ D. Thomæ nobilis moderator extitiſſet, „ ab Urbano VIII. Mutilenſis Epiſcopus creatur. „ Defunctus Neapoli in templo S. Dominici ſepultus „ eſt*. Fontana in Theatr. Domin. p. 242. *De eo „ Toppius in Bibliotheca Neapolitana p. 278.*) XX VIII.


d 14. Apr. ex Actis.

29 THOMAS Arichonius *e*, Clericus Regularis Theatinus, hujus Eccleſiæ Epiſcopus creatus die 9. Septembris 1630. Ad Tranenſem Cathedram translatus die 21 *f*. Auguſti 1635. de quo ibi. XXIX

e Auctore ex Silos par. 3. p. 94. hiſt. Cler. Reg. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 290.

f 3. Januar. ex Actis.

30 Fr. JOANNES BAPTISTA Paleſius Ord. Præd. ſucceſſit Thomæ anno 1638. die 15. Januarii. („ *Jo. Baptiſta Paleſius, Neapolitanus, cœnobii S. Mariæ Sanitatis filius, unus ex primis regularis obſervantiæ ejuſdem conventus, & congregationis Patribus, poſt ejuſdem conventus regimen, promovente Philippo IV. Hiſpaniarum rege „ Motulenſis Epiſcopus ab Urbano VIII. renunciatus „ eſt. In maxima fuit æſtimatione apud cunctos „ Neapolitanos Principes, Proceres, Regioſque „ Miniſtros, quos erga S. Dominicum devotione inflammavit, itaut illum in totius Regni Tutelarem „ delegerint, quod & Apoſtolica auctoritate Urbani „ VIII. primò, Alexandri Papæ VII. deinde fuit „ conſtabilitum. Tandem obdormivit in Domino decimo ſui regiminis anno, qui fuit à Virginis partu „* 1648. Fontana in Theat. Domin. p. 242.) XXX



31 THOMAS de Aquino, Neapolitanus, XXXI

Digitized by Google

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA VIGESIMA,
SIVE
CALABRIA;

Ubi quatuor Metropolitanæ, ac principes ſedes, cum earum ſuffraganeis accuratè deſcribuntur.

CALABRIAM veteres Græci pariter, ac Latini Salentinam Hydruntinorum oram dixerunt. At poſterioribus ſeculis Imperatores Græci Auſtralem Italiam in ditione habentes, Calabriam nomen illi parti impoſuerunt, quæ Brutios Populos & Magnam complectitur Græciam. Hæc omnium continentis Italiæ regionum ſitu poſtrema eſt; quippe maximè omnium in Auſtrum porrecta. At eadem Cœli jugi, ac beata temperie, & ſoli ubertate, amœnitateque, deliciarum præterea omnium incredibili copia reliquas omnes, non modo Italiæ, ſed totius terrarum orbis regiones longè ſuperat. Nec enim fœlix Arabia, aut Campania, nec Fortunatæ Inſulæ, nec illa ipſa Palæſtinorum Terra melle, ac lacte fluens huic poſſunt comparari. Nam Arabia quidem ipſa ſi thuris, & aromatum odorata excipias mercimonia, nihil habet præterea, quod multum oblectet, quin potius arida, & ſiticuloſa eſt, ſic ut aquarum putei præſidiario millite tanquam theſauri cuſtodiantur. Fortunatæ autem Inſulæ quid boni habeant noſtra exploravit ætas, & Palæſtinam Judæorum florentibus rebus divina prorſus non naturali virtute fœcundam fuiſſe docti conſentiunt; cum jam effœta, & aſpera, atq; arida conſpiciatur. Cæterum Calabria perpetua cœli, & terræ benignitate uſa regionum omnium optima ſemper fuit, quod ex ipſo nomine percipi poteſt, à [illegible] enim ideſt bono, & [illegible] quod eſt ſcaturio, dicta eſt, quod ſcilicet bonis omnibus ſcaturiat. Herodotus lib. 1. ait, *Nec una Regio cuncta ſibi ipſi ſuppeditat, ſed aliud habens, aliis indiget, quæ tamen habet plurima, ea eſt optima.* Hac ergo ratione omnium Italiæ regionum optima eſt Calabria, nã quidquid mortalibus eſt neceſſarium ipſa per ſe felix abundè gignit, nullíſque adſcititiis bonis eget, ſed per ſe ſibimet ſuppetit; quin etiam multa foras emittit. Eſt autem univerſum Calabriæ ſolum felix, & amœnum, non ſtagnis impeditum, ſed liberum; & herbidum, ac proinde pabulis accomodatum, ubi Cerealium inaudita fœcunditas viget, & vivi ac perſpicui fontes emanant, & ut ſingula recenſeam, tellus pulla eſt. Calabra autem arva pingula ſunt, & feraces campi, ubi cernere eſt ſimul, & mirari quam grandes ſegetes, novales, & campi ipſi roſcidi emittant. Montes in eis ſunt frugiferi, & aprici, pingueſque colles frugibus, vitibus, arboribus impendio apti, ac benigno ventorum afflatui expoſiti: valles amœnæ, & frugales. Extant & amœna, opacave nemora ſingulari quadam voluptate conferta, ſpirantibus undique ſuaviſſimis auris. Paſcula item, pabulaque ibi ſunt teneris herbis, ac floribus virentia, perennibus rivis irrigata. Ac præter cætera provenit ibi ſponte ſua Medicæ herbæ ingens copia, qua armenta, ac greges ſaginantur. Hanc herbam è Media in Italiam advectam quidam aſtruunt, ſed nempè in Calabria, & præſertim Orientali tractu multis locis, quæ nonquam vomeres ſenſere, neque ligones ſarculave, ultro naſcitur locis argilloſis. Quare opinandum eſt eum è Media allata eſt in Latium ignotum fuiſſe Romanis in Calabria naſci. Habet ad hoc Calabria mirificas, ac pulcherrimas ſylvas tum optimæ picis, & reſinæ, ac terebintinæ feraces, tum proceris omnis generis arboribus, & aquis frigidis refertas, & ad domorum tigna, reliquaque utenſilia, & navium fabricam aptas. Quamobrem in Pontificali hiſtoria ſcriptum eſt Templi Vaticani tecta trabibus ex Calabria advectis reſtituta fuiſſe. Sunt & in his ſylvis venationes, cum præſtent cubilia feris. Sunt ſylvæ glandiferæ ad porcos alendos, &. ut ait Plinius, quercus bigena, quæ & latifolia appellatur à foliorum latitudine: item robur, ilexque bigena, quarum altera parva eſt, & coccum fert. Eſculus præterea, fagus, cerrus, ægylops, carilum vocant, hemeris, & haliſleos. Hic glandiferæ arbores ferunt Agaricum, qui fungus eſt candidus, odoratus, nocte relucens. Naſcitur in Calabria è querco aculeatis ſpiculis, ſed tenellis erinacei modo obductus, arnacem vocant accolæ, quo in cibum utuntur. Eſt & larix arbor altiſſima montes amans foliis pini ſimilibus, quæ non decidunt, reſinam ferens. Habet præterea Calabria paſſim caſtaneta, & ad mortalium uſum, & ad porcos alendos opportuna. Adde & nobilium herbarum ad morbos pellendos copiam; proveniunt & paſſim ſponte nobiles plantæ, ut platanus, vitex, terebintus, olaander, ſiliqua

ſylveſtris, arbutus; item crocus ſylveſtris, rubea tintoria, glycyriza, ideſt radix dulcis, ſubera. Nec deſunt tepentium, calidarumque ſcaturigines aquarum morbis curandis opportunæ, frigidorum quoque laticum, dulcium, lenium, & innoxiorum ſcatebræ perſpicuæ paſſim erumpunt, quas parens ipſa natura ad incolarum commoditatem, & ſalutem comparavit. Effluunt etiam multis locis fontes ſalſam aquam manantes. Irrigatur & tota Calabriæ regio innumeris prope fluviis, & his piſculentis, quorum pluſquam centum & decem nominatim recenſentur apud Barrium, quorum quidam ad morbos depellendos præter cætera ſunt commodi. Mare quoque Calabrum ex utroque latere piſcoſum eſt variis, clariſque piſcibus tynnis, xiphiis, & murænis fœcundum, multiſque locis corallum optimum, album & rubeum naſcitur. Venationes autem, & aucupia nobilia & varia in Calabria ſunt. Nam multigenæ quadrupedes ſtabulantur, & alites nidificant, ut apri, cervi, capreæ, lepores, vulpes, lynces, lutræ, ſciuri, martes, meles, viverræ, hiſtrices, erinacei, teſtudines tum aquaticæ, tum terreſtres, glires: ex alitibus externæ, perdices, coturnices, ruſticulæ, gallinagines, palumbi, phaſſæ, cornices, turtures, turdi, merulæ, ficedulæ, & aliæ parvæ aves, & accipitrum genera plura, item aves aquaticæ, & præſertim ardeæ. Nec caret armentis, gregibuſque, equi præterea optimi ibi generantur, eximiæque pernicitatis, & magnitudinis, quorum armenta multis locis extant. Metallis olim nequaquam caruit, & in præſens eiſdem exuberat, cum ſit ſane tota metallifera, ubi aurum, argentum, ferrum, ſal foſſile, marmor, alabaſtrites, chryſtallus, pyrites, ideſt marchaſita; gypſi tria genera, ſinopes, ſive ut alii, minium, lubrica fabrilis, chalcantum, bolum, alumen, ſulphur, ætites, hæmatites, gagates, magnes; item beryllus, ſmiris, cumex, cos aquaria, olearia, ſilex, lapis molalis, olearius & frumentarius, lapis obſidianus, lapis quo pictores imagines inumbrant, lapis ſpecularis, lapis phrygius, lapis ophites, & lapis, ſive color cyaneus. Sunt, qui amianthum in Calabria ſecundum ſalis fodinam naſci tradunt, ſed hoc nobis incompertum. Frumento autem, & quidem probatiſſimo, ac multiplici tota exuberat; frumenti genera plura in ea ſunt, triticum, ſiligo, far, ſecala, ilrodiminum vocant, triminum quod turcicum appellant, iagria, robus, roſciam vocant, tigia. Fiunt rea, ſpeltam vocant, ordeum, oriza, & ſeſami copia ingens. Affluit & omnis generis leguminibus, interque ea etiam lupini, quibus tellus & armenta pingueſcunt, redundat & vino, oleo, melle, & his porro optimis. Abundat præterea arborum pomis omnis generis ſapidis, & innoxiis, quorum quædam præcipui ſaporis in ore inſtar ſacchari liqueſiunt; in arcis autem aſſervata mirum ſpirant odorem; laudatur & Romæ viſcum Calabrum, quod tenacitate omnia alia præſtat. Sunt & paſſim horti nemoroſi, malorum aureorum, limonum, & citrorum arboribus conſiti. Fit & ſerici probatiſſimi copia ingens, quod inter Italica ſerica obtinet principatum. Multam enim bombycinis nutriendis dant operam. Goſſipii itidem plurimum fit, lina affatim ſiunt; horum genera duo, maſculum vocant alterum, fœmineum alterum in menſe Martio ſatum; cannabis item bigena fit, & crocus, ſaccharum, aniſium, coriandrum, & id laudatiſſimum. Verum quid de cœli clementia, ac temperie dicam? Habet nempe Calabria terras hyeme, æſtateque vernantes, & amœnas, veras humani generis delicias; aer ibi purus, mitis, & blandus, ubi nec vis rigidæ hyemis, nec ſolis æſtus immenſus terræ virentia territ, aut incolas fatigat, ſed grata temperies ſalubri, ſuavique eos vegetatione ſuſtentat. Ita fit, ut plurimis locis avos, proavoſque videas. Quid plura? quod aliud luculentius clementis cęli, temperatæque ac beatæ regionis argumentum deſiderari poteſt, quam quod mel aereum, quod manna vocant cœleſte prorſus alimentum, & am-

A broſiæ, ac nectaris inſtar divinitus datum in Calabria paſſim affatim ſtillat, ac legitur? Et quod Iſraelitæ in Deſerto pro miraculo mirabantur, & pro divino miraculo acceperunt, hic ipſa natura ſua ſponte gignit.

Tantis igitur bonis dives, ac beata regio inſecti animalis, utpote apis, aut muſcæ figuram repræſentat. Ab Iſthmo enim quod Sylis, & Talari fluminum oſtia, & Policaſtrenſem, ac Tarentinum ſinum interjacent, Peninſulæ inſtar inter Tyrrhenum, atq; Jonium mare ad Siculum Euripum protenditur, ubi eſt Scylla, & Charybdis. Ambitus ejus ſeptingenta triginta millia paſſuum colligit, ut Barrio placet; ut vero Ananiæ quingenta quadraginta quatuor, atq; Apennini Montis jugo in longitudinem ſecta duo promontoria, ceu cornua emittit Leucopetrum dextra, Lacinium ſiniſtra, quorum alterum *Capo de l'Arme*, alterum vero *Capo di Collonne* indigenæ appellant. Ita felicisſima regio, dum montuoſa ſimul eſt, ac campeſtris, & ſalubri amenitate, & opima fertilitate perpetuo congaudet.

B Fuit autem regio hæc quondam multis appellata nominibus, Auſonia, Heſperia, OEnotria, Italia, Magna Græcia, Brutia; Auſonia quidem ab auxo Græco verbo, quod eſt augeo, ſive ab Auſone Rege. Heſperia ob Orientalib. Græcis vocata eſt, quaſi occidua; Oenotria, ſive à vino, ſive à Rege ejus nominis; poſtremo etiam dicta eſt Calabria, idque temporibus ferè Conſtantini Magni, ut patet ex Concilio Niceno, cui Epiſcopus Rheginus ex Calabria adfuiſſe in actis legitur. Sed & in Concilio Sardicenſi paulo poſt Nicænum celebrato, Epiſcopos ex Calabria adfuiſſe Theodoretus ſcribit, cum ante hæc tempora Græci Calabriam appellaſſent, oram Salentinorum; ſed poſterior ætas Calabriam dixit hanc Auſtraliſſimam Italiæ partem, quę Brutios populos & magnam complectitur Gręciam, quod quidem nomen a merito pręter cætera retinuit, cum nullum æque terræ hujus laudes continere videatur.

C Eadem porrò vetuſtiſſimis terra temporibus in duas diviſa fuit regiones, Orientalem, & Occidentalem, quarum hanc veteres Brutiorum terram, noſtrates Calabriam citeriorem, ſive ſuperiorem: Orientalem verò nunc Calabriam ulteriorem, ſeu inferiorem; antiqui, ut dicitur, Magnam Græciam appellaverunt, vel ob frequentes Græcorum Colonias huc deductas, urbeſque crebras & magnas ab iis hoc in tractu conditas, vel ut Jamblico placet, ob frequentes Pythagoræ diſcipulos, celeberrimumq; ejus gymnaſium, aut potius ob utrumque. Nam quod attinet ad doctrinas floruit Magna Græcia inſtitutis, & præceptis philoſophorum, ſummoſque dedit & philoſophos, & poetas, & legumlatores, & rhetores, & dialecticos, & medicos: quin & muſicos etiam, & ſtatuarios. Calabri philoſophi fuere Pythagoras, quem Italum fuiſſe Ariſtoxenus, Ariſtarchus, Theopompus apud Theodoretum, & Laertius teſtantur: multi vero, ut Plutarchus ait in Convivio. Pythagoram Locrenſem fuiſ-

D ſe aſſerebant, atq; ejus etiam tempeſtate hujuſce rei conſtans erat opinio. D. Thomas Aquinas in primum Meteor. Samium ex Samo Calabriæ urbe fuiſſe aſtruit; hic philoſophiæ Græcorum parens fuit. Philolaus, qui primus ex Ethnicis unum Deum eſſe dixit, & res organicas, & gnomonicas invenit. Calaber Alcmæon, qui primus Animam immortalem aſſeruit, primus de animorum æternitate ſcripſit, ac primus fabulas invenit. Calabri fuere Gipparchus, Timæus, atque alii ſupra centum, quorum nomina apud Barrium habes. Poetæ Orpheus Crotoniata, Steſichorus Taurianenſis, qui primus conſtituit chorum ad cantum cytharæ, qui ad recuperandum oculorum uſum palinodiam de Helena cecinit, laudatus Platoni in Phædro, & Ariſtoteli in 2. rhetoricorum, & Quintiliano, Menander Sybarita atq; alii innumeri. Recentiore autem memoria philoſophi, ac inſignes poetæ fuere Auguſtinus Niphus, & Bernardinus Tyleſius Ariſtotelicæ Philoſo-

phiæ

A phiæ everſor; nec modo viri, ſed mulieres etiam Calabræ perplures philoſophiam, ac poeticen aggreſſæ, quales ſuere filia Pythagoræ Arignotis, Myas, Damea, Biſcala; legislatores vero etiam antiquiſſimos, ac clariſſimos regio hæc tulit. Zaleucus enim primus leges ſcriptas tulit, ac Locrenſes primi ſcriptis ab eo legibus ſunt uſi, ut Ariſtoteles tradit. Fuit & Androdamus legirlator Rheginorum, & Theætetus Helianaſta Metaurenſium, Timanes Locrenſium. Juriſconſulti autem noſtro ſæculo clari, inſigneſque ſuere Petrus Paulus, & Flaminius Pariſii, ille Cardinalis, hic Epiſcopus Bitnutinus. Verum Pythagoras ex Samo Calabriæ urbe natus, ut D. Thomas affirmat inter legislatores, ac philoſophos ſummæ claritatis ſemper ſuit. Jam Hiſtorici celebrati Herodotus Thurius Græcę hiſtoriæ pater, Calliſtenes Sybarita, & ſuperiore ſæculo Pomponius Lætus, ac Joannes Simoneta: Oratores item Joannes Parraſius, & Joannes Cæſarius, & quem ut eruditorum omnium Mecænatem, ac parentem nuper extinctum luxit ætas, B Guillelmus Sirletus S. R. E. Cardinalis. Geometræ etiam, & Medici perilluſtres è Calabria prodiere, qualis fuit Timæus, & Hipparcus. Timæus Locrenſis. qui primus exectionem eſt aggreſſus, Alcmæon Crotoniata, Vincentius, & Nicolaus Rheginus. Inter Muſicos autem celebrati Ibicus, qui Sambucam invenit, Steſicorus, qui primus conſtituit chorum ad cantum cytharæ, & Sybaritæ ſabulas inveniſſe produntur, muſicæque ac cantui adeo dediti, ut vel equos ad numerum moveri docuerint. Praxiteles item Calaber ſpecula invenit, & ſtatuarius perinſignis ſuit. Pythagoras vero Rheginus primus invenit ſtatuarum proportionem, & modos, & numeros, & varietatem multiplicavit. Poſtremo etiam Theologis Calabria floruit ſcilicet Caſſiodoro, Joachino Abbate, & Thoma Aquinate, quem quidem Belcaſtri in Calabria paternæ ditionis civitate natum indigenarum traditione probant, exque ipſius in primum Meteororum Commentariis haud dubiè intelligitur, ubi Pythagoram C Calabrum conterraneum ſuum appellat.

Merito ergo quota pars Calabriæ Magna Græcia dicta eſt, cum Græcis artibus, & doctrinis tantopere floruerit. Et quidem hæc prima omnium Italiæ pars, eademq; poſtrema Græcis habitata, Thraeumque Coloniis frequentata fuit, & doctrinis ita referta, ut non modo reliquam Italiam, ut fatetur Cicero, ſed etiam Græciam univerſam inſtitutis erudierit. Iam vero etiamnunc nonnulla oppida, Pagique Calabriæ quotidiano ſermone Græca, & Latina lingua utuntur. Sacerdotes vero Græca lingua, rituque faciunt rem divinam, atque cuncta ferè Calabriæ priſca oppida Græcis ſunt appellata nominibus. Eſt ergo Calabria, ut oſtendi, omnium Italiæ regionum (Latium tantum, ac Romæ majeſtatem excipio) & habitationis, & imperii, ac doctrinarum vetuſtate, ac populorum claritate nobiliſſima. Primus autem Calabriæ habitator, quemadmodum Joſephus p. antiquitatum Judaicarum, & D. Hieronymus in lib. de quæſt. He- D braicis ſuper Geneſim ſcribit, ſuit Aſchenaz Noe ex Japheto nepos, qui Aſchenazeos condidit, Rheginæ ſcilicet Calabriæ populos. Poſtea vero eam tenuere Græci, quo tempore floruit maximis, & potentiſſimis urbibus. Græcis imperio ſucceſſere Romani, qui novem Coloniis, quæ nullam aliam Italiæ regionem frequentarunt; ſiquidem triginta duntaxat in Italia Coloniæ numerabantur. Sed Romani Imperii ſede in Græciam translata, imperantibus Græcis, græcanicos iterum mores, inſtitutaque reſumpſit. Poſtremo à Normannis, Neapoletani, ſive Apuliæ Regni provincia facta ſub Regibus fuit, Duces aliquando nacta Regum filios natu maximos; nunc in duas ſciſſa eſt regiones, & præfecturas, quarum quæque ſeorſim deſcribenda. In eo humanarum rerum viciſſitudinem mirati jure poſſumus, quod ea regio, quæ olim parens, & magiſtra doctrinarum ſuit Italiæ, ac Græciæ, nunc eo redacta ſit, ut ne unum quidem liberalium artium publicum Gymnaſium habeat, ut Calabri homines ad litterarum ſtudia maximè propenſi, ad doctrinam comparandam extra patrium ſolum peregrinari cogantur; ſic & in eo humanarum pariter rerum converſionem ſpectare poſſis, quod regio hæc, quæ populoſiſſima omnium quondam fuit, nunc partim externo afflicta dominatu, partim ſuis, ac domeſticis vexata tyrannis, partim etiam barbaris direpta piratis, pleraque ſemirutas habet urbes; nec tantum copiarum conſcribere poteſt univerſa, quantum una ejus civitas olim armavit.

Vtuntur Calabri in vernaculo ſermone Latina lingua. quamquam Græca adhuc pleraque vocabula retineant, nonnullaque Græca oppida in ea, pagique Græci ſint; ſervatur alicubi in Calabria priſcus Latinus lugendi mortuos ritus, ubi præfica in ſunere pretio conducta, aliis ad nænias canendas, & lamentabilem cantum ejulatumq; modum dat. Inferiis vero peractis mortui conſanguinei, & affines eduliis comportatis defuncti domum una veſcuntur. Mulieres Calabræ ſuapte natura, virtutisgratia, & quod æquè ſuaves ſint, & innoxiæ, ſunt abſtemiæ. Probrodatur eis ſi vinum guſtent, niſi vetula ſit, aut puerpera.

Honeſtatur inſuper Calabria nobilibus, crebriſque emporiis, quæ paſſim in annos ſingulos celebrantur, quæ alicubi quindenis diebus, alicubi octonis, quatriduo, alicubi minimum biduo perdurant. Opificia quoque perplura fiunt, ſive ex terra, ac creta, ſive ex ligno vaſa quæras, ſive ex lino, cannabive, & ex goſſipio, & ſerico veſtes ſupellectiliave mavis.

Chriſti autem fidem Calabri Italorum primis, Romanis exceptis, ſunt complexi Paulo Apoſtolo Rhegii concionante, qui, ut in geſtis Apoſtolorum ſcriptum eſt, ex Judæa in Italiam tendens Rhegium pervenit 25. anno à paſſione Chriſti Domini, atque illic diem unum commoratur, diviniſque de rebus verba faciens, Rheginorum multos ad Chriſtum traduxit, Stephanumque ibi Præſulem conſtituit. Stephanus autem ipſe finitimos populos ad Chriſti fidem convertit, & Epiſcopos, ac Sacerdotes ordinavit, atque ex eo tempore Chriſtiana Religio in Calabria floruit; ritus autem in ſacris, & lingua duplex Græca, & Latina, ſed Græcorum ritus, & inſtituta ſenſim deficiunt, & Latini percrebreſcunt.

Sunt autem Calabri erga Deum, ac Cœlicolas religione, ac pietate affecti, ut minimè ab Arcadiis, qui in Calabria conſedere, aut ab Athenienſibus, aut Romanis, qui complures illuc Colonias deduxerunt, degeneres videantur. Hinc plurimos Calabria cœlicolas tulit, in quibus Martyres quindecim, Stephanus, & Suera Epiſcopi Rhegini, Felicitas, Perpetua, Dominata, Senator, Viator, Caſſiodorus, Daniel, Samuel, Angelus, Donnulus, Nicolaus, Ugolinus, Leo; Confeſſores autem ex ordine quidem Divi Baſilii vigintitres, Nilus ſcilicet Abbas, quem Romani Pontifices, & Imperatores viventem ad ipſius pedes abjecti adorarunt. Elias, Zacharias, Fantinus, Joannes, Lucas, Georgius, Stephanus, Proculus, Bartholomæus, Nicolaus. Ex ordine autem D. Benedicti celebres, in primis duo Caſiodorus, atque Bandiſius. Ex Ordine Ciſtercienſe decem, Joannes, Joachinus, Peregrinus, Bonatius, Lucas Epiſcopus, Gerardus, Matthæus Epiſcopus, Nicolaus, Petrus, atque Bernardus (ut aliqui ſcribunt.) Ex Ordine autem Dominicano Thomas Aquinas. Ex Franciſcano octo, Paulus, Matthæus, Pyrrhus, Martinus, Petrus, Paulus, Joannes, Antonius: Fuit & Franciſcus Paulitanus Minimorum Ordinis inſtitutor, ſydus longè fulgentiſſimum. Item Euſebius Epiſcopus, Franciſcus Majora, Antonius, Bernardinus, Dominica. Sed & Calabriæ populorum pietatem luculentiſſime teſtantur celeberrima Cœnobia paſſim ſundata, & ampliſſimis patrimoniis locupletata. Ex his vero,

ro, quos recenſuimus, ſeptem Franciſcani Ordinis Calabri Cœnobitæ ipſius D. Franciſci Aſſiſini ævo Martyrii palmam adepti ſunt.

Fuit præterea Calabria quondam altera Ægyptus Monachorum, Monialiumque & parens, & nutrix, ſanctorum Benedicti, Baſilii, & Bernardi diſciplinam, legeſque ſervantium, quorum adhuc rempla, & Cœnobia paſſim viſuntur, quæ nunc Monachis ejectis in ſæcularium libidinem, ac delicias pervenere, quædam ſemiruta, & veprihus obducta cernuntur, ex quibus ſanctiſſimi Viri, & Mulieres extitere. Referta eſt & modo Calabria D. Auguſtini, & Franciſci Aſſiſini, ac Paulitani, & Dominici Fratrum Cęnobiis Nec deſuerunt, qui Eremiticam vitam ducentes, ſanctitate floruerint; qualis fuit Thelesphorus Cuſentinus, & ſuperiore ſæculo octo Eremitæ, qui Hilarione duce in Samuii receſſu Deo ſervierunt, in quibus fuit Nicolaus, qui centeſimum annum agens ſub Eugenio IIII. Pontifice hac vita exceſſit. Ejus corpus Vaidagrelæ jacet, miraculis fulgens. Feſtum vero agitur 7. Idus Auguſii. Fuit item in his Rinaldus, qui Fulaſcoſi quieſcit, cujus feſtum agitur Nonis Maii; Item Francus. qui jacet Francavillæ; feſtumq; ejus agitur eodem die; & B. Falcus, qui jacet Palenæ. Cæterum antiqui Epiſcopatus Calabriæ multi recenſebantur, quos vel antiquatos, vel alibi traductos fuiſſe ex ipſis Calabriæ monumentis teſtatum habemus, de quibus hic pauca commemoranda ſunt.

Antiquus Epiſcopatus Locrenſis. Locri priſca fuit urbs in Magoa Græcia, antiquitate, potentia, legibus, inſtitutis, diſciplinarum, armorumque ſtudiis longe celeberrima. Hanc Euſtachius ab Evante, & ſociis Locrenſium Opuntiorum ſervis conditam ſcribit, qui abſentium belli cauſa dominorum mulieribus adulteratis ultionem metuentes in Italiam navigarunt. Sed Virgilius ab Ajace Oilco, & Naritlis conditam teſtatur, illo verſu.

Hic & Naritii poſuerant mœnia Locri.

Primi omnium Locrenſes, ut Ariſt. & Plin. ait, ſcriptis legibus ſunt uſi à Zaleuco acceptis, quarum diſciplina tantum profecit, ut non modicam Orientalis, & Occiduum Calabriæ partem obtinuerint. Metauria enim Medama, Hipponium, & Tmeſa Locrenſium fuere; quin etiam Meſſanam Siciliæ urbem in poteſtatem redegerunt, ut Thucydides tradit. Locrorum decem millia adverſus Crotoniatas numero centum triginta millia ad Sacram fluvium, qui nunc Alarus dicitur, Marte collato victoriam reportarunt admirabilem, ac ſcriptoribus celebratam, cujus nuncius eodem die Lacedæmonem, Athenas, Corinthum, dęmonum putoarte perlatus Græciam omnem ſtupore complevit. Unde ortum adverſus incredulos proverbium. *Hoc re apud Sagram geſta verius eſt.*

Sed Locrenſium ruinæ cauſa fuit Dionyſii Tyranni affinitas Doride filia Xenotis civis ditiſſimi uxore ducta, cujus ope Tyrannus civitatem oppreſſit, quæ poſtea Dionyſium minorem filium regno deturbavit, totamque ejus domum diris cruciatibus delevit, uxoris ejus liberorumque carnibus devoratis, oſſibuſque in mortario contuſis: tantum ille odium ſævitia, & omnifaria luxuria ſibi paraverat. Fuere Locrenſes bello Punico amici populi Romani, quamvis ad Annibalem aliquando defecerint. Fuit Locrus teſte Platone flos Italiæ nobilitate, divitiis, & gloria rerum geſtarum. Locris, & Crotone, ait Plinius, peſtilentia nunquam fuit, nec ullo terræmotu laboratum annotatum eſt. Fuit hic templum Proſerpinæ omnium Italiæ opulentiſſimum, quo Dionyſius ſpoliato in Siciliam navigans; En videtis, inquit, amici, quam proſperam Dii navigationem ſacrilegis tribuant: ſed non impune hoc illi ceſſit, ſicuti nec Pyrrho, qui templi hujus auro navibus impoſito naufragium fecit. Fuere ex hac urbe viri clari Zaleucus philoſophus & legiſlator, qui primus legum ferendarum peritus fuit ut Ariſtoteles, Cicero, & alii tradunt. Fuit & Stenidas legiſlator, qui ſcripſit de Regno horum duorum legea, & ſententias habes apud Ariſtotelem, Ælianum. Athenæum, Plutarcum, & Stobæum. Locrenſis etiam fuit Timæus Pythagoricus à quo Plato, ut ait Cicero in Tuſculano, omnia didicit, ad eum videndum, & audiendum Locros profectus, & propterea librum de Mundi natura eidem inſcripſit; quin & Ariſtoteles, ut Laertius tradit, ex Timæi, & Architæ diſciplinis librum unum excerpſit; ſed & Chriſtiani authores Clemens Alexandrinus, Euſebius, & Theodoretus Timæum extollunt; hic enim primus gentilium de animorum æternitate diſſeruit. Fuerunt, & alii philoſophi Italiæ diſcipuli, ut Jamblichus ſcribit; erat enim Locrus liberalium artium Academia celeberrima, quæ plurimos dedit philoſophos. Fuit & Xenocrates Poeta, & Muſicus præſtantiſſimus, de quo Plutarchus. Fuit & Theano mulier poetrix Lyrica nobilis, ut ait Svidas. Fuit & Eunomus cytharedus, cui in certamine cytharedico contra Ariſtonem Rheginum cytharam pulſanti cordæ fractæ ſonum cicada ſupplevit. Fuere & Locris multi athletæ, ac Pancratiaſtæ nobiles, in primis Euthymus, & Ageſidamus Pindaro celebratus, Olympiorum victor.

Epiſcopalem Locris ſedem aliquando fuiſſe patet ex Concilio Romano ſub Felice III. cui ſubſcripſit Petrus Epiſcopus Locrenſis. Item ex Synodo Conſtantinopolitana VI. ſub Agathone Papa, cui interfuit Stephanus Epiſcopus Locrenſis. Ad Marianum Locrenſem Epiſcopum Magnus Gregorius dirigit epiſt. 47. libr. 7. Ind. 2.

Exciſa fuit hæc urbs, ut exiſtimo, ab Agarenis. Itaque ejus veſtigia duntaxat nunc viſuntur, Palæpolis, hoc eſt vetus civitas vulgo vocata, & turris tantum exſtat maris cuſtos, Epiſcopalis vero ſedes Hieracium tranſlata jampridem fuit.

Antiquus Epiſcopatus Hipponienſis, ſive Vibonien. ſeu Vinomen. extitit in Calabria, de quo hęc habent authores. Hipponium, ſive Vibo Valentia, nunc vulgo mons Leonis, ſeu Bivona appellata, vetuſta fuit urbs Brutiorum à Locris condita, ut Strabo ſcribit, opibus, gloria, atque Portu inclyta Hanc, & Rhegium inter ſeptem illuſtriores Italiæ civitates fuiſſe, quæ opulentia, & domorum pulchritudine pavimentiſque præſtabant, Appianus de bello civili lib. 4. tradit. Hanc Romani Brutiis eripuere, Vibonem Valentiam appellavere. Hic Agatocles Siciliæ Tyrannus ea potitus urbe nobile Emporium inſtituit. Fuit autem Romanis adeo devota, ut in bello Punico ſecundo agri depopulationem perpeti maluerint Hipponiates, quam Carthaginenſibus deditionem facere. Fuit & Colonia Romanorum civium periilluſtris, ut Livius belli Maced. libr. 5. ſcribit, ac nobiliſſimum municipium Romanorum. In bellis autem civilibus Cæſaris partes eſt ſecuta, ut teſtatur Appianus Hujus florentiſſimam regionem, & amœniſſima prata eſſe conſtat, quo Proſerpina ad carpendos flores è Sicilia venit. Quamobrem nobiliſſimum Proſerpinæ ipſius templum ibi quondam fuit Epiſcopi ſede Chriſtianorum temporibus inſigne. Joannes Epiſcopus Vibonen. Romanæ Synodo ſub Symmacho Papa interfuit, & rurſus Stephanus Epiſcopus Vibonien. ſubſcripſit Synodo Nicęnæ II. ſub Adriano I. & Gregorius Magnus ad Venerium Epiſcopum Vibonen. ſcribit epiſt. 47. lib. 7. Ind. a. Regiſt.

Diruta fuit Vibo ab Agarenis B. Nili ætate, quo tempore, & Terina, & Taurianum & Triſien everſa fuere.

Sedes itaque Epiſcopalis Vibonienſis, & Tauranienſis Gregorii VII. Romani Pontificis authoritate Miletum tranſlatæ. Celebratur Hipponii nobile emporium ter in annos ſingulos. Ager autem omnium frugum ferax, & ſaccharo, ſeſamo, oleo, ac perdicum, & phaſianorum aucupiis felix. Hipponiarem autem ſinum tynnorum bonitate, & copia laudari conſtat.

Tertius antiquus Epiſcopatus Maurenſis. Maurum, vel Submuranum civitas fuit inter Thurios, & oppidum Corilianum, quæ interiit. Epiſcopalem

hic

hic ſedem fuiſſe patet ex Concil. Rom. ſub Julio, cui ſubſcripſit Lucianus Epiſcopus Maurenſis Provinciæ Calabriæ, quamque in margine perperam ſcriptum ſit, fuiſſe Maurum ſedem Archiepiſcopalem.

Quartus antiquus Epiſcopatus Montalti. Montaltum Mediterranea eſt civitas Brutiorum. Uſſugum olim dictum, quod ſimul cum aliis multis, ad Romanos rediiſſe Livius ſcribit. Hic nobile emporium annis ſingulis celebratur. Fit ſerici optimi ingens copia. Texuntur panni ſerici, & frandinel. In hoc agro naſcitur alabaſtrites, & lapis molaris frumentarius, & olearius, & ſulphur oritur, & chalcantum, & plumbum, & ſal foſſile. Eſt in hoc agro S. Xiſti vicus, & piſculenti amnes Malianus, & Septimius. Epiſcopalem hic ſedem fuiſſe Barrius auctor eſt, ſed ea poſtea Cuſentinæ juncta uſt.

Quintus antiquus Epiſcopatus S. Leonis. Vrbs ſancti Leonis fuit inter urbes Crotonienſem, & ſanctæ Severinæ; viſuntur adhuc ejus veſtigia cum Eccleſia Cathedrali; fuit autem hic Epiſc. Græcus, & ſubjectus Metropoli ſanctæ Severinæ, cui præterito ſæculo unitus fuit.

Sextus antiquus Epiſcopatus Sybaritan. Sybaris vetuſtiſſima fuit urbs à Trezeniis & Sagaris Ajacis loco filii condita, ut Solino placet, inter Sybarim, & Cratim, amnes, quæ eo felicitatis, ac magnitudinis proceſſit, ut quaternas rexerit gentes, & quinque ac viginti urbes ſuo ſubdiderit imperio, ac contra Crotoniatas trecentorum hominum millium exercitus duxerit. Totam hanc felicitatem intra dies ſeptuaginta Crotoniatæ interceperunt, & urbem Sybarim ſex millium, & ducentorum quinquaginta paſſuum circuitum habentem deleverunt, urbeque potiti inducto fluvio cuncta demerſerunt. Ariſtoteles quidem in Polit. & Plato Sybaritarum ruinæ cauſam fuiſſe tradunt nimiam peregrinorum in civitatem receptorum multitudinem, ſed profecto nimia eorum mollities civitatem evertit. Fuere enim Sybaritæ ſupra omnes Italiæ, Græciæque populos voluptatibus, ac deliciis dediti, ut Athæneus, & Herodotus teſtantur. Sybaritæ, ait Atheneus lib. ſa. primi artes ſtrepitum facientes in urbe eſſe non permiſerunt, ne illis ſomnum interrumperent; ob eamque rem gallum in urbe nutriri nefas erat, quod verebantur, ne ſomnos matutinos perturbaret. Mos erat apud eos, ait Timæus, pueros & adoleſcentes purpureas geſtare veſtes, & cincinnos auro inflexos. Viri autem deferebant veſtes Mileſiis lanis confectas, & floribus pictas. Equites ſybaritarum quinque millia crocea indumenta ſuper thoraces habentes in deliciis habebant; unde ortum erat adagium apud Græcos, *Sybaritæ per plateas*. Divites cum in agro proficiſcebantur, etſi vehiculis veherentur, iter tamen unius diei tribus diebus conficiebant. Erant etiam ipſis cuniculi viarum ducentium in agros, plurimis autem ipſorum erant cellæ vinariæ juxta mare, ad quas per cuniculos vina ex agris deducebant: celebrabant frequenter convivia lautiſſima, & coqui apud eos magno in honore erant; unde ortum adagium, *ſybaritica menſa*. Ante potum braſſicas edebant, ne eos vinum læderet, neque temulenti fierent. Sybaritæ primi invenerunt matulas. Alciſtenes ſybar veſtem opere plumario Sybariticæ Reipublicæ elaboravit, atque contexuit, quæ utrinque Deorum, variorumque animalium, ſpirantibus formis acu pictis mirè diſtincta erat, colore purpureo, margaritis, & lapidibus pretioſis ornata: una manica habebat Alciſtenem ipſum, altera Sybarim patriam ſuam: altitudine fuit quindecim cubitorum. Hanc veſtem Ariſtoteles lib. de mirabilibus ſcribit Carthaginenſes à Dionyſio ſeniore emiſſe centum viginti talentis, hoc eſt, ſeptuaginta duobus millibus nummorum aureorum. Multos porrò poetas Sybaris dedit. Primi Sybaritæ, ut Aphtonius ſophiſta tradit, fabulas apologioſque invenere, & ut interpres Aphtonii, & Hermogenes docent, primi ex ſolis animalibus rationalibus fabulas effinxere; Aclmæon vero Crotoniata, & Æſopus etiam ex irrationalibus. Menander ipſe Comicus poeta, Alexis Sybaritæ ex fratre nepos fuit. Multi etiam hinc prodiere philoſophi Pythagoræ diſcipuli, quos Jamblicus enumerat.

Erat autem urbs Sybaritana in concavo poſita, ubi æſtate mane, & veſperi frigus ingens vigebat; meridie vero intollerabilis æſtus, unde dictum eſt, volentem in Sybari ante fatum minime mori, neq; Orientem Solem, neque Occidentem videre oportere. Ager autem Sybaritanus adeo erat fertilis, ut quemadmodum Varro rei ruſticæ lib. 1. tradit centeſimum reddere ſoleret.

Cum ergo Sybaritę feliciſſimi mortalium omnium haberentur, miſerunt Legatos ad Oraculum percontantes, quouſque felices eſſent, & Pythia reſpondit, felices futuros, dum hominem magis quam Deum non venerarentur. Id ergo audientes ſemper felices fore putarunt; ſed paulo poſt cum Sybarita quidam famulum ad ſacra fugientem verberaret, confugientem vero ad patris ſepulchrum verberare deſtitiſſet, tunc Iſanviris, qui Legatus ad Pythiam fuerat, Oraculum mox complendum fore conſpiciens, inſaniam ſimulans omnia bona ſua vendidit, & in Peloponeſum migravit; unde ortum proverbium, *Iſanviris fuit*, de iis qui inſaniam ſimulant, ut eſt apud Suidam; Rurſus, ut Ælianus de varia hiſtoria ſcribit Cytharædum Junonis laudes canentem ad ipſius Junonis aram ſeditione facta interfecerunt. Ergo paulo poſt ruina urbis inſecuta. Nam ut ex Africano, Theocrito, & Plinio conſtat, cum Sybaritæ eo deliciarum deveniſſent, ut equos ad tibiæ cantum arrigentes ſeſe, & prioribus pedibus vice manuum geſtus quoſdam, motuſque ſaltatorios ad numerum edere docuiſſent, tibicen quiſpiam contumelia affectus Crotoniatas Sybaritarum hoſtes admonet, ut in prælio tibiæ modulamine utantur. Quod cum factum eſſet, Sybaritarum equi excuſſis seſſoribus, tripudium, quod domi didicerant in acie exhibuerunt, atq; ita profligati Sybaritæ, imperium patriam, ac felicitatem omnem amiſerunt, & eorum reliquiæ Turium condiderunt: prælium autem hoc, quo Sybaris deleta eſt eodem die, quo geſtum erat auditum Olimpiæ fuit, ut Cicero, & Plinius tradit. Hæc paulo fuſius de Sybaritarum inſtitutis attigimus, ut documento ſint cæteris mortalibus, ne felicitate nimia glorientur, ſed religionem, Deique cultum rebus omnibus anteponant. Fuit autem Sybaris haud longè ab oppido, quod nunc terram novam indigenæ appellant. Poſterioribus ſæculis inſtauratam fuiſſe Sybaritanam civitatem, licet antiqua potentia & dignitate longe inferiorem ex eo patet, quod hic aliquando Epiſcopalis ſedes fuerit, ut habes ex Scriptoribus Calabriæ.

Septimus antiquus Epiſcopatus Tempſan. Tempſa, ſeu Tenſa, nunc Melvitum antiquiſſimâ fuit urbs Brutiorum ab Auſoniis condita, prima à Lao amne, cujus meminit Ptolomæus, Mela, Ovidius, Homerus. Hic præclariſſimum vinum naſcitur Plinio laudatum. Fit & oleum, mel, ſericumque optimum, legitur manna, naſcitur gypſum, & lapis phrygius, & viſci copia ingens; ſunt caſtaneta, ſylvæque glandiferæ; Agerque frumenti, & aliarum frugum, ac pomorum omnis generis feraciſſimus. Abeſt Melvitum à freto paſſuum millia ſex. Quamobrem exiſtimant nonnulli Tempſam, utpotè littoralem, civitatem fuiſſe, quæ Scalea nunc vulgo dicitur. Utcunque ſit, fuit Tempſa ſedes Epiſcopalis in Sanctum Marcum tranſlata, aut certe Marcenſi adjuncta. Sergius Epiſtolæ ſanctæ Tempſanenſis Eccleſiæ, Romanæ Synodo ſub Martino I. Pontifice ſubſcripſit. Hilarius Epiſcopus Tempſanus interfuit Synodo Romanæ quartæ ſub Agathone, item Abundantius Epiſcopus Eccleſiæ Tempſanæ provinciæ Brutiorum Epiſtolæ Synodicæ Agathonis Papæ ad Heraclium, & Tiberium Auguſtos ſubſcripſit, idemque ſanctæ, & Apoſtolicæ Sedia Romanæ reſponſalis fuit in ſexta Synodo.

Octavus antiquus Epiſcopatus Tabernenſis recenſetur à nonnullis. Hanc veterem fuiſſe Calabriæ civitatem Triſchinem appellatam Tabernenſes volunt, cujus ruinas inter caſtra Sybaris, & Cropani in loco, qui Luna dicitur, oſtendunt; alius tamen locus in ſummitate collis prope oppidum Sancti Petri cernitur qui Taberna vetus dicitur. Ejuſque Epiſcopatus Diœceſim Cataceaſi Epiſcopo commiſſam traduut; ſed de Epiſcopali Tabernenſi ſede non conſtat, & quæ afferuutur in quadam Tabernenſi Chronica, inveriſimilia eſſe videutur. Longe enim diverſa eſt civitas, ac ſedes Epiſcopalis Trium Tabernarum ab hac Tabernenſi, Trium Tabernarum ſita erat in Latii loco qui nova Ciſterna vocatur, Cajetanę gentis titulo Ducatus illuſtris, Veliternenſis Diœceſis; unita fuit Trium Tabernarum Eccleſia à Magno Gregorio Veliternenſi Eccleſiæ anno ſalutis 592. Ind. 10 ut patet ex epiſt. 35. lib. 2. Regiſt. ejuſdem Gregorii ad Joannem Veliternenſem Epiſcopum; porro Luciſer, qui ſub Hilario Papa Synodo Romanæ interfuir, & Decius qui ſub Felice vixit non Tabernenſes in Calabria, ſed Trium Tabernarum in Latio fuerunt Epiſcopi. Taberuenſem autem Eccleſiam conſecraſſe Stephanum Archiepiſcopum Rheginum incolæ narrant.

Taberna eſt hodie Oppidum nobile & vetuſtum juxta ſilam ſylvam Triſcheni urbis reliquiæ, quam Alium flumeu Toteuſinis, & Anguillis uber allabitur. Abeſt à Catazano millia paſſuum octo; à Freto quatuordecim. Tabernenſes plurimum Larinam linguam uſurpant, liberalibuſque diſciplinis, & juri civili navant operam, atque ob gratam cœli temperiem præclara ingenia gignuntur, in quibus memorandus Laurentius Anania Theologus, ac Geographus egregius, qui orbem terrarum Italico idiomate quatuor libris deſcriptum ſuperioribus annis in lucem dedit. Hìc in templo Minoritarum B. Matthæi Meſurgacenſis corpus quieſcit. Affluit hoc Oppidum optimarum aquarum ſcaturiginibus. In agro vero naſcuntur vina clara. Chalcantum, lapis ſpecularis, Terebintus. Sunt, & ſylvæ glandiferæ, & caſtaneta, ſuntque Pagi, oppido obnoxii duodecim.

Nonus antiquus Epiſcopatus Paternenſis. Paternum antiquiſſima fuit civitas ſita in Promontorio Alecio, quæ olim Crimiſſa, & Cirum, ſive Cirra dicta eſt, cujus meminit Stephanus, & Licophron poeta, & Ariſt. in lib de Mirab. & Antoninus Pius in itinerario, nunc ea Cirum dicitur, & abeſt à Roſſano triginta paſſuum millibus, à Strongyle octo, à mari quatuor; Deſtructa fuit à Mauris in vaſtatione Calabriæ. Ager aquis irriguus, vino, oleo melle, citriis, limonibus, tuberibus, fœniculo marino, terrebinto, & manna felix.

Abundantius Epiſcopus Paternenſis ab Agathone Romano Pontifice ad Synodum Conſtantinopolitanam, cum duobus aliis Epiſcopis Legatus miſſus eſt. Poſt vaſtationem autem Calabriæ à Mauris factam Epiſcop. Paternenſis Briaticum fuit translatus.

Decimus antiquus Epiſcopatus Amanthea antiqua fuit civitas Calabriæ, altero à Bellomonte milliario dicta à Nympha ejus nominis per arenam currente loci natura munita, quam Catocaſtus fluvius allabitur. Sedes hæc fuit Epiſcopalis, ut Barrius teſtatur, Tropejanæ poſtea Eccleſiæ juncta. Hìc in æde D. Bernardini ſacra quieſcunt corpora B. Joſuæ Epiſcopi, Antonii Equoceſi Ord. Minor. qui D. Franciſci Paulitani ævo floruit.

Undecimus antiquus Epiſcopatus Taurianenſis. Taurianum. Taurianus ſcopulus Ptolomæo fuit civitas in Brutiis paulum à Mari ſemota, nunc vulgo Terlana, propè ſinum Hipponiatem, & Tempſam civitatem. Meminit ejus Plinius, Mela, & Stephanus. Hinc Taurianus piſcis appellatus, ut ait Plinius, quem xiphiam, ideſt gladium appellant, vulgus vero ſpatham à roſtro mucronato, quo interdum perfoſſæ naves merguntur; ex his enim quidam Delphinorum magnitudinem excedunt. Erutum fuit Taurianum ab Agarenis, & Siculis B. Nili ævo, ob eamque vaſtitatem Epiſcopali dignitate, ſede ac civibus orbatum fuit. Epiſcopalem hic ſedem fuiſſe patet ex Concil. Romano ſub Martino I. cui ſubſcripſit Laurentius Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Taurianenſis; idemque ex Epiſtola Synodica Agathonis Papæ ad Heraclium, & Tiberium Auguſtos, cui ſubſcripſit Georgius Epiſcopus Taurianæ Eccleſiæ provinciæ Calabriæ. Theodorus Epiſcopus Taurianus interfuit ſynodo Nicenæ ſecundæ. & in decretis Gregorii Papæ III. fit mentio Opportuni Epiſcopi Taurienſis, licet mendosè legatur Metaurianenſis. D. Gregorius Magnus ſcripſit ad Paulinum Epiſcopum Taurianenſem epiſt. 47. lib. 7. Ind. 2. Porrò BB. Joannis, & Gregorii Epiſcoporum Taurianorum corpora ſepulta ſunt in Eccleſia B. Fantini, quæ non procul abeſt ab oppido Parma. Fuit autem Abbas Ord. S. Baſilii ſuo tempore clariſſimum lumen, qui prophetico afflatus ſpiritu tanquam alter Hieremias Monaſticæ diſciplinæ ruinas deplorabat per Monaſteria, & deſerta oberrans, & ſub dio quieſcens; fuit hic contemporaneus B. Nili; ejus feſtum agitur 9. Kalen. Auguſti in eodem Monaſterio, quod Beati Mercurii dicebatur. Fuit Beatus Lucas frater B. Fantini, ejuſque virtutis imitator: item B. Zacharias magnæ virtutis, ac ſanctitatis vir. Nec longe ab hoc fuit aliud Monaſterium, in quo degebat B. Joannes Abbas, quem B. Nilus, velut alterum Joannem Baptiſtam venerabatur, ejuſque pedum veſtigia crebro oſculari ſolitus. Nec procul hinc eſt Monaſterium S. Philareti Ordin. S. Baſilii, ubi ejus brachium, & B. Heliæ Magiſtri caput aſſervatur.

Duodecimus antiquus Epiſcopatus Stili. Stilum oppidum nobile cum annuo emporio edito loco ſuper ſaxum à στύλος, hoc eſt columna dictum, quod Stilarum flumen allabitur Abeſt à Freto mille paſſuum quinque Conſulinum olim dictum, cujus meminit Mela, & Plinius, qui illud in Locrenſi ſinu ponunt inter Cocynthum, & Zephirium promontoria. In hoc agro fit goſſipium, & ſeſena, fiunt & lina clara, naſcuntur cappares, provenit crocus, & ſiliqua ſylveſtris, & terebintus: naſcuntur, & herbæ medicinales. ut panax, trigena, ariſtolochia, centaureum, cameleon, daucus, ſticas. ciſtus, hippociſtus, turbis, peucedamus, hiperion, chametreos, cyperus, ſtaphiſagria, & aliæ multæ. Naſcitur, & æs chalcantum, rubrica fabrilis, & lapis ophites optimus ejus generis, cujus columnæ in Romano Pantheon extant. Naſcitur argentum & ferrum tribus locis, ibiq; conflatur. Stili natus eſt Guillelmus Sirletus Cardinalis eruditione & ſcriptis clariſſimus.

Epiſcopalem ſedem fuiſſe credunt Stilenſes ex quadam ſcriptura Græca, quam extare affirmant in Monaſterio D. Mariæ de Peſaca agri Tabernenſis, in qua ſcriptum eſſe referunt Stilum ſedem Epiſcopalem fuiſſe, & eam Scyllaticæ adjunctam, ſed apud veteres ſcriptores neque in antiquis Conciliis nulla de Stili Epiſcopatu reperitur mentio. Dubitari tamen poteſt an Stili Luſitanę civitatis Epiſcopalis ſedes translata fuerit. quæ haud longe à Squillatio erat. Stili porrò ex Martyrologio Romano die 24. Junii agitur natalis ſancti Joannis cognomento Thereichi monaſticæ vitæ laude, & ſanctitate inſignis; & quieſcit ibidem corpus ſancti Gregorii.

Tertiusdecimus antiquus Epiſcopatus Bulſani, ſive Breitiani. Bulſanum oppidum ſuper ſaxa conditum diſtat à Brancaleono millibus paſſuum tribus; à Freto quatuor, agro frugifero, & aucupiis, ac tuberibus celebrato.

Epiſcopalem hic ſedem fuiſſe teſtantur ex eadem ſupra memorata ſcriptura Monaſterii D. Mariæ de Peſaca, in qua ſcriptum volunt Bulſanum, ſive Bretianum ſedem Epiſcopalem habuiſſe, & eius Diœceſim partim Bovenſi, & partim Locrenſi additam. Sed gratis hæc aſſerta videntur, nam de hac ſede apud ullos veteres ſcriptores, neque apud Concilia fuit mentio.

Quartuſdecimus antiquus Epiſcopatus Thurinen-

ſis, Thurium, ſeu Thurii. Sebaſtianus Corradus nunc Rhodium vocari putat, ſed magis Barrio aſſentior, qui oppidum Terram Novam eſſe ait in colle oblongo ſitum, inter Cratim, & Sybarim amnes navigabiles, & piſculentos: proprius tamen Crati, quam Sybari, Sybaris antiquæ urbis reliquiæ ab exulibus Sybaritanis Athenienſium auxilio condita, ut Diodorus Siculus auctor eſt, & à vicino fonte Thuria vocata, ſeu à fortitudine; Thurion enim Homerus robur appellat. Thuriis Charondas leges dedit. Hic Herodotus hiſtorias ſcripſit, & ſepultus eſt, Græcæ hiſtoriæ parens appellatus. Claruit autem Xerſis Perſarum Regis tempore, qui Thurius vocatus eſt, eo quod particeps fuiſſet Coloniæ in Thurios miſſæ, ut ait Strabo. Fuit ex hac urbe Hipppodamus philoſophus præclariſſimus, cujus plurimas ſententias deſcripſit Stobæus, & Clemens Alexandrinus. Fuit & Cophalus Rhetor Lyſiæ Rhetoris clariſſimi pater, qui triginta tyrannos Athenis bello ſuperavit. Item Horadoctius hiſtoricus, cujus meminit Ariſtot. lib. 3. Rhet. Multique præterea philoſophi, & ſcriptores clari, & Theano philoſophiæ ſectatrix Pythagorica, ut ait Suidas, ſed & Octavianus Auguſtus hinc genus duxit; ſiquidem Marcus Antonius ei proavum exprobrabat, provenientem ex pago Thurino. Trogus autem lib. a. ait, Thuriorum urbem condidiſſe Philoctetem. Adverſus Thurios Dionyſius ſenior 300. navium claſſem duxit irrito inceepto, quippe cum eam Boreas univerſam confregerit, ex quo Thurii Boream, ceu numen colere cœperunt. Fuit hæc urbs Romanis fœdere, ſocietate conjuncta, & ab eorum Conſule Æmilio contra hoſtilem Lacedæmoniorum claſſem Cleonymo duce eam obſidente, egregie defenſa. Thurii primi ex externis Romanos aurea corona, & ſtatua donati, & Romæ poſuerunt Ælio Tribuni plebis, ut teſtatur Plin lib. 34. In bellis autem civilib. Thurii cum reliqua Calabria Cæſaris partes ſecuti ſunt. Quare a Pompejo obſeſſi ſunt, ut Appianus lib. 4. bellorum civilium prodit.

Texuntur Thuriis panni. In agro autem Thurino legitur manna, provenit terebintus, vitex, & ſiliqua ſylveſtris. Fiunt lina, mella, & vina laudatiſſima Plinio celebrata. Alexis poeta apud Athenæum oleum Thurinum celebrat: Julius Pollux Thunnum; Plinius gypſum. Ejus denique ager totus campeſtris eſt, & frugifer, ac pabulis accomodatus, totuſque pene ex urbe ipſa conſpicitur.

Fuit Thurium ſedes Epiſcopalis, ſed ob urbis vaſtitatem in Roſcianum tranſlata eſt. Theophanes Epiſcopus S. Eccleſiæ Thurinæ provinciæ Calabriæ ſubſcripſit epiſtolæ Agathonis Papæ ad Heraclium, & Tyberium Auguſtos, & ante hunc Joannes Epiſcopus Thurinus interfuit Synodo Romanæ ſub Symmacho, & ſub Hilario.

Cæterum in Calabria aliæ antiquitas fuerunt ſedes Epiſcopales: Cerillus, vel Cerellus Epiſcopatus memoratus in Later. Conc. ſub Martino Papa, ubi ſubſcripſit Rom. Epiſcopus Cerellitanus. Oreſtis item, vel Oreſtis, portus Plin lib. 3. ca 5. hodie *Porto Roviglioſo* ſedem habuit Epiſcopalem: Longinus enim Epiſcopus Oreſtenſis ſubſcripſit Synodo ſextæ Romanæ ſub Symmacho Papa. Carina urbs Epiſcopalis in Brutiis fuit, hujus defuncto Antiſtite cum alium ordinare non ſineret deſerti loci habitatio D. Gregorius Magnus ſedem univit Rheghienſi, ut in ep. 9. l. 5. Ind. 14 Rege t ejuſd. Luſitana civitas Epiſcopalis, quæ temporibus Magni Gregorii Papæ ab hoſtibus capta, & everſa. Joannes ejuſdem Epiſcopus transfertur ad Squillacenſem Cathedram gubernandam, ut ex Epi l. Gregorii n. 23 lib. 1. Ind. 9. Luſitana hæc civitas creditur fuiſſe prope Squillacium ſive ſit, quæ nunc dicitur Stilus, ſive alia inter Catanzarium, & Squillacium, cujus veſtigia cernuntur ad mare, ubi Caſtrum dicitur, ſive Turris.

Nunc vero in univerſa Calabria ſunt ſedes Epiſcopales quatuor & viginti; ex iis vero quatuor Metropolitanæ, nempe Rhegienſis, Coſentina, Roſſanenſis, S. Severinæ; de quibus omnibus ſeparatim agemus, & primo de iis, quæ in citeriori Calabria ſunt, de quibus antequam exordiamur de ipſa citeriori Calabria, quam ſuperiorem Brutiorum antiquum tegimen appellant aliqua breviter attingemus.

Calabriæ pars quota ad Occaſum vergit, & Septentrionem, regio olim Brutiorum, nunc citerior Calabria, ſeu Superior appellatur, hæc ab Occaſu Tyrrheno mari alluitur, ab Ortu Magnam Græciam, ſeu Calabriam ulteriorem, à Septentrione Lucanos attingit, ab Auſtro autem Fretum Siculum & Siciliam ſpectat. Brutiorum autem gentis & nominis origo à Juſtino Hiſtorico petenda eſt. Brutii quemadmodum Strabo ſcribit valde olim opulenti, & potentes extitere ſimul, & ad injurias vicinorum prompti. Nam multas civitates Græci nominis Italia expulere; auctores quoque ſuos Lucanos bello vicerunt, & pacem cum eis æquis legibus fecerunt. Sypontum etiam longinquam Apuliæ urbem Coloniam deduxerunt, diuque potentia floruerunt quatuor eorum liberæ civitates, Rhegina, Locrenſis, Crotonienſis, & Thurina. Poſt bellum Punicum Annibalis, & Carthaginenſium excuſſo imperio in Romanorum poteſtate perpetuo fuerunt uſque ad Imperii Romani excidium. Brutiorum porro fœlicitatem regionis deſcribit Athalaricus Rex in epiſtola ad Severum apud Caſſiodorum li. 8. Nunc vero hæc regio duas habet civitates Archiepiſcopali titulo inſignitas, Coſentiam nempe provinciæ caput, & Roſſanum; Epiſcopales vero ſedes ſeptem, Martoranenſem nempe, Sancti Marci, Biſinianenſem, Caſſanenſem, Cariaten. Strangulen. Umbriaticen. In univerſum autem Oppida, & Terræ centum ſexaginta. Coſentinæ Metropoli ſuffraganeus eſt ſolus Marturanus Epiſcopus; tres exempti ſunt, Sancti Marci, Biſinianenſis, & Caſſanenſis, de primis duobus ſcripſimus in primo inter Epiſcopos Romano Pontifici immediate ſubjectos, de Caſſanenſi ibi ex lapſu memoriæ non egimus, hic tamen de eo poſt Bovenſem ſermonem inſtituemus, tametſi nunc Coſentinam Metropolim Synodorum cauſam petat; Poſt Coſentinam Metropolim, Roſſanenſem proferemus Archiepiſcopalem ſedem, quæ nullum habet ſuffraganeum; de Coriaten Strangulen Umbraticen. cum ſuffraganei ſint Rheginenſi Archiepiſcopo poſt ſuam Metropolim agendum eſt.

CUSENTINA METROPOLIS,

Cujus ſuffraganeus eſt.

Epiſcopus (Marturanenſes.



CUSENTIA, quę nunc citerioris Calabriæ, olim, ut ait Strabo, Brutiorum fuit Metropolis, in Mediterraneis inter Crathim, & Baſentum amnes declivi loco ſita, Septentrionem ſpectans à Tyrrheno mari paſſuum millibus duodecim, ab Jonio quadraginta diſtans, nobilis, antiqua, & divitiis pollens, ſeptem circum collibus, ac creberrimis undique pagis cincta, nobilibus & opulentis habitationibus plena. Hanc olim Auſonii, vel Oenotrii, aut certè Lucani condidere. Annibal Pœnus capta Petilia eam expugnavit, ſed ante annum in fidem Populi Romani rediit ut ſcribit Livius. Romano labente Imperio Alarici Gothorum Regis ſepulchro, & Othonis fuga fuit inſignis Alaricus enim, quemadmodum Jornandes, & Paulus Diaconus ſcriptum reliquerunt, poſt Romam expugnatam huc profectus fato conceſſit. Gothi autem in medio Baſenſis amnis alio derivati, atque eodem die revocati eum condiderunt: quod feciſſe Barbaros exiſtimo, ne infeſtiſſimi Italiæ Regis, corpus Calabri effoderent. Nam reductis in ſuum alveum aquis, ne à quoquam aliquando locus cognoſceretur, foſſores omnes interfecerunt. Apud eundem amnem Otho Cæſar à Baſilio Græco ſuperatus, ſcapham conſcendens ſalutem ſibi fuga quæſivit. Verum ab Agarenis combuſta Cuſentia fuit an. à partu Virginis DCCCCLXXV. *a* Jam vero Cuſentia, quod in umbilico ferè Calabriæ ſit, & rerum ubertate polleat. Præterea eſt ſedes totius regionis: hic nundinæ annuæ celebrantur, fiuntque opera figulina, & cultri, cæteraque ferramenta. In Cuſentino agro poma bifera, ac trifera naſcuntur, auctoribus Varrone, & Plinio; fit vinum bonitate mirificum ex eodem Plinio; laudantur hortenſia, & Cuſentinæ intubi, ſativæ, & braſſicæ, item coriandum, & fęno græcum, item caſtaneæ. Secundum Cuſentinam arcem, quæ urbi imminet, aurum, & argentum, & plumbum naſci ſernot. Sunt in Cuſentino agro ſylvæ grandiferæ, & picis, ac terebentinæ feraces; arborum mira eſt frequentia, ac varietas. Nam alicubi pinaſtri frequentes tantum naſcuntur, alicubi tædæ crebræ, alibi aliud

a 986. ut notat Pagius.

A arborum genus, atque ita vaſtiſſima ſylva arborum varietate diſtincta eſt, ut humana induſtria, ac ſolertia diſtributæ videaotur. Eſt præterea ſylva hæc pulchrorum taurorum armentis frequens, & venationi ac pabulis maximè accommodata. Naſcitur & hic ſila frutex ferens fructus fabis ſimiles, guſtu ſuaves ſaboſos vocant. Naſcitur arbor cucumilia dicta, fructus ferens ſimiles prunis colore cęleſti. Longitudo hujus ſylvę, Strabone authore, maxima eſt ultra octoginta millia paſſuum. Fiunt & juxta Cuſentiam opera figulina, & naſcitur lapis molaris. Cingitur etiam utrinque Cuſentia crebris caſtellis, atque pagis ditioni ſuæ ſubjectis, quæ omnia ſunt in valle ab Orientalis urbis latere ad Jonium mare quadraginta millium paſſuum longitudine protenſa. Quæ vallis Crathi fluvio nobili, & piſculento, aliiſque plurimis, qui Crathi miſcentur, amnibus eſt irrigua, ac rerum omnium ubertate referta, frumenti, ac filiginis, aliorumque fructuum ferax, omnis prꝍterea generis pomis, ac

B potiſſimum caſtaneis inſititiis abundans. Fiunt item hortenſia non vulgaria, ac vina electa, mella, lana, cannabis, goſſipium, ſeſama clara, ac paſſim manna legitur. Sunt & ſylvæ glandiferæ, & laeta pabula, ac in planis aucupia in montibus venationes perpulchræ fiunt Cuſentia lumen Evangelii hauſit Stephano Rhegino Epiſcopo Apoſtolorum diſcipulo prædicante, quem Paulus, ut Chriſtianæ fidei fines extenderet, legavit ad Brutios, eorumque Metropolim Coſentiam, cui & proprium attribuiſſe Paſtorem vetus ad poſteros derivata traditio narrat. Cuſentiam unam fuiſſe ex antiquioribus Eccleſiis Regni Siciliæ ſcribit Innocent. III. Pontifex Max. in epiſtola ad Archiepiſcopum Cuſentinum: per Siciliam autem eo loco Regnum Neapolitanum Pontifex intelligit. D. Gregorius Magnus ſcripſit epiſt. 47. lib. 7. Ind. 2. ſalutis anno 599. Julianus Epiſcopus Cuſentinus interfuit Synodo Conſtantinopolitanæ ſextæ, quæ ſub Agathone Papa celebrata eſt. Fuiſſe aliquando Epiſcopum

C Cuſentinum Archiepiſcopo Salernitano obnoxium ſcribit Gaſpar Muica in lib. de Epiſcopis Salernitanis in Alfano primo, quod habemus etiam ex bullis Joannis XV. anno 944. & Sergii IV. anno 1012. quas in Archiepiſcopis Salernitanis dedimus. Archiepiſcopalis vero ſedes, quo anno, & à quo Romano Pont. Cuſentina conſtituta ſit, non conſtat; habemus tamen ante annum 1056. illam hujuſce-

modi

modi dignitate exornatam fuiſſe, cum eo anno Petrus Cuſentinus Archiepiſcopus diſceſſerit, ut narrat Lupo Prothoſpata. Suffraganeum unicum habet, ut diximus, Marturanenſem Epiſcopum. Inſignis tamen Metropolis & Siciliæ Regum, ac Pontificum maximorum privilegiis cohoneſtata, dives eſt, cujus anni redditus ad ſeptem millia ducatorum aſcendunt, & taxatur in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 600. Metropolitana Baſilica titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ in umbilico civitatis ſita eſt antiquæ, & amplæ ſtructuræ, ſuo cum choro, organo, cæmeterio, & ſacrario ſacris veſtibus, & ſupellectili abunde referto. Adeſt & ſacra turris cum octo campanis. Aram maximam Nicolaus Siculus Ordinis Ciſtercienſis Monachus, & Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus Apoſtolicus Legatus præſentibus Federico Romanorum Imperatore multiſque Principibus, ac Præſulibus conſecravit anno Domini 1222. ea vero Evangeliſtæ Pallotti Archiepiſcopi S. R. E. Cardinalis religioſo ſumptu inſignior facta. Hic aſſervantur plurimæ Sanctorum reliquiæ, calvitiam Gregorii Nazianzeni, brachium Martini Epiſcopi, brachium Hippolyti, & brachium Bernardi Abbatis, tibia B. Hieronymi, fruſtum Crucis Dominicæ, & crucis Andreæ Apoſtoli, Bodos, qui fuit unus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis; eſt & arcula cum fruſtis oſſeis multorum Sanctorum. In ara maxima condita ſunt de Cruce Domini, de veſte B. Mariæ Virginis, de veſte S. Joannis Evangeliſtæ, de brachio Pauli Apoſtoli. Item reliquiæ ſanctorum Annæ, Simeonis, Juſti, Marci, & Lucæ Evangeliſtarum, Stephani Prothomartyris, Dionyſii Areopagitæ, Xiſti, Cornelii, Sylveſtri & Damaſi Pontificum Romanorum, Blaſii, Laurentii, Anaſtaſii, Priſcæ, Martini, Nicolai, Hilarii, Baſilii, Malachiæ, Mariæ Magdalenæ, Theclæ, Sabinæ, Agathæ, Luciæ, Euſemiæ, & Samaritanæ, cum qua locutus eſt Dominus. In ara Meridionali ſunt reliquiæ Joannis Baptiſtæ, Zachariæ patris ejus, Joſephi ab Arimathia, Eufratis, qui fuit unus ex ſeptuaginta, Fabiani Papæ, Donati, Gervaſii, Protaſii, Sebaſtiani, Luciani, Juliani, Boniſacii, Pantaleonis, Coſmæ, Euſtachii, Martellini, Antonii Abbatis, Macarii Abbatis, Conſtantii & Juſtini. In ara Aquilonari Petri, & Apoſtolorum nomine ſacra condita ſunt, fruſta Crucis Dominicæ, ſcrinium Petri Apoſtoli, reliquiæ Pauli, Andreæ, Jacobi, Philippi, Matthæi, Matthiæ, ac Bartholomæi Apoſtolorum, Clementis, ac Boniſacii Pontificum Romanorum, Joannis Chryſoſtomi, Camelini, & Cataldi Epiſcoporum, Bodos, Nefei, Achillei, Mercurii, Chriſtophori, Georgii, Dariæ, Vitelliani, Helenæ Aug. Cæſariæ, Cyriaci, Tiburtii, Pancratii, Luciæ, Geminiani, Primi, & Feliciſſimi, Felicitatis, & Agnetis, & pars crinium Gregorii Papæ. Adeſt inſuper & altare privilegiatum pro Defunctis. Sacris in hac Baſilica miniſtrantium numerus fere octoginta; in primis ſunt Canonici viginti, è quibus quatuor dignitate eminent, & ex Apoſtolica conceſſione rochetto, cappa lanea crocei coloris, ſuperpelliceo etiam, & almutia ſerica, alba, candida, & purpurea, pro temporum ratione utuntur. Decanus ſecundus ab Antiſtite cogit Capitulum, & Pœnitentiarii officio fungitur. Archidiaconus eſt examinator ordinandorum; Cantor chorum, & proceſſiones dirigere ſolet, Theſaurarius ſacrarum veſtium, et eorum, quæ ad divinum cultum adhibentur, curam gerit. Eſt & ſuccentor, qui quotidie divina officia modulantibus præeſt. Sunt Hebdomadarii quindecim, præter alios Sacerdotes, & Clericos plus minus quadragenarium numerum explentes. Canonici tenentur quotidie officiis divinis præſto eſſe, præterquam matutinis, quibus ſerviunt (ut ajunt) ad tertiariam. Eorum præbendæ tenuiſſimæ ſunt, & duodecim ducatos non ſuperant. Hebdomadarii in treadiſtincti claſſes, quinque pro Miſſa, quinque pro Evangelio, quinque pro epiſtola decantandis tenentur quotidie deſervire; Miſſæ vero parvæ multæ quotidie in hac Eccleſia celebrantur.

Ædes autem Archiepiſcopales peramplæ prope Metropolitanam Eccleſiam Cardinalis Pallotti Archiepiſcopi ſumptibus lapideis gradibus, & porticu arcuato opere ornatæ ſunt. In civitate Cuſentina Parochialis Eccleſia præter Metropolitanam nulla; hic enim Capellanus perpetuus duobus coadjutoribus Presbyteris totius civitatis animarum curam gerit. Eccleſiæ ſine cura ſunt quindecim. Monaſteria erant virorum ſeptem, nempe Auguſtinianorum, Dominicanorum, Carmelitanorum, Franciſcanorum, Obſervantium, Conventualium, Capuccinorum, & Minorum, Collegium Societatis Jeſu ad Juventutem bonis artibus, & moribus informandam; extra urbem Ciſtercienſium unum, quod Scalzatorum vocabant, in quibus omnibus ſupra centum ſeptuaginta Deo famulabantur. Sanctimonialium Cœnobia tria, in quibus Ancillæ clauſtri fere ſeptuaginta. Eſt etiam erecta pia Domus, in qua recipiuntur virgines, quæ verſantur in diſcrimine amittendæ virginitatis; & domus hoſpitalis pro infirmis curandis, & pueris expoſitis alendis annui cenſus 1200. ducatorum; eſt & mons pietatis, & laicorum ſodalitia ſexdecim, qui varia pietatis opera exercent, & ſingulæ ſuum Capellanum habent, qui in Dominicis feſtis, in ipſius Oratoriis celebrat, Euchariſtiæ ſacramentum Confratribus adminiſtrat. Familiæ civitatis ſunt ſupra duomillia.

Cuſentiæ in templo Minorum quieſcit corpus D. Joannis ejuſdem Ordinis Cœnobitæ. Cuſentinus etiam fuit Theleſphorus Presbyter, & Eremita, vir non mediocriter doctus, & ſanctimonia, ac ſpiritu prophetico præditus, qui floruit circa annos Domini 1356. Floruit in hac urbe Lucas Ord. Ciſtercienſis Monachus miræ ſanctitatis, & ejuſdem civitatis Archiepiſcopus, qui hiſtorias ſcripſit: Janus Parrhaſius poeta item & orator clariſſimus à magno Jacobo Trivultio ſexagenario ſummæ dignitatis viro adiri, & audiri Mediolani ſolitus, & à Leone X. in Romanum gymnaſium accitus, cujus extant commentarii in Horatium, Ovidium, & Claudianum, & in epiſtolas Ciceronis ad Atticum Aldi Manutii nomine falſo editas. Cuſentini item fuere Cæſarii duo pater, & filius, quorum multa extant carmine, & ſoluta oratione edita monumenta; ex eadem civitate fuere Antonius, & Bernardinus Tileſii, ille orator, & poeta, hic philoſophus præſtantiſſimus, ut indicant libri de naturæ principiis contra Ariſtotelem ab eo conſcripti. Fuere & Petrus Paulus, & Flaminius Pariſii Juriſconſulti, ille Cardinalis, hic Epiſcopus Bituntinus, & Coriolanus Martiranus, Epiſcopus S. Marci, utraque lingua eruditus, Sertorius Quatromani, Joannes Paulus Aquinus, Julius Cavalcantes, & Fabius Cicala magni nominis philoſophi, Joannes Baptiſta Ardomus, & Coſma Morellus poetæ non ignobiles.

Diœceſis Cuſentina continet oppida quadraginta, pagos quinquaginta ſex, partim Regi, partim Dynaſtis ſubjectos, qui in viginti duas Præturas, ſeu corpora ſunt diſtributi: horum primum Paula S. Franciſci Minimorum Fundatoris celebris patria ab Oenotriis condita, ut ex Stephano obſervat Ortelius; eſt autem ſita in agro Brutiorum; à Meridie mare inferum, ſeu Tyrrhenum ſpectat, à quo non procul eſt, quadringentis paſſibus utrinque à Blanda, & Amantia ſexdecim milliaribus diſtans, totidemque à Cuſentia Metropoli. Vino celebratur, & ſerico, quibus abundat. Civitatis jure donata eſt a Philippo II. Rege Hiſpaniarum ſub dominio Marchionum Spinellæ familiæ nobiliſſimæ. Aliqua ibi Cœnobia religioſorum, ac nobile Societatis Jeſu Collegium ab Marchionum Forcaldorum pietate exædificatum. Secundum Caſtorinum oppidum amœno loco in arduo colle ſitum. Nec longe ab hoc eſt Zompanum oppidum, B. Franciſco venerandum; hic S. Vir militavit Chriſto ſub habitu

Eremitarum S. Auguſtini: ejus corpus Suberati jacet. Sequuntur Lapanum, Rubetum, Celicum, Joachimi Abbatis Ciſtercienſis Ordinis, ac Florenſis Congregatiouis inſtiturnria patria. Is ſpiritu intelligentiæ divioitus prædirus plurima de ſuturis temporibus ſcripta reliquit, & ſanctitatis ſama poſteritati commendatus eſt, quamvis enim nonnulla ejus oomine ſint edita, quæ ſuſpicionem hæreſis ioducerent, facile ab omni calumnia ſe vindicavit ipſemet cum ſua nmnia ſcripta, & ſcribenda Rom. Pont. correctioni ſubjecit. Migravit ad dominum an. 1202. Jacet in Monaſterio Floris à ſe conſtructo, & ſuæ diſciplinæ hæredes reliquit viros ſanctimonia claros Peregrinum, Bonatium, Lucam, qui poſtea ſuit Archiepiſcopus Coſentinus; Gerardum, & Joannem Abbates, Nicolaum, Matthæum, qui poſtea ſuit Epiſcopus Geruntinus, Rogeriom Petrum, atque Nicolaum, de quibus omnibus egimus in lib. quem ſcripſimus viris Illuſtribus Ord. Ciſtercienſia. Pnſt Celicum Sparzanum eſt; inde Pedagium, Petrafičta, Aprilianum, obi cultri, & ſclopi ſerrei fiunt, Fighium, Mangorum, Rubblanum, Carpaucianum, Scyllanum, cujus incolæ pectioibus cooficiendis, & lanificio vacaot. Num & aulæa, & tapetia teaunt, Inde Altilia, Crepiſitum, ubi naſcitur lapis ſpecularis, Maletum, Paternum Epiſcopali quoudam ſede nobile. Depiuianum cujus incnlæ æneia vaſis conficiendis daot operam; iode Teſſanum, Bonitium, obi calchanthum naſcitur. Per omoia autem loca generoſa vina fiont, & lina nobilia. Supra Cuſentiam ſunt nppida Menecina olim Pandoſia, Caroleum; Domanicum, & ad mare oppidum fluminis frigidi: Antonii, Boni & Franciſci Majorani ſociorum Beati Franciſci Paulitani integerrimæque vitæ virorum patria. Sunt io hoc agro pagi Longoburgum nunc Longobardum, ſeu Longobardi, ex quo fuit Archangelus itidem ſocius Beati Franciſci Paulitani, & ſanctiſſimæ vitæ vir. In hac ipſa Diœceſi eſt nppidum Guardiæ; itidem oppidum ſaucti Sixti.

Provincia Guſentina per citeriorem Calabriam late protenditur plures Epiſcopatus complexa; cæterum, ut diaimus unus duntaxat Marturanenſis hanc Metropolim agnovit, reliqui eaempti appellantur. Cuſentiam tameo Metropolim Synodorum cauſa conveniunt, & nuper Concilio Provinciali ibidem aſſuerunt. Qui autem Cuſentinam reaeruot Eccleſiam infraſcripti Præſules ſunt, quorum ſeriem ex variis monumentis eruimus, nec ſine magno labore concinuavimus.

A D D I T I O.

„ *Cuſentia quater mille paſſuum ambitu perſtrin-*
„ *gitur, quatuor millibus larium illuſtrata, duode-*
„ *cim & ultra millia mortalium capita alit, vulgo*
„ Coſenza *nuncupata, & immediate Catholici re-*
„ *gis veneratur faſces. Ea eſt tocius regionis prin-*
„ *cepi ſedes, ibique reſidet regium tribunal. Poſt*
„ *ejus excidium an. 695. perbelle inſtaurata arcem*
„ *in propugnaculum babet, nobiliſſima ædificia, &*
„ *palatia, & tria ſuburbia, tres item magnifices*
„ *pontes ſuper amues, quibus circum alluitur. Or-*
„ *natur peculiari ſedili pro ſuis nobilibus, & inge-*
„ *nuis civibus, ubi in annum creatur civitatis Ma-*
„ *giſtratus: & hoc unum et feliciſſimè contigit, quod*
„ *ſemper immunis à Baronum, & Regulorum do-*
„ *minatu agnovit tantum Imperatorum, Regum, &*
„ *ſupeemorum Principum arbitrium. Antiquior ejus*
„ *Cathedralis Eccleſia ſub invocatione S. Pancratii*
„ *martyris erat in arce, ſecus quam primævæ fun-*
„ *dationis exurgebat Cuſentina civitas in loco nun-*
„ *cupato Pertaplaxa: ſubortis deinde terræmotibus,*
„ *& quaſſata ſimul cum Cathedrali civitate, ea,*
„ *quæ nunc cernitur, exerta eſt. Nunc autem in*
„ *umbilico civitatis Metropolitana baſilica titulo*
„ *Deiparæ Virginis in cęlum Aſſumptæ aſſurgit, in*
„ *qua ſacris miniſtrant quatuor dignitates, aliique*
„ *canonici ſeptemdecim, ex quibus unus præbenda*
„ *Theologali decoratur, ſexdecim Beneficiati, quo-*
„ *rum unus eſt ſubcantor, qui divina modulantibus*
„ *quotidie præeſt, aliique Hebdomadarii choro item*
„ *ſervientes, & presbyteri, clericique inferiores.*
„ *Cura animarum totius civitatis Cathedrali adhæ-*
„ *ret, & aliquando per Dignitates, aliquando per*
„ *Canonices, & aliquando per Hebdomadarios ſu-*
„ *ſtinetur, quam confert Archiepiſcopus per ſynoda-*
„ *lem concurſum, & qui eam exercet, nuncupatur*
„ *Capellanus major, qui ab aliis etiam coadjuva-*
„ *tur. Tres aliæ parochiales extant in ſuburbiis.*
„ *Regularium ſacra ſepta virorum duodecim nume-*
„ *rantur, in his ex ordine Aſſiſienſis Franciſci quin-*
„ *que, Conventualium, Obſervantium, Strictiorie*
„ *Obſervantiæ, Capuccinorum, & tertii Ordinis,*
„ *cætera ſunt Ordinis Prædicatorum, Carmelita-*
„ *rum, Diſcalceatorum S. Tereſiæ, Minimorum Pau-*
„ *litani Franciſci, Collegium Societatis Jeſu, &*
„ *Domus Clericorum Regularium Theatinorum; &*
„ *ex ordine S. Benedicti Ciſtercienſes alii Cuſentiæ,*
„ *alii tertio ab hac urbe lapide in monaſterio S. Ma-*
„ *riæ de Succurſu nuncupato inhabitant. Sanctimo-*
„ *nialium verè cœnobia ex ordine nigrorum S. Bene-*
„ *dicti duo, unum Ciſtercienſium, & quartum Ca-*
„ *puccinarum, & conſervatoria ad Virgines, quæ*
„ *adhuc ſæculo non abrenunciarunt, enutriendas,*
„ *earumque pudicitiam tuendam, nec non recepta-*
„ *culum pro mulieribus ad meliorem frugem conver-*
„ *ſis. Extat præterea commenda S. Jo. Hieroſoly-*
„ *mitani, & Abbatia S. Michaelis Archangeli, &*
„ *aliæ in diœceſi commendari ſolitæ. Nec deſunt*
„ *Clericorum ſeminarium, Xenodochium, Mons*
„ *Pietatis, pluraque Laicorum ſodalitia.*
„ *Diœceſis Cuſentina per longitudinem protrahi-*
„ *tur ad duas dietas, & ad unam per latitudinem.*
„ *In ea ſunt Ballivæ, quas vocant, ſeu Prætoriæ*
„ *civitates 21. Prima Balliva eſt Caſtellonum, vul-*
„ *go* Caſtiglione, *cujus tria ſunt Caſtra,* Caſtello-
„ num, *ubi eſt Eccleſia S. Mariæ de Ulmo cum reſi-*
„ *dentia unius Parochi, & Fratrum Capuccinorum*
„ *conventus,* S. Benedicti, *cum Parochiali Eccle-*
„ *ſia S. Antonii Abbatis, &* S. Petri de Guccano
„ *cum Parochiali Eccleſia S. Mariæ in Hieruſalem.*
„ *Altera Balliva habet duo Oppida, quorum alte-*
„ *rutrius gaudet nomenclatione, ſuntque* Cornu,
„ Altavilla, *&* Lappanum; *hujus Eccleſia S. Jo.*
„ *Baptiſtæ dicatur, ea Altavillæ B. M. V. in cęlum*
„ *Aſſumptæ cum ſuis parochis. Tertia Bajulatio eſt*
„ Zumpanum *cum tribus pagis, & ſuis parochis.*
„ *Caſtrum principale nuncupatur* Lompanum, *cu-*
„ *jus parochialis Eccleſia S. Georgii M. ſacra eſt, ibi-*
„ *que cœnobium Fratrum Eremitarum Ord. S. Au-*
„ *guſtini. Quarta Prætoria* Rubeti *ſub ſe tria con-*
„ *tinet Caſalia; unum ex eodem Prætoriæ nomine,*
„ *& dividitur in* Rubetum ioſerius, & ſuperios,
„ *ambo cum Eccleſia S. Barbaræ V. & M. & tribus*
„ *parochis pertinentiis; ibidem eſt Monaſterium*
„ *Fratrum Franciſcanorum ſtrictioris obſervantiæ,*
„ *& alterum ſuppreſſum Ord. S. Auguſtini S. Mariæ*
„ *de Planetis. Habet etiam caſtrum* Mottæ *cum pa-*
„ *rochiali Eccleſia S. Nicolai, & caſtrum* Flavetti
„ *item cum ſuo parocho in Eccleſia S. Mariæ de Ni-*
„ *ve. Quinta Balliva eſt* Cœlicum, *cujus præci-*
„ *puum oppidum appellatur* S. Michaeli Archan-
„ gelo; *ejuſdem princeps Eccleſia nuncupatur, in*
„ *qua tres ſunt presbyteri, qui animarum curam*
„ *gerunt; eumdem locum incolunt Capuccinorum,*
„ *& Prædicatorum ordinis fratrum ſepta. Alterum*
„ *caſtrum* Minoritum *eſt cum Eccleſia S. Nicolai My-*
„ *renſis, & uno parocho. Sexta Balliva eſt* Spatria-
„ num Magnum *cum unico oppido ejuſdem nominis,*
„ *duas habens parochiales Eccleſias. Dignior eſt ea*
„ *S. Blaſii ſub cura quatuor Parochorum, olim verò*
„ *ſex erant, ut de an. 1556. ex regeſt. Archiv. Ar-*
„ *chiep. altera S. Petri cum ſuo parocho. Hic extat*
„ *tertium Minimorum cœnobium à S. Franciſco Pau-*
„ *litano excitatum. Septima Prætoria* Spetianum
„ parvum *eſt, & decem complectitur caſtra cum ſuis*
„ *parochis, videlicet* Macchia, *ubi monaſterium*
„ *olim Ord. S. Auguſtini;* Macchiſium, *&* Spetia-
„ num parvum *cum cœnobio Minorum Conventua-*

lium,

lium, & hoſpitio pro peregrinis, Caſulæ, & ibidem olim S. Auguſtini conventus extabat, Pietatis Mons cum dote pro nubendis puellis familiæ de Ferrariis, Scalciatorum cum monaſterio Ordinis Ciſterclenſis, Triginta, Ferroccium, Cribraccium, Verticillum, Mallium, ubi pariter Auguſtinienſium olim viſebatur conventus. Octava Ballivæ, ejuſque caſtrum præcipuum eſt Pedacium, & ibi nobilis ſculcturæ primarium templum decoratur ſub invocatione Ss. Apoſtol. Petri, & Pauli cum tribus parochis, duobus Regularium cœnobiis Capuccinorum, & Minimorum. Caſtrum Jottæ quoad ſpirituale regimen pendet ab antedicta Eccleſia, licet ibi alia extet S. Mariæ de miſericordia ſub jurisdictione capituli, & Cardinalis Archipresbyteri Lateranenſis Romanæ Baſilicæ. Serra Eccleſiam habet S. Donati, duos parochos, atque Conventum Ordinis S. Dominici. Peritum Eccleſiam habet B. V. in cœlum Aſſumptæ cum parocho, & duobus Capellis haud exigui proventus, & ibi Mons pietatis pro dotandis puellis. Nona Prætoria Petrafitta, in qua altera caſtrum ſui nominis ſunt duo alia S. Nicolai, & Vallonis, & in his duæ Eccleſiæ parochiales S. Nicolai cum duobus parochis, & S. Jo. Baptiſtæ cum ſuo parocho, & aſceteriis junatur fratrum minorum ſtrictioris Obſervantiæ: deploratque ſuppreſſa ob pauperiem duo alia. Duo alia ejuſdem Ballivæ oppida ſunt Tertianum, cujus Eccleſiam S. Confeſſor Nicolaus ex ſuo nomine condecorat, & proprium animarum rectorem habet: alterum oppidum, ejuſque parochialis Eccleſia S. Hippolyti eſt ſub cura unius Rectoris. Decima eſt Apriliani cum 11. pagis, ſuntque Carignanum, Grupa ſub uno animarum rectore, S. Stephanus, Curtis, Pyrrhus, Auguſtus inferius, & ſuperius, Vicus, Guarnum, Petronum, & S. Nicolaus. Undecima eſt Dominicorum cum ex eodem nomine duobus pagis Inferiori, & Superiori, & cœnobio fratrum Minorum Reformatorum. Duodecima Bajullatio Tillenum dicitur cum duobus Monaſteriis S. Dominici, & Minorum Reformatorum, Cellara cum hoſpitale, & caſtrum Planarum, ubi adeſt Mons pietatis pro dotandis puellis. Tertiadecima eſt Mangonum, quæ & pagum Mangoni, & S. Stephani præfert. Quartadecima Roblanum: quatuor complectitur Caſalia, ipſum Roblanum cum tribus parochis, duobus Fratrum Cœnobiis Ord. Prædicatorum, & Capuccinorum, Hoſpitale, & monte Pietatis: Martiorum ſuperius, & inferius, atque Curtis. Quintadecima Prætoria Carpantianum, & ejus unicus is locus eſt cum Eccleſia S. Felicis, & duobus parochis, atque fratrum minorum Conventualium cœnobio. Decimaſexta Altilia, ubi ex eodem nomine pagus cum ſuo parocho, & cœnobiis Conventualibus: aliud Caſale Majonum eſt cum unico parocho. Decimaſeptima Grimaldum caret Caſalibus; duos habet parochos in Eccleſia SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Conventum Minorum Reformatorum. Duodevigeſima Balſitum eſt cum Melito Caſali, & ſuis parochis. Undevigeſima Paternum cum quatuor pagis Merenda, Capora, Calendino, & Caſole vulgo di Baſſo, quod in Eccleſia S. Jo. Baptiſtæ duos parochos admittit, & ubi extat ſecundum cœnobium extructum à S. Franciſco de Paula. Vigeſima Dipinianum cum hiſce locis, Vipiniano, Vicioſo, Capocaſali, Muſcano, & Motta. Sed Mottam terræ motus proſtravit omnino an. 1638. die 17. Martii, & ſola ſuperſtes eſt Eccleſia. In eo Capocaſalis adſunt Mons pius ad pauperum levamen, & Franciſcani inſtituti Cœnobia Capuccinorum, & Reformatorum. Ultima per circulationem, & gyrum à ſupradictis Ballivis in centro Cuſentiæ eſt Texanum ſub ſe continens Texanum Serra cum ſuo parocho in Eccleſia Aſſumptæ in Cœlum Deiparæ, & Texanum Pulſanum, ubi in Eccleſia S. Mauri adeſt animarum Rector, & Caſale Laurinianum cum Parocho in Eccleſia S. Elivarii, & Sanctimonialium clauſtro, vulgo le Capuccinelle.

Oppida verò, ſeu Terræ, atque etiam quæ civili jure civitatis gaudent ſive in maritimis, ſive in mediterraneis, & in extremis diœceſis ſunt; Guardia olim Calviniſtica, ſeu Lutherana labe inſperſa, nunc ab omni ex Demoniaca fæce expurgata habet Eccleſiam cum ſuo parocho ſub vocabulo S. Andreæ Apoſtoli, nec non Cœnobitarum ex Ordine S. Dominici clauſtrum: Fuſcaldum, cujus templum cum duobus parochis S. Apoſtolo Jacobo Majori ſacrum eſt, & ibi conventus S. Franciſci Paulitani. Pauli, ubi primum coruſcat Minimorum cœnobium à S. Patre Franciſco excitatum: & decoratur inſuper aliis Regularium ſacris ſeptis Prædicatorum, Eremitarum S. Auguſtini, & Capuccinorum, atque collegio Societatis Jeſu, Hoſpitale, Monte Pietatis, & ædificiorum venuſtate. Primarium vero templum titulum habet Annuntiationis B. V. M. ſub cura, & regimine ad animarum ſalutem quatuor Rectorum. Terra S. Nuccii parochiali Eccleſia gaudet ſub invocatione S. Jo. Baptiſtæ cum unico Rectore, & conventu Fratrum Minorum de Obſervantia. Mons Altus Epiſcopalis ſedes ſuppreſſa, de qua in X. tomo agemus. S. Felix, Reudartum, Maranum, Caſtrum Francum, Ceriſinum, Monticinum olim Pandoſia celebris urbs, Oppidum Caruleorum, Domanicum, Maranum, Lacus, ubi Monaſterium Diſcalceatorum S. Auguſtini, & S. Joannes in Flore ita nuncupatum à Monaſterio ibi conſtructo à B. Joachimo Ordinis Ciſterclenſis.

Et hæc eſt jurisdictio Cuſentini Archipræſulis, cujus ſacrum regimen habet ſub ſe tres civitates, videlicet Cuſentiam, Montemaltum, & Paulam, Ballivas, ſeu Prætorias 21. in quibus ſunt Caſalia, ſeu pagi, vel caſtra 73. Oppida, ſeu terræ tum in maritimis, tum in mediterraneis 16. In his omnibus extant Parochiæ, ſeu beneficia curata 92. Parochi cum duobus Abbatibus S. Sixti, & S. Joannis Florenſis 120. Monaſteria ſuppreſſa 15. quæ exiſtunt virorum 59. Sanctimonialium, & Conſervatoria 10. Hoſpitalia 10. Montes Pii 11. Montes pro dote puellarum 5. Clerus verò univerſus diœceſis Cuſentinæ in ſignum homagii, debitæque reverentiæ ſingulis annis in die Aſſumptionis B. V. M. & per ejus octavam Cuſentiam venit, & certis interpoſitis cæremoniis, & oblationibus ſuam Archipræſuli pro tempore exiſtenti, ejuſque ſponſæ Eccleſiæ obedientiam præſtat. Lucentius.)

I. (N. . . . primus Cuſentiæ Epiſcopus ordinatus à S. Stephano Rhegino Antiſtite, cum ad Brutios, Coſentiamque venit miſſione impetrata ab Apoſtolo Paulo. Cuſentiam igitur ſua prædicatione qui ad Chriſti fidem adduxerat, ſacrorum Antiſtite etiam munivit. Latet nobis quis ille fuerit. Sunt qui pie optaantur hunc Sueram Epiſcopum illum fuiſſe, qui una cum Stephano Rhegino per orbitam martyrii fidem, quam plantaverat, ſanguine effuſo, pallente Idololatria purpurarunt, ut in hiſtoria paſſionis eorumdem, de qua infra in Rheginenſium ſerie. Deinceps ſatis jejune, & interrupte per plura ſæcula protrahitur Catalogus iſte.

II. MAXIMUS, & SEVERUS Epiſcopi Brutii, quibus ſcripſit Innocentius I. Papa, ut apud Labbeum tom. 2. Concil. Interfuerunt etiam Concilio Provinciali coadunato ab Hilario Epiſcopo Rheginenſi an. 434. ut de eo Ughellus in Rheginenſium Catalogo. Primus, vel alter Cuſentinus cenſetur Epiſcopus, cum antonomaſtice Brutiorum nomine princeps eorum civitas interpretetur Cuſentia. Lucentius.)

III. 1 PALUMBUS Cuſentiæ Epiſcopus florebat anno Chriſti 599. ad quem extat Magni Gregorii epiſt. 47. lib. 7. Ind 2.

IV. 2 JULIANUS Concilio Conſtantinopolitano interfuit ſub Agathone Papa anno 680. Poſt hunc per aliquot ſæcula nomina Epiſcoporum deſiderantur.

RO-

V. 3 ROFREDUS *a* Cuſentinus Epiſcopus interfuit Synodo Romæ celebratæ à Zaccharia Papa anno ſal. 743. Apud Baronium in recenſione Præſulum, qui interfuerunt Synodo Anfredus Tarentinus vocatur; ſed cum ipſe ingenue fateatur, Epiſcopos, qui ſubſcribuntur, mendoſiſſime recenſeri in pluribus, quæ viderit, exemplaribus, placuit exſcribere, quos vetuſtiſſimus codex Bibliothecæ Caſinenſis litteris Longobardis conſcriptum notavit. *Aufridus Coſentias*.

a Al. Aufridus, ſeu Anfredus.

VI. 4 ISELGRIMUS Epiſcopus Cuſentinus cum Godelperto Abbate S. Vincentii de Vulturno quaſdam commutationes fecit ex Chron. S. Vincentii de Vulturno lib. 4. Godelpertus obiit an. 920. paulo ante Epiſcopus Iſelgrimus florebat.

VII. 5 PETRUS hujus Eccleſiæ Archiepiſcopus à Leone IX. Papa creatus ſub eodem defunctus anno 1056. teſte Lupo Prothoſpata in Chron. Neſcitur verò, an Petrus iſte primus fuerit omnium Archiantiſtitum Cuſentinæ Eccleſiæ, an vero alius eum præceſſerit, & quo præciſè anno, quibuſve ſolemniis facta ſit prima ipſius Metropolis fundatio, ac inſtitutio; cenſetur tamen mutatio hæc ſub Gregorio IX. (1) vel paulo ante accidiſſe.

VIII. 6 ARNULPHUS, qui & Roduiphus dicitur, Normannorum ſanguinis periluſtre germen ante annum 1092. Archiepiſcopus Cuſentinus creatus ſummam aliquando gratiam Rogerii Calabriæ & Siciliæ Ducis collegit, cujus donationi factæ Eccleſiæ Catanenſi ſe ſubſcripſit anno 1092. Ind. 15. 5. Id. Decembris. Exemplar conſcripſit, & edidit Rocchus Pyrrhus in notitia ejus Eccleſiæ. Confirmationem oppidi S. Lucidi, olim ſuis anteceſſoribus ab eodem Rogerio Duce elargiti obtinuit anno 1093. Authographi exemplar extat in Archivio Canonicorum in hæc verba.

In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis.

Rogerius Dei gratia Dux Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ confirmo & ſtabiliter largior, & dono tibi Domino Araulpho Archiepiſcopo tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum quidquid pater meus tuis prioribus Archiepiſcopis Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Coſentiæ gubernantibus dedit, ſcilicet omnem decimationem victualium & beſtiarum, & omnes Eccleſias veſtri Epiſcopatus cum Presbyteris tam Græcis, quam Latinis, & cum omnibus rebus eis pertinentibus filiis denique atque hæredibus eorum, & caſtellum ſancti Lucidi cum omnibus rebus ſibi pertinentibus. Item de Menſunio inde ejus pertinentiis ſimiliter iterum noviter concedo tibi, & dono D. Arnulpho Archiepiſcopo eandem s. Mariam Eccleſiam regenti, tuiſque ſucceſſoribus cunctas leges ſpiritualiter tibi pertinentes jure Eccleſiaſtico, & decimas omnium ſolidorum judiciorum, ac tributorum. Hæc omnia ſuprascripta confirmo, & ſtabilio, ut omni tempore firma, & inconcuſſa permaneant. Quicumq; vero hoc noſtrum præceptum temerario auſu violare præſumpſerit Stratigus videlicet, ac vice Comes, Troncarem plazearum ſe noſtræ Curiæ decem libras auri puriſſimi ſciat compoſiturum, atq; ſit maledictus, & excommunicatus à Deo Patre Omnipotente, & ab omnibus Sanctis ejus. Et ut hæc noſtra conceſſio permaneat, Petro noſtro nomine ſcribere præcepimus.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo tertio, Ind. 1. Kal. Aprilis.

Ego Rogerius Dux.
Ego Robertus filius Roberti Ducis.
Ego Formundo de Ruſiane.
Ego Melinoſiona.
Ego Marinus Imperialis Magiſter atque Stratigo.
Ego Balduinus.
Ego Richardus filius Triſtain.

Arnulphus is ille eſt Archiepiſcopus Cuſentinus, qui cum poſt aliquot annos, ut Petrus Diac. lib. 4. cap. 49. Chron. Caſinen. narrat, ejuſdem Rogerii indignationem incurriſſet, ab ipſo è ſede ſua turbatus, coactus fuerat Monachus fieri Caſinenſis Cœnobii; ſed ille diu injuriam paſſus, jamque defuncto Rogerio, in Ceperani Synodo à Paſchali Papa II. celebrato, adverſus eundem Comitem conqueſtus eſt de violentia ſibi illata, injuſtaque ejus depreſſione. Ubi vero Paſchalis ad Caſinenſem Abbatem pertinere ex privilegio iſta cognovit, per eum quæſtionem dirimi voluit, qui ad pedes Pontificis veſtes Monaſticas deponi juſſit, ſic liber eſt permiſſus abire. Reverſus ad ſuam Eccleſiam, in gratiã Guillelmi Ducis Rogerii filii deinde illum rediiſſe fatendum eſt, cum ab ipſo, quæ pater ejus eidem & Eccleſiæ Cuſentinæ olim conceſſerat, novo privilegio exornatus, confirmationem accepit anno 1113. ab incarnatione, qui 1114. erat à nativitate, quo anno celebrata eſt Ceperani Synodus apud Baronium. Inſcriptum eſt autem indultum eo verborum tenore, quæ ſequuntur ex tabulario ejuſdem Eccleſiæ deſumpto.

In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis.

Guillelmus divina favente clementia Dux Rogerii glorioſi Ducis hæres & filius.

Nos ab omnium conditore, & gubernatore dignas mercedes credimus accepturos ſi ſanctis, & venerabilibus locis curam impenderimus, & quod ab eorum cultoribus poſtulati fuimus bono, & ſincero animo præbuerimus; ob amorem ergo Regis cæleſtis per quem ſubſiſtimus & regnamus, propter redemptionem etiam animarum ſupradicti patris mei, & avi mei Roberti magnifici Ducis, aliorumque noſtrorum parentum, ſed & propter noſtram ſalutem poſtulationibus Domini Arnulphi venerabilis Archiepiſcopi civitatis noſtræ Cuſentiæ digne aures accomodantes, concedimus & per hoc noſtræ Ducalis poteſtatis ſigillum confirmamus eadem in honorem Dei Genitricis Mariæ conſtituta in eadem civitate Cuſentiæ, & eidem Domino Arnulpho venerabili Archiepiſcopo ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum habendum, & poſſidendum in perpetuum quicquid ſupradictus pater meus R. Dux eidem Eccleſiæ, & ipſi Archiepiſcopo ſuiſque prioribus Archiepiſcopis dedit, & ſuum per ſigillum firmavit, ſcilicet omnes decimationes victualium, & beſtiarum noſtrarum, & omnes Eccleſias ipſius Epiſcopatus, quæ Diœceſi jure pertinentes cum Presbyteris tam Græcis, quam Latinis, & cum omnibus rebus eis pertinentibus, & filiis atque hæreditatibus eorum, de Monticino quoque & ejus pertinentiis ſimiliter tibi concedimus. Concedimus etiam tibi cunctas leges ſpiritualiter ſibi pertinentes jure Eccleſiaſtico, & decimas ſolidorum de Judæis videlicet, ac tributis, ſeu de quibuſcunque noſtro jure pertinentibus ſcilicet jam dictæ civitatis etiam, & de plateis: hæc itaque omnia ſicut ſuprascripta ſunt ita tibi concedimus, & confirmamus, ut omni tempore firma, & inconcuſſa permaneant, quemadmodum jam dictus pater meus tibi dedit, & per ſuum ſigillum firmavit. Præterea pro redemptione animarum ſupradicti patris mei bo. mem. & avi mei atque aliorum noſtrorum parentum, & pro noſtra ſalute damus jam dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Archiepiſcopatus Cuſentiæ, & ſupranominato Domino Archiepiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus, & concedimus inde perpetuo habendos, & poſſidendos hos villanos in caſali Speciani Ioannes Curator, Andreas filius ejuſdem, Letus Ruſſo, Petrus nepos ejus Nicolaus de vinere, Michael de caſale. Joannes Congus, voto de ſivoterali, Petrus trigiuda Demonum, Andreas de Benedicti, Bonfilius de Votovolcanus. In caſali autem Lappani ſunt iſti Bonus Magiſter miles, Joannes Goviſi, Michael de Ruſſimanni, Joannes de Stephano, Joannes Beſinianen. Talarteus cum filiis, & hæredibus, & pertinentiis eorum commorantes in his duobus caſalibus. Et ut hæc omnia, vel ſupradicta leguntur à nobis noſtriſque hæredibus, vel ſucceſſoribus ita firma atque inviolabilia ſtabilimus, ut nullus aliquis hæredum noſtrorum, vel ſucceſſorum, nullus Stratigotus, vel Vicecomes, aut Judex nullus quilibet noſtræ reipublicæ miniſter nulla qualibet magnifica, parvaque perſona, quocumque tempore audeat

(1) Sed Gregorii præceſſiſſe tempora Archiepiſcopalem hanc Cuſentiæ dignitatem ex documento Sanctii undecimo loco enumerandi ad ſtrorem Mapi de Celico emanato habetur, cui ſe ſubſcripſit Sanctius Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus.

audeat violare, ſed ipſa Eccleſia, & idem Dominus
Archiepiſcopus ejuſque ſucceſſores ex jure quieto ha-
beant & poſſideant ſine omni humanæ perſonę contra-
rietate. Si quis autem hujus noſtræ conceſſionis, &
confirmationis quocumque tempore violator extiterit,
ſciat ſe compoſituram auri puriſſimi libras viginti,
medietatem Curiæ noſtræ, & medietatem ipſi jam
dictæ Eccleſiæ, ſine ipſius paginæ qualibet infirma-
tione. Quam ut firmiter obſervetur Joanni noſtro No-
tario ſcribere præcipimus, & noſtro eam ſigillo inſi-
gniri juſſimus.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo
tertio decimo, Ducatus autem noſtri ann. 11. Menſe
Febr. 6. Ind.

Ego Guillelmus Dux me ſubſcripſi.
Ego Richardus Seneſcalcus me ſubſcripſi.
† *Signum crucis propriæ manus Dragonis Abba-*
nelli.
† *Signum crucis ex manu propria Guidandi de*
Oeber.

Arnulphus deinde ann. 1127. obtulit Beato Bene-
B dicto, & Eccleſiæ Caſinenſi, teſte Petro eodem
Diac. c. 88. Eccleſiam in Pruda cum ſuis pertinentiis,
& ann. 1129. Kal. Febr. Panormi cum aliis Regni
Prælatis interfuit coronationi Rogerii Regis apud
Rocchum Pyrrhum ex Chronica cujuſdem ſuſpectę
fidei Maraldi. Nulla deinceps ejus extat memoria.
Intrepidi animi fuiſſe Arnulphum opus eſt aſſerere,
quippe qui qua fortuna, qua fortitudine Rogerii
Ducis ſævitiam confundere, & ſibi Vuillelmi filii
conciliare, Eccleſiamque ſibi commiſſam ſupra ſe-
xaginta, & amplius annos vario eventu viriliter
valuerit ſuſtinere: incertum tamen quo fato quove
anno & die obierit.

IX. (" *ARNULPHUS hujus nominis II. natione Ca-*
" *laber, vir nobilis, literis ornatus, & in rebus*
" *agendis eximia dexteritate præditus, qui una*
" *cum Lamberto Archidiacono Antiochiæ accuſavit*
" *Patriarcham ſuum circa an. Domini 1135. evaſit-*
" *que deinde Cuſentinus Antiſtes, de quo in hiſto-*
C " *ria de bello ſacro l. 15. c. 12. 14. & 16. Nec is fuit*
" *Arnulphus primus, cum iſte ex allatis monumen-*
" *tis ante ann. 1092. hac fulgens dignitate diutius*
" *deinceps in ea perduraverit, & præſens an. 1135.*
" *nondum ad eamdem vocatus fuerit. An primus*
" *cum ſecundo Arnulpho quoad annos pontificii regi-*
" *minis confuſus fuerit, perſpicuè animadverten-*
" *dum erit:* Lucentius.)

X. 7 RICHARDUS Archipræſul erat ann. 1166.
de quo aliud nihil, quam repertum nomen habetur
in faſtis Eccleſiæ. Defunctus circa annum Domini
1168. (" *Ad hunc ſcripſiſſe creditur Alexander III.*
" *epiſtolam decretalem in cap.* Continebatur.)

XI. 8 SANCTIUS Cuſentinam Eccleſiam regebat
ann. 1169. menſe Septemb. Ind. 2. ex monumento
ejuſdem Eccleſiæ tranſumpto ab autographo juſſu
Opizonis Archiepiſcopi in hæc verba.

Ego Riccardus Notarius de mandato D. Obizonis
vener. Cuſentini Archiepiſcopi quoddam inſtrumen-
tum à Judice Jacobo de Cœlico exhibitum tranſum-
D *pſi, cujus tenor talis eſt. Anno Dom. Incarnationis*
1169. menſe Septembr. 2. Indict. anno vero Dom.
Guillelmi Dei gratia magnifici, & glorioſiſſimi Re-
gis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Ca-
puæ, filii quondam glorioſi Regis Guillelmi, ter-
tio feliciter. Amen. Quoniam de Inſtitutione red-
ditus, quem Notarius Maurus de Cœlico matri Ec-
cleſiæ Cuſentinę ſedis annuatim ex ejus perſolvendus
dominio, litigium apud eandem Eccl. vertebatur, ac
ab hoc modo conſurgeret majus inde litigium, & cauſa
effugiendi litem & contentionem, & ut idem Notarius
Maurus impetrando veniam ab eadem Eccl. ſemper
ineſt miſericordia, redditum cum patientia redderet,
& quem diu prædictæ Eccl. utile ſervitium exercue-
rat. Ideo ego Sanctius Dei gratia Cuſentinæ ſedis Ar-
chiepiſcopus conſilio, & aſſenſu Capituli noſtri conſti-
tuimus, & concedimus tibi prænom. Notario Mauro
de Cœlico homini noſtro, ut tu, & tui hæredes ſingulis
annis nobis, vel noſtris ſucceſſoribus, ſolidum unum

A *tantum reddatis; & tibi, vel tuis hæredibus nullum*
ſervitium, vel alium redditum nos, ſeu noſtri ſuc-
ceſſores quæramus. Si autem aliquis aliquando ad-
veniente tempore tibi, vel tuis hæredibus hanc no-
ſtram conceſſionem, & inſtitutionem temerario auſu in-
fringere voluerit, & eam non obſervaverit, vincu-
lo anathematis innodetur, & æternæ mortis caſibus
mancipetur. Pro tua vero tuorumque hæredum ſecu-
ritate Alexandro Notario ſacri Epiſcopii, totiuſq; Cu-
ſentię taliter hanc cartulam noſtræ conceſſionis ſcri-
bere juſſimus per menſem, & Indictionem ſuper not.
Ego Sanctius Dei gratia Cuſentinus Archiepiſco-
pus me ſubſcripſi.
Ego Guido Decanus teſtis ſum.
Ego Mamechus Theſaurarius.
Ego Philippus Canonicus.
Ego Richardus Canonicus.
Ego Philippus Canonicus me ſubſcripſi.
† *Ego Obizo Archiepiſcopus Cuſentinus prædi-*
ctum inſtrumentum tranſcribi feci, & huic
B *tranſumpto per omnia ſimili ſubſc.*
† *Ego Joannes Archidiaconus Cuſentinus, viſo,*
& perlecto authentico huic ſcripto ſſ.
† *Ego Guillelmus Cantor Cuſentinus, viſo, &*
lecto authentico, huic tranſumpto ſſ.
† *Ego Guillelmus de Follino Cuſentinus Canoni-*
cus viſo, & perlecto authentico, huic tran-
ſumpto ſſ.
† *Ego Jo. de Alais Cuſentin. Canonicus, viſo, &*
perlecto authentico, huic tranſumpto ſſ.
† *Ego Thomas de Matera Canonicus Coſentinus*
viſo, & perlecto authentico, huic tranſumpto ſſ.

9 RUFFUS claræ memoriæ Præſul confeſtim XII.
Sanctium ſubſequutus eſt circa an. ſalutis 1170. teſtis
fuit in quodam privilegio Guillelmi Regis an. 1171.
Interfuitque Lateranenſi Concilio Pręſide Alexan-
dro III. an. 1179. cum Michaele Marturanenſi ſuf-
fraganeo, cui ſubſcripſit. Qui quidem Ruffus credi-
tur eximiè ſediſſe annis 14. inde obiiſſe an. 1184. &
ritè quidem hic calculus cum Anonymi Caſinenſis
C Monachi Chronica cohæret, quę Ruffi miſerabilem
vitæ finem hiſce verbis commemorat. *An. 1184. No-*
no Kal. Junii Terræmotus adeo magnus, & terribilis
fuit per totam Calabriam in valle de Grati, & valle de
Sinu, ut Eccleſiæ culmen, & omnia ædificia murorum
corruerunt, & Ruffus Cuſentinus Archiepiſcopus,
& multi alii ſub murorum præcipitio ſuffocati ſunt.
Pro Ruffi exitu mirandum quomodo Joannes Pit-
ſeus, qui de Scriptoribus Angliæ ſcripſit, & Ro-
dulphus de Duceo Lindonenſis Decanus in imagi-
ginum hiſtoriarum libro, ſtatuerint Herebertum
Hoſchomum Anglum in Medelxaſia oriundum vi-
rum pium, & eruditum in Italiam profectum aſ-
ſenſu Regis Guillelmi Cuſentinum Archiepiſcopa-
tum accepiſſe, ibidem anno 1185. ex terræmotu
ſub ruinis Cathedralis una cum toto Clero, familia
ſua, maximaque civium parte obrutum diem ſuum
obiiſſe: cum hæc anno antea id accidiſſe Ruffo
Anonymus Caſinenſis tradat, eodemque anno ſuc-
ceſſorem accepiſſe Petrum ex tabulis ejuſdem Ec-
D cleſiæ habemus. Suſpicatus aliquando ſum Ruffum,
& Herembertum fortaſſis unum, & eundem eſſe,
ſed conjectura illa vacillabat, cum in monumentis,
& ſubſcriptionibus Ruffi nunquam Herembertus
legatur. Vixit iis temporibus, ac longo tempore
Compſanam Eccleſiam rexit Herembertus Præſul
ſanctiſſimus Guillelmi Regis familiaris, qui &
ipſe Lateranenſi Concilio ſub III. Alexandro inter-
fuit anno 1178. quem alii Anglum, alii Hiſpanum
fuiſſe tradunt, cujus venerabile corpus hoc noſtro
ſæculo in ea Cathedrali inventum, miraculis coru-
ſcavit, de quo Ferrarius in Catalogo agit an. Au-
guſti. Putarim ego illum extitiſſe Herember-
tum, de quo ſupra relati Angli ſcriptores, qui
Cuſentinum Archiepiſcopum faciunt, hallucinati
quippe ſimilitudine nominis civitatum, quem po-
tius Compſanum ſcribere, & melius debuiſſent,
ut in Compſanis Archiepiſcopis ſupra retulimus
tom. 6.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Amen.

Fridericus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Gratum Creatori noſtro munus offerimus, & beneficiorum e ſuæ gratiæ plenitudine perceptorum non videmur immemores, quoties ſacroſanctis Eccleſiis, & locis divino miniſterio deputatis mentis aciem vertimus, & ipſorum neceſſitatibus pietatis curamus ſtudioſe ſubvenire. Inde eſt quod cum tu venerabilis Abbas Joachime de Flore venires ad Curiam noſtram; expoſuiſti majeſtati noſtræ, quod in loco, qui dicitur caput Album in extrema parte Silæ, quæ adjacet civitati Cuſentinæ, quia ob maximam congeriem nivium, quæ fit ibi ſingulis annis, valde efficitur tibi difficilis, & periculoſus acceſſus, feciſti quoddam receptaculum ad refugium fratrum tuorum, qui pro rebus neceſſariis exinde frequentius tranſire coguntur, quam cæterorum, quos cauſa ſimilis ea parte tranſire compellit. Quia vero ipſius operis incrementum ex eo quod in modico expertus es, dignum Deo, & hominibus utile fore probaſti, ſupplicaſti celſitudini noſtræ, quatenus tibi ad ædificandam ibi libere domum religionis daremus liberam poteſtatem, & quod aliis conceditur in eiſdem partibus ſub redditibus conſtitutis Fratribus, qui ibi Deo ſervituri ſunt liberum ex omni exactione, & bajulorum noſtrorum calumnia concederemus. Nos igitur, qui in fovenda religione domus tuæ, paternæ, & maternæ munificentiæ, atque dilectionis jus hæreditarium poſſidemus, tam pro ſalute noſtra, quam pro remedio animarum illuſtris quondam Imperatoris patris noſtri, Sereniſſimæ Imperatricis matris noſtræ, preces tuas in hac parte duximus admittendas, concedentes, & ſucceſſoribus tuis liberam poteſtatem ædificandi in præfato loco, qui dicitur Caput Album domum Religionis ad honorem Dei, & utilitatem multorum, & ſtatuentes eidem domui liberam poſſeſſionem adjacentem ipſi loco per ſpatium mille paſſuum, tam in longitudine, quam in latitudine ſuo, & ut ipſius loci quietem nullus audeat in futurum temere perturbare, tam ipſum locum, quam Fratres, qui ibi Domino ſunt ſervituri, & Prælatum, qui ibi pro tempore fuerit conſtitutus ſecundum inſtitutionem Ordinis veſtri, & omnium bona eorum ſub noſtra ſpeciali protectione, & defenſione ſuſcipimus, prohibentes, ut nullus bajulorum noſtrorum, ſeu aliquis alius audeat ipſos Fratres de poſſeſſione eidem loco à majeſtate noſtra conceſſa aliquatenus moleſtare, aut aliquid exigere, vel extorquere; ſed totum eiſdem Fratribus conſervetur liberum ipſius domus uſibus profuturum. Ad hujus autem donationis, & conceſſionis noſtræ memoriam, & inviolabile firmamentum præſens privilegium per manus Philippi de Salerno Notarii, & fidelis noſtri ſcribi, & ſigillo noſtro cereo juſſimus communiri anno, menſe, & Ind. ſubſcriptis.

Datum in urbe felici Panormi per manus Gualterii venerab. Trojani Epiſcopi, & Regni Siciliæ Cancellarii, anno Dominicæ Incarn. 1200. menſe Martii, tertiæ Indict. Regni vero D. noſtri Friderici Dei gratia Illuſtriſſimi Regis Siciliæ, Duc. Apuliæ, & Principatus Capuæ anno ſecundo feliciter. Amen.

Locus † ſigilli.

Cæterum Bonhomi mentio clara habetur anno 1195. in quodam privilegio Conſtantiæ Imperatricis, & in alio ejuſdem ad favorem Eccleſiæ Cuſentinæ dato an. 1196. 23. Julii Ind. 14. exſcriptum ab exemplari tabularii ejuſdem Eccleſiæ.

Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ, Rogerio de Calo, & Conſtantino de Tauromento Magiſtro Duanæ dilectis fidelibus ſuis gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Venerabilis Cuſentinus Archiepiſcopus fidelis noſter expoſuit, & conqueſtus eſt celſitudini noſtræ dicens, quod cum jam alia vice noſtra ſerenitas bajulo Cuſentiæ præcipiendo mandavit, ut integras decimas noſtras tam de victualibus, quam de aliis redditibus noſtris Eccleſiæ perſolveret mandatum noſtrum, ut aſſerit diſtulit adimplere. Unde quia de A *voluntate Domini noſtri magnifici Imperatoris, & noſtra eſt, ut debitæ Dei Eccleſiis decimæ integrè & ſine diminutione ſolvantur, mandamus vobis, & firmiter præcipimus, quatenus omni mora, & occaſione ceſſante, decimas Cuſentiæ tam de victualibus, quam de aliis redditibus noſtris faciatis Eccleſiæ Cuſentinæ cum eodem bajulo noſtro integre, & ſine diminutione perſolvere, ut noſtra celſitudo de cætero nullum inde valeat audire clamorem.*

Datum Panormi 23. die menſis Junii 14. Indict.

Bonhomus anno ſequenti 1197. die 3. Aug. Ind. 15. teſtis fuit una cum Guillelmo Rhegino & Matthæo Capuano Archiepiſcopis, & Laurentio Siracuſano Antiſtite apud Cruſium Annal Saxoniæ lib. 12. cap. 2. Mentio Bonhomi item habetur in documento dato anno 1199. ad favorem Abbatis Joachimi, ſuique Florenſis Cœnobii contra Abbatem Trium Puerorum Geruntinæ Diœceſis, quorum cauſam de mandato Federici Regis recognovit, & Græcorum Monachorum audaciam repreſſit; tenor documenti talis eſt. B

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Nos Bonhomus Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus, & Riccardus Abbas S. Euphemiæ, Guillelmus de Biſiniano, & Alexander filius Guillelmi Regii vallis Gratis Juſtitiarii per hoc præſens ſcriptum notum facimus, quod veniens ad nos vener. Abbas Joachim attulit nobis litteras D. Bartholomæi Dei gratia vener. Panormitani Archiepiſcopi, & Domini Regis familiaris ita continentes. Dilectiſſimo in Chriſto fratri, & præcordiali amico ſuo Bonhomo Dei gratia vener. Cuſentino Archiepiſcopo. Dilecto in Chriſto fratri, & cariſſimo amico ſuo, Domino Riccardo venerabili Abbati S. Euphemiæ, D. Simeoni de Manſiſtra Capitaneo, & Mag. Comeſtabulo, atque Juſtitiario vallis Gratis, vallis Signi, & vallis Layni, D. Guillelmo de Biſiniano, D. Rogerio filio Jobelis, D. Alexandro filio Guillelmi Regiis Juſtitiariis, dilectis in Chriſto filiis, & cariſſimis amicis ſuis. C *Bartholomæus eadem gratia Panormitanus Archiepiſcopus, & D. Regis familiaris ſalutem, & ſincerum dilectionis affectum. Dilectus in Chriſto frater, & cariſſimus amicus noſter vener. Abbas Joachim occurrens nobis apud Neocaſtrum, conqueſtus eſt nobis de Monachis SS. Trium Puerorum dicens. Quod ipſi monachi ferentes ſecum arma multa fecerunt inſultum in Fratres ſuos, qui cuſtodiebant oves Eccleſiæ, & quoſdam quidam percuſſerunt, alios vero expoliaverunt. Deinde per dies aliquot congregati in majori numero cum multitudine armatorum invaſerunt ſuffraganeum monaſterium ejus, quod dicitur de bono Ligno, trahentes inde Monachos violenter, deſtruentes officinas ipſius monaſterii, & diripientes bona, quæ ibi inventa ſunt. Cumque præfatus Abbas, & Fratres ejus querimoniam deponerent, vos Juſtitiarii Cuſentini ſcripſiſtis eis, ut venirent ad juſtitiam faciendam, & prohibuiſtis eis ſub pœna centum unciarum auri, ne de cætero præſumerent invadere tenimenta Eccleſiæ monaſterii Floris, & nec ad juſtitiam* D *faciendam venerunt. Nec ab invaſione ceſſaverunt, ſicut dicitur. Præterea miſſæ ſunt eis ſimiles litteræ à Comite Raynerio Marchiſorte dicti temporis Calabriæ Capitaneo, & ad extremum à D. Legato, & nihilominus contempſerunt, ut dicitur, quin potius ducentes ſecum viros armatos per tenimenta monaſterii, multas violentias Fratribus ſuis, & moleſtias irrogaverunt freti quorundam hominum Curiæ conſilio, & auxilio, qui & ipſi, ſicut aſſerit, tenimenta Eccleſiæ, & terras contra prohibitionem, & Regis præceptum invadere præſumpſerunt. Perſeverante autem ſupraſcripto Abbate in petendo à nobis juſtitiam ſuper invaſionibus, & damnis, quæ paſſa eſt Eccleſia ejus, miſſæ ſunt vobis litteræ ex parte D. noſtri Sereniſſimi Regis præcipientes, ne tot exceſſus relinqueremus impunitos, ſed faceremus juſtitiam injuriã paſſis ſecundum, quod dictaret jus, & ratio poſtularet. Verum quia acerſitus à nobis vener. Abbas SS. Trium Puerorum, & juſſus venire, vel mittere ad nos*

apud ſanctum Maurum, ut in præſentia noſtra cauſa diffiniretur, nec mittere voluit, nec venire. Mandamus diſcretioni veſtræ, & ex Regia parte præcipimus, quatenus lectis litteris venerabilis D. Capuani Archiepiſcopi Regis familiaris, vobis inde tranſmiſſis, qui novit plenius radicem controverſiæ inter monaſterium Floris, & monaſterium SS. Trium Puerorum, quæ deciſa in Curia D. Imperatricis, poſt obitum ipſius, hanc ipſi Monachi SS. Trium Puerorum reſumere præſumpſerunt, & inquiſita de omnibus veritate, tam de contemptu mandati Regii, & noſtri, quam de illata violentia, & damnis præfato venerabili Abbati plenitudinem juſtitiæ exhibere cuncti, data prius ſayna rerum, poſſeſſionum, quibus, vel ipſi Monachi, vel homines Cavurii monaſterium Floris diſſagire præſumpſerunt; facientes eis nihilominus de ipſis hominibus Cavurii juſtitiam fieri, & de his qui facientes inſultum, vaſtaverunt monaſterium ejus de Bonoligno, & de cæteris, qui invaſerunt terras, & tenimenta Eccleſiæ, & de his, qui incedentes armati per tenimenta Eccleſiæ damna, & contumelias Fratribus intulerunt. Si autem, quod abſit, adhuc contumaces fuerint, tantum de rebus eorum capiatis, quantum digne ſufficiat ad reſtaurationem damni, & expenſarum, quas prædictus Abbas Joachim quærendo, & expectando juſtitiam, illiſque differentibus feciſſe comprobantur. Et de cætero ipſum monaſterium Floris, & Fratres ejus ab invaſione præfatorum Monachorum SS. Trium Puerorum, & hominibus Cavurii manere faciatis in pace. Quod ſi vos omnes his exequendis ſimul adeſſe nequiveritis, tres ſaltem veſtrum quos præfatus Abbas de Flore habere poterit, nihilominus exequantur. Datum Curiolani 25. Maii 6. Indictionis. Receptis autem litteris præfati Dom. Panormitani Archiepiſcopi, & ejus datæ ex parte ſententiæ, à nobis in reliquo confirmandæ pariturì maximè quod nobis Bonhomini Archiepiſcopo Cuſentino, & nobis Juſtitiariis vallis Gratis commendata eſſet Domus Floris à Summo Pontifice per ſacras litteras ſuas, ut eam à pravorum incurſibus tueremur. Ad hoc Abbas Joachim in utroque termino venit Cuſentiam, paratus audire ſententiam noſtram, & recipere juſtitiam ſuam ſecundum tenorem litterarum præfati Panormitani Archiepiſcopi. Abbas autem SS. Trium puerorum nec venit, nec miſit, qui reſponderet pro parte monaſterii ſui, ſed miſit tantum nuncium unum, qui diceret eum eſſe infirmum. Verum quia vener. Abbas Joachim, & Fratres ejus multos ſe jam terminos accepiſſe querebantur, & ſe multoties fuiſſe ſuo jure fruſtratos, & multas jam pro hoc ipſo feciſſe expenſas, & præſertim, quod hoc ipſum in litteris D. Panormitani Archiepiſcopi plenius continebatur, & ibidem dictata jam erat ſententia de contemptu, & dandi ſayna monaſterio Floris. Viſum fuit nobis, ut eædem litteræ legerentur in præſentia noſtra, & ſecundum tenorem earundem litterarum procederemus in cauſa. Quia vero, ut ſuperius oſtenſum eſt, in eiſdem litteris continebatur, quatenus litteras Capuani Archiepiſcopi, qui noverat à principio cauſam controverſiæ inter monaſterium Floris, & monaſterium SS. Trium Puerorum præfato D. Archiepiſcopo Panormitano inde tranſmiſſas legi faceremus, & agnita per eas veritate ſecundum earundem tenorem litterarum procederemus in cauſa. Lectæ ſunt eædem litteræ in noſtra præſentia, quarum inter cætera continentia talis erat. Reverendo plurimum in Chriſto fratri cariſſimo ſocio, & præcordialiſſimo amico ſuo D. Bartholomæo Dei gratia vener. Panormitano Archiepiſcopo, digniſſimo Regio familiari Mattheus eadem gratia Capuanus Archiepiſcopus, & ejuſdem D. Regis familiaris ſalutem, & intimæ dilectionis affectum. Ex tenore ſacrarum litterarum, quas Regia celſitudo nobis tranſmittit, honeſtati veſtræ ſatis innoteſcere poterit, quod Monachi Græci monaſterii SS. Trium Puerorum ſimul cum laicis, arma gerentibus invaſerunt monaſterium, quod olim Caloſuber, nunc Bonum Lignum vocatur, à vener. Abbate Joachim conſtructum, præcipitaverunt oratorium, & alias officinas ejuſdem, & quæcunque ibi invenerunt, diripuerunt in prędam: ea propter fraternitatem veſtram oramus attentius, & exhortamur in Domino, ut juxta prædictum ſacrum mandatum Regium, quod vobis exinde tranſmittitur, tantum inquirentes exceſſum, ſic animadverſione punientis ſententię litis procedere, ut delinquentibus ad pęnam, & audientibus ſit ad terrorem. Cæterùm ut partis adverſæ mendaciis cauſæ ipſius notitia diſcretioni veſtræ quomodolibet ſubtrahatur, nos, qui de cauſa ipſius plenius agnovimus, & teſtimonium veritatis in hac parte perhibere tenemur, charitati veſtræ notum facere voluimus, quod cum D. Imperator quondam à partibus iſtis recedens verſus Apuliam prima vice tenderet, tranſeunte ipſo per partes Calabriæ, ad ſupplicationes præd. vener. Abbatis, & confratrum ejus, quoddam tenimentum eis conceſſit, facto exinde privilegio ſuo. Deinde exiſtentibus nobis cum D. noſtra quondam Imperatrice in Siciliam veniente, Abbas prædicti monaſterii Ss. Trium Puerorum cum confratribus ſuis coram ejus præſentia quæſtionem movit dicens, partem ejuſdem tenimenti præfato vener. Abbati Joachim à jam dicto D. Imperatore. Ut dictum eſt, conceſſam, eis pertinere. Et cum propter hoc à loco S. Euphemiæ, ubi prius quæſtio ipſa mota eſt uſque ad Roccam Nicephorii utraque pars prædictam D. Imperatricem noſtram ſubſequeretur, in ejuſdem Curia ſententiatum eſt, ut privilegia utrinque exinde oſtenderentur, & pars illa, cui oſtenſa faverent privilegia, jus ſuum plenius obtineret, ut itaque ventum eſt apud Nicoteram, prædicta pars ipſius monaſterii Ss. Trium Puerorum confeſſa eſt, ſe nullum exinde privilegium obtinere, & ſic tandem per præd. D. Imperatricis Curiam jam dictum tenimentum prænominato vener. Abbati Joachim ſententialiter adjudicatum eſt, & per ejuſdem privilegium ſibi perpetuo confirmatum. In quo utique tenimento ipſe idem vener. Abbas prædictum monaſterium Boniligni poſtmodum ædificavit. Verumtamen multorum interveniantibus precibus; & quia pars utraque Religioni vacare videbatur, pro bono etiam pacis ſæpe dictus vener. Abbas prædicto monaſterio ſanctorum Trium Puerorum in aliis tenimentis ſuis paſcua pro animalibus eorum, & hominibus eorum eis laborare liceret ſub cenſu annualiter conſtituto annuit, & conceſſit. Quod totum jam dicti Monachi Ss. Trium Puerorum poſt obitum præfatæ Dominæ Imperatricis, ut prælegitur, infregerunt. Datum Panormi 3. Kal. Maii Indictionis ſecundæ. Lectis igitur utriuſque Domini Curiæ litteris, Nos quatuor, qui in ſtatuto termino ſimul adeſſe potuimus, cum Dominus Simeon, Magiſter Capitaneus, & Magiſter Juſtitiarius, & Dominus Rogerius filius Jobelis Juſticiarius, ſervitiis Regiis innodati nobiſcum adeſſe nequiverint, juxta mandatum D. Panormitani Archiepiſcopi procedentes in cauſam, convocatis, nobiſcum diſcretis viris, tam Eccleſiaſticis, quam laicis, & conſiderata diligentius veritate, ac tenore utrarumque litterarum, ſententiam, quam D. Panormitanus Archiepiſcopus dictaverat, ſtuduimus executioni mandare, dantes perpetuam ſayſinam juxta mandatum ipſum vener. Abbati Joachim, & monaſterio ejus totius tenimenti, & locorum, de quibus quæſtio vertebatur inter Monaſterium Floris, & monaſterium Ss. Trium Puerorum, ſecundum quod conceſſum ei fuerat à D. Imperatore, & confirmatum à D. Imperatrice per privilegia ſua, & ſecundum quod continetur in litteris præſcriptis D. prædicti Capuani Archiepiſcopi Domini Regis familiaris, tam ſcilicet de loco, qui olim dictus eſt Caloſuber, nunc autem Bonumlignum, & de alio loco, qui dicitur Faradonius, quam de cæteris tenimentis, & terris, quæ ipſi Monachi, vel alii invaſerunt contra tenorem privilegior. ſuorum; & miſſis nihilominus juris idoneis eos in corporalem induci fecimus poſſeſſionem. Ad hoc præſ. Abbati Ss. Trium Puerorum terminum dedimus peremptorium, quo ſuper invaſionibus, & dãnis Floris monaſterio irrogatis ſuper contemptu etiam, quod toties citatus, nec venire, nec reſponſalem deſtinare curavit, paratus ad reſpondendum noſtro ſe conſpectui repræſentet, vel ſufficientem

curet

curet mittere reſponſalem, qui vice ſua omnia ſuſcipiat, quæ fuerint à nobis juſtitia dictante proviſa. Quod ſi adhuc venire contempſerit, aut reſponſalem neglexerit deſtinare, ſecundum quod in litteris D. Panormitani continetur, eum in rebus Eccleſiæ ſuæ decrevimus puniendum. Et ne, quod abſit, præfatus Abbas, & Monachi Ss. Trium Puerorum aliquo ſuperveniente tempore, contra hoc, quod diffinitum fuit in Curia D. Imperatricis ſecundum quod teſtimonium perbibet D. Capuanus Archiep. D. Regis familiaris, tenimenta, & poſſeſſiones conceſſas per Privilegia monaſterio Floris, ulterius, quaſi ſua, invadere, aut intrare præſumant, aut aliquam inde quæſtionem movendo, Abbatem, & Fratres Floris inde ulterius fatigare, eidem Abbati Floris, & monaſterio ejus præſens ſcriptum fieri fecimus in teſtimonium per manus Aymerii Notarii D. Guillelmi de Biſiniano Juſtitiarii, noſtris, & ſubſcriptorum virorum, qui interfuerunt, manibus roboratum. Anno Dom. Incarn. 1199. menſe Junii, 2. Indictionis.

Ego Bonhomo Cuſentinus Archiepiſcopus.
Ego Riccardus S. Euphemiæ Abbas.
Ego Hunfredus S. Marci Epiſcopus interfui.
Ego Guillelmus de Biſiniano Juſtitiarius.
Ego . . . Græcis caracteribus ſcriptum nomen, & ideo, &c.
Ego . . . Græcis caracteribus, & ideo non tranſcriptum.
Ego Judex Rainaldus interfui.
Apulus, & Calaber conſcribor.
Ego Goffredus Magiſter domus Eccleſiæ Cuſentinæ interfui.
Ego Petrus Cantor.
Ego Virgilius ſanctæ Euphemiæ Archidiaconus, & Cuſentinus Cancell.
Ego Jacobus Cuſentinus Theſaurarius.
Ego Manfredus Cuſentinus Archidiaconus.
† . . . .
† . . . *Græca nomina ſcripta.*

Controverſia hæc perduravit ad annum uſque 1215. ac tandem à Luca Cuſentino Archiepiſcopo ſucceſſore ſedata eſt, latamque ſententiam Honorius III. ſuo diplomate confirmavit anno 1218. ut latius infra dicemus. Deceſſit Bonhomus circa annum Dom. 1200.

XII. 12 ANDREAS reperitur electus Archiepiſcopus Cuſentinus ann. 1201. in donatione, quam fecit B. Joachimo de Eccleſia S. Martini de Jove, alias de Canale prope Petrafictæ oppidum, in quo ſequenti anno 1202. die 30. Martii idem ſanctus vir Abbas Joachim ægritudine correptus ſpiritum Deo reddidit, ut ex diverſis documentis colligitur, ac præcipuè ex donatione Richardi Epiſcopi Tropejenſis facta Matthæo in Florenſi Abbatia ſucceſſore eodem anno Menſis Junii Indict. 5. ubi memoratur Joachim quondam Abbas Florenſis: donationem integram dabimus infra in ſerie Epiſcoporum Tropejenſium. B. Joachim venerabile corpus relatum ad Florenſem Eccleſiam, honorifice ab Andrea, & Luca Abbate Sambucinæ, mox in Cuſentina Eccleſia Andreæ ſucceſſore conditum fuit. Noſtro ſæculo officioſus quidam ad tanti Patris monaſterii, ac Ord. Florenſis fundatoris æternam memoriam hujuſmodi imparibus exornavit.

D. O. M.

Si licet aſtra viros ſuper almos carmine vates
Ferre: Joachim jam conſidet Empyreo.
Cælicolus naſcens parvulus magnalia geſſit,
Mundi dum vixit ſæcula factus homo.
Hic decus, & virtus Calabrum, quem corde cupita
Expulit ad Dominum maxima religio.
Parturiens orbi mirum Ciſtercia proles,
Ordinis in fontem protulit alma virum.
Florenſis genitor (quondam Curatia dona)
Floribus inſignis, florida templa dedit.
Quæ tanta haud repulit verax, & cunctn fovendo
Aſſumpſit mater tempore læta tuo.
Filius & genitor; vitis veneranda propago
Alta Joachim ſic maximus Orbe fuit.
Quæ cernis donis hominum, tum Principis egit
Sanctorum Dominum jam reparanda manent.
Nam tam dicta Patrum novit, qui nube fuerunt
Protecti, & vidit quæ peragenda forent.
Veridicus vates prædixit: multa fuerunt
Completa, ut monſtrat lumine facta dies.
Quæ ſcripſit matris cunctarum (jure) coegit
Eccleſiæ pedibus filius ipſe piis,
Omnia probantur, quæ vero pauca repellit,
Dictavit zelans ſimplicitatis amor.
Vita, quam tenuit præclara luce coruſcam
In terris, ſedes jubilat Empyrica.
Cerbereas fraudes fregit, mundique catervas:
Et carnem domuit bella cruenta gerens.
Plurima dum vixit (dicunt) miracula fecit.
Mortuus, & gratus gentibus, & Domino.
Carceris exutus vinclo cæleſtia ſervat
Munera qui Chriſti tempus in omne fuit.
Abbas Florenſis divinis floribus Abbas
Vixit & vivet laude perenne ſua.

Pro Joachimo plures ſcripſere auctores, inter quos multa eruditione, ac judicio æquè inſignis Franciſcus Bivonius in Apologia pro Flavio dextro ad reſponſa Penotti tripartitæ hiſtoriæ 86. Angelus Manriquez egregiè eundem vindicat à multorum calumniis tom. 3. Annal. Ciſtercienſis Ord. ad annum Chriſti 1211. quo putat, ſed perperam, illum obiiſſe. Noviſſimè amicus noſter Gregorius Laurus Abbas Sagittarienſis. Joachim ſcripta acriter vindicat. Joachim in Florenſi Abbatia habuit ſucceſſorem Matthæum virum ſanctimonia clarum anno 1202. qui deinde anno 1234. evaſit Epiſcopus Geruntinus: poſt ipſum ſucceſſere Abbates Sennes 1234. Orlanlandus 1259. Bernardus, Gerardus, Petrus qui ann. 1282. electus Epiſcopus Caſtellanetenſis nondum conſecratus exceſſit. Guillelmus 1290. Nicolaus 1315. Guillelmus depoſitus. Marinus 1331. Joannes 1338. Petrus 1356. Joannes 1371. Nicolaus 1392. defunctus 1406. Hieronymus, Carolus, Hippolytus; Joannes Evangeliſta 1470. ultimus Abbas Regularis. Ludovicus de S. Angelo primus Abbas Commendatarius.



13 LUCAS natione Campanus Monachus Ciſtercienſis, tunc Abbas Sambucinæ Andreæ immediatè ſucceſſit anno 1203. vel initio ſubſequentis. XIII. Hic vir ſingularis doctrinæ, & pietate inſignis, nec non Deiparæ Mariæ Virginis cultui addictiſſimus, Monachum induit in Caſæmarii ejuſdem Ciſtercienſis Familiæ apud Verulas illuſtri Cœnobio, ubi aliquando Prior effectus, cum B. Joachimo tunc Abbate Boratii ob ſimilitudinem morum, et ſtudiorum convenientiam, neceſſitudinem habuit; ab ipſo ſummopere adamatus in ſcribam electus eſt, et in Calabriam deductus apud ipſum diu manſit, ſuorumque ſtudiorum ſedulus coadjutor, donec in Abbatem Sambucinæ ſui Ordinis electus eſt in Diœceſi Biſinianenſi in Simeonis prædefuncti locum anno 1197. Auctor is fuit, ut in Caſſanenſi Epiſcopatu aquæ Formoſæ ſui Ord. Cœnobium exædificaretur. Henricus VI. Imper. & Conſtantia ejus uxor Auguſta, tum cæteri Principes illum tanquam virum

A prudentia, ac doctrina clariſſimum præcipua benevolentia ſunt proſequuti; inclaruit etiam ejus virtus apud Pontifices Maximos, & præcipue apud Innocentium III. In multis autem legationibus, quibus perfunctus eſt, ea celebrior fuit in Sicilia, & Calabria anno 1199. una cum Syracuſano Epiſcopo Laurentio, ut ſua predicatione cierent populos, & Crucem prædicarent in hoſtes Crucis, & ut à *Præſulibus* (verba ſunt Innocentii in litteris ad eos datis) *Siciliæ exigant camportioarm, quam it debebant pro acquirenda Terra ſancta, ac omnes, qui ad recuperationem prædictam transmeare vellent, ſigno Crucis ſignet, neque ſedtum vacantium proventus tribuat, atque ea etiam bona, quæ penes Monachos reperirentur, &c.* item ut *Hæreſiſmum Neophytorum evellere curet, &c.* Ceterum quam fidelem, quam fructuoſum operam nullis ſumptibus parcens, nullis laboribus injuncto muneri navaverit Lucas, quantumque, & quanta, cum dato ſibi Collega non ſolum prædicatione, ſed induſtria negotium promoverit, ex litteris ejuſdem Innocentii anno ſequenti ad eoſdem B datis in earum, quas accepiſſet ab ipſis reſponſionem ſimul & gratiarum actiones pro rebus actis, clare habetur. Idem poſtea Innocentius anno 1202. Lucæ per totam Italiam legationem committit ad prædicationem proſequendam; quam cum ardentiſſime proſequeretur, Andreas Archiepiſcopus fato defungitur circa finem anni 1203. vel initio ſubſequentis, tunc noſter Lucas celeberrimus verbi Dei declamator per Cleri collationem, & Innocentii III. conceſſionem Cuſentinum Archiepiſcopatum iniit congratulantibus cunctis qui probe hominem noverant: ſunt qui ſcribant ex noſtris Lucam electum fuiſſe anno 1212. ut Manriquea in Annal. Ciſtercienſis Ord. tom. 3. Gaſpar Jongellinus in Purpura D. Bernardi, hanc dignitatem Lucam inchoaſſe anno 1216. ſed hallucinationis illorum cauſa fuit, quod minime legerint, aut videre eis contigerit Lucæ quoddam documentum ad favorem monaſterii Florenſis, quod nos è Regiſt. Vaticano Honorii III. exC ſcripſimus, & re vera bene congruunt acta Lucæ cum noſtro calculo. Quippe annus 1215. fuit Lucæ Pontificatus duodecimus, unde nobis perſpicuum eſt, Lucam ſedem ſui Archiepiſcopatus inchoaſſe anno 1204. vel in fine 1203. En Lucæ documentum in Honorii III. Bulla inſertum, & comprobatum an. 1218. pont. an. 2. ex Reg. Vat. fol. 215.

Abbati, & Conventui Floren.

CUM à nobis petitur, &c. uſque *perducatur effectum. Ea propter, &c.* uſque *poſtulationibus annuentes, amicabilem compoſitionem initam ſuper tenimentis Silæ inter vos ex parte una, & Abbatem, & Conventum SS. Trium Puerorum Gerunt. Diœceſ. ex altera, coram ven. fratre noſtro Coſcutin. Archiepiſcopo, cujus arbitrio, & conſilio ſuper omnibus quæſtionibus, quas vos vel prædeceſſores veſtri habuiſtis hactenus pro tenimentis eiſdem, vos & pars altera, ſubjeciſtis, ſicut ſine pravitate proinde facta eſt, & ab utraque parte ſponte recepta, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; cujus compoſitionis tenorem de verbo* D *ad verbum duximus inſerendum. In nomine Domini æterni, & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti, ab Incarnatione ejus 1215. menſe Auguſti 3. Indict. Regni vero D. noſtri Federici Dei gratia Illuſtriſſimi Romanorum Regis ſemper Auguſti anno tertio, Regni autem Siciliæ anno 17. Regni quoque Dom. Henrici eadem gratia Illuſtris Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ ann. 4. feliciter Amen. Solent non immerito, imo de jure debent quæſtiones, quæ pro tempore agitantur, & ſive per judicium, ſive per concordiam terminantur, per ſcripturæ radium mandari notitiæ poſterorum, ne per oblivionis cumulum contentiones, vel ſcandala poſſint partibus iterari. Hac igitur conſideratione ducti, Nos Lucas Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus una cum Mag. Jacobo Decano, Michaele Theſaurario, Goffredo Canonicis Eccleſiæ noſtræ, Dom. Rogerio filio Raonis Regio Juſtitiario, Judice Benedicto, & Judice Jacobo aſſeſſoribus noſtris præſenti ſcripto duximus declarandum, quod cum Fr. Matthæus vener. Abbas Floris cum tribus Monachis ſuis, & Fr. Hilarius venerab. electus Abbas SS. Trium Puerorum cum tribus Monachis ſuis veniſſent Cuſentiam coram præſentia noſtra propoſuerunt quod de conſenſu, & voluntate Conventuum ſuorum habita deliberatione ſpontanea elegerunt ſubire arbitrium, & conſilium noſtrum de omnibus, & quibuslibet quæſtionibus, quas inter ſe, vel ipſi, vel prædeceſſores ſui habuerant omni præterito tempore pro tenimentis Silæ, à quo nunquam deberent pœna interpoſita reſilire. Primum itaque oſtendente parte monaſterii Ss. Trium Puerorum, qualiter olim in Curia D. Imperatricis Conſtantiæ bonæ memoriæ quæſtionem propoſuerant de inſultu, & violentia, quam paſſi fuerunt à Fratribus Floris in loco, qui dicitur Caloſuber, & qualiter ipſa D. Imperatrix commiſerat quæſtionem prædeceſſori noſtro Archiepiſcopo Bonhominis bonæ memoriæ terminandum, ſed non valente oſtendere, qualiter fuerit terminata pars monaſterii Floris, oſtendit quoddam inſtrumentum, quod ſimile habebat, & oſtendebat pars monaſterii prænotati, per quæ duo inſtrumenta ſimilia oculata fide cognovimus, quod anno ab Incarn. Domini 1195. Iſaias Abbas Ss. Trium Puerorum cum Fratribus ſuis quæſtionem moverat de quibuſdam paſcuis, & terris, quæ ſunt infra poſſeſſionem monaſterii Floris per privilegium ſuum in Sila conceſſis Sanctus propter bonum pacis quod viris religioſis convenit, ſopitis omnibus quæſtionibus, & cauſis ad preces, & conſilia proborum virorum Abbas Joachim cum Fratribus ſuis conceſſit præfato Abbati Iſaiæ, ac Fratribus ſuis, ipſorum monaſterio, ut haberent ovilia ſua, ſicut habere conſueverant in loco, qui dicitur Miſocampus, & alius, qui dicitur Vulturnus, & habere vaccas, jumenta, & porcos in loco, qui dicitur Fraumitius, ita ut pro ipſis paſcuis perſolverent annuatim ſolidos auri quatuor monaſterio Floris. De terris verò, quas aperuerant, ſive de loco, qui dicitur Faraclovus ſic ad preces prædictorum Fratrum inclinatus eſt Abbas Joachim, neque hoc videbatur utrique monaſterio expedire dimitterent monaſterio Floris in pace tenenda ipſa tenimenta Caloſuberi, & Faraclovi, & omnes terras, quas aperuerunt propè ipſa tenimenta cum omni jure plantationis, & ædificationis, quod ſe in eis credebant habere. Abbas vero Joachim, & Fratres ſui commutaverunt eis, & monaſterio eorum pro Caloſubero, & præfatis tenimentis, & terris, alias terras à ponte fluminis Neti, cum finibus, qui ſcripſerant in inſtrumento, & inſuper obedientiam, quæ dicitur S. Martini de Neto cum terminis, & poſſeſſionibus ſuis, pro quibus videlicet terris, & obedientia tenebantur Abbas, & Fratres Sanctorum Trium Puerorum perſolvere annuatim ſolidos auri duos. Poſtulabat igitur pars Floris reſponderi ſibi de cenſu annuo ſeu ſolidorum, ut præſcriptum eſt tot annis ſibi detento, & proponebat, quod prædicti Abbas, & Fratres propter ingratitudinem fregerant concordiam per inſtrumenta hinc inde confectam, invadendo armata manu Abbatiam, quam Abbas Joachim conſtruxerat in Caloſubero, ibi diripiendo bona, quæ ibidem inventa ſunt, officinas etiam diruerant. Oſtendebant inſuper quoddam Inſtrumentum à memorato Archiepiſcopo, & aliis ſpectabilibus perſonis confectum, quod diffuſius continebat, quod olim coram prædicta D. Imperatrice apud Nicoteram Monachis Ss. Trium Puerorum requiſitis, & juſſis, ut oſtenderent privilegia, ſi qua unquam haberent, & nullum ſe habere dicentibus, poſſeſſio tota fuerat adjudicata monaſterio Floris, ſicut etiam per Imperiale privilegium poſſidebat. Continens etiam quæſtionem, quam de invaſione Caloſuberi Abbas Joachim in Curia Regia propoſuerat ſcil. altera parte vix vocata, & ſubterfugiente judicium in corporalem poſſeſſionem poſitus fuerat per mandatum, & ſententiam Curiæ de Caloſubero, Faraclovo, & terris, quas Abbas, & Fratres Ss. Trium Puerorum, ſicut prædictum eſt pro bono pacis reliquerant,*

rant, & per invaſionem tenebant. Sane protis omnibus cauſandi matecia hinc inde creſcente, placuit Abbati, & Fratribus SS. Trium Puerorum derelinquere penitus paſcua, & tenimenta cum obedientia ſancti Martini per concordiam ab Abbate Joachim ſibi conceſſa pro ea maximè quod cenſum annuum ſeu ſolidorum auri gravem ſibi eſſe dicebant, & quia magis pacem Fratrum Floris, quàm poſſeſſionem terrenam, & tranſitoriam diligebant. Tractantibus ergo amicis communibus placuit utrique parti coram nobis poſitæ vectis inſtrumentis concordiæ, quam olim fececant, ad hanc concordiam pro pace perpetua devenire. Abbas quidem & Fratres Floris dimiſerant abſolutè Abbati, & Fratribus SS. Trium Puerorum omnes quæſtiones præteriti temporis, quas adverſus eos movere poſſent, & conceſſerunt eis, & monaſterio eorum in perpetuum terras laboratorias, triginta modios ſeminis capientes, ſicut æſtimabantur arbitrio communium amicorum in loco, qui vocatur Salice, vel juxta Salice, quas omni tempore tenebitur monaſterium Floris eidem monaſterio defendere, ſicut erit de jure, utendo in eiſdem terris, cum ſeminatæ non fuerint paſcuis cum animalibus Floris, pro quibus terris reddit annuatim monaſterium ſanctorum Trium Puerorum monaſterio Floris in feſto Beati Joannis Evangeliſtæ libram ceræ unam, & nihil aliud. Remiſerunt inſuper omnem quæſtionem, quam aliquando movere poſſent adverſus præfatum monaſterium de tenimento quod dicitur Mixi, quod videlicet eſt infra fines, quos continet privilegium Floris, concedentes ut illud ſicut hactenus liberè, ac pacificè debeat poſſidere. Abbas vero, & Fratres Ss. Puerorum Trium remiſerunt omnes queſtiones præteriti temporis, quas adverſus monaſterium Floris aliquatenus movere poſſent, & dimiſerunt abſolutè quicquid tenuerant infra tenimentum, quod monaſterium Floris poſſidet ex dono Imperiali, ut nihil in eo de cætero quærant ad laborandum, vel paſcendum, niſi voluntate Abbatis, & Fratrum Floris. Pro qua concordia inviolabiliter perpetuo ad invicem obſervanda obligavit ſe utraque ſub pœna centum unciarum auri, medietatem ſolvendo Regiæ Curiæ, & medietatem adverſæ parti, concordia nihilominus firma, & ſtabili permanente. Ad hujus autem concordiæ atque obligationis coram nobis factæ memoriam, & inviolabile firmamentum præſens ſcriptum ſcripſit Vuillelmus Cuſentinus Notarius, noſtra, & aliorum prædictorum ſubſcriptione munitum.

Anno, menſe, & Indict. præſcriptis, pontif. noſtri ann. 12.

Ego Lucas Dei gratia Cuſentin. Archiepiſc. propria manu ſubſcripſi.
Ego Jacobus Cuſentinus Decanus.
Ego Michael Theſaurarius.
Ego Goffridus Cuſentin. Canonicus.
Ego Rogerius filius Ravais Regius Juſtitiarius.
Ego Benedictus Judex, qui ſupra interfui.
Judicis æterni meditemur facta moderni.
Jacob Judex.

Nulli ergo &c. uſque noſtræ confirmationis infringere, vel ei, &c. uſque contraire, ſi quis autem &c. uſque incurſurum.

Dat. Lateran. 11. Kal. Febr. ann. 2.

Ab anno igitur 1204. cœpit Lucas ſuum paſtorale munus in Eccleſia Cuſentina dignè, & laudabiliter exercere, cum paulo ante cum cæteris Cœnobii Sambucinæ Monachis B. Joachimi tranſitui non ſolum adfuiſſe, ſed vitam ipſius conſcripſiſſe ipſemet teſtatur in procmio: plura item ſe accepiſſe à Luca narrat Anonymus miraculorum Joachimi auctor, in quibus ipſius Archiepiſcopi res geſtæ commemorantur, quæ hic ad verbum reddere libuit ad tanti viri pietatem agnoſcendam, & quibus virtutibus ad paſtorale officium deinde à Deo vocatus fuerit.

Vir (inquit Anonymus) per omnia Reverendus Lucas Cuſentinus Archiepiſcopus ea quæ modo ſequuntur primo ſenſu compoſuit, ore dictavit, paginis enaravit: ait enim. Ego Lucas Archiepiſcopus Cuſentinus anno II. Pontificatus Domini Papæ Lucii jam Monachus, primò in Caſamarii, vidi virum nomine Joachim, tum Abbatem Curatii, filium Sambuciæ filiæ Caſemarii; propterea tanquam nepos omni honore, & amore habebatur in Caſamarii; ſed magis obtentu ſapientiæ, & intelligentiæ à Domino ſibi datæ. Tunc coram eodem D. Papa, & Conſiſtorio ejus cœpit primùm revelare intelligentiam ſcripturarum, & utriuſque teſtamenti concordiam, à quo & licentiam ſcribendi obtinuit, & ſcribere cœpit. Mirabar autem, quod vir tanti nominis, tam efficax in ſermone veſtes haberet vetuſtas, & abjectiſſimas, & per fimbrias ex parte combuſtas: ſed cognovi poſtea, quod toto vitæ ſuæ tempore de vilitate habitus non curavit. Manſit autem in Caſamarii ſedulus quaſi anno uno, & dimidio, dictans, & emendans ſimul librum Apocalypſis, & librum Concordiæ. Ubi in ipſo tempore librum Pſalterii decem chordarum incœpit. Mon verò, ut me cognovit intelligere aliquid, & Notarium eſſe Abbatis mei, rogavit eum, ut me ſibi concederet ſcriptorem; quod & actum eſt; quia nil ſibi Abbas Geraldus negare poterat, ita eum ferventiſſimè diligebat. Sedens igitur ego ad pedes ejus, tam infra ſepta monaſterii, quàm in grangia S. Angeli de Corneto, monaſterio proxima, obedienter, & humiliter die noctuque ſcribebam in caterno, in quo ipſe dictabat, & emendabat in cedulis, ſimul cum duobus Monachis ſuis ſcriptoribus, Fratre Joanne, & Fratre Nicolao, quorum alter Abbas, & alter Prior Curatii poſtea extiterunt. Miniſtrabam etiam ei celebranti Miſſam, admirans omnes mores ipſius; quia dum celebraret levata manu altius aliis Sacerdotibus, benedicebat Hoſtiam, & omnia ſigna, vel officia propenſius exhibebat: & vultum habens coloratum velut, arida (folia), cum (habebat) verè angelicum in hora ſacrificii Miſſæ tantum ſicut tunc notavi, & benè memini. Sed & lachrymantem nonnunquam eum in celebratione miſſæ conſpexi, & cum in miſſa Paſſio Dominica legebatur. Dicentem quoque audivi, nunquam ſe leviorem eſſe per totum annum, quàm in diebus quindecim paſſionis; ita quod ſemper eos finiri dolebat. Et fortè propterea datum eſt ei, ut in ſabbatho, quo ſitientes cantatur, mortalis vitæ dolore caderet, & verum adeptus Sabbathum, ut cervus ad fontes properaret aquarum. Ad commiſſionem quoque Abbatis mei ſolus ipſe, cum nullum in hac parte haberet ſimilem, ſermonem tam in feſtis, quam in feriis frequentem in Capitulo faciebat; & tunc etiam intuebamur vultum ejus, tanquam Angeli præſidentis in nobis. Nam ſermonem humiliori voce incipiebat; aliquantiſper procedens non jam ut homo, ſed verè ut Angelus fortiori voce, & viva quadam affectione verbum Dei auditorum mentibus imprimebat. Nullum audivi aliquando conquerentem, quod ſermonem Domini protraheret, cum omnes noſtri orationis ejus delitiis ſatiari non poſſent. Pernoctabat aſſiduè in oratione, in ſcribendo, & tamen ad conventuales vigilias properabat humiliter canens, & vigilans; ita quod eum nunquam in Choro Caſæmarii dormire conſpexi. De qualitate, vel parcitate cibi, aut potus nunquam curabat; ita quod diebus aliquot non guſtavit coctum in menſa: & cum per errorem ſervitoris, qui putabat hoc per refectorium fieri, vinum in vaſculo ejus contingeret non apponi, aqua tantum, quam accipiebat de ſervitorum manu contentus (erat). Retulit mihi aliquando, quod cum in Siria juvenculus habitu jam religionis aſſumpto ſolus fuiſſet apud quandam viduam hoſpitatus, illa in eum oculis impudicis intuens laſcivis ipſum ad crimen invitare tentavit; ſed ſervus Dei reſtitit ſapienter, & fortiter. Et quia nox erat, & congruenter exire non poterat, miſera cante dormitum, ipſe totam noctem in oratione duxit inſomnem; hoſpitantis ſe ſpreto lecto ſibi parato, lignorum faſciculis decumbens, & carnis tentationum ſuperans, donec mane aperto hoſtio domus ſine licentia tentantis exivit. Nunquam verè fateor vidi virum ita ſemper fortiter pro caſtitate zelantem; ita cunctos, quos poterat, ad pudi-

citiam animantem, & impudicitiam in omnibus, quos poterat corrigentem. Audivi à D. Raynerio intimo ejus, quod nunquam noviſſet vicum ſic ab hoc vitio liberum; & hoc ipſum audiviſſe ab Epiſcopis, & multis Fratribus aſſerebat. Vidi eum nonnunquam ſtantem flexis genibus, ac manibus, & oculis erectis ad Cęlum, & cum Chriſto, ac ſi videret eum facie ad faciem, vultu alacri colloquentem. Feci apud eum in Petralata quadrageſimam totam, in qua exceptis diebus dominicis, & feſtivis quotidie panem, & aquam guſtare potius, quam comedere videbatur; cum diebus, ac noctibus indeſinenter, aut ſcriberet, aut legeret, aut oraret, & Miſſam quotidie celebraret: quantum enim volebat, acceperat à Deo, abſtinere poſſe à cibis, & potibus, & quanto magis abſtinebat, alacrior, & fortior apparebat. Extra monaſterium cum cęteris comedens cibos opportunos cum gratiarum actione ſumebat. Cum à Fratribus Sambucinæ de ſuo, & Dom. Raynerii conſilio poſtulari me contigit in Abbatem. Scripſerunt mihi ambo, ut venirem, & nullatenus dubitarem, & quod non aſſumerem in excuſationem, quia eram impeditioris, & tardioris linguæ, quorum epiſtolas reverenter, qua debui, cuſtodivi. Et electus in Abbatem in feſto S. Clementis, ſequenti Dominica de adventu Domini, ſuper me habens epiſtolas ipſas in pectore meo, ut plus de illorum, qui eas miſerant, quam de mea fide preſumens, ſermonem Fratribus in Capitulo feci, & abſolutus à vinculo linguæ gratias Deo egi, & eorum, qui me confortaverant meritis miraculum applicavi. Cum in Sambucina paſſus febrem acutiſſimam ad extrema veniſſem, viſitatus ab eo ſum, & charitativè deductus ad Florem; qui cum videret me debilem præ defectu appetitus, eo quod carnes nollem, nec poſſem comedere, appetens mihi caules conventuales: Comede ſecurus in nomine Domini (ait) comede quotidie caules, & bibe de muſto ejus. & infra paucos dies receſſi plena ſanitate recepta. Sequenti menſe Novembris ibam cum eo Panormum, cumque jejunans, & carde hoſpitare cum eo cęnarem, ſitiebam, & bibebam in nocte. Quadam vero mane dixit mihi, quod non eſſet regulare ſic de nocte me bibere, ſed deberem confidens de miſericordia Domini abſtinere. Credens viri monitis, hæc ſtatim ex tunc ulcra non ſentio. Sexta feria in Paraſceve ſedebam cum eo in Clauſtro S. Spiritus de Panormo, & ecce vocatus ad Palatium fuit ad Imperatricem Conſtantiam, quæ illi confiteri volebat. Ivit, & invenit eam intra Eccl. in ſ: de conſueta ſedeatem; juſſus ſedere in ſedula pro ipſo poſita ſedit; ſed cum Imperatrix aperuit ei propoſitum confitendi eam, qua debuit, auctoritate frenavit, & reſpondit dicens: Quia ego nunc locum Chriſti, tu vero pœnitentis Magdalenæ tenes, deſcende, ſede in terra, & ita fideliter confitere; aliter enim non debeo te audire. Deſcendit, & ſedit Imperatrix in terra, & confeſſa eſt humiliter peccata ſua, mirantibus omnibus, cum ipſa quæ retulit auctoritatem Apoſtolicam in Abbate fuiſſe. Didicerat à Chriſto mitte, & humilis eſſe corde: itaque Abbas in Curatio ibat frequenter, & mundabat ſuis manibus cetum infirmitorium: primo videlicet tectum, & deinde parietes uſque ad pavimentum, deinde minima quæque & vix manifeſta decurrebat; domo vero mundata conſiderabat, & componebat lectiſternia: & protinus, quantum opportune poterat, proſpiciebat neceſſitati ægrotorum in coquina, ut nunquam negligeret infirmiores etiam debiles. Nec ſolum infirmis, ſed etiam pueris ſuis per viam laſſis erat ex corde compatiens, ita quod deſcendens famulum ſuum aliquandiu equitare compelleret, quem proſequebatur pedes, donec famulum reparaſſe vires conſpiceret, & ſic iterum equitaret. Illa hieme, qua deceſſit, fames maxima in Sicilia, & Calabria tota fuit, ita quod multi pauperes pro inedia morerentur. Ille vero pio ſtudio quibuſcunque poterat, ſubveniebat, & ad ſubveniendum alios admonebat: veſtes ſuas egenis tanta compaſſione diſtribuens, ita quod ſolo ſcapulari Cuſentiæ viſus ſit coopertus in nocte. Per octavas Paſchæ, & Pentecoſtes quotidie conſue-

A *verat celebrare; itaque ſi tunc extra monaſterio cogebatur, deferebat ſecum veſtimentum, & calicem, ut in quacunque poſſet Eccleſia celebrare. Dicebat, non oportere veros, & novos Judæos inferiores eſſe illis Hebræis, qui ſeptem diebus azima comedebant. Auctoritatis tantæ apud ſæculares in conſiliis rerum temporalium erat, ut nobiles Cuſentiæ audiverimus, cum per circuitum [urbs] fatigabatur ab hoſtibus, quod ſecuriores eſſent illa in civitate præſente, quam ſi centum mille milites armati ad eorum defenſionem adeſſent. Circa cultum divinum in ſacris officiis ſtudioſiſſimus ubique ac ſemper erat, ita quod in Sila conſpexi etiam eum figentem Crucem, & coram ea ſuper candelabra lignea illuminantem cereos, ſi feſtivitas erat; & ſic ordinatis horis, cum ſociis vigilias, & veſperas cum devotione cantabat. Cura quoque, ubicunque habitavit, permaxima ei fuit de munditia, & ornamento altaris. Obedientiam, qua ipſe ſubditus extiterat, à ſubditis mirabiliter exigebat. Inobedientes tot, & tam diuturnis monitis non deſi-*
B *ſtens corrigere, donec eos ad humilitatem cordis, & ſpontaneam obedientiam invitaret. Hoſpitibus omni loco, & tempore liberaliſſimus fuit, quos verbis, & obſequiis in menſa potiſſimum honorabat. Solis conſanguineis durus erat, & inhumanus, tanquam ignotos illos reſpiciens, ut nihil unquam eis tribueret, plerumque à monaſterii ſervitoribus, & Fratribus cogotus acquieſcens. In labore manuum incredibiliter fortis fuit, & plurimum cum conventu Fratrum delectabatur in eo. Robuſtus corpore, parum de frigore, vel æſtu, de fame, vel ſiti curavit. Hæc autem ut jam diximus retulit vir bonæ memoriæ Dom. Lucas Cuſentinus Archiepiſcopus*. Hæc ille, qui etiam aliis in locis de Luca mentionem facit honorificam. Ad calcem libelli extat mirabilis viſio. & admonitio Joachimi facta cuidam Rogerio Lucę Archiepiſcopi ſcribæ, dum menſe Aprilis 1215. juſſu ipſius in monaſterio Curatii exſcriberet ejus Commentaria in Apocalypſim B. Joannis Evangeliſtæ.

C Cæterum Lucas ann. 1206. Inſtante Matthæo ſecundo Florenſis Abbatis omnium monaſteriorum Florenſis Ordinis Apoſtolicus Viſitator deſtinatus, & omnia luſtravit, atque una cum eodem Matthæo, & Abbate Sancti Spiritus Panormi, aliqua ſaluberrima ſtatuta in poſterum obſervanda ſanxerunt ab Innocentio III. deinde confirmata ſub *Datum Laterani 11. Kal. Martii, ſui pontif. ann. 17.* Eodem anno 1212. Luca ſupplicante Federicus II. Siciliæ Rex & Romanorum Cæſar Synagogam Judæorum (in virginum Ciſtercienſium domum tandem tranſiturum) Cuſentinæ urbis, Cuſentini Archipræſulis ditioni ſubegit, ut ex documento Friderici è tabulario Cuſentinæ Eccleſiæ exſcripto colligi poteſt.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

Federicus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuę in Romanorum Imperatorem electus.

D *Divina miſericordia, cujus magnitudinem comprehendere non ſufficimus licet incrementa nobis aſſidua ſentiamus, tunc melius & dignius gratiarum, & obſequiorum vota rependimus, cum ſacroſanctas Eccleſias, ubi jugiter ipſe laudatur, & colitur magnificentiæ noſtræ beneficiis honoramus. Hac ſiquidem conſideratione, attendentes etiam fidei puritatem, & grata obſequia, quæ tu Lucas venerabilis Cuſentine Archiepiſcope fidelis noſter infatigabiliter impendiſti hactenus, & exhibere humiliter Majeſtati noſtræ non ceſſas, ſupplicationem ſuam de concedenda Eccleſiæ tuę Synagoga Judęorum in civitate noſtra Cuſentiæ, benignitate ſolita duximus admittendam, dignum modis omnibus exiſtimantes, ut inimici Crucis crucifixoribus deſerviant ſi forte ad notitiam Evangelicæ fidei Eccleſiæ ſerviendo pertingant. De innata igitur nobis clementia æternæ retributionis obtentu, pro ſalute quoque animarum felicium Augu-*

ſtorum

ſtorum parentum noſtrorum recenſendæ memoriæ, damus, & concedimus liberè tibi, tuiſque ſucceſſoribus, Eccleſiæ Cuſentinæ Judæos omnes, & tintoriam in civitate Cuſentiæ, mandantes, ut ipſi Judæi eidem Eccleſiæ de tinctoria, & omnibus aliis rationibus, ſicut hactenus conſueverunt Camerariis noſtris, debeant perpetuo reſpondere. Ad hujus autem noſtræ donationis, & conceſſionis memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens privilegium per manus Bonominis de Gajeta Notarii, & fidelis noſtri ſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo præcepimus communiri anno, menſe, & Indictione ſubſcriptis.

Data in civitate Meſſanæ, anno Dominicæ Incarnationis 1212. menſe Martii 15. Indict. Regni vero Dom. noſtri Federici Dei gratia glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, in Romanorum Imperatorem electi anno 14. feliciter. Amen.

Anno 1217. Lucæ ſcribit Honorius III. ut vice ſua Meſſanam accedat, ubi cruceſignatorum multitudo concurrebat, ibique verbum crucis prædicet, & de agendis ipſis cruceſignatis diſponat; incipit epiſt. *Cum is &c. Datum Anagniæ 8. Id. Julii pontif. 1. num. 500. fol. 120. Reg. Vat.* Ad eundem idem ſcribit an. 3 ut inquirat contra Squillacenſem Epiſcopum *Dat. Later. 6. Kal. Septemb.* epiſt. 164. fol. 14. *& an. pontif. 4.* ad eundem Lucam ſcribit, ut contra quendam inquirat, qui per ſimoniam, & potentiam laicalem ſe in Epiſcopatum fecerat intrudi. Incipit, *Cum nemo. Dat. Later. 3. Non. Septemb.* Eſt epiſt. num. 558. fol. 126.

Anno vero 1219. idem Honorius III. per litteras ſuas *Dat Later. 4. Kal. Novemb.* commiſit Lucæ, ut Roſſanenſem Archiepiſcopum electum, ſi illum tanto munere dignum inveniſſet, in ea dignitate confirmaret. Interea Lucas Eccleſiæ ſuæ jura ſervare intendens, ſuper caſtro Rendæ cum Richardo Comite de Ayello litem habuit aliquando, moleſtias eidem inferendo, qui ab Imperatore Federico legitimè inveſtitus fuerat. Honorius III. rem pro Comite adjudicavit, Lucæ & Capitulo Cuſentino in hæc verba reſcripſit.

BONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Archiepiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Cuſentino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nobilis vir Richardus Comes de Agello expoſuit nobis quod vos ipſum ſuper Caſtro Rendę, quod ad eum de jure pertinet moleſtetis contra mandatum noſtrum, quod ſuper hoc alias recepiſtis improvidè vivendo. Cum igitur idem Comes privilegium Comitatus ſui præter caſtrum Agelli nuper de Imperiali munificentia fuerit conſecutus, diſcretionem veſtram rogandam duximus, & monendam per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus ſuper dicto Caſtro, quod in ipſo Comitatu exiſtit de cætero nullatenus indebitè moleſtetis Comitem memoratum cum incrementis veſtris vos intrare non deceat in præfati nobilis detrimentum.

Dat. Later 6. Kalend. Decembr. pontif. noſtri ann. 5.

Erat Comes iſte Richardus filius Matthæi Salernitani utriuſque Siciliæ Magni Cancellarii, & frater Nicolai Archiepiſcopi Salernitani, de quo alibi fuſius dictum eſt. Cæterum Lucas Eccleſiam ſibi creditam ſummo amore, ſummoque jure adminiſtravit, qui & de ſtatu Eccleſiæ, & vitam B. Patris Joachimi deſcripſit, ſub cujus regimine, deque ejus conſilio, & auctoritate Nicolaus ex Ord. ſuo Ciſtercienſi Epiſcopus Card. Tuſculanus Apoſtolicæ Sedis Legatus Cuſentinam Cathedralem miro concurſu, & apparatu conſecravit anno 1222. ut monumentum, quod extat in tabulario ejuſdem Eccleſiæ proloquitur in hunc modum.

Nicolaus Dei gratia Tuſculanus Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus.

Præſenti ſcripto poſterorum notitiæ tradimus, quod Cuſentiam venientes rogati fuimus à Luca vener. Archiepiſcopo, & Capitulo ejus, ut Eccleſiam Cuſentinam, quæ licet antiqua eſſet, nuſquam tamen aliquando conſecrata fuerat, conſecrare ſolemniter deberemus, quorum precibus grato concurrentes aſſenſu præſente D. Friderico Illuſtriſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ, cum venerabilibus Landone Regino, & Nicolao Tarentino Archiepiſcopis, cum Rogerio Militenſi, Gulielmo Biſinianenſi, Andrea ſancti Marci, Bartholomæo Syracuſano, Bernardo Genico-Caſtrenſi, Thaddęo Neocaſtrenſi, Philippo Marturanenſi Epiſcopis, aſtante Abbatum, & Monachorum, Cleri, & populi multitudine copioſa dedicavimus Eccleſiam, & conſecravimus manibus noſtris altare majus ad honorem Dei, & Beatiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, in quo recondimus reliquias iſtas. De ligno Dominicæ Crucis. De veſtimento Virginis Mariæ. De ſepulchro ejus. De corpore B. Annæ matris ipſius. De ſepulchro, & Præſepe Domini Ss. Innocentium. Simonis Iuſti. De manna & veſte S. Joannis Evangeliſtæ. De baculo S. Pauli Apoſtoli, Marci & Lucæ Evangeliſtarum. Stephani Protomartyris. Dionyſii Areopagitæ. Sixti Papæ & martyris. Laurentii Levitæ & martyris. Anaſtaſii Monachi, & martyris. Priſci Papæ. Silveſtri Papæ. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris. Mariæ Magdalenę. Teclæ, Sabinæ, Agathæ, Luciæ virginum, & martyrum. Et mulieris Samaritanæ, cum qua loquutus eſt Chriſtus. Altare ad partem Meridianam conſecravit prędictus Militenſis Epiſcopus in honorem beatiſſimi Joannis Baptiſtæ, recondens in eo reliquias iſtas. De corpore ipſius B. Joannis. Zachariæ Prophetæ patris ipſius. Joſeph ab Arimathia. Epaphræ unius de ſeptuaginta duobus diſcipulis. Fabiani Epiſcopi, & martyris. Gervaſii, & Protaſii martyrum. Luciani martyris. Iuliani martyris. Eleuterii martyris. Pantaleonis martyris. Coſmæ martyris. Euſtaſii martyris. Marcelliani martyris unius ex quadraginta martyribus. Antonii Abbatis. Macarii Abbatis. Euſtitii confeſſoris. Iuſtinæ virginis. Altare vero ad partem Aquilonarem conſecravit prædictus Biſinianenſis Epiſcopus in honorem Beatiſſimi Petri, & Pauli, & omnium Apoſtolorum, recondens in eo reliquias iſtas. De ligno vivificæ Crucis. De capillis ipſius beati Petri. De corpore ipſius Pauli Apoſtoli. Andręę Apoſtoli. Jacobi Apoſtoli. Philippi Apoſtoli. Matthiæ Apoſtoli Matthæi Apoſtoli. Barnabæ Apoſtoli. Clementis Papæ & martyris. Rodos de ſeptuaginta duobus. Nerei, & Achillei martyrum. Macharii, Chriſtophori, Georgii, & Cæſarii, Cyriaci, Tiburtii, & Pancratii martyrum. Unius quatuor Coronatorum. Luciæ & Geminiani martyrum. Primi & Feliciani martyrum. Chriſanti & Dariæ martyrum. Bonifacii Papæ. De capillis B. Gregorii Papæ. Joannis Chryſoſtomi, Sabinæ, Comiſini Epiſcopi, Cataldi Epiſcopi & confeſſoris. Vitaliani confeſſoris. Helenæ Auguſtæ. Felicitatis martyris. Luciæ martyris. Agnetis virginis & martyris. Quæ utique conſecratio celebrata eſt anno Dom. Incarn. 1222. tertio Kalendas Februarii, Indict. 10. Pontificatus Dom. Honorii Papæ III. ann. 6. Secunda vero die perambulavimus, & benediximus Cœmeterium ipſius Eccleſiæ per partes quatuor: ut eſt moris ad ſalutem, & requiem ſepultorum & ſepeliendorum ibidem. Sane univerſis fidelibus Eccleſiam ipſam devote viſitantibus uſque ad proximas Kalen. Aprilis indulſimus annos duos, & carinas duas injunctæ illis pro criminalibus pœnitentiæ; in anniverſario vero ipſius conſecrationis perpetuis temporibus indulſimus unum annum, & carinam unam viſitantibus eandem Eccleſiam per totam octavam. Ad indicium autem hujus conſecrationis, & indulgentiæ præſens ſcriptum fieri juſſimus per manus Guglielmi Clerici, & publici Notarii Cuſentiæ noſtra, & prædictorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum ſubſcriptionibus, & ſigillorum impreſſionibus communitum.

† *Ego Nicolaus Tuſculanus Epiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis Legatus.*
† *Ego Landonus Reginus Archiep.*
† *Ego Nicolaus Tarentinus Archiepiſcopus.*

† *Rogerius Militenſis Epiſc.*
† *Ego Guglielmus Biſinianenſis Epiſcopus.*
† *Ego Andreas ſancti Marcenſis Epiſcopus.*
† *Ego Bartholomæus Syracuſanus Epiſcopus.*
† *Ego Thaddæus Neocaſtrenſis Epiſcopus.*
† *Ego Bernardus Genieocaſtrenſis Epiſcopus.*
† *Ego Philippus Dei gratia Marturanenſis Epiſc.*

Eodem anno 1222. die 27. Julii Lucas ab Honorio III. Papa delegatus litem aggreſſus eſt agnoſcere, quæ Archimandritam Patiri Cœnobii Roſſanenſis Diœceſis inter & Abbatem S. Juliani de Catanzaro vertebatur, ſed intercedentibus quibuſdam de cauſis indeciſam reliquit, ut infra in Cathacenſibus Epiſcopis enarrabimus. Recurrente deinde anno 1223. menſis Julii à Federico II. Imperatore Rege Siciliæ pro ſua Cuſentina Eccleſia confirmationem obtinuit omnium privilegiorum jam dio à Rogerio, filioque ejus Vuillelmo Calabriæ Ducibus, atque à Conſtantia Imp. matre ſua conceſſorum, quorum tenorem ſupra retulimus. Federici confirmatio, cum inſertione eorundem ex tabulario Cuſentinæ Eccleſiæ deſumpta hic exhibetur.

Federicus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

Inter cæteræ pietatis opera, quæ ad ſalutem pertinent animarum illud nobis æternas promeretur divitias, & locum ſtabilem vendicat ad quietem, quod locis venerabilibus, & Dei Eccleſiis benignius elargimur. Ea propter notum facimus univerſis fidelibus noſtris, tam præſentibus, quam futuris, quod Lucas venerab. Cuſentinus Archiepiſcopus fidelis noſter tranſcriptum quoddam privilegium Rogerii Ducis Apuliæ, Guillelmi Ducis ejuſdem Rogerii Ducis filii, & liberorum ſupradictorum, & quondam Imperatricis Conſtantiæ Dominæ Matris noſtræ memoriæ recolendæ ſigill. P. Maturanen. Epiſcopi, P. Abbatis Curatii, Boni quondam Abbatis Matinæ, & M. Abbatis Floris, & eorum ſubſcriptionibus roboratum noſtræ celſitudini præſentavit, ſupplicans humiliter devote, ut privilegia, & litteras ſupradictas ſibi, & Eccleſiæ ſuæ innovare, & confirmare de noſtra gracia dignaremur. Quapropter ſupplicationes ipſius venerabilis Archiepiſcopi de ſolita clementia benigniùs duximus admittendas, & privilegia ipſa, & litteras innovantes, eadem de verbo ad verbum hic noſtro privilegio juſſimus annotari, quorum tenor talis eſt. In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, Rogerius Dei gratia Dux Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ confirmo, & ſtabiliter largior, & dono tibi Domino Arnulpho Archiepiſcopo tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, quicquid &c. Totum privilegium hoc ſupra relatum eſt. Secundum Willelmi Ducis ita incipit. *In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis Guillelmus divina clementia Dux Rogerii famoſi Ducis heres & filius. Nos ab omnium conditore &c. ut ſupra.* Conſtantiæ imperatricis privilegii initium. *Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ. Rogerio de Calo, & Conſtantino de Tauromenſe Magiſtro Doanæ & cætera,* ut ſupra exſcriptum eſt. Proſequitur deinde Federicus. *Nos itaque pro remedio animarum felicium Regum prædeceſſorum, & Divorum Auguſtorum parentum noſtrorum memoriæ recolendæ, pro ſalute quoque noſtra, & Henrici Regis cariſſimi filii noſtri omnia quæ ſuperius in ipſius privileg. & litteris continentur eidem vener. Archiepiſcopo ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ Cuſentinæ in perpetuum de noſtra gratia concedimus, & confirmamus, volentes, & præcipientes, ut ea omnia de cætero pacificè & ſine diminutione habeant, & quietè percipiant ſicut Regum felicium Willelmi Primi, & ſecundi tempore, uſque ad obitum Dominæ quondam Imperatricis Conſtantiæ matris noſtræ conſueverunt percipere, & habere. Ad hujus autem immunitatis, & confirmationis noſtræ memoriam, & inviolabilem firmitatem prædictorum privilegiorum per manus Henrici Notarii, & fidelis noſtri fieri, & ſigillo celſitudinis noſtræ juſ-*

A *ſimus roborari. Anno, menſe, & Indictione ſubſcriptis.*

Datum in urbe felici Panormi, anno Domin. Incarn. 1223 menſe Julii XI. Indictionis, Imperii D. noſtri Federici Dei gratia inviẞiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regis Siciliæ anno 3. & Regni ejus Siciliæ anno 20. feliciter Amen.

Eodem hoc ipſo anno 1223. ex delecta ejuſdem Federici Imper. Lucas cum Tirriſio Caſſanenſi Epiſcopo litem compoſuit inter Archimandritam Patiri Cœnobii & Matthæum Abbatem Florenſem, ut in ſequenti monumento ſigillis obſignato legitur, quod mihi contigit propriis uſurpare oculis, & exſcribi. Sigillum Lucæ in alba cera impreſſum eſt, ubi ipſius Lucæ effigies pedum paſtorale manu geſtans, ac circumcirca hæc leguntur verba *S. Fr. Lucas Dei gratia Archiepiſcopus Cuſentinus.* Signum verum Tirici Caſſanenſis Epiſcopi deperditum eſt. Porro concordiæ documentum ita ſe habet.

B *Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo, vigeſimo tertio, menſe Auguſti 11. Indict.*

Anno vero Imperii D. noſtri Fr. Dei gratia inviẞiſſimi Roman. Imperatoris ſemper Auguſti tertio, Regni autem Siciliæ 25. Regnique D. Henrici filii ejus eadem gratia glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ 11. feliciter, Amen. Nos Lucas Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus, & Terriſius Caſſanen. Epiſcopus præſenti ſcripto notum facimus, quod recepimus per manus D. Matthæi vener. Abbatis, & Conventus Floris Imperiales litteras hanc ſeriem continentes. Fr. Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ venerabili Archiepiſcopo Cuſentino, & Epiſcopo Caſſanen. fidelibus ſuis gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Conqueſti ſunt celſitudini noſtræ vener. Abbas, & Conventus Floren. Monaſterii fideles noſtri, quod cum Abbati de Patiro, & quibuſdam Fratribus ſuis ex parte noſtra firmiter inhiberent ſub pœna centum librarum auri, prout in eorum

C *privilegio à majeſtate noſtra obtento plenius continetur, ne auſu temerario quoddam eorum tenimentum intrarent cum ſuis animalibus, ipſi eorum inhibitione contempta dictum tenimentum invadi fecerunt in eorum præjudicium, & gravamen, ita quod in tenimento mandras fecerunt, & animalia eorum ibidem paſcendo repererunt, & cum ſuper hoc conqueſti fuerint, nondum potuerunt, ſicut aſſerunt, juſtitiam obtinere. Quare mandamus diſcretioni veſtræ, quatenus partibus in veſtra præſentia convocatis, audiatis cauſam, & eam ſtudeatis mediante juſtitia, fine debito terminare; ne pro defectu juſtitiæ neutra partium juſtam habeat materiam conquerendi. Datum apud Cutronum 17. Maii 11. Indict. Item recepimus Imperiales litteras per manus vener. Archimandritæ, & Conventus Monaſterii de Patiro, quarum continentia talis erat. Fr. Dei gratia Rom. Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Vener. Archiepiſcopo Cuſentino, & Epiſcopo Caſſanen. fidelibus ſuis, gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Vener. Archi-*

D *mandrita, & Conventus Monaſterii de Patiro fideles noſtri majeſtati noſtræ graviter ſunt conqueſti, quod de quibuſdam tenimentis, quæ in partibus Silæ monaſterium ipſum longis retro temporibus habuit rationabiliter, & poſſedit, per venerabilem Abbatem, & Conventum Floren. monaſterii ſunt per violentiam ſpoliati; in quibus tenimentis quidam Fratres ſui à Paſtoribus Floren. monaſterii fuerunt acriter verberati, & quinquaginta oves, & res aliæ ablatæ nequiter ab eiſdem. Cum ergo inter perſonas Eccleſiaſticas, & loca venerabilia hujuſmodi violentiæ non debeant attentari, mandamus diſcretioni veſtræ, quatenus convocatis partibus coram vobis, audiatis cauſam, & eam ſtudeatis mediante juſtitia fine debito terminare, ne juſta ſuper hoc ad audientiam noſtram iterato querimonia non recurrat. Datum apud Cutronum 18. Maii, 11. Ind. Partibus ergo legitimè citatis, & in noſtra præſentia conſtitutis, allegata utrinque audivimus diligenter, cumque pr. fixiſſe-*

mus

mus utrique parti terminum ad probandum, quæ propoſuerant coram nobis . . . . terminum, vel ad diffinitivam ſententiam veniretur, devenerunt ad concordiam in hunc modum. Vener. quidem Abbas, & Conventus Floris dedit venerabili Archimandritæ, & Conventui, ac monaſterio Patiri in perpetuum libera paſcua pro quibuslibet animalibus ſuis, & paſtorum ſuorum in Sila in tenimento, quod dicitur trium Capitum ſine damno, & impedimento ejuſdem monaſterii Floris, & aliorum, qui pro eodem monaſterio laboraverint in tenimento ipſo, quod continetur infra fines tenimenti conceſſi monaſterio Floris per Imperiale privilegium, quod in noſtra præſentia fuit oſtenſum. Cujus utique tenimenti trium Capitum iſti ſunt fines. Incipit à vado fluminis Neti, quod eſt ſubtus caſtellum de Sclavis, & vadit per viam publicam uſque ad Eccleſiam ſancti Nicolai de Trigia, & aſcendit in directum ad ſerram trium Capitum, & aſcendit in directum ad aream piçatam, & inde ad flumen Neti, & aſcendit flumen uſque ad vadum prædictum, quod eſt ſubtus caſtellum de Sclavis, & concludit. Pro quibus paſcuis prædictus Archimandrita, & Conventus Patiri obligaverunt ſe, & ſucceſſores ſuor prædicto Abbati, & Conventui, ac monaſterio Floris reddere annuatim procenſu in feſto Natalis Domini monaſterio eorum lagenas boni, & puri olei quinque capientes ſingulas milagines binas ad juſtam menſuram Ruſſani. Ad judicium ergo rei geſtæ taliter coram nobis, & robur perpetuo valiturum, duo ſimilia inſtrumenta fieri fecimus per manus dilecti filii Guillelmi Canonici Cuſentini, noſtra & aſſeſſorum noſtrorum ſubſcriptionibus, ſigillorumque appenſione munita. Sanè ad certiorem hujus compoſitionis evidentiam, & perpetuam partium firmitatem placuit, & de conſilio fuit, ut inſtrumento aſſignato Archimandritæ Patiri ſubſcriberent Abbas & duodecim Monachi Floris cum appenſione ſigilli ſui, & inſtrumento aſſignato monaſterio Floris ſubſcriberent Archimandrita, & duodecim Monachi Patiri cum appenſione ſigilli ſui. Anno, menſe, & Ind. præmiſſis.

† *Lucas Dei gratia Cuſentinus Archiep. ſſ.*
† *Terriſius Dei gratia Caſſanen. Epiſc. ſſ.*
† *Ego Michael Cuſentinus Dec.*
† *Ego Johannes de Thetis Cuſentinus Archid.*
† *Ego Guillelmus Caſſan. Theſaur. ſſ.*
† *Ego Fr. Matthæus dictus Abbas Floris, propria manu ſubſcripſi, & ſigillum impreſſi.*
† *Ego Fr. Rogerius Prior Floris.*
† *Signum manus Fratris Juliani Sacerdotis, & Magiſtri fabri Eccleſiæ Floris.*
† *Ego Fr. Rogerus Monachus, & Diaconus Floris.*
† *Ego . . . . Monachus . . . domus infirmarii Floris.*
† *Ego . . . . , Monachus, & Cellerarius Floris.*
† *Ego Fr. Herbertus Monachus, & Cantor Floris.*
† *Signum manus Fr. Stephani Sacerdotis Monachi Floris.*
† *Signum manus Lucæ Sacerdotis Monachi Floris.*
† *Signum manus Fr. Roberti Sacerdotis Monachi Floris.*
† *Ego Fr. Arioſus Subd. infirmarius Floris.*
† *Ego Fr. Paſchalis Sacerdos, & Monachus Floris.*
† *Signum manus Fr. Thomæ Diaconi, & Cellerarii Floris.*

Hoc eod. an. 1223. ſuperiori menſe Martio ſui Archipræſulatus anno vigeſimo primo ſummo labore, & induſtria jam diu ſuæ Eccleſiæ quęſita monumenta, juraque & bona ejuſdem in unum volumen collegit, & compilavit, quod plantam omnium ſuæ Diœceſis Eccleſiarum, ſive Matriculam nuncupavit ſucceſſorum ſuorum fulcimentum futurum. Aſſervatur codex qua par eſt diligentia in ſanctiori Coſentinæ Eccleſia tabulario. Anno 1224. Honorius III. idem per ſuas litteras datas 7. Kalen. Aprilis pontif. 7. mandavit Lucæ, ut relegationi Harduini Cephaludenſis cauſam diſcuteret; ſed Lucas ægritudine impeditus Apoſtolica auctoritate ſubſtituit Magiſtrum Bartholomæum Theſaurarium Cuſentinum, eumque in Siciliam tranſmiſit, qui aſſumpto ſibi aſſeſſore Abb. S Joannis Eremitarum Panormi cauſam agitavit, ut Rocchus Pyrrhus ſcribit in notitia Cephaludenſis Eccleſ. & hæc fere Lucæ ultima mentio hoc ipſo anno, qui poſtremus illi fuit, primuſque exordientis ſalutis; creditur enim hoc ipſo anno 1224 ad cœlum evolaſſe, & Sambucinæ in templo relatus ibi quieſcere. Præſul ſane digniſſimus, & præcipua ſanctimonia vitæ clarus, Ordinis ſui Ciſtercienſis, ac Cuſentinæ Eccleſiæ fulgentiſſimum ſydus, qui à Maroſiotto in Calabriæ deſcriptione inter Beatos recenſetur.

14 OPIXO, vel Obizo, civis Aſtenſis, ex Columborum ſamilia natus, Friderici II. Imper. ob XVII
egregias animi ſui virtutes charus, & Conſiliarius, vacante Eccleſia Cuſentina à Capitulo poſt Lucæ obitum, Cuſentino gregi præpoſitus eſt, an. 1224. ab Honorio III. confirmatur. Memoratur eodem anno, menſe Decembri in privilegio ejuſdem Federici ad ſavorem Cœnobii fontis Laureati conceſſo. Ei ſcribit Gregorius IX. anno ſalutis 1237. pontif. ſui 11. 7. Kal. Maii in Reg. Vatic. 122. fol. 22. ut Marturanenſi Epiſcopo ejus ſuffraganeo ſenio confecto, ac penè ad exercenda Pontificalia munia inhabili miſſionem reciperet, conſuleretque de optimo eidem Eccleſiæ Epiſcopo inſtituendo. memoratur etiam in eodem Regeſt. anno 1240. Laudabili fama ſedit Opizo annis 26. Exceſſit ſub Innocentio IV. circa annum 1250. In monumentis Aſtenſis Eccleſiæ memoratur ejus obitus die 5. Id. Febr. pro cujus anima Ruffinus civis, & Archipresbyter Eccleſiæ Aſtenſis ex ſamilia Columborum quædam bona ab ipſo empta Capitulo donavit in expiationem Opizi quondam Archiepiſcopi Cuſentini, & civis Aſtenſis. Memini me hoc idem tradidiſſe in Catalogo Aſtenſium Epiſcoporum, ubi ex amanuenſis incogitantia legitur circa annum 1270 pro 1253. In Aſtenſi monumento ſignatur dies obitus, non annus præciſus; memoratur tamen in Regiſtro Vatic. in litteris confirmationis Bartholomæi, Opizonis ſucceſſoris. Porro Opizone ſedente Henricus Rex Federici II. Imper. ex Conſtantia Hiſpana filius primogenitus, læſæ Majeſtatis reus factus, cum Regnum Germanicum, ut Fazellus narrat, abſente in Syria patre occupare tentaſſet, una cum filiis duobus, quos ex Agnete Leopoldi Auſtriæ Ducis filia ſuſceperat, captus apud Marturanum Calabriæ urbem teterrimo carceri mancipatus ex inedia mortuus eſt anno 1235. aliis 1236. in Cuſentina Cathedrali humatus in magno marmoreo tumulo prope portam, quod juſſu Andreæ Matthęi Aquavivę Archiepiſcopi, anno 1574. demolitum fuit juxta decretum Concilii Tridentini; inter oſsa Henrici inventa fuit veſtis ex auro, argentoque contexta penè dilacera, leonati coloris cum emblemate referente alas duas aquilę intertextas, & firmatas ex eodem auro, & argento: fortaſſis bonus Archipręſul alio commodiori loco transferre cogitaverat ſepulchrum illud; ſed morte pręventus pręſtare non potuit. Cæterum defuncto Opizone, Cuſentinæ Eccleſiæ Canonicorum Capitulo per factionem duarum partium diviſo, duo ad eam dignitatem vocati fuerunt, P. (forte Petrus) quidam Cuſentinus Canonicus literatus, probuſque vir; alter non exprimitur in Actis Beati Joachimi Abbatis; crediderim tamen illum fuiſse Cacciacomitem de Cacciacomitibus Senenſem ex Serræ, & Scalenguæ Aldobrandini filium Friderico II. Imp. gratiſſimum, qui poſtea favore Conradi III. Imper. Friderici filii in hac Cuſentina Eccleſia intruſus eſt, ut in literis Alexandri IV. obſervo ſub Dat. Romæ 5. Id Febr. an. pontif. 3. in Vatic. Regeſt. num. 97. pagina 12. anno ſal. 1257. Ad ipſum Cacciacomitem ſunt ſcriptæ, Clericum Aretinum, quibus jam in articulo

mor-

mortis idem Cacciacomes tanquam Cuſentinæ Eccleſiæ invaſor ab axcommunicationis vinculo abſolutus, iterum à Pontifice abſolvitur. & ob eximiam ejus nobilitatam, & egregias animi dotes, & ad Eccleſiaſtica beneficia, & ad Epiſcopalem etiam ſedem habilitatur. Hic ille, ut mihi videtur, Cacciacomes eſt, qui circa annum 1261. evaſit Epiſcopus Cremonenſis, quem alii Senenſem, alii Cremonenſem ex familia da Summa eſſe contendunt, quod ego in Cremonenſium Epiſcoporum ſerie hæſitans, aliis rem decidendam reliqui; nunc autem, cum hæc percepiſſem in Reg. Vatic. memorque, quod idem Cacciacomes tunc temporis Epiſcopus Cremonenſis ad Eccleſiam Volaterranam in diſſenſione partium, tanquam Ghibellinæ partis in Etruria antaſignanus evocatus fuiſſet anno 1253. facile crediderim Cacciacomitem olim intruſum in Cuſentina Eccleſia, mox Cremonenſem, & in Vollaterranum poſtulatum, ex Cacciacomitum gente Senenſi nobiliſſima, qui Sarræ Comitatum in Aretina Diœceſi cum aliis nobilioribus fundis poſſidebat, natum fuiſſe ex patre Comite Aldobrandino, ut monumenta Senenſia referunt. Reſtituendus igitur erit ſuis in locis patriæ & familiæ ſuæ, & ad noſtram Cuſentinorum Archipræſulum ſeriem redeamus.



XVIII 15 BARTHOLOMÆUS Pignatellus Neapolitanus clariſſimis ortus natalibus, tametſi pronior eſſet ad militarem, quam ad Eccleſiaſticam vitam, defuncto Conrado III. imper Federici II. filio exoſum habuit Manfredum Tarentinum Principem Regni invaſorem, & Eccleſiæ Romanæ perduellem, quamobrem ad Innocentium VI. Papam confugit, qui tunc ad poſſeſſionem Regni capeſſendam expugnandumque Manfredum Neapolim appulerat, creatus jam Amalphitanus Archiepiſcopus, ad Cuſentinam Eccleſiam ab eodem translatus eſt die 2. Novemb. 1254. Cacciacomite deturbato de ſede, legitime Opizoni jam diu defuncto ſucceſſit: ejus ad hanc ſedem translationem habemus in Regeſt. Vatic. epiſt. 303. fol. 187. anno 12. pontif. Innocentii, qui eidem adhuc electo commiſit, ut Eccleſiæ Cajacenſi *a* paſtore vacuæ provideret, & ab eodem electum Gualterium Hydruntinum Canonicum confirmavit 8. Kal. Decembris ejuſdem anni. Dat. Neapoli, ut in epiſt. 401. fol. 194. ejuſdem Regeſt. ſed paulo poſt ſequuta morte Innocentii, ſucceſſor ejus Alexander IV. in Calabriam ad eam provinciam Romanæ Eccleſiæ deducendam una cum Petro Ruffo Catacenſi Comite, & ſelecta militum manu Bartholomæum præmiſit. Is cum ſociis Neapoli in triremium claſſe ſolvens Calabriam pervenit, ſummaque audacia & conſilio ſe gerens, cum Petro Cuſentiam venit, civitatem recepit, & Eccleſiæ ſuæ iniit poſſeſſionem; ſed cum arma cum ipſis Cuſentinis in Manfredum ſolvere diſpoſuiſſet, ea aliquorum conjuratione, qui partes Manfredi occulte fovebant, coactus eſt diſcedere ad S. Lucium ſuæ ditionis oppidum, è quo etiam à Gerardo de Marina impigro Manfredi Duce pene circumventus diſcedere coactus, in iiſdem triremibus, quibus ad eas oras appulerat, ad Alexandrum rediit, ut Anonymus geſtorum Manfredi ſcriptor ſuis narrat in Commentariis. Bartholomæus adverſantem fortunam moleſte tulit, & apud Alexandrum exul à ſua Eccleſia manſit, tum & apud ſucceſſorem Urbanum IV. qui illum anno 1263. ad ſanctum Ludovicum Francorum, & Henricum Anglorum Reges legavit, ad Gallum quidem, ut ad mittendum cum exercitu valido Carolum fratrem procuraret ad Regnum Siculum capeſſendum, ad Anglum vero, ne æmulationis ſtudio rem deturbaret, obſiſteretque una cum Edmundo filio, cui Siculorum Regnum Alexander IV. certis legibus donaverat, ne Regni illius jura, quæ tueri non poterant, in Carolum Andegaviæ, & Provinciæ Comitem transfunderentur. Atque ea videntur ardua negotia, quæ Urbanus Bartholomæo Cuſentino Archiepiſcopo, cum Ludovico, Henricoque Regibus agitanda demandaſſe ſcripſit ſuis in litteris Urbanus, ut Bzovius, & noſter Odericus Raynaldus in Annal. Eccl. tom. 13 ſcribunt. Non multo poſt Carolus devicto, occiſoque Manfredo Regnum obtinuit, Neapolim ingreſſus coram eodem Archipreſule Cuſentino, & Rodulpho Epiſcopo Card. Albano Apoſtolicæ Sedis Legato ſacramentum à civibus præſtitum recepit. Clemens IV. an. 1. ſui Pontificatus Viterbii agens Romam miſit Archiepiſcopum hunc Cuſentinum ad reprimendos rebelles aliquot urbis, & Caroli Regis Senatoris proditores, eidem commiſit, ut in Eccleſia Principis Apoſtolorum ſub certa forma à vinculo excommunicationis abſolveret Joannem Anibaldum ejuſque nepotem Ricciardum, qui Manfredo adhærentes ab eodem diſceſſerant. Dat. 10. Kalen. Julii. Eidem etiam & Abbati Caſinenſi poſt paucos menſes commiſit omnes alios abſolvendi, qui relicto Manfredo ad Eccleſiæ unitatem redirent. Dat. Peruſii Id. Novemb. ann. 1. literæ Clementis extant in Reg. Vatic. ubi & aliæ ad eundem Cuſentinum leguntur ſcriptæ, qui pro Eccleſia, & Carolo Rege operam ſuam navavit egregie; erat enim vir in rebus agendis prudentia, ac dexteritate incomparabilis. Ejus meminit Dantes in ſua Cantica in hæc verba in perſona Manfredi.

Se'l Paſtor di Coſenza, ch'alla traccia
Di me fu meſſo.

Poſt hæc Bartholomæus Caroli conſiliarius ad Eccleſiam ſe contulit ſibi creditam, in eaque ſumma popolorum gratulatione exceptus prudentiſſimè ſedit ad annum uſque 1267. Dein aliquantiſper ex Paſtorum abſentia prolapſos mores caſtigavit, correxit. Inde in Caroli Regis gratiam ad Meſſanenſem Eccleſiam translatus eſt à Clemente IV. eodem an. 1267. Sequenti autem anno cum jam Meſſanæ præſideret Eccleſiæ, Lello teſte in hiſtor. Montis Regalis, cum Gualfrido Monte-Regalenſi Archiepiſcopo, Roberto Lagnana juriſconſulto, & Baraglio de Balzo Regni Neapolitani magno Juſtitiario legatione functus eſt Caroli Andegavenſis nomine ad eundem Clementem Papam. Demum vitam liquit anno 1272. habuit in Meſſanenſi ſede ſucceſſorem Fratrem Raynaldum, ſive Reginaldum de Leontino Siculum Ord. Prædicatorum, antea Epiſcopum Marſicenſem Thomæ germanum fratrem, qui eidem ſibi in Cuſentina Eccleſia ſucceſſit, ut mox dicemus.

16 Fr. THOMAS de Leontino Siculus *b* Ord. Prædicatorum, qui Divum Thomam Aquinatem ad Ordinem venientem ſuum lætus excepit, floruit ſanctitate, morum honeſtate, doctrina, & eloquentia, fuitque Romanæ Provinciæ moderator, inde Epiſcopus Bethleemitanus, mox ingreſſus eſt Pontificatum Cuſentinum, translato Pignatello ad Meſſanam, anno 1268. 14. Kal. Maii, ad hanc ſedem vocatus à Clemente IV. ann. pontif. 3. ex Reg. Vatic. epiſt. 17. fol. 137. Hic poſt Pignatelli obitum poſtulatus fuit à Capitulo Meſſanenſi in Archipræ- XIX.

a Lycienſ.

b De quo Regula in Bibl. Siciliæ Vetere p. ..., Altamura in Bibl. Domin. p. 2. Oudin. in ſupplem. de ſcrip. Eccleſ. p. 508. & Mongitorius in Bibl. Sicula tom. 2. Mandiſ.

ſulem;

ſulem; ſed obſiſtente Gregorio X. non ſuit confirmatus, ſed ab eodem Pontifice electus eſt Patriarcha Hieroſolymitanus 11. Kal. Maii 1272. Etenim Gregorius ab ipſa ſui in Romanum Pontificem aſſumptione, cum eſset tunc Archidiaconus Leodienſis, atque in Syriam peregrinationis cauſa profectus, ſeque ad Pontificatus apicem evectum reſciſset, de ſacra primum expeditione deliberavit, illud Pſalmi uſurpans: *Oblivioni detur dextera mea, ſi non meminero tui Hieruſalem*; ideoque omnes ſemper proſequutus eſt vias, quæ ad eum finem conducere videbantur, ob quam etiam causam in Patriarcham Hieroſolymitanum aſsumpſit hunc Fr. Thomam tunc Archiepiſcopum Cuſentinum, virum omni exceptione majorem, & in rebus ad Syriæ ſtatum ſpectantibus apprimè verſatum, quippe qui & Bethleem Epiſcopus antea ſuerat, & Sedis Apoſtolicæ in partibus ultratramarinis Legatus, ut idem Pontifex Gregorius ad Regem Franciæ ſcribit his verbis.

GREGORIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Cariſſimo in Chriſto filio P. Regi Francorum Illuſtri, &c. Et infra & cum præſentem haberemus in curia venerabilem fratrem noſtrum Thomam Hieroſolymitanum Patriarcham, quem de fratrum noſtrorum conſilio, nuper Eccleſiæ Hieroſolymitanæ præfecimus, virum quidem profundi pectoris, alti conſilii, virtutum claritate conſpicuum, & experientia multa probatum: in cujus manibus altiùs virtus altiſſimi ſtatum terræ prædictæ direxit, dum inibi, tunc Bethlemitanus Epiſcopus auctoritate Sedis Apoſtolicæ legationis munere fungeretur, ſibi hujuſmodi negotium, & prædictam pecuniam de ipſorum fratrum conſilio duximus committendam, mandantes eidem ut perſonaliter ad cariſſ. in Chriſto filii C. Siciliæ Regis Illuſtris patrui tui, cui quaſi tibi alteri, & tuis votis potiſſime in hac parte conformi ſuper hoc litteras dedimus ſpeciales, accedens præſentiam cum ipſius conſilio, & auxilio militare, ſeu navale, aut quodcumque d. Terræ magis expediens ſubſidium in omni qua poterit ſollicitudine, ac celeritate procuret cum eodem ſubſidio ad eaſdem partes è veſtigio acceſſurus &c.

Datum &c. Pontificatus noſtri ann. I.

Meſſanenſis autem Archiepiſcopus poſtero anno delectus eſt, ut diximus, Fr. Reginalbus ejus germanus frater. Dum Eccleſiam Cuſentinam Thomas moderaretur, favorabile diploma obtinuit à Clemente IV. Datum Viterbii 6. Id. Iun. ann. 4. quo confirmatur ſententia ad Eccleſiæ ipſius favorem prolata ſuper reſtitutione quorumdam caſtrorum, quæ Federicus II. quondam Imp. abſtulerat, & ad Regis Caroli I. manus devenerant. Incipit diploma. *Iuſtis petentibus &c.* in Reg. Vat. Mortuus eſt doctiſſimus probuſque Antiſtes anno 1276. Ejus cum laude meminerunt Bzovius, Fernandez, aliique Ord. Præd. ſcriptores. Vitam S. Petri Martyris compilavit, & volumen concionum de Sanctis conſcripſit.

XX 17 (1) BELPRANDUS ex Archidiacono Cuſentino translato (2) Thoma ad Hieroſolymitanum Sacerdotium delectus eſt Archiepiſcopus à Joanne XXI. caſſata, rejectaque Capituli Cuſentini poſtulatione cujuſdam Jacibardi de Benevento die 12. Kal. Dec. ann. 1. pontif. qui fuit ſalutis 1276. ut in epiſt. Vat. Reg. n. 33. fol. 11. Sedit plus minus annis duobus. Romæ fato functus eſt, ut in litteris Nicolai III. ad ejus ſucceſſurem habetur in eod. Reg.

XXI 18 PETRUS Archiepiſcopus Carinthienſis ſucceſſit Belprando huc translatus à Nicolao III. ann. 1278. 15. Kalen. Aprilis pontiſ. 2. ex Reg. Vat epiſt.

A 23. fol. 6. Quanto tempore hanc adminiſtraverit Eccleſiam, quove anno, ac loco obierit, incertum.



B 19 MARTINUS Polonus *a*, profeſſione Monachus Ciſtercienſis, Innocentii VI. olim Pœnitentiarius, Cuſentinus Archiepiſcopus fuiſſe perhibetur, qui (Bellarmino teſte) *Chronicon, quod Martinianum vocant, à condito mundo uſque ad ſua tempora ſcripſit, in quo breviter res geſtas Pontificum, & Imperatorum proſequitur uſque ad Honorium IV.* qui ſedere cœpit ad annum 1285. Fuit, juxta Bellarminum, vir ſimplex, qui ex ſimplicitate multa fabuloſa Chronico ſuo inſeruit, nominatim fabellam de Joanna Papiſſa, quæ ab eodem Bellarmino, Baronio, aliiſque plurimis Orthodoxis ſcriptoribus nervosè confutata & exploſa eſt. Sed re vera nunquam tale figmentum ſomniaſſe quidem Martinum noſtrum, & ſi hæreticorum fraude in ejus hiſtoria innexum deprehendatur, ex pluribus Mſſ. vetuſtis codicibus, & omnium antiquiſſimo Bibliothecæ Vaticanæ ſcribit, validiſque rationibus confirmat vir eximiè probus, omniumque ſcientiarum genere, linguarum peritia, ſuiſque monumentis vir longè XXII.

a De eo Labbè de Script. Eccleſ. Voſſius de hiſt. Latinis, & Altamum in Bibl. Neapol. ad an. 1279 Mandoſ.

C clariſſimus amicus noſter Leo Allatius Vaticanæ Bibliothecæ primus Cuſtos in commentatione fabulæ Joannis Papiſſæ; ipſum adhibe, & perlege, & Martinum noſtrum ab hac, aliiſque fabellis alienum judicabis, quarum nec per ſomnium meminiſſe, ſed peſſime ejus Chronicon ab aliis olim corruptum deprehendes. *Incipit ejus Chronicon*, inquit Allatius, *non ab initio mundi, ſed poſt præfationem à Natali Chriſti ad ſua uſque tempora hiſtoriam proſequitur. In eo nihil de quatuor majoribus Regnis, Urbis Romanę exordio, nihil de Urbis portis, plateis, templis, regimine, aliiſque fabulamentis, quibus Chronicon illud male audiat, peſſumque abeat Auctoris nomen: ſed omnia plana, & recta. Ex quo manifeſtum eſt, chronica, quę ſub Martini nomine, vel typis, vel ſcripto circumferuntur, ab integritatis ſuæ gradu deturbata aliorum imperitia, vel negligentia utinam non malevolentia fuiſſe. Unuſquiſque enim, quæ ipſe digna memoria judicabat, addidit, eraſitque quę ſibi indigna lectu videbantur. Chronicon ipſum ab aliis peſſime corruptum fuiſſe olim deprehenderunt Suffridus Petrus,*
D *ideoque fide Mſſ. Codicem emendatum, & in meliorem formam ut ipſe aſſerit, redactum edi curavit Antuerp. apud Plantinum 1584. Verum Joannam Papiſſam in ejus hiſtoriam ab aliis intertextam fuiſſe, ope illorum codicum, vel aliorum nuſquam deprehenderat; quare nihilo immutato fabellam hanc, ut erat, publicavit, notuvit tamen codices Mſſ. quod veriſſimum eſt, neque exenſos omnes, neque ſingulos inter ſe congruere, ut in codice Tongelonenſi M S. nec numerum, nec nomen habere in catalogo Pontificum, ſed Leoni*

K præ-

(1) Octavianus Cardinalis Ubaldinus adnotatur in quodam Mſ. hujus Eccleſiæ, & à P. Sambiaſio inter Archiepiſcopos Cuſentinos in lib. de familiis illuſtribus Cuſentinis. Is Cardinalis creatus an. 1244 vitam produxit uſque ad an. 1272. vel ut aliis placet, 1274. nec ullam in ejus actis, five apud Cicconianum opus, ſeu apud alios ſcriptores de tali Archiepiſcopatu Octaviani mentio habetur. Fuit hic Legatus ſane in bello contra Manfredum in Calabriæ partibus, & aderat ab eo diſtinctus Archiepiſcopus Cuſentinus, ut legimus in rebus Federici imper. ab Anonymo deſcriptis apud Ughellum: & bene libata ſucceſſione Antiſtitum Cuſentinorum nullus ſupereſt Ubaldino locus. *Lucentius.*

(2) Belprandus Cuſentinus Archiepiſcopus eligitur poſt obitum Thomæ hac ſede vacante. Scripſit Ughellus per ejus translationem ad Hieroſolymitanum Patriarchatum, quod equidem rectè enunciatur, cum jam ea tunc Archiepiſcopi Cuſentini titulus ceſſaſſet in Thoma, qui illum Hieroſolymorum aſſumpſiſſet, & impetrata Cuſentinæ Eccleſiæ adminiſtratione, ut iis etiam ad dignitatem tuendam, vitamque ſuſtentandam uteretur redditibus. *Lucentius.*

præcedenti hiſtoriam ejus velati fabalamentum ap- A
pendicis loco adjectam. Hæc ille. Cæterum non-
nulli ſcribunt chronici hujus Martiniani auctorem
ſuiſſe quemdam alium Martinum Polonum Ordin.
Prædicat. eumque cum noſtro confundunt, qui Cu-
ſentinus Archiepiſcopus fuit. Martinus verò Præ-
dic. Ordinis in Polonia fuit Archiepiſcopus, obiit-
que Bononiæ anno 1278. cujus tumulum in Eccleſia
Sancti Dominici nos ipſi inſpeximus, & brevem in-
ſcriptionem legimus, ſic in parvo lapide exaratam.
S. Fratris Martini Archiepiſcopi provinciæ Polo-
niæ. Fuerat hic Geneſnenſis Archiepiſcopus electus
anno 1278. Defunctus ſequenti 1279. longe diverſus
à noſtro Martino Ciſtercienſi, Archiepiſcopo Cu-
ſentino, de quo Stephanus Dalamevicius Varſav. in
catalogo Geneſnenſium Archipræſulum. Tempus
vero, quo Martinus ad ſedem Cuſentinam evaſerit,
præcisè ſignari nun poteſt, neque de ejus promotio-
ne in Reg. Vatic. aliquid prorſus invenire potuimus.
In tabulis ejuſdem Eccleſiæ variè ſignatur, aliæ in
annum 1246. aliæ 1250 ejus obitum reiiciunt, quod B
omnino ſtare non poteſt ex ſupra relatis ex ipſis Re-
geſt. Apoſtolicis. Miſſa facimus ea, quæ Arnoldus
Wion. lib. 2. Ligni Vitæ de iſtius Martini obitu di-
xiſſe viſus eſt poſt annum 1320. ſed cum ferè omnes
ſcriptores tradant, ſuum chronicon produxiſſe ad
Honorii IV. uſque tempora, qui ſedere cœpit anno
1285 crediderim, ni me conjectura fefellit, poſt Pe-
trum ad hanc ſuiſse evectum Eccleſiam, ac primis
annis Honorii IV. defunctum. De quo ferè omnes
Eccleſiaſtici ſcriptores, & ex Ciſtercienſibus mul
ti, noviſſimè Gaſpar Jongelinus in Purpura Divi
Bernardi, & doctus, eruditusque Carolus de Ulſch
in Bibliotheca ſcriptorum Ciſtercienſis Ordinis. Sed
quod penè mente exciderat, hic non reticendum vi
detur: ad hunc fortaſse Cuſentinum electum puta
rim directas fuiſse litteras Martini IV. ad favorem
Monachorum Florenſis cœnobii, ut ab eodem ad-
juvarentur ad mitiorem in locum tranſmigrandum:
eas exſcripſimus ex formulario M. Marini de Ebu-
lo, quod extat M S. in Bibliotheca Vaticana, in qui- C
bus legitur electus iſte Cuſentinus in habitu regulari
ſub religionis Monaſticæ diſciplina ab adoleſcentia
jugum Domini tuliſse, quæ Martino videntur pro-
pria, qui ex Ciſtercienſis Ord. Monacho ad Cuſen-
tinam cathedram traductus dicitur. En litteræ.

Electo, & Capitulo Cuſentino.

Cum in habitu regulari ſub Religionis Monaſticæ
diſciplina tu fili electe portaveris jugum Domini ab
adoleſcentia tua, & ſic fueris fidelis in pauca, quod
conſtitui merueris ſupra multa, ac in futuro ſupra
plurima ſtatueris, illiſque debeas ſpecialiter ſubve-
nire, qui ſedentes ſecus pedes Domini cum Maria
in lege ipſius jugiter meditantur, partem optimam
eligentes. Sanè ſignificantibus dilectis filiis Abbate,
& Fratribus Monaſterii de Flore, nos noveris acce-
piſſe: quod monaſterium ipſum poſitum in montanis
atque adeo eſt ventis expoſitum, ac præ acerbitate,
& aſſiduitate frigoris hyemis non ſolum ſibi ver vindi-
caverit, & Autumnum, ſed in menſes æſtivos ſuos
terminos dilataverit. Patet etiam locus ipſe incurſi- D
bus malignorum, per hoc non modicam quieti Fra-
trum, & per primum contrarius ſoſpitati. Cum er-
go locus quidam, qui . . dicitur, & ad Eccle-
ſiam pertinet Cuſentinam religioni eſſe idoneus refer-
tur, diſcretioni veſtræ, &c. Mandamus, quatenus
ab Abbate, & Fratribus ipſis æſtimationem ſuam fili
electe recepto ex cambio competenti, prædictum lo-
cum in quo fuiſſe quondam monaſterium perhibetur,
ipſis aſſignare curetis, illum in eos ita liberè conferen-
tes, ſicut excambium ad vos liberè devolvetur, ut
ſicut Monaſterium Floris ad nos nullo pertinet me-
diante, ſic Monaſterium, quod in eo conſtruget nobis
nullo medio ſupponatur, Alioquin &c. ut vos ad id
&c.

XXIII 20 PETRUS, niſi fortè idem cum Superiori,
& Martinus circa hæc tempora deſiit eſse, Cathe
dram Cuſentinam accepit regendam primis annis
Honorii IV. cujus obitus memoratur in literis Ni-
colai IV. de electione Adæ anno 1290. ad ipſum
Adam ſcriptis, in Reg. Vatic.


21 M. ADAM de Duſiaco, Gallus, Carnoten- XXIV
ſis Canonicus, Petro defuncto ſucceſſit anno 1290.
à Nicolao IV. ad eam dignitatem vocatus eodem
anno 15. Kalend. Decembris, ut in Regeſt. Vatic.
epiſt. 553. fol. 3. ano. pontif. ejuſdem 3. Hic Caroli
II. Conſiliarius fuit, & magnus Regni Siciliæ Can-
cellarius; exceſſit è vivis non conſecratus anno
1295. Eo enim anno ab eodem Carolo Rege memo-
ratur adhuc electus Cuſentinus in litteris ad eum
datis, de quo in Regio Regeſt. Neapol. ſæpè fit
mentio ad hunc uſque annum.

22 ROGERIUS de Stephanutia, ut fertur, XXV.
Archiepiſcopus ſanctæ Severinæ, ad hanc Cuſenti-
nam Eccleſiam translatus à Bonifacio VIII. ann.
1295. die 18. Kal. Decembris, ita in Reg. Vatic.
an. 2. pontif. ejuſdem ep. 381. fol. 79. mortuus eſt
anno 1298.



23 PETRUS Buccaplanula Neapolitanus no- XXVI
bili genere natus Archiepiſcopus Cuſentinus crea-
tus ab eodem Bonifacio anno 1298. 5. Non. Octo-
bris. Eccleſiam hanc rexit uſque ad annum 1319.
quo mortalitatem explevit: cujus ſæpe meminit
etiam Regium Regeſt. Neapol.

24 NICOLAUM Cathedralis Eccleſiæ Deca- XX
num, ad curam Archiepiſcopalem cleri major pars VI:
vocavit, eidemque collatum munus, rejecta poſtu-
latione ab alia minori Capituli parte celebrata in
perſonam Adami Epiſcopi Marturanenſis favorabi-
li ſuoſcripto firmavit Joannes XXII anno 1320. 8.
Kalen. Julii, pontif. ſui ann. 4. Avenione conſecra-
tus eſt per Guillelmum Epiſcopum Card. Sabinen-
ſem: pallium vero recepit à Neapolione S. Adria-
ni, Jacobo S. Georgii ad Velum Aureum, & Luca
S. Mariæ in Via Lata Diaconis Cardinalibus ex
Regeſt. Vatic. epiſt. 956. Obiit anno 1330.



25 FRANCISCUS della Marra Neapolitanus XX
ab Anglonenſi Eccleſia transfertur ad Cuſentinam VIII.
ab Joa. XXII. ann. 1330. Sedit omnino annis 23 ſub

Inno.

Innocentio VI. mortuus eſt an. 1353. Hic aliquando, ut erat infracti animi vir, cum Regiis de juriſdictione Eccleſiaſtica, deque ea conſervanda in Eccleſia S. Lucidi litem exercuit; contradictores Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſuit, ut ex litera Regis Roberti ad ipſum ſcripta dilucide apparet, quam exhibeo ab exemplari Regeſt. Neapolit.

Robertus &c. Venerabili P. Franciſco Archiepiſcopo Cuſentino dilecto Conſiliario, familiari, & fideli ſuo &c.

Scire debetis, ſi non vultis ſub diſſimulatione tranſire, jam per nos ex conſulta deliberatione fuiſſe proviſum, prout etiam de Apoſtolica permiſſione procedit, quod pro terra ſancti Lucidi, quam ſicut pro communi commodo certis rationabilibus cauſis ad id inducentibus mentem noſtram expedire conſpeximus, de noſtro demanio fieri decrevimus, & in illo de cæteros etiam per curiam noſtram competens excambium ipſi veſtræ Eccleſiæ tribuatur. Vos vero ſicut ex oblata noſtræ culmini petitione querula univerſitatis hominum dictæ Terræ ſancti Lucidi per certos eorum nuncios ad curiam noſtram miſſos accepimus, certis adinventis frivolis occaſionibus, atque cauſis, terram ipſam Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſuiſſe dicimini, & mandaſſe convicinis Terris, & locis, ut ejuſdem Terræ hominibus ſacramenta Eccleſiaſtica nullatenus miniſtrarent, quod illud inhumanum, & abhorrendum ſecutum fore didicimus, quod cum aliquos ex hominibus ipſis contingit rebus humanis abduci, illorum cadavera inſepulta remanent, nec eſt, qui eis in ſuis infirmitatibus exhibeat Eccleſiaſtica ſacramenta; cum igitur paternitatem veſtram non deceat talia ipſis noſtris fidelibus inferre gravamina, quæ in animarum decedentium perniciem prodeunt quorum habetis ex injuncto vobis paſtorali officio procurare ſalutem, & noſtræ curiæ proculdubio reſpiciant detrimentum, paternitatem veſtram requirimus, & hortamur attente quatenus ab his, excambio ipſo pendente abſtinentes omnino, ac in præmiſſis, & circa præmiſſa errata reformationem congruam corrigentes, & annullantes, interdictum hujuſmodi revocare, & talia ſacramenta in neceſſitatibus, & emergentibus caſibus miniſtrari ipſis noſtris fidelibus mandetis, ac etiam faciatis, ut non expediat ſuper hoc aliud remedium adhiberi. Nos enim Capitaneo generali Calabriæ Juſtitiario vallis Gratis, & terræ Jordanæ, ac Joanni Molri magno noſtræ curiæ magiſtro Rationali dilectis Conſiliariis, familiaribus, & fidelibus noſtris per alias literas noſtras injungimus, quod diligenter inquirere, & indagare procurent de excambio aliquo pro dicta terra S. Lucidi dando adiacente quantum plus fieri poterit veſtræ Eccleſ. memoratæ, & nobis exinde relationem faciant ſerioſã.

Dat. in Caſtro Maris de Stabia per Joannem Grillum de Salerno &c. Anno Domini 1332. die 28. Junii, Indict. 15. Regnorum noſtrorum anno 24.

XXIX. 26 PETRUS de Galganis, Sipontinus, Archiepiſcopus Rheginus, per obitum Franciſci transfertur ad hanc Eccleſiam per Innocentium VI. anno 1354. 4 Kal. Febr. ſui pontif. a. irrita Capituli electione facta in perſona Philippi ipſius Eccleſiæ Decani ita in Reg. Vat. epiſt. 14. fol. 30. Hic bonus Archiepiſcopus meruit à Joanna I. & Ludovico Regibus confirmationem recipere omnium Eccleſiæ ſuæ privilegiorum ab anteceſſoribus Regibus indultorum, an. 1357. quam Alphonſus I. Rex Berardo Caracciolo Archiepiſcopo iterum aſſeruit ann. 1450. Integrum documentum hoc loco addi poteſt è tabulario ejuſdem Eccleſiæ, hoc modo exſcriptum.

Alphonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum, Valentiæ, Hieruſalem, Ungariæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis, & Ceretaniæ.

Univerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis tam præſentibus, quam futuris. Si Reges, ac Principes ex quadam innata liberalitate continue de ſe benemeritos viros donis muneribuſque proſequi ſolent, quanto magis ejuſmodi liberalitatis officium exercere debent circa ea loca quibus dona muneraque ejuſmodi dare non oportet, ſed eiſdem locis opus eſt duntaxat Regia reparatione ſine ullo præjudicio Regum, aut alterius cujuſcunque. Sane pro parte R. in Chriſto Patris Conſiliarii, & Oratoris noſtri fidelis dilecti B. divina gratia Archiepiſcopi Cuſentini ſupplicatum fuit nobis, ut cum dicta Eccleſia Cuſentina habeat quoddam privilegium tenoris ſequentis videlicet. Ludovicus & Joanna Dei gratia Rex, & Regina Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ Folcaquerii, ac Pedimontis Comites. Magiſtro Juſtitiario Locumtenenti noſtro in Ducatu Calabriæ Juſtiariis, Capitaneis, Vicariis, Bajulis, Judicibus, Magiſtris juratis, Procuratoribus, ac Officialibus omnibus & ſingulis quacunque diſtinctione notatis, vel eorum Locatenentibus per Regnum noſtrum Siciliæ conſtitutis ad quos ſpectat, vel ſpectare poterit tam præſentibus, quam futuris fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem. Vera devotio provocat, efficax ratio ſuggerit, & inſtinctus naturalis adducit, ut Eccleſias, & venerabiles Dei Domos principalis authoritas præcipue protegat, quam ejus clementia ſua ſpeciali protectione gubernat. Hujus itaque conſiderationis intuitu à divina gratia cognoſcentes omnia, quæ habemus, ad inſtantiam venerabilis Patris Petri Dei gratia Archiepiſcopi Cuſentini fidelis, & devoti noſtri majoris ſuam Eccleſiam Canonicos, & Clericos ejuſdem Eccleſiæ cum infraſcriptis caſtris, caſalibus, hominibus, vaſſallis, ac juribus & pertinentiis ſuis detentis, & poſſeſſis ut aſſerit rationabiliter, ac juſto titulo, & bona fide per eandem Eccleſiam, ſeu ejus prædeceſſores à tempore fel. record. D. Regis Caroli I. Rev. Progenitoris noſtri, & uſque ad tempus, & tempora mortis q. bo. mem. Dom. Regis Roberti Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Regis noſtri Regis patrui noſtræque Reginæ avi, & Domini R. & uſque nunc ipſoſque ſuos vaſſallos, vicarios, Procuratores, familiares, officiales, & miniſtros ſub noſtra protectione ſuſcipimus, & ad curam defenſionis noſtræ ſpecialiter deputamus, eaque omnia de ſolita pietatis aræ clementia favorabiliter in quantum ſcil. regalis noſtra munificentia ſe extendit harum ſerie de certa noſtra ſcientia ſibi duximus confirmanda juxta tenorem privilegiorum Catholicorum Regum progenitorum noſtrorum, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum eidem Eccleſiæ conceſſorum exinde ſi & prout in pacifica poſſeſſione ipſorum toto prædicto tempore Eccleſia ipſa fuit, ſeu eſſe dignoſcitur & eſt. Quare fidelitati veſtræ earundem ſerie de eodem certa ſcientia mandamus expreſſe quatenus forma hujuſmodi literarum noſtrarum diligenter attenta, & ea efficaciter obſervata ad ipſam Eccleſiam habentes piæ devotionis affectum dictos Archiepiſcopum, Clerum, & Canonicos infraſcripta caſtra, caſalia in dictis partibus Calabriæ ſituata cum hominibus vaſſallis, ſervis, territoriis, paſcuis, vicariis, procuratoribus, officialibus, ac Judæis, bonis, & juribus, & libertatibus omnibus eorundem juſtis favoris præſideatis manuteneatis, illæſa ſervetis, ac etiam defendatis cum ab ipſorum aliquo veſtrum aliquis fuerit requiſitus officiorum veſtrorum temporibus ſucceſſive, non permittentes dictam Eccleſiam, ſeu ejus partem, ac homines vaſſallos ipſos, & alios ſupradictos à quoquam indebitè opprimi, inquietari, ſeu moleſtari, nec bona, & jura ipſa hujuſmodi aliquatenus occupari. Aſſiſtentes eiſdem rationabiliter quoties opus fuerit prout ad unius cujuſq; veſtrum ſpectat officium ope, ac auxiliis, & favoribus opportunis. Bona vero, & caſtra prædicta hæc eſſe dicuntur; videlicet caſtrum S. Lucidi, caſtrum Rendæ cum caſalibus, & juribus eorundem, caſalia exiſtentia in territorio d. civitatis Cuſentiæ cum hominibus, & vaſſallis, ac juribus ipſorum, ac hæreditate Presbyterorum Græcorum, & Latinorũ, ac Judæis ejuſdem civitatis Cuſentiæ, & caſalium, necnon & caſale S. Angeli de Cluſuris cum hominibus vaſſallis, ac juribus, & pertinentiis omnibus eorundem. Præſentibus autem poſt opportunam inſpectionem ipſarum remanentibus præſentanti. Datum in nobili civitate noſtra Meſſanæ per nobilem Sergium

Domini Urſini de Neapoli militem juris civilis profeſſorem magnæ noſtræ Curiæ Magiſtrum rationalem Viceprotonotarium Regni Siciliæ, anno Domini 1357. Die 20. Maii 10. Indictionis, Regnorum noſtri Regis, ann. 9. noſtræ veræ Reginæ an. 15. Regiſtrati in Cancellaria tr. 1118. *Cumque dictum privilegium ob nimiam vetuſtatem jam defecit, nam in pluribus locis tinea corroſum eſt, ſigillaque confracta ſunt adeo quidem, ut niſi de aliquo munimento noſtræ renovationis reparetur facile ad breve tempus omnino periturum ſit. Ideo dignaremur eidem Eccleſiæ ſuper reparatione, & renovatione dicti privilegii benigniter providere. Nos igitur Eccleſiarum commoda, & favores quantum honeſtè poſſumus perquirentes præſertim eos favores qui ſine noſtro, aut alterius præjudicio fieri poſſunt, præfatum privilegium ad oculum diligenter perſpici & recognoſci fecimus. Ipſumq; tandem licet corroſum atque exeſum tinea in pluribus locis ob nimiam vetuſtatem ſigilliſque duobus pendentibus confractis repertum extiterit, non tamen abraſum, aut vitiatum vel in aliqua ſui parte ſuſpectum, ſed plenam fidem præ ſe ferre, atque habere, prout tamen alia ſimilia dictorum Illuſtrium Ludovici, & Joannæ petvilegia confecta apparent, compertum eſt, cujus quidem privilegii tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri, atq; inſcribi fecimus fideliter quidem atq; diligenter, ut ſupra inſcriptum eſt. Quapropter tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & expreſsè præf. privilegium, ſeu tenorem, & exemplum d. privilegii præſentibus literis, ut præfertur inſertum ſine præjudicio noſtræ curiæ, & alterius cujuſcumque renovamus, & reparamus ac ad claritatem, & fidem publicam reducimus. Itaq; in judiciis, & extra dictus tenor, & exemplum d. privilegii præſentibus inſertum perinde habeatur, & cenſeatur, ac ſi foret ipſum dictum originale privilegium munitum quidem, & confectum in ſua prima, & originali forma, & figura, ſuiſque conſuetis ſigillis aliiſq; ſolitis ſolemnitatibus quibus tamen & prout alia ſimilia dictorum Illuſtrium Ludovici, & Joannæ privilegia munita, & confecta ſunt, vel apparent. Per hanc autem reparationem, & renovationem noſtram non intendimus aliquam confirmationem, ſive conceſſionem novam dicti privilegii, & contentorum in eo in totum, vel in parte facere, ſeu ſibi jus aliquod præter formam puræ renovationem, & reparationem adhibere, ſed ſolummodo ejuſmodi privilegium vetuſtate temporis eſum, ut præfertur atque corroſum ſimpliciter renovamus, & reparamus nihil novi facientes, per quod jus aliquod præter dictam formam puræ renovationem, atque reparationem dicto privilegio, ſive dictæ Eccleſiæ, vel datum de novo, vel acquiſitum, vel confirmatum eſſe cenſeatur. Quapropter Illuſtri, & cariſſimo filio primogenito, & Locumtenenti noſtro generali dicti Regni Siciliæ citra Farum Ducique Calabriæ Ferdinando de Aragonia intentum noſtrum omnimodum eſſe, ac fore declaramus. Magiſtro vero Juſtitiario ejuſque Locumtenenti, ſive Regenti magnam Curiam, & Vicariam Judicibuſq; curiam earundem magno inſuper Camerario ejuſque Locumtenenti, & præſidentibus, ac rationalibus cameræ noſtræ ſummariæ Theſaurario generali, & cæteris officialibus præd. Regni Siciliæ citra Farum ſignanter Vicegerenti, Juſtitiariis, Capitaneis, Judicibus, Commiſſariis, Theſaurariis, Ærariis, & aliis officialibus præf. Ducatus Calabriæ, & aliis ad quos ſpectet, præſentibus, & futuris de dicta certa ſcientia, & expreſſe præcipiendo mandamus quatenus præſentes noſtras renovationis, & reparationis literas præfatæ Eccleſiæ, & Archiepiſcopo Cuſentino purè ſimpliciter, & bona fide inviolabiliter obſervent, & obſervari faciant per quos deceat juxta ſuam continentiam pleniorem. Nihil in contrarium tentaturi aliqua ratione, vel cauſa quanto dictus Dux Calabriæ filius noſter nobis ſervire, & placere cupit, cæteri vero officiales gratiam noſtram caram habent, iramque & indignationem, ac pœnam unciarum mille cupiunt evitare. In cujus rei fidem, & teſtimonium præſentes literas noſtras fieri mandavimus noſtro magno ſigillo impendenti munitas. Datum in noſtris felicibus caſtris prope pontem Anerquini die 25. menſis Maii 13. Indictionis, anno à Nativ. Domini 1450. dictique noſtri Regni Siciliæ citra Farum felicis noſtri regiminis anno 16. aliorum vero Regnorum noſtrorum 35.*

Rex Ferdinandus.

Præfuit autem Petrus ann. 8. Neapoli excesſit anno 1362. ſepultuſque eſt in Eccleſia ſancti Petri de Majella, ubi inſcriptio hæc proſtat legentibus.

Hic jacet corpus Reverendiſs. in Chriſto Patris Domini Domini Petri de Galganis de Manfredonia olim Archiepiſcopi Cuſentini, qui obiit anno Domini MCCCLXII. die iii. menſis Novembris 1. Indict.



27 NICOLAUS Caracciolus Neapoli ſummo loco natus antea Epiſcopus Melphienſis, factus eſt Archiepiſcopus Cuſentinus ab Urbano V. an. 1363. 13. Kalend. Maii. Sub eodem fato functus ann. 1365. ex Regeſt. Vaticano. XXX



28 CERRETANUS de Cerretanis nobilis Senenſis Bernardi filius, Plebanus s. Stephani de Campio Diœceſis Florentinæ, ac ſacri Palatii Apoſtolici Auditor, Juris Doctor celebris, ab eodem Urbano V. electus eſt Cuſentinus Archiepiſcopus anno 1365. 18. Kalen. Martii, ejuſdemque pontiſ. ann. 5. Nicolao ſucceſſit. Sedit ann. 12. defunctuſque eſt initio ann. 1377. Ejus bonorum hæres ab inteſtato fuit Joannes Cerretanus de Senis ejuſdem Archiepiſcopi germanus frater plebanus S. Felicis Aretinæ Diœceſis. ut ex publico documento Salerni Joannini de Senis Notarii habetur, quod extat in publico Senarum Archivio. Memini me in primo tomo ſcripſiſſe pag. 933. in catalogo Melphienſium Epiſcoporum, dum de Nicolao Caracciolo Melphienſi Epiſcopo loqueremur, Cerretanum hunc de Cerretanis nobilem fuiſſe Florentinum, quem Senenſem eſſe conſtat ex ſupra citato documento, tunc nobis ignoto: hic verò errorem noſtrum fatemur ingenuè, & Cerratanum ſuæ libenter patriæ, & familiæ reſtituimus. XXXI

Hic

(„ *Huic ſcripſit Urbanus V. ei injungens, ut injuſtos detentores bonorum Florenſis Monaſterii ad reſtitutionem cogeret, intentato eiſdem excommunicationis telo, quod egregie præſtitit editis litteris ſequentis tenoris.*

„ *Cerretanus miſeratione divina Archiepiſcopus Cuſentinus ad infraſcripta authoritate Apoſtolica ſpecialiter deputatus Venerabilibus Viris univerſis & ſingulis Eccleſiarum Cathedralium, Capitulis, Monaſteriis, Conventibus, aliarumque Eccleſiarum Rectoribus, nec non Archipresbyteris, & presbyteris aliis, ad quos præſentes pervenerint ſalutem in Domino, & mandatis noſtris, imo verius Apoſtolicis firmiter obedire. Litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Urbani divina Providentia Papæ quinti ejus vera, & nota bulla plumbea pendenti in filo Canapis more Romanæ Curiæ bullatas omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes nos recepiſſe noveritis tenoris, & continentiæ ſubſequentis. Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri Archiepiſcopo Cuſentino Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Expoſuerunt nobis dilecti filii Abbas, & Conventus monaſterii Eccleſiæ Joannis de Flore ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Floren. Ordinis Cuſentinæ diœceſis, quod nonnulli iniquitatis filii quos prorſus ignorant decimas, terras, cenſus, redditus, legata, domos, vineas, & poſſeſſiones, prata, paſcua, nemora, molendina, Jura, Juriſdictiones, Inſtrumenta publica, & nonnulla alia bona ad ipſum monaſterium ſpectantia, temere, ac malitioſe occultare, & occultè detinere præſumunt non curantes ea præfatis Abbati, & Conventui exhibere in animarum ſuarum periculum, & ipſorum Abbatis, & Conventus ac monaſterii non modicum detrimentum, ſuper quo iidem Abbas, & Conventus Apoſtolicæ Sedis remedium implorarunt. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hujuſmodi detentores occultos decimarum, cenſuum, reddit um, & aliorum bonorum prædictorum ex parte noſtra publicè in Eccleſiis coram populo, per ſe vel alium moneas ut infrà competentem terminum, quem eis præfixeris, ea prædictis Abbati, & Conventui à ſe debita reſtituant, & revelent, ac de ipſis plenam, & debitam ſatisfactionem impendant, & ſi id non adimpleverint infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc peremptorie duxeris præfigendum ex tunc in eos generalem excommunicationem proferas, & eam ubi, & quando expedire videris uſque ad ſatisfactionem condignam ſolemniter publicari. Datum Avinionis Kal. Januarii Pontificatus noſtri anno quinto. Cumque ad requiſitionem, & petitionis inſtantiam præfatorum Abbatis, & Conventus cupientes præfatas Apoſtolicas litteras ut tenemur tam debitè, quam devotè executioni debitæ demandare, vobis Apoſtolica authoritate qua fungimur in hac parte ſub pœna excommunicationis, quam ex nunc prout ex tunc ſi contrafeceritis, & præmiſſa quæ mandamus non adimpleveritis incurratis ipſo facto, committimus, & mandamus, quatenus receptis præſentibus moneatis in veſtris Eccleſiis monitione Canonica præmiſſa omnes, & ſingulos occultos detentores decimarum, terrarum, cenſuum, Redditnum, legatorum, domorum, vinearum, poſſeſſionum, pratorum, paſcuorum, nemorum, molendinorum, Jurium, Juriſdictionum, Inſtrumentorum publicorum, & aliorum bonorum ad ipſum monaſterium pertinentium, quos nos per præſentes etiam monemus, ut infra & per totum quindecim dierum ſpatium poſt proviſionem veſtram, quorum dierum quinque pro primo, quinque pro ſecunda, & reliquos quinque pro tertio, & ultimo & peremptorio termino dicta monitione canonica præmiſſa, præfata authoritate qua fungimur Apoſtolica aſſignamus, & vos etiam aſſignetis eiſdem, prædictas decimas, cenſus, Redditus, Jura, Juriſdictiones, molendina, & alia bona dicti monaſterii occulta per eos, & etiam occupata eiſdem Abbati, & Conventui nomine dicti monaſterii reſtituant, & reſignent, vel eis debita ſatisfactione impendant, participes, & ſcientes revelent infra, & per totum terminum præfibatum, alioquin termino ipſo elapſo ſi prædicti occulti detentores prædicta non adimpleverint, ac participes, & ſcientes non revelaverint infra & per totum terminum ſupradictum ipſos omnes, & ſingulos, quos ex nunc prout ex tunc dicta Apoſtolica authoritate, qua fungimur in hac parte, ſimiliter excommunicamus in ſcriptis ſingulis diebus dominicis, & feſtivis Campanis pulſatis, Candelis accenſis pariter, & extinctis coram fideli populo in dictis Eccleſiis excommunicatis, & excommunicatos publicè nunciare curetis tandiu quandiu prædictis Abbati, & Conventui pro prædicti monaſterii parte prædicta reſtituerint, vel debitam ſatisfactionem impenderint, ac participes, & ſcientes revelaverint, & meruerint abſolutionis beneficium obtinere. Datum in Caſtro Moſono Rendæ Cuſentinæ diœceſis die 25. menſis Aprilis ſeptimæ Indictionis.*)



29 NICOLAUS Brancaccius *a* Neapolitanus præcipua nobilitate clarus, à Gregorio XI electus *b* ſucceſſit Cerretano an. 1377. quo die 14 Aprilis ſolitum ſubſidium promiſit ſolvendum ſacro Cardinalium Collegio in obligationum lib cum vero ſequenti anno inter Urbanum VI. ac VII. Clementem Pſeudopontificem ſchiſma teterrimum æſtuaſſet. Nicolaus, quod Joannæ Reginæ charus eſſet, Pſeudopontificis partes fovit; quamobrem eum ad dicendum cauſam Romæ ad Urbano fuiſset vocatus, contempſiſſetque venire, tanquam contumax, & ſchiſmaticus cum Petro Urbevetano, Guillelmo Urbionte, Petro Montisflaſcon. Ioanne Gebennenſi, & Franciſco Cajacenſi rebellibus Epiſcopis, excommunicatus, & honore Archiepiſcopatus ſpoliatus eſt an. 1378. 5. Id. Novembris, ut in literis ejuſdem Urbani ad Raymundum Capuanum Ord. Prædic. virum inſignem, legimus in tabulario Conventus S. Dominici de Senis. Cæterum, ut alibi diximus, Nicolaus Avenione à Clemente Antipapa eodem ann. 1378. 17. Kalen. Januarii ſublectus eſt Presbyt. Card tituli ſancti Marci, & ab eodem 1378. creatus Epiſcopus Card. Albanus. Schiſma ſecutus eſt etiam ſub Benedicto XIII. Antipapa, uſque ad Piſanum Concilium, in quo cum Benedicti obedientiam abjuraſſet, legitimè Cardinalis declaratus eſt ab Alexandro V. Deceſſit Florentiæ die 29. Junii 1412. ſepultus apud Eccleſiam S. Mariæ Novellæ. XX XII.

a De eo Ciaconius Oldoini tom 2. col. 676.

b Et ab Inſula Hi-renſi tranſlatus.

30. IOANNES anno 1379. declaratus eſt Cuſentinus Antiſtes à Clemente Antipapa, poſt aſſumptionem Nicolai ad Cardinalatus apicem; *c* in ea dignitate intruſus promiſit ſolitum ſubſidium, & recognovit pro Nicolao prædeceſſore die ultima Febr. ut patet ex lib. oblig. Præl. ſub eodem Clemente: de quo nihil aliud apparet, quod proferamus in lucem.

c Hic, & ſequens omittendi utpote intruſi.

31 ANDREAS hic ab eodem Pſeudopontifice A poſt Joannem in hac eadem Eccleſia intruſus eſt anno 1386. & ipſe promiſit ſubſidium ſolvere die 6. Julii, ex eodem libro, neque de eo quicquam aliud reperitur.

XX XIII. 32 G. ſic hac prima litera notatur in Regeſt. Regio Neapol. Caroli III. Archiepiſcopus Cuſentinus erat ſub Urbani VI. obedientia anno 1382. nec aliud veſtigium de ipſo alicubi apparet. Crediderim tamen, hunc ſive Gregorium, ſive Georgium, ſeu Gualterium, vel ſi aliud nomen haberet, ſtatim atque Nicolaus ab Urbano Archiepiſcopatus honore ſpoliatus eſt, ad hanc Eccleſiam eundem Urbanum promoviſſe, neque poſſeſſionem iniiſſe, niſi poſt Joannæ Reginæ obitum, ſicque miſerabilis Eccleſia ſub duobus Præſulibus inter ſe litigantibus laboravit.



XX XIV. 33 TIRELLUS Caracciolus, Neapolitanus Piſquitius Marini primi Comitis ſancti Angeli filius, ex auctoritate Urbani VI. legitimi Pontificis evaſit Archiepiſcopus Cuſentinus, cujus clara memoria extat in Regeſtis ejuſdem Urbani 1388. die 24. Aprilis; ejuſdem Pontificis anno 11. & in libris C obligationum Bonifacii IX. an. 1390. defunctus eſt anno 3. Joannis XXIII. ſalutis vero 1412. Quanti vero Tirellum virum omni laude digniſſimum fecerit Bonifacius ipſe IX. Papa, docent ejuſdem literę ſcriptæ ad populum, & Clerum S. Lucidi, quas hic referre non piget ab exemplari.

BONIFACIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Clero, & Populo Terræ S. Lucidi Cuſentin. Diœc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Auditis plene relatione vener. fratris noſtri Tirelli Archiepiſcopi Cuſentini honoris, & ſtatus veſtri zelatoris ferventiſſimi, intellectis ſincero veſtrę devotionis affectu, & fidei puritate inconcuſſis quos ad nos, & Romanam geſtis prout laudabiliter geſſiſtis continue Eccleſiam, valde gaviſi ſumus in his fidelitatem & devotionem veſtram hujuſmodi plurimum commendantes, hortantes, ut de bono in melius velitis continuare, ſcientes quod quia ipſius Archiepiſcopi aſſiſtentia propter ejus virtutes, & pru- D *dentiam, ac fidelitatem eximiam eſt nobis, & Eccleſiæ utilis, & opportuna, ipſum Archiepiſcopum nobiſcum retinuimus, quem etiam in agendis per vos nobiſcum reperietis valentem interceſſorem, & nos tam intuitu fidelitatis, & devotionis veſtræ hujuſmodi, quam ipſius Archiepiſcopi ad quælibet vobis gratia promptiorem, hortantes etiam vos, ut ipſum, & ejus Eccleſiam, agentes ſuas pro noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia, & ipſius amore habeatis ſemper propentius recommiſſos, nos enim ipſa intercedente ſcribimus dilecto filio nobili viro Comiti Catanſarii, & Comiti Montis-Alti, ut caſtrum Rendæ reſtituat, aliàs providebimus, ut fuerit opportunum.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſecundo Idus Ianuarii Pontificatus noſtri anno tertio.

XX XV. 34 FRANCISCUS Tomacellus Neapolitanus Abbas ſæcularis S. Stephani de Bononia ſublectus eſt Archiepiſcopus in demortui locum Tirelli à Jo-



B anno XXIII. Non. Januar. 1413. Poſt undecimum annum à ſua adminiſtratione tranſlatus eſt ad Eccleſiam Caputaquenſem 1424. a 3. Non. Auguſti. a 1425.



35 BERARDUS Caracciolus Piſquitius Neapolitanus Caputaquenſis Epiſcopus eodem anno XX XVI. 1424. b eademque die, qua Franciſcus tranſlatus b 1425. eſt ad Caputaquenſem Eccleſiam, ipſe ad hanc Cuſentinam tranſitum fecit, cui præfuit ad annum uſque 1452. quo obiit. Hic cum eſſet Alphonſi I. Regis Conſiliarius, favorabile pro ſe, ſuaque Eccleſia ab eodem obtinuit privilegium, & ſuorum bonorum manutentionem in hunc qui ſequitur modum, ab exemplari exſcriptum in originali volumine Regeſti Alphonſi, quod extat apud me.

Alphonſus, &c. Magnif. nobilibus, & egregiis Franciſco de Siſcar militi in Ducatu Calabriæ Vicemgerenti Juſtitiario vallis Gratis, & terræ Jordani, que eorum Locatenentibus, cæteris demum officialibus & perſonis quibus officio, & auctoritate diſtinctis, ad quos ſpectat, præſenteſque devenerint, & requiſiti fuerint de ſubſcriptis, præſertim Ferdinando de Almeda gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Expoſitione Reverendi in Chriſto Patris, & Conſiliarii nobis dilecti Domini Archiepiſcopi Cuſentini percepimus, quod tam ipſe, quam prædeceſſores ſui Archiepiſcopi Cuſentini nomine ſuæ Eccleſiæ Cuſentin. ab antiquiſſimis temporibus, & à tanto tempore contrarii memoria hominum non exiſtit, ſemper poſſederunt pacificè, & quietè, ſicut etiam præfatus Archiepiſcopus Cuſentinus poſſidet de præſenti nonnullas poſſeſſiones, & tenimenta in Sila Cuſentiæ ab antiquiſſimis temporibus, & tanto tempore ejus contrarii memoria hominum non exiſtit, nominat. Vallis Gratis in loco, ubi dicitur la baglia de li Monti *ſuis finibus limitat. Et dictas poſſeſſiones, & tenimenta Eccleſiæ Cuſentinæ ſemper fecerint laborari, & cultivari per diverſos colonos, ſeu agricultores plene & libere, & ſine alicujus moleſtia,*

& ſine

& ſine aliqua ſervitute, ſervitio, ſeu tributo nuſquam. Nunc autem noviter quidam Ferdinandus de Almeda de Regno Portugalliæ ſub prætextu certorum privilegiorum Jacobi Moremiſis de Neapoli, ac etiam ſub occaſione certorum mandatorum à noſtra curia emanatorum executorum dict. privilegiorum dictos colonos, & agricultores dict. tenimentorum præfati Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Cuſentinæ, tum diverſarum appoſitione pœnarum, &c. & per vos officiales ſæculares d. provinciæ ad ipſius Ferdinandi inſtantiam poſitarum graviter, & de facto . . . turbat, & moleſtat exigendo, & extorquendo à dictis agricultoribus Eccleſiæ tarenum unum pro quolibet parricblo bovum non permittendo præfatos Eccleſiæ Agricultores prædicta tenimenta dictæ Eccleſiæ laborare, ſeu aliqualiter cultivare, imo dicta tenimenta remanent inculta, & penitus derelicta. Et ſic præfatum Archiepiſcopum, & Eccleſiam Cuſentinam poſſeſſione dictorum tenimentorum indirecte, & de facto ſpoliando, & ex abrupto deſtituendo, & denudando in præjudicium, & gravem jacturam Eccleſiæ Cuſentinæ, & Archiepiſcopi ſui prædicti, ſuorum colonorum, & agricultorum, &c. fuitque per Archiepiſcopum eundem nobis humiliter ſupplicatum, ut ſuper prædictis de juſtitiæ remedio opportuno providere benignè dignaremur, attento maxime ipſius Eccleſiæ, & ſui Paſtoris ipſa Eccleſia principalis, & ſui Paſtores debeant pro cauſis hujuſmodi convenire non Agricultores, ſeu coloni;. quibus quidem expoſitioni, petitionique ſubjunctæ annuentes benigne, nolentes colonos, & Agricultores præfatos, & veſtram Eccleſiam, & Archiepiſcopum in aliquo indebite, & maxime contra juſtitiam aggravari. Vobis prædictis Proviceregi præſertim juſtitiario, ſeu veſtris Locatenentibus, & dicto Ferdinando de Almeda prædicto dicimus, & expreſſo mandamus, quatenus prædictos Archiepiſcopum, Eccleſiam Cuſentinam, ac dictorum Archiepiſcopi, & Eccleſiæ colonos, & agricultores ſuper præmiſſis pecuniarum exactionibus, & extorſionibus, ſeu dictorum territoriorum perturbationibus non debeatis ſic de facto, & ex abrupto ſeu aliter quoquo modo indebite moleſtare, aut expoliare, aut moleſtari, vexari, aut expoliari facere, ſeu permittere, nec à dictis Archiepiſcopo, Eccleſia, & eorum colonis, & Agricultoribus aliquando impedire. Verum ſi quas cauſas juſtas contra dictum Archiepiſcopum, Eccleſiam, eorumque colonos Agricultores prædictos, vos dictus Ferdinandus, aut alius quiſquis habere prætenderit, &c. eaſdem coram eorum Judice competenti juſtitia mediante proſequamini ad cujus examen contrahatis, & de juribus veſtris experiamini coram eo. Certi enim reddimur, quod miniſtrabitur vobis juſtitiæ complementum, & quicquid huc uſque per vos, aut quemvis veſtri innovatum extiterit contra formam prædictam in primum reducatis ſtatum, prout nos reducimus hic cum præſenti declarantes irritum, & inane quicquid per vos contra mentem noſtram hanc, juſtitiamque dicti Archiepiſcopi agitur in præmiſſis ultra pœnam unciarum centum, quam vos, & quemlibet veſtrum contrafacientem incurrere volumus ipſo facto, & noſtro Ærario applicari has noſtras literas parvo noſtro ſigillo munitas, vobis propterea dirigentes remanſuras pro ſui cautela veſtris ſingulis præſentanti.

Datum in Turri Octavi, die tertio menſis Novembris 15. Indict. Anno à Nativitate Domini 1451. Rex Scilicet Dominus Rex mandavit mihi Arenaldo Fovelleda.

Idem Alphonſus Rex eidem Berardo (1) anno 1450. confirmavit, quæ Joanna Regina ann. 1357. Petro Archiepiſcopo conceſſerat de Caſtris Rendæ, & S. Lucidi ad Eccleſiam Cuſentinam, longo annorum ſpatio pertinentibus. Confirmatio iis verbis exſcripta eſt ab exemplari.

Alfonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum, Valentiæ, Hieruſalem, Hungariæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis, & Ceretaniæ, univerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris.

A Suadet magiſtra prudentia rerum, & temporum conditione penſata de rebus, & bonis propriis, cum neceſſitas imminet, fidelibus noſtris pro expedienti compendio, ut Reipublicæ ſuccurratur, alienare, & conſulta deliberatione vendere, quo ſalubrius quod intenditur univerſale perficiatur compendium, & ſaluti Reipublicæ, ac defenſioni fidelium proviſius conſulatur. Sanè occurrentibus nobis quotidie variis agendis, opportunitates habendi pecunias in noſtris neceſſitatibus, & proſecutione dictorum agendorum neceſſario committendas pervigili cura exquirimus, & ſignanter pro apparatu felicis exercitus noſtri, quem contra orthodoxæ fidei, ac nominis Chriſti perſecutorem infeſtiſſimum Machometum Turcarum Principem parare intendimus, necnon & pro ſubſtentatione noſtrarum gentium armigerarum in defenſione fidelium vaſſallorum, & ſubditorum noſtrorum partium Albaniæ militantium, & partes ipſas à tyrannide ſæva Turcarum eorumdem tuentium. Sicque

B prædictis intenti pro Chriſti nominis exaltatione & noſtrorum fidelium hujus Regni mediata, & partium Albaniæ immediata defenſione, & habentes præ manibus, ac tenentes, & poſſidentes Terram, & caſtrum S. Lucidi de Provincia Calabriæ certis locis, & finibus limitatam in manibus noſtræ Curiæ, & præſentiarum exiſtentem, & ad nos, & ad noſtram Curiam pertinentes certis juſtis titulis, rationibus ſive cauſis, quos, & quas præſentibus recenſere non opus eſt. Terram prædictam per Prædeceſſores noſtros in hoc citra Farum Siciliæ Regno alienari, diſtrahi, & concedi conſuetum cum Caſtro, ſeu fortalitio hominibus, vaſſallis, vaſſallorumque redditibus, feudis, feudatariis, ſubfeudatariis, tenimentis territoriis, meroque, & mixto Imperio, ac gladii poteſtate, beneficio juſtitiæ cauſarum civilium, & bajulationis cognitione, aliiſque juribus, & per-

C tinentiis ſuis omnibus ad dictam Terram, & Caſtrum de jure legitimo ſpectantibus, & pertinentibus, francam ſiquidem & exemptam ab omni obligatione, hypothecatione reali, & perſonali, venditione, alienatione, contractu, debito, onere, cenſu, redditu, & præſtatione quacunque. Exceptis iis quæ nobis competunt ex natura feudi, ſuperioritatis, & majoris dominii ratione, ac etiam ex conſuetudine nemini per nos donatam, conceſſam, venditam, alienatam, obligatam, ſeu diſtractam in toto vel in parte, neque alteri oneri, vel obligationi ſubmiſſam decrevimus vendere, & de ea vendenda ad tractatum, & conventionem devenimus cum magnifico viro Camillo Coroculo fratre, & procuratore Reverendi in Chriſto Patris P. Archiepiſcopi Cuſentini Conſiliarii, & oratoris fidelis noſtri dilecti vice, ac nomine dicti Domini Archiepiſcopi fratris, & principalis ſui agente noſtri Sacri Conſilii prævia deliberatione, & approbatione exinde ſubſequuta. Et intendentes tractatum ipſum nobis, & Reipublicæ Regni prædicti

D utilem, & expedientem eſſe ex cauſis prædictis, & aliis etiam juſtis rationibus, atque cauſis ad id mentem noſtram digne moventibus cum dicto Camillo pro parte dicti Archiepiſcopi tanquam plus alio eadem Terra offerente tractatum ipſum ad effectum deduximus. Tenore igitur præſentium de certa noſtra ſcientia, libera, mera, propria, ſpontanea, & gratuita voluntate noſtra, ac cum deliberatione, & approbatione dicti noſtri Conſilii auctoritate Dominica, & ex plenitudine Dominicæ noſtræ poteſtatis, ac cum omnibus juris, & facti ſolemnitatibus ſervatis jam dictam Terram S. Lucidi diſtrahi, alienari, & concedi per regiam Curiam, ut præmittitur conſuetam in manibus dictæ noſtræ Curiæ præſentialiter exiſtentem cum Caſtro, ſeu fortellitio, hominibus, vaſſallis vaſſallorumque redditibus feudis, feudatariis, ſubfeudatariis, redditibus, cenſibus, ſervitiis, do-

(1) Non Berardo, ſed ſequenti Pyrrho hanc factam eſſe ab Alphonſo confirmationem arguunt tum Epocha in fine diplomatis, quæ annum 1457. præfert, tum litera initialis P in ipſo diplomate, cum de Archiepiſcopo Cuſentino loquitur, quæ Pyrrhum, non Berardum denotat.

domibus, poſſeſſionibus, vineis, olivetis, jardenis, terris cultis, & incultis, montibus, planis, pratis, ſilvis, nemoribus, paſcuis, arboribus, molendinis, battinneriis, aquis, aquarum decurſibus, meroque & mixto Imperio, ac gladii poteſtate, bajulatione, banco juſtitiæ, & cognitione cauſarum civilium inter homines, & per homines dictæ terræ S. Lucidi, & alios quoſcunque juriſdictioni, ac bajulæ, & officialibus dictæ terræ S. Lucidi de jure ſubjectos, tenimentis etiam territoriis, demaniis, aliiſque juribus, juriſdictionibus, rationibus, actionibus, utilique dominio, & cum integro ſtatu ſuo, & pertinentiis omnibus ad dictam terram pertinentibus, & ſpectantibus quovis modo cujuſcunque vocabuli appellatione diſtinctis, quæ omnia haberi volumus præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ſpecificè declaratis, francam utique, liberam & exemptam uti ſuperius expreſſum. Excepto ab iis, quæ nobis & noſtræ Curiæ competunt ſuperioritatis, & majoris dominii ratione, neminique per nos venditam, alienatam, obligatam, hypothecatam, ſeu diſtractam in toto, vel in parte, nec alteri oneri, vel obligationi ſubmiſſam, tacitè vel expreſsè, quæ videlicet ſunt de demanio in demanium, & quæ de ſervitio in ſervitium in perpetuum, ac tanquam rem noſtram propriam vendimus, & alienamus, & ex cauſa venditionis ejuſdem per noſtrum ſecretum Anulum tradimus, concedimus, & aſſignamus jam dicto Archiepiſco Cuſentino abſenti, & per dictum ſuum procuratorem ementi, & recipienti pro ſe, & ſuis in dicto Archiepiſcopatu Cuſentino Succeſſoribus, nobis tamen fidelibus in perpetuum pro pretio quidem, & nomine pretii, ac integro, & finali pagamento venditionis dictæ terræ, & prædictorum ejus jurium ducatorum ſcilicet ſeptem millium quingentorum currentium ad rationem de Liliatis decem ducato quolibet computato inter nos, & noſtram Curiam, & dictum Camillum dicti Archiepiſcopi Procuratorem convento pro venditione prædicta, quos quidem ducatos ſeptemmille quingentos confitemur habuiſſe, & recepiſſe à dicto Archiepiſcopo Cuſentino per manus procuratoris ſui prædicti in pecunia numerata, recipiente illos pro nobis de noſtris ordinatione, & mandato magnifico, & dilecto Conſiliario & Theſaurario noſtro generali Petro Mercader Milite, noſque & noſtram Curiam de illis reputamus, & tenemus contentos, quietos, tacitos, & pagatos, ac de illis fore nobis & ipſi noſtræ Curiæ ad plenum, & integrè ſatisfactum. Et renunciantes voluntariè, ac expreſsè de certa noſtra ſcientia exceptioni dictorum ducatorum ſeptemmillium quingentorum ex prædicta venditionis cauſa non receptorum, non habitorum, & numeratorum, ut præfertur, eximimus, & ſeparamus ipſius noſtri Privilegii præſentis ſerie de dicta certa noſtra ſcientia, proprioque noſtro motu, & poteſtate dominica jam dictam terram S. Lucidi cum Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, juribus, & pertinentiis ſuis omnibus ſupradictis à noſtro dominio, & demanio, ac ab omni & quolibet Comitatu, Baronia, ſeu Feudo, ſub qua, ſeu quo fuiſſet retroactis temporibus annexa quomodolibet vel ſubmiſſa. Et nihilominus pro favorabiliori proſecutionis effectu venditionis præſentis in eundem Archiepiſcopum Cuſentinum, & ſuos in eodem Archiepiſcopatu ſucceſſores in perpetuum omne jus, omnemque actionem realem, & perſonalem, utilem, & directam, mixtam, & rem ſcriptam nobis, & noſtræ Curiæ competens, & competentem, competiturum, & competituram in & ſuper dicta terra S. Lucidi vendita cum Caſtro, ſeu fortellitio, hominibus, vaſſallis, feudis, feudatariis, ſubfeudatariis, juribus, rationibus, & pertinentiis ſuis omnibus antedictis tam pro cauſa Reipublicæ ſubſiſtente de præſenti, quam de præterito, & etiam de futuro, ac de prædicta, vel alia quavis cauſa, ratione, titulo, vel prætextu, vigore pręſentis Privilegii, de ipſa certa noſtra ſcientia transferimus, cedimus, & penitùs derivamus, nihil juris vel actionis nobis, & ipſi noſtræ Curiæ, ac noſtris hæredibus, & Succeſſoribus in hoc noſtro citra Farum Siciliæ Regno, in & ſuper dicta terra S. Lucidi juribus & pertinentiis ſuis omnibus prædictis, ejuſque proprietate, poſſeſſione, & utili dominio præter excepta ſuperius retinentes, vel quomodolibet reſervantes ad habendum, tenendum, & poſſidendum dictam terram S. Lucidi cum Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, feudis, feudatariis, ſubfeudatariis, juribus, & pertinentiis ſuis omnibus ſupradictis per dictum Archiepiſc. Cuſentinum emptorem, & ſuos in eodem Archiepiſcopatu ſucceſſores, ut præfertur immediatè, & in capite à nobis, & dicta noſtra Curia, ac hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris prędictis. Necnon petendum, reintegrandum, & reintegrari faciendum omnia, & quæcunque bona à dicta terra S. Lucidi alienata, illicita, diſtracta, ſeu occupata quovis modo, quam per alios juſtè & rationabiliter non tenentur ad præſens, juramenta aſſecurationis debitæ à vaſſallis recipiendum per manus Commiſſarii ſuper hoc per nos deputandi, dictamq; terram S. Lucidi cum Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, juribus, & pertinentiis ſuis prędictis

B

vendendum, alienandum, permutandum, donandum, tradendum, & concedendum, illiq; dominandum, & ea uti, fruendum, ac de ipſa faciendum, & diſponendum inter vivos, vel in ultima voluntate & quemcunque contractum de illa voluerit faciendum, ut de re dicti Archiepiſcop. & prout per canonica inſtituta ſibi, ſuiſq; ſucceſſoribus in eodem Archiepiſcop. conceſſum eſt noſtro in iis aſſenſu, & beneplacito reſervatis. Volumus inſuper, & declaramus expreſsè de ipſa certa noſtra ſcientia, quod ſi dicta terra S. Lucidi vendita cum Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, juribus, & pertinentiis ſuis præd. excederet dimidiam juſti pretii ſupradicti, licet re vera juſtum illius pretium, conſideratis conſiderandis fateamur nobis modo prædicto ſolutum totum id, & quicquid ultra dictum pretium nunc & de præſenti, ac ſuccceſſivo tempore dicta terra S. Lucidi fuerit valere comperta, ſeu in contrarium allegari poſſet quomodolibet, vel prætendi, & ad quamcumq; quantitatem magnam, ſeu parvam aſcenderet, eidem Archiepiſcopo emptori,

C.

ſuiſque in dicto Archiepiſcopatu ſucceſſoribus propter grata, & accepta ſervitia, quæ ipſe emptor nobis hactenus præſtat, & præſtare non deſinit, per quæ noſtram gratiam ſibi merito vendicavit, atque devotionis zelum, quem erga dictam Cuſentinam dignitatem ducimus, damus, donamus, & ex cauſa donationis proprii noſtri motus inſtinctu præſentis Privilegii noſtri tenore concedimus de dicta noſtra ſcientia, liberalitate mera, & gratia ſpeciali, ita quod circa hoc nullo unquam tempore dubietas oriri valeat, neque reſultare poſſit, vel debeat in contrarium aliqua nociva difficultas lege, jure, & conſtitutione, Regnique capitulis, in contrarium diſponentibus, obſiſtentibus, vel adverſantibus, non obſtantibus quoquo modo, quas, & quæ earumque efficaciam, & effectum, quantum ad prædicta authoritate dominica, & de plenitudine noſtræ poteſtatis, etiamſi de eis nominatim, & expreſſe eſſet hic mentio facienda, tollimus, ac viribus & efficacia vacuamus. Nec obſiſtere volumus huic præſenti venditioni noſtræ, quam pro dicta utili & neceſſaria cauſa, & cum deliberatione conſulta fecimus modo prædicto, quaſcumque venditiones, alienationes, donationes, traditiones, conceſſiones, & promiſſiones, ac Privilegia, litteras, cedulas, & ſcripturas quaslibet quibuſvis perſonis, quantumvis benemeritis, atque dignis, & pro quibuſvis conſiderationibus, atque cauſis utilibus neceſſariis, publicis, vel privatis, & cum quibuſcunque aliis clauſulis, quantumcumq; derogatoriis, aliiſque modis, tenoribus ſive formis factas, vel conceſſas, tam per claræ memoriæ Regem Ladislaum dum vixit, & per Reginam Joannam ſecundam matrem noſtram colendiſſimam, quam per nos, & quoſvis alios prędeceſſores noſtros aut per nos in poſterum forſitan faciendis in toto, vel in parte de dicta terra S. Lucidi cum præfato Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, tenimentis, territoriis, juribus, & pertinentiis ſuis omnibus antedictis quantumcunque dicti emptores, ſeu donatarii, vel conceſſionarii,

aut

aut alter, vel alii ex eiſdem dictæ terræ, vel alicujus partis ejus cum præfato Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, juribus, & pertinentiis ſuis prædictis poſſeſſionem alias accepiſſent corporalem, aut illam aſſecuti fuiſſent, reali traditione, & adeptione illamque pariter tenuiſſe noſcerentur, ſeu quodcunque ipſis forſitan jus fuiſſet quæſitum; quam quidem poſſeſſionem de ipſorum detentorum manibus poſtmodum ereptam, ſeu revocatam nullam prorſus eſſe decernimus, dictoque Archiepiſcopo emptori pro ſe, & ſuis prædictis ſucceſſoribus abſque alicujus contradictionis obſtaculo jubemus, & volumus eſſe realiter aſſignandam, cum etiam præſenti venditioni noſtræ prædicto Archiepiſcopo Cuſentino pro ſe, & dictis ſuis in dicto Archiepiſcopatu ſucceſſoribus de prædicta terra S. Lucidi ſolemniter, & legitime per nos factæ, ut præmittitur refragari, vel obeſſe nolimus quaſcumque literas, privilegia, pacta, conventiones, etiam interveniente quacunque pecuniæ quantitate univerſitati, & hominibus dictæ terræ, tam per dictos quondam Regem Ladislaum, & dictam Reginam Joannam ſecundam, quam per nos & quoſvis alios prædeceſſores noſtros quacumque authoritate fungentes de retentione dictæ terræ in demanium, nec alienando ullo unquam tempore à dominio prædicto, quandocunque, & qualitercunque conceſſas, & factas, ac quibuſvis clauſulis derogatoriis roboratas, etiamſi oporteret hic de illis plenam, & expreſſam fieri mentionem, cum in omnem eventum venditionem hujuſmodi eidem Archiepiſcopo emptori pro ſe, & dictis ſuis ſucceſſoribus de prædicta terra cum Caſtro ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, juribus, & pertinentiis ſuis omnibus prælibatis ſolemniter, & legitimè per nos factam intendamus omninò & infallibiliter ipſi Archiepiſcopo Cuſentino emptori, dictiſque ſucceſſoribus ſuis in eodem Archiepiſcopatu firmam, realem, effectivam, & fructuoſam exiſtere, nec ullo unquam tempore diminutionis incommoda ſublatis quibuſvis contrariis interpretationibus aliis quomodolibet ſubituram. Nos autem hujuſmodi venditiones, alienationes, denationes, conceſſiones, traditiones, promiſſiones, ac privilegia, litteras, cedulas, & ſcripturas qualibet forſitan factas per dictum quondam Regem Ladislaum, ſeu per dictam quondam Reginam Joannam ſecundam, vel per nos, aut quoſvis alios prædeceſſores noſtros præfatis quibuſvis perſonis de dicta terra vendita dicto Archiepiſcopo pro ſe & præfatis ſuis in eodem Archiepiſcopatu ſucceſſoribus fidelibus noſtris cum Caſtro ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, juribus & pertinentiis ſuis omnibus antedictis, vel per nos in poſterum faciendas quantumvis expreſſis, & ſub quacunque ſine formaque verborum, etiam ſi de illis, vel aliquo illorum, ſeu illarum clauſula eſſet hic ſpecialis & expreſſa, aut de verbo ad verbum mentio & notitia facienda, ſeu totus illarum tenor præſentibus inſerendus, quas, & quæ hic haberi volumus pro appoſitis, & inſertis quantum ad preſentis noſtræ venditionis, & traditionis obſtaculum de poteſtatis plenitudine; prædictaque certa noſtra ſcientia, & authoritate dominica, legibus abſoluta harum ſerie revocamus, irritamus, annullamus, & tollimus, ac viribus, & efficacia totaliter vacuamus. Ita quod nullam in judiciis, vel extra judicia ullo unquam tempore obtineant roboris firmitatem, vel aliquam fidem, ſeu probationem faciant, vel inducant. Inveſtientes jam dictum Archiepiſcopum emptorem pro ſe, & dictis ſuis ſucceſſoribus fidelibus noſtris in dicto Archiepiſcopatu, ſeu dictum ejus procuratorem pro eo de præſenti noſtra venditione, traditione & conceſſione per noſtrum ſecretum Anulum præſentialiter, ut eſt moris; quam inveſtituram, vim, robur, & efficaciam veræ, realis, & corporalis venditionis, traditionis & aſſecurationis dictæ terræ, & Caſtri, ac ejus utilis dominii volumus, & decernimus obtinere, juris contraria diſpoſitione, ac uſu et obſervantia adverſantibus non obſtantibus quoquo modo, quibus de ſcientia, & poteſtate prædictis derogamus expreſſè. Promittentes nihilominùs ejuſdem præſentis noſtri

A privilegii ſerie de dicta certa noſtra ſcientia, & ſub verbo noſtro firmiter pollicentes pro nobis, & hæredibus, ac ſucceſſoribus noſtris in dicto hoc Regno noſtro Siciliæ ac noſtri & eorum nomine eaſdem præſentes venditionem, alienationem, dationem, ceſſionem, & refutationem, ac omnia, & ſingula ſupradicta, & ſubſcripta eidem Archiepiſcopo Cuſentiæ emptori, & præfatis ſuis in eodem Archiepiſcopatu ſucceſſoribus ſolemniter & legitimè, velut præmittitur per nos factas, & facta omni tempore rata, grata, & firma, ac ratas, gratas, & firmas habere, tenere & obſervare, ac facere obſervari per quoſcunque noſtros officiales, & fideles, ac homines alios, & perſonas cujuſcunque dignitatis gradus, vel conditionis exiſtant, etiamſi regali dignitate pollerent, & in nullo eis contra facere, dicere, opponere, vel venire de jure, vel de facto in judicio, ſeu extra per nos, ſeu alios directè, vel indirectè palam publicè, vel occultè aliquo quæſito ingenio, ſeu colore, à quibus, & quolibet eorum contrarium faciendi, ſeu aliter attentandi tenore præſentium authoritate, & poteſta-
B te prædictis abdicamus, & tollimus omne poſſe. Quinimo dictum Archiepiſcopum Cuſentinum emptorem, & ejus ſucceſſores prædictos, & quoſcunque alios ab eis, & quolibet ipſorum in & ſuper dicta terra S. Lucidi, & qualibet parte ipſius vendita, juribuſque, & pertinentiis ejus omnibus ſupradictis cauſam habentes, vel habituros omni tempore noſtris propriis ſumptibus, laboribus, & expenſis, moniti, vel non moniti, requiſiti, vel non requiſiti, tam ante litem conteſtatam, quàm poſt, & in qualibet parte judicii, & tam in cauſa principali, quàm appellationis, & in qualibet inſtantia defendere, & anteſtare, disbrigare, & excalumniare, ac defendi, & anteſtari facere, & tueri in judicio, & extra judicium, ordinariè vel extraordinariè ab omni & quacunque perſona Eccleſiaſtica, vel ſæculari, publica, ſeu privata, Collegio, vel univerſitate de jure, vel de facto prætendente, vel allegante ſuper illa, & qualibet parte ipſius quomodolibet jus habere, ipſumque Archiepi-
C ſcopum emptorem & prædictos ſucceſſores ſuos in omnem eventum & caſum victores, & potiores facere in & ſuper dicta terra S. Lucidi vendita juribus, & pertinentiis ſuis omnibus ſupradictis, ac de evictione teneri ab omnibus hominibus, & perſonis, collegio, & univerſitate quacunque in judicio, & extra tam in cauſa principali, quàm appellationis, & tam ante litem conteſtatam, quàm poſt, & in qualibet parte judicii, & alio modo quocunque ut præmittitur, nec non & moleſtatoribus, vel contravenientibus, ſi qui fuerint conſentire, fovere, vel aſſiſtere quovis modo; ſed ipſos compellere à deſiſtentia novitatis, vel moleſtiæ, aut vexationis cujuslibet inferendæ. Volentes, declarantes, decernentes expreſſè de eadem ſcientia certa noſtra, quod præſens venditio, alienatio, ceſſio, & refutatio eidem Archiepiſcopo Cuſentiæ emptori, & prædictis ſuis ſucceſſoribus, fidelibus tamen noſtri, per nos, ut præfertur factæ, omni tempore firmæ, ſtabiles, & incommutabiliter ſint reales, dictæque traditio, & aſſignatio per noſtrum
D ſecretum anulum factæ vim, & efficaciam habeant veræ, & realis traditionis, & aſſignationis dictæ terræ ſancti Lucidi venditæ, ut præmittitur, vel ipſius poſſeſſionis adeptę. Ita quod liceat, & licitum ſit eidem emptori, & dictis ſuis ſucceſſoribus, per ſe, vel per alios ipſorum nomine de data, & conceſſa ejuſdem vigere præſentium ex nunc prout ex tunc per Majeſtatem noſtram libera licentia, & plenaria poteſtate, auctoritate propria, & ſine iuſſu Judicis, & decreto Prętoris, manu etiam armata, & militari ſi expedierit, quandocumque voluerint intrare, capere & apprehendere corporalem, & vacuam poſſeſſionem dictæ terræ ſancti Lucidi venditæ cum caſtro, ſeu fortellitio, hominibus, vaſſallis, feudatariis, iuribus & pertinentiis ſuis prædictis omni impedimento, & contradictione ceſſante. Quam quidem terram cum fortellitio hominibus, vaſſallis, juribus, juriſdictionibus, & pertinentiis ſuis omnibus ſupradictis, interim nos precario nomine, i-

pro

A

ex parte dicti Archiepiſcopi Cuſentiæ emptoris, & ejus ſucceſſorum prædictorum de manibus, dominio, & poſſe cujuſcunque ceſſionarii, vel donatarii, qui forſan appareret ex nunc prout ex tunc præmiſſo modo auctoritate Dominica revocantes, fatemur, & conſtituimus nos precariò tenere, ac etiam poſſidere. Volentes etiam & decernentes de eadem ſcientia certa, auctoritate Dominica, & de plenitudine noſtræ dominicæ poteſtatis, vigore & auctoritate præſentis venditionis noſtræ, quod dictus Archiepiſcopus Cuſentinus emptor, præfatique ejus in dicto Archiepiſcopatu ſucceſſores ex præſenti noſtra venditione, & alienatione, quam eis, ut prædicitur, facimus de dicta terra, velut de re noſtra propria, & tanquam de re noſtra propria, ac ad nos, & noſtram curiam ſpectantem, & alias majoris noſtri dominii ratione ipſo facto ſint tuti adverſus quoſcunque prætendentes in illa, vel aliqua ejus parte, ſeu allegantes etiam ratione dotium, vel aliter quomodolibet jus habere, ac conſequantur, ſi habeant omnia privilegia juris, & quæ civilia jura concernunt, & indulgent illis, qui

B

rem conſequuntur à Principe venditam vel conceſſam, ut propriam rem ſuam ſupremi, & majoris dominii ratione, ſeu à dicto Principe conſequuntur, & obtinent tanquam de bonis ipſius curiæ, ſive fiſci, licet aliena ſint, ſeu jus in illis aliis competat, conceſſiones, & munificentias principales, necnon privilegio, & prærogativa legis bene à Zenone, & legis, omnes in præſenti venditione per nos dicto emptori pro ſe, & dictis ſuis ſucceſſoribus, ut prædicitur, facta gaudeant, & fruantur. Quodque ſuper dicta terra vendita cum caſtro, ſeu fortellitio hominibus, vaſſallis, juribus, & pertinentiis ſuis prædictis tam ſuper proprietate, utili dominio, quam ſuper poſſeſſione ipſius præfatus emptor, & præfati ejus ſucceſſores à quacunque, ſeu quibuſcunque perſona, vel perſonis cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, quæſtionem, litem, & cauſam, controverſiam, inquietationem, ſeu vexationem ex quavis cauſa in Judicio, vel extra Judicium de jure, vel de facto nullatenus patiantur, nec citari,

C

trahi, vel conveniri poſſint, aut debeant coram Judicibus quibuſcunque ordinariis, ſeu delegatis, vel etiam delegandis. Imo jam dictis perſonis omnibus, & ſingulis cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, prætendentibus ſe habere, vel eis in & ſuper dicta terra S. Lucidi, caſtro, ſeu fortellitio, hominibus, vaſſallis, juribus, & pertinentiis omnibus antedictis ratione dotium, vel aliter quomodocunque vel qualitercunque jus, vel actionem competere, etiam ſi forſan citari, vel ad judicium trahi contigeret, per ſolam præſentis noſtri privilegii inſpectionem de dicta certa noſtra ſcientia, & plenitudine dominicæ poteſtatis, & Regia auctoritate perpetuum ſilentium imponentes, & ipſorum juriſdictionem quantum præſens noſtrum privilegium tangitur, vacuantes, dictumque jus, & actionem contra nos, & fiſcum noſtrum reſervantes ſpecialiter, & expreſsè. Ita quod pro ipſius juris, & actionis conſecutione contra nos, & fiſcum noſtrum prædictum infra quatriennium, & non ultra, ut jura demandant parati unicuique jus ſuum tribuere, & in juſti-

D

tia reſpondere, & non contra dictum Archiepiſcopum Cuſentiæ, & præfatos ejus ſucceſſores, alios cauſam ab eo, vel eis præmiſſorum prætextu habentes, vel habituros, agi, vel judicium intentari debeat, ſive poſſit per prædictos, vel alios quoſcunque ad eos prædictam terram S. Lucidi venditam, vel ipſius partem ſpectare, vel jus ſuper ea eis competere quomodocunque, & quandocunque forſitan prætendentes, allegantes, vel quomodolibet oſtendentes. Decernentes inſuper ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc irritum, & inane totum, & quicquid in contrarium in judicio, vel extra contigeret quomodolibet attentari, quibus ſublatis dictus Archiepiſcopus Cuſentinus emptor, ac prædicti ejus ſucceſſores, & alii ab eis, ut præfertur cauſam habentes, vel habituri ab omni ſuper hoc impetitione, omni futuro tempore tuti remaneant & ſecuri. Quodque præſens

A

venditio cum omnibus, quæ in ſe continet vim legis obtineat, & pro lege derogatoria obſervetur, ac mandetur præcisè ab omnibus noſtris officialibus obſervari, ac illis privilegiis, prærogativis, & favoribus fruantur, & gaudeant dictæ Cuſentiæ emptor, & prædicti ejus ſucceſſores fideles tamen noſtri, quæ habent, & conſequuntur illi qui emunt à Rege ſive Principe res, & bona vendita per eum ut propria, & quæ ſunt in jure, & Conſtitutionibus Regni, atque Capitulis, & aliis ordinationibus Regni prædicti conſtituta pariter, & conceſſa. Quodque in omnem, eventum, & caſum non liceat nobis, & noſtræ curiæ, ſeu noſtris hæredibus, & ſucceſſoribus dictam venditionem per nos factam aliqua indebita cauſa, titulo, ſeu quæſito colore revocare, aut infringere, vel illi quomodolibet contraire, nec dictam venditionem cauſa majoris pretii irritare, tollere, vel annullare ex defectu cujuſvis omiſſæ ſolemnitatis etiam ſubſtantialis, vel alia quavis cauſa, ſupplentes hac ex ſerie de dicta certa noſtra ſcientia,

B

& plenitudine dominicæ poteſtatis, ac Regia auctoritate omnem, & quemcunque defectum juris, & facti, ſeu conſuetudinis, ordinationis Regni, vel ritus, & omiſſæ ſolemnitatis alterius cujuſcunque in præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum, ſeu qui & quæ opponi poſſet quomodolibet in futurum in venditione prædicta. Ita quod illam, & eandem efficaciam habeat tanquam ſi defectus ipſe non contigiſſet, & omnis omiſſa ſolemnitas fuiſſet hic diſtinctè appoſita pariter, & expreſſa, quem quidem defectum, ſi hic de ſui natura, vel cauſæ exigentia neceſſario exprimendus foret, haberi in præſenti noſtro privilegio volumus atque decernimus pro appoſito, declarato, expreſſo efficaciter, atque ſuppleto. Et amplius pro majori cautela dicti Archiepiſcopi Cuſentiæ emptoris, ac ejus ſucceſſorum prædictorum declarantes adjicimus vigore præſentis noſtri privilegii de eadem ſcientia certa noſtra, quod ſi forsè contingeret eundem Archiepiſcopum emptorem, & prædictos ejus ſucceſſores fructu pacificæ poſſeſſionis dictæ terræ ſancti Lucidi

C

cum caſtro, ſeu fortellitio, hominibus, vaſſallis, juribus, & pertinentiis ſuis omnibus antedictis quoquo modo fruſtrari ex nunc prout ex tunc nos, & noſtra curia ad reſtitutionem omnium damnorum, intereſſe, & expenſarum, quæ & quas propterea incurrerent, vel ſubirent inſpecta tamen ſubſtantia veritatis omni ſolemnitate juris, & judicii, ac ritus cujuſlibet prætermiſſa integraliter ad omnem ipſius Archiepiſcopi Cuſentini emptoris, vel ejus ſucceſſorum fidelium tamen noſtrorum requiſitionem ſimplicem teneamur, adeo ut d. emptor, & præfati ejus ſucceſſores in omnem caſum, & eventum in dicta terra, & ejus juribus memoratis indemnes penitus præſerventur, & omni caſu, & eventu præmiſſæ noſtra venditio, alienatio, & traditio ubique inviolabile robur obtineant, & refractionis, vel objectionis cujuſcunque diſpendia non incurrant, rato manente pacto venditionis ejuſdem jam dictis legibus, conſtitutionibus Regnique ordinationibus, capitulis, & reſcriptis, aliiſque quibuſcunque contractis præmiſſa fieri

D

forſitan prohibentibus, quarum, & quorum tollimus in hac parte vigorem non obſtantibus ſimiliter in adverſum. Declaramus præterea, decernimus, & volumus, quod clauſulæ, conditiones, prætenſiones, reſervationes omnes, & ſingulæ, ac modi, & formæ, qui & quæ in privilegiis venditionum, & donationum realium, & noſtræ, quæ conſueverunt exprimi, & apponi in præſenti noſtro privilegio, ſeu conditione intelligantur & habeantur pro expreſſis, ac ſi forent in ea diſtinctim, & particulariter annotatæ. Salvis tamen nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris in hoc Regno, & penitus reſervatis omnibus, quæ nobis, & curiæ noſtræ ſpectant in præmiſſis majoris dominii ratione, & aliis noſtris juribus quibuſcunque; ſalvis etiam & reſervatis nobis, & dictis hæredibus, ac ſucceſſoribus noſtris uſibus, conſuetudinibus aliis Regni præfati, beneficiis inſuper Capellaniatum, & juribus patronatus, ſi qua ſint in dicta terra S. Lucidi vendita, & ipſorum collatio-

nibus,

nibus, & præſentationibus noſtris, nobis & prædictis heredibus, & ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter reſervatis. Et pro prædictis omnibus, & ſingulis tenendis, & adimplendis, tenerique & obſervari faciendis, & in aliquo non revocandis, aut revocari faciendis, & permittendis, juramus ad Dominum Deum, & ejus ſancta quatuor Evangelia manibus noſtris corporaliter tacta prędicta omnia & ſingula tenere, adimplere, & firmiter obſervare, tenerique, adimpleri, & firmiter obſervari facere, & in nullo contrafacere, venire ratione aliqua, ſive cauſa, nec contra fieri permittere, intendimus autem, & præſenti noſtro privilegio declaramus, quod dictus Archiepiſcopus Cuſentiæ emptor, ſeu præfati ejus in dicto Archiepiſcopatu ſucceſſores procurent cum ſolertia debita, & inſtanti infra menſes ſex à die adeptionis corporalis poſſeſſionis dictæ terræ ſancti Lucidi in antea numerandos præſens noſtrum privilegium, vel eius tenorem in Quaternionibus noſtræ Cameræ ſummarie tranſcribi facere, & particulariter adnotari, ut de præmiſſis inibi plene informatio ſuis vicibus habeatur. Quod eſt datum, & actum in Caſtello novo civitatis noſtræ Neapolis, die primo menſis Aprilis quintæ Indictionis anno à Nativitate Dom. 1457. Regnorum noſtrorum ann. 42. Hujus vero citra Farum Siciliæ Regni 23.

Signum . . . Alphonſi Dei gratia Regis Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum, Valentiæ, Hieruſalem, Hungariæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comitis Barchinonæ, Ducis Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comitis Roſſilionis, & Ceritaniæ, qui prædicta laudamus, concedimus, firmamus, atque juramus, huicque inſtrumento publico venditionis magnum majeſtatis noſtræ ſigillum apponi juſſimus in pendenti. Teſtes ſunt, qui præmiſſis præſentes fuerunt magnifici viri Petrus Mercader Theſaurarius Gener. Arnaldus Fonolleda Protonot. milites, & Petrus Salvator Vall. ſecretarius conſiliarii Dom. Regis prædicti: ſignum mei Franciſci Martorell. Sereniſſimi Domini Regis prædicti ſecretarii, ejuſque auctoritate per totam terram, & ditionem ſuam Notarii publici, qui præmiſſis interfui, eaque ſcribi feci, & clauſi: corrigitur autem in ſecunda linea di: vidit Theſaurarius generalis. Nom. per Gilifortem penes magnificum Camerarium. Ciccus Anton. Guindacius pro Conſervatore generali Antch. M. Camerarius. Die nono menſis Septemb. 6. Indict. 1457. prædictum privilegium venditionis infraſcriptæ terræ ſancti Lucidi præſentatum fuit mihi Jacobo Andreæ Coco de Neapoli Quaternionum Regiæ Cameræ adnotavi, & conſervavi, quod de verbo ad verbum adnotari feci in Quaternionibus ipſis. Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium in Reg xxx. Regiſtrata in Regia Theſaureria penes Theſaur. generalem in Reg. vii. Solvat X. T.

Dominus Rex mandat mihi Franciſco Martorell. in cujus poſſe firmavit, & juravit viſis per magnificum Camerarium, & Theſaurarium generalem, & Ciccum Ant. Guind. pro Conſervatore generali.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ,
Hieruſalem, & Ungariæ.
Univerſis, & ſingulis præſens privilegium
inſpecturis tam præſentibus,
quam futuris.

Operam daturus eſt Princeps, ut quæ recte, riteque geſta ſunt, firmitatis affectu, & vigoris robore fulciantur. Sane pro parte Rev. in Chriſto Patris P. Archiepiſcopi Cuſentini, ac utilis Domini terræ S. Lucidi Conſiliarii noſtri fidelis dilectiſſimi nuper fuit Majeſtati noſtræ reverenter expoſitum, & humiliter ſupplicatum, ut cum ipſe nomine ejus Cathedralis Eccleſiæ Cuſentinæ teneat, & poſſideat immediate, & in capite dictam terram ſancti Lucidi cum ejus caſtello, hominibus, vaſſallis, vaſſallorum redditibus, cenſibus, juribus, juriſdictionibus, & pertinentiis univerſis ac ipſam terram, & caſtrum debitis, & ſpectantibus ex conceſſione Divæ recor. Regis Alphonſi Patris, & D. noſtri colendiſſ. noſtraq; confirmatione pro majori ſuffragio, & abundantiori cautela dictæ ejus Eccle-

A ſiæ, ipſi majori Eccleſiæ Cuſentinæ exiſtenti præfato Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum terram S. Lucidi, cum fortellitio, vaſſallis, vaſſallorumque redditibus, & juribus ſuis univerſis confirmare, & de novo concedere benignius dignaremur. Nos verò ex zelo internæ charitatis, qui ad Eccleſias, ac perſonas Eccleſiaſticas nos provehit: nec minus pro conſideratione ſinceræ devotionis, & fidei, animique integritate, & obſervantia ſingulari erga nos, & ſtatum noſtrum ejuſdem Archiepiſcopi, habentesque etiam reſpectum ad clara ejus merita, & complura memoratu digna ſervitia, quæ præſertim in hoc belli tempore quam obſervantiſſimè dici poteſt, animo indefeſſo præſtitit, præſtiturumque ſperamus melius in futurum, ex quibus eum dignum, & optimè meritum quacunque noſtra gratia invenimus, ſupplicationibus ſuis benignè admiſſis, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, mera liberalitate, & Regia gratitudine confirmantes, ratificantes, & acceptantes omnia & ſingula privilegia antiqua, quæ dicta

B Eccleſia ſuper præfata terra S. Lucidi, ejuſque caſtello, hominibus, & vaſſallis habet juxta tenorem paterni privilegii, & confirmationis noſtræ exinde ſecutæ, ipſi eidem majori Eccleſiæ Cuſentinæ, ſeu dicto Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis in eadem Eccleſia in perpetuum, præfatam terram S. Lucidi cum ejus caſtello omnique ejus diſtrictu, ac hominibus, vaſſallis, vaſſallorumque redditibus, fructibus, cenſibus, ſervitiis, domibus, poſſeſſionibus, vineis, jardenis, olivetis, terris, cultis, & incultis, planis, montibus, pratis, ſilvis, nemoribus, paſcuis, arboribus, molendinis, battenderiis, aquis, aquarumque decurſibus, tenimentis, territoriis, aliiſque juribus, juriſdictionibus, actionibus, rationibus, proprietatibus, & pertinentiis omnibus, & ſingulis ad dictam terram, & caſtrum quovis modo debitis, ſpectantibus, & pertinentibus, ac cum mero, mixtoque imperio, & omnimoda gladii poteſtate, & cum banco Juſtitiæ, & cognitione cauſarum civilium, criminalium, & mixtarum, nec-

C non etiam cum juribus ponderum, ſtaterarum, & menſurarum, ac falangagri, ſcafagri, & aliis quibuſcunque juribus, rationibus, & divitiibus, cum quibus dicta Eccleſia Cuſentina antiquitus terram ipſam tenuit, & poſſedit melius, & plenius juxta formam dictorum antiquorum privilegiorum, & alias juxta tenorem dicti Regis paterni privilegii, & confirmationis noſtræ inde ſecutæ de ſpeciali noſtra gratia confirmamus, & quatenus opus eſt, de novo concedimus, & donamus ad habendum, tenendum, & poſſidendum dictam terram, & caſtrum S. Lucidi cum hominibus, vaſſallis, vaſſallorumque redditibus, cenſibus, juribus, pertinentiis, & aliis omnibus ſupradictis nomine, dictæ ſuæ Eccleſiæ, prout Eccleſia ipſa antiquitus melius & plenius illam tenuit & poſſedit, & alias juxta ſeriem dicti paterni privilegii, & confirmationis noſtræ. Inveſtientes ipſam Eccleſiam, ſeu præfatum Archiepiſcopum nomine dictæ Eccleſiæ de præſenti confirmatione, & nova conceſſione per expeditionem præſentium, quam inveſtitu-

D ram vim & efficaciam veræ, & regalis Inveſtituræ volumus, & decernimus obtinere. Sereniſſimæ propterea Reginæ conſorti, ac Illuſtriſſimo & cariſſimo filio Alphonſo de Aragonia Primogenito Duci Calabriæ, Locatenentibus generalibus noſtris præmiſſa ſignificantes, mandamus univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris, majoribus, & minoribus quocunque nomine nuncupentur, ac officio, titulo, dignitate, & poteſtate fungantur, tam præſentibus, quam futuris, quatenus forma præſentium per eos, & eorum quemlibet diligenter attenta, illam, ac omnia & ſingula in ea contenta præfatæ Eccleſiæ Cuſentinæ, ſeu dicto Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum teneant firmiter, & inviolabiliter obſervent, tenerique, & obſervari mandent, & faciant per quos decet juxta ſui formam, & continentiam pleniorem, & contra non faciant, quanto dicti Sereniſſima Regina conſors, & Dux filius morem gerere nobis deſiderant; cæteri vero gratiam no-

ſtram

ſtram caram habent, iramque et indignationem ac pęnam decem millium ducatorum cupiunt evitare. In cujus rei teſtimonium præſens privilegium fieri, ac magno Majeſtatis noſtræ ſigillo pendente juſſimus communiri.

Datum in noſtris felicibus Caſtris prope Triſiſtum per nobilem, et egregium virum Benedictum de Berl. Locumtenentem ſpectabilis, et magnifici viri Honorati Gaetani Fundorum Comitis Logotbetæ, & Prosonotarii hujus Regni die 9. menſis Octobris 12. Ind. ſub anno Domini 1463. Regnorum noſtrorum anno ſexto.

Rex Ferdinandus.



XX XVII. 36 PYRRHUS Caracciolus Piſquitius Neapolitanus filius Marini Comitis Sancti Angeli, & Margaritæ Atendulæ Amitæ Franciſci Mediolani Ducis, Berardo patruo ſucceſſit anno 1452. 20. Decemb. Hic etiam Alphonſi Regis fuit Conſiliarius, eodemque munere functus ſub Ferdinando I. à quo pro ſua Eccleſia plura beneficia. & privilegiorum confirmationem accepiſſe ſcribunt. Exhibeo Ferdinandi nonnulla diplomata è tabulario Eccleſiæ Cuſentinæ excerpta.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ,
Hieruſalem, & Ungariæ,
Magnifico viro Franciſco Siſcar militi, ac in Provincia Calabriæ noſtro ViceRegi fideli nobis dilecto gratiam, & bonam voluntatem.

Expoſitione nobis facta per Rev. in Chriſto Patrem, & dilectum Conſiliarium noſtrum P. Archiepiſcopum Cuſentinum percepimus, quod tempore, quo Thomas Carazzolus tenebat, & poſſidebat terram S. Lucidi, Illuſtris & magnificus Ioannes Marinus, Franciſcus Ruffus de Marzano Princeps Roſſani, ac hujus Regni admiratus Collateralis, Conſiliarius, & frater noſter cariſſimus voluit conſtruere, & ædificare quandam turrim in territorio ipſius Principis, quæ propter vicinitatem cedebat in præjudicium, & damnum ipſius terræ S. Lucidi, & ejus territorii, & præfatus Thomas recurſum habuit ad curiam Sereniſſimi Patris, & Domini noſtri colendiſſimi memoriæ recolendæ, & ab eo obtinuit quaſdam litteras, quibus conſtructio, & ædificatio dictæ turris præfato Principi prohibebatur; & quia poſſet iterum ſimilis caſus iterari, volens præfatus Archiepiſcopus commodis, & utilitatibus ſuæ Eccleſiæ providere, majeſtati noſtræ humiliter ſupplicavit, ut dictæ Eccleſiæ etiam tranquillitati providere dignaremur, ſimulque providere, ne per aliquos magnates, Barones, ſeu perſonas alias innovetur aliquid contra præfatam terram ſancti Lucidi, quod per aliqua tempora pręterita non fuerit fieri conſuetum, tam in communione aquarum & herbarum, quam aliarum rerum quarumcunque. Nos vero volentes Eccleſias, Eccleſiaſticaque bona juſtis protegere favoribus, tenore præſentium vobis dicimus, & mandamus, quatenus conſtito vobis, quod per præfatam Curiam dicti Sereniſſimi Regis fuerit iniunctum præfato Illuſtri Principi, ne dictam Turrim ædificaret, non patiamini nec permittatis aliquo modo, quod dictus Princeps

A præfatam Turrim conſtruat, ſeu ædificet, imo eidem mandetis, & injungatis, prout nos præſentium ſerie iniungimus & mandamus, quatenus Turrim ipſam nullo modo conſtruere, ſeu ædificare præſumat. Sed ſi cauſas habet ædificandi contra prædicta, coram Maieſtate noſtra proſequatur. Et inſuper non ſinatis, nec permittatis, quod aliquos Barones, ſeu Magnates, aut perſonas alias dictæ Univerſitati, & hominibus ipſius contra eorum conſuetudinem innovetur, tam in communione aquarum, & herbarum, quam aliarum rerum quarumcunque. Et contra non faciatis, ſi gratiam noſtram caram habetis, & indignationem, ac pęnam unciarum centum cupitis evitare. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, & magno Maieſtatis noſtræ ſigillo pendenti muniri, præſentanti poſt earum opportunam inſpectionem vicibus ſingulis remanſuras.

Datum in civitate Venuſii per ſpectabilem, & magnificum virum Honoratum Gaytanum Fundorum Comitem, Logothetam, & Protonotarium Collateralem, Conſiliarium fidelem nobis plurimum dilectum, die 23. Martii 7.
B Indict. 1459.

Rex Ferdinandus.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Ungariæ.

Illuſtriſſimis Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ primogenito Locumtenenti & Vicario generali, ac Henrico de Aragonia Locumtenenti generali in Provin. Calabrię filiis noſtris cariſſimis paternos affectus, necnon huius Regni Magiſt. Iuſtitiario, eiuſque Locumtenenti, ſeu Regenti, & Iudicib. magnæ noſtræ Cur. Vicarię Vicemgerentibus, inſuper Gubernatoribus, Iuſtitiariis, Capitaneis, Ærariis, Commiſſariis, Baiulis, Iudicibus, Delegatis, & Subdelegatis, & cæteris demum univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris maioribus, & minoribus quocunque nomine nuncupetis, ac officio, & iuriſdictione fungentibus, ad quem, ſeu quos ſpectat, & præſentes præſentatæ fuerint preſentibus, & futuris, Collaterali, Conſiliariis, fidelibuſque noſtris dilectis gratiam noſtram, & bonam volunta-
C tem. Nuper ſiquidem pro parte Reverendiſs. in Chriſto Patris Pyrrhi Archiepiſcopi Cuſentini Oratoris, Conſiliarii, fideliſque nobis dilecti fuit culmini noſtro reverenter expoſitum, quod Eccleſia Cuſentina, & ſucceſſivè ipſe exponens ex veteri conſuetudine diutiſſimè obſervata, & à tanto tempore, cujus in contrarium memoria hominum non exiſtit, fuerunt, & ſunt, prout ad præſens ipſe exponens eſt in poſſeſſione, vel quaſi iuriſdictionis civilis, criminalis, & mixtæ Iudæorum, & Iudaicæ d. civitatis Cuſentiæ, quod omnes Iudæi d. Iudaicæ prædictæ civitatis Cuſentiæ poterant, & poſſunt citari, conveniri, & compelli coram ipſa Archiepiſcopali Curia dictæ civitatis, ac etiam coram temporali Curia ipſius civitatis Cuſentiæ, ita tamen, quod locus in præſentiarum eſt præventioni, & quod à ſententiis latis per ipſam Curiam Archiepiſcopalem non erat, nec eſt locus appellationi ad curiam temporalem; quinimò à ſententiis latis per curiam Archiepiſcopalem dictæ civitatis per Archiepiſcopum prædictum, & ejus cu-
D riam ſpiritualem appellationes recognoſcuntur, & cum ita fuerit, & ſit cautum ex ipſa antiqua conſuetudine, ut prædicitur, ad majorem cautelam, quæ in cunctis prodeſſe, & efficere conſuevit, pro conſervatione jurium, & immunitate d. Eccleſiæ fuit pro ipſius exponentis parte nomine d. ſuæ Eccleſiæ humiliter, & devotè ſupplicatum, ut indemnitati ipſius, & dictæ ſuæ Eccleſiæ ſuper obſervantia d. antiquatæ conſuetudinis, prout præmittitur, & conſuetum fuit, & juxta ipſam antiquam conſuetudinem debitè providere dignaremur. Nos dicta ſupplicatione tanquam juſta benignè audita, & admiſſa, volentes ut decet pium, & juſtum Regem, jura Eccleſiaſtica tueri, & non modo tueri, ſed augere; harum itaque ſerie de certa noſtra ſcientia deliberatè, & conſulto vobis prædictis filiis, & Locumtenentibus noſtris intentum noſtrum ſuper his declarantes, vobiſque aliis prædictis officialibus, & ſubditis noſtris dicimus, committimus, atque mandamus, quatenus dicto ſupplicanti,

& præ-

& prædictæ ejus Eccleſiæ dictam conſuetudinem antiquam, ut prædicitur, & jura omnia dictæ ſuæ Eccleſiæ illæſa, & firmiter obſervetis, & obſervari per quos decet faciatis, ipſumque ſupplicantem, & dictam ejus Eccleſiam in poſſeſſione pacifica, vel quaſi dictæ antiquæ conſuetudinis, in qua fuit, & ad præſens eſt, manuteneatis, defendatis, & conſervetis, ac manuteneri, defendi, & conſervari faciatis juſtis, ac debitis præſidiis, & favoribus, nec aliquid contra ipſa jura, & conſuetudines attentetis, aut attentari permittatis, quoniam nos per præſentes auferimus vobis, & aliis quibuſcunque omne poſſe contrarium peragendi, ac decernentes irritum, & inane quicquid in contrarium actum, geſtum, & attentatum quomodolibet fuerit, & contrarium non faciatis, aut fieri permittatis, ſi vos prædicti filii, & Locumtenentes noſtri nobis morem gerere cupitis, cæteri verò ſi gratiam noſtram caram habetis, iramque & indignationem, ac pœnam ducatorum mille noſtro fiſco applicandorum cupitis non ſubire. In cujus rei teſtimonium præſentes ex inde fieri fecimus magno Majeſtatis noſtræ ſigillo impendenti munitri, quas remanere volumus ſingulis vicibus pro cautela præſentanti.

Datum in Caſtello novo civitatis noſtræ Neapolis per Magnificum virum U. J. D. & militem noſtrum Conſiliarium Lucam Tozolum Romanum Locumtenentem ſpectabilis, & Magnifici viri Honorati de Aragonia Fundorum Comitis hujus Regni Logothetæ, & Prothonotarii Collateralis Conſiliarii fidelis nobis plurimum dilecti die 13. menſis Maji 15. Indict. 1467. Regnorum noſtrorum ann. 10.

Rex Ferdinandus.

(„ En alia Ferdinandi diplomata eidem Pyr-
„ rho conceſſa, quæ in hujus editionis ſplendorem
„ nobis perhumaniter Neapoli tranſmiſit eruditus
„ vir Sebaſtianus Pauli.

„ *Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſa-*
„ *lem, & Ungariæ univerſis, & ſingulis præſentium*
„ *ſeriem inſpecturis tam præſentibus, quam futuris:*
„ *licet adjectione plenitudo non egeat, nec firmitatem*
„ *exigat quod eſt firmum, confirmatur tamen inter-*
„ *dum quod robur obtinet non quod neceſſitas id ex-*
„ *poſcat, ſed ut confirmanti, & ſincera benignitas*
„ *clareat, & rei geſtæ cauthelæ robur abundan-*
„ *tioris accedat. Sanè pro parte Reverendi in*
„ *Chriſto Patris Petri Archiepiſcopi Cuſentini Con-*
„ *ſiliarii, Oratoris, & fidelis noſtri dilecti fuit*
„ *nobis reverenter expoſitum, quod ſuperiori an-*
„ *no ipſe Archiepiſcopus nomine dictæ ſuæ Eccle-*
„ *ſiæ Caſentinæ, & ſuorum ſucceſſorum in eadem*
„ *emit à Sereniſſimo claræ memoriæ Domino Al-*
„ *phonſo Rege Patre, & Domino noſtro Colendiſ-*
„ *ſimo Terram ſancti Lucidi de Provincia Cala-*
„ *briæ exiſtentem tunc in manibus dictæ Regiæ*
„ *paternæ Majeſtatis, & ejus Curiæ certis juſtis*
„ *titulis atque cauſis pro pretio, & nomine pretii*
„ *ducatorum ſeptem millium quingentorum rece-*
„ *ptorum, & habitorum de mandato ſuæ Maje-*
„ *ſtatis per magnificum, & dilectum Conſiliarium*
„ *noſtrum Petrum Mercader tunc generalem pa-*
„ *ternum Theſaurarium à magnifico, & dilecto*
„ *Camarlengo noſtro Camillo Caracciolo fratre, &*
„ *procuratore dicti Archiepiſcopi, quam Terram,*
„ *ſeu Caſtrum ſancti Lucidi dictus Archiepiſcopus*
„ *nomine prædictæ ſuæ Eccleſiæ ex tunc vigore*
„ *dictæ emptionis per eum factæ à præfata Regia*
„ *paterna Majeſtate habuit, tenuit, & poſſedit,*
„ *& ad præſens habet, tenet, & poſſidet cum Ca-*
„ *ſtro, ſeu fortallitio, hominibus, vaſſallis, vaſ-*
„ *ſalorumque redditibus, feudis, feudatariis, ſub-*
„ *feudatariis, redditibus, cenſibus, ſervitiis, do-*
„ *mibus, poſſeſſionibus, vineis, jardenis, olive-*
„ *tis, terris cultis, & incultis, montibus, pla-*
„ *nis, pratis, ſilvis, nemoribus, paſcuis, arbo-*
„ *ribus, molendinis, battinderiis, aquis, aqua-*
„ *rumque decurſibus, ac cum maritima, & mari*
„ *ipſius Terræ teneri, & poſſideri ſolita & ſolito*
„ *per utiles Dominos, & poſſeſſores dictæ Terræ*
„ *ſancti Lucidi, meroque, & mixto Imperio, ac*
„ *gladii poteſtate, bajulatione, banco Juſtitiæ, &*
„ *cognitione cauſarum civilium inter homines, & per*
„ *homines dictæ Terræ S. Lucidi, & alios quoſ-*
„ *cumque Juriſdictioni, ac Bajuliæ, & Officiali-*
„ *bus dictæ Terræ ſancti Lucidi de jure ſubjectos,*
„ *tenimentis etiam, territoriis demaniis, aliiſque*
„ *juribus, juriſdictionibus, rationibus, actionibus,*
„ *utilique dominio, & cum integro ſtatu ſuo, &*
„ *pertinentiis omnibus ad dictam Terram ſpectan-*
„ *tibus, & pertinentibus, quovis modo, cujuſ-*
„ *cumque vocabuli appellatione diſtinctis francham*
„ *utique, liberam, & exemptam, excepto ab iis,*
„ *quæ nobis & noſtræ Curiæ competunt ſuperio-*
„ *ritatis, & majoris dominii ratione, prout de*
„ *dicta venditione facta per dictum Sereniſſimum*
„ *Genitorem noſtrum eidem Archiepiſcopo conſtat,*
„ *apparetque quodam Regio paterno privilegio ſeu*
„ *contractu dato, & acto in Caſtello novo Civita-*
„ *tis Neapolis die quinto menſis Aprilis quintæ*
„ *Indictionis milleſimo quadringenteſimo quinqua-*
„ *geſimo ſeptimo hæc & alia latius, & ſerioſius*
„ *continentur; ſupplicari itaque fecit Majeſtati no-*
„ *ſtræ præfatus Archiepiſcopus, ut ſibi nomine di-*
„ *ctæ ſuæ Eccleſiæ, & ſuis ſucceſſoribus in eadem*
„ *Eccleſia Cuſentina dictam Terram ſancti Lucidi*
„ *ſic ut præmittitur per præfatam Regiam pater-*
„ *nam Majeſtatem venditam, & diſtractam cum*
„ *dictis Caſtro, ſeu fortallitio, hominibus, vaſſal-*
„ *lis, vaſſallorumque redditibus, feudis, feuda-*
„ *tariis, ſubfeudatariis, cenſibus, ſervitiis, do-*
„ *mibus, & aliis ſuperius diſtinctis, & præſer-*
„ *tim cum dicta maritima, & mari dictæ Terræ*
„ *ſancti Lucidi ſolita, & ſolito poſſideri, et tene-*
„ *ri, ut prædicitur per utiles Dominos et poſſeſſo-*
„ *res ipſius Terræ, licet de ipſo mari, et mariti-*
„ *ma in contractu venditionis ipſius omiſſum fue-*
„ *rit, et nulla nec non juribus aliis et pertinen-*
„ *tiis omnibus ad dictam Terram, et mare præ-*
„ *dictum ſpectantibus, et pertinentibus quovis mo-*
„ *do, dictumque privilegium ſeu contractum ven-*
„ *ditionis eidem Archiepiſcopo factæ per præfa-*
„ *tam Regiam paternam Majeſtatem cum omnibus*
„ *contentis in illo confirmare, ratificare, accepta-*
„ *re, et approbare, ac de novo etiam ad uberio-*
„ *rem cauthelam concedere dignaremur, præſertim*
„ *cum expreſſa mentione maritimæ et maris ipſius*
„ *Terræ. Nos verò conſiderantes quod prædict. pri-*
„ *vilegium, et contractum venditionis dictæ Ter-*
„ *ræ ſancti Lucidi factæ per præfatum genitorem*
„ *noſtrum eidem Archiepiſcopo nomine præfatę ſuę*
„ *Eccleſiæ pro lege habetur, noſque tenemur ip-*
„ *ſam ad unguem obſervare facere, et alias attén-*
„ *dentes rem eſſe Eccleſiaſticam, cui de jure eſt*
„ *faciendum, nec non habentes reſpectum ad gra-*
„ *ta plurimum, et accepta ſervitia per eumdem*
„ *Archiepiſcopum, et ſuos Regiæ paternæ majeſta-*
„ *tis in utriuſque fortis eventus nobis præſtita, et*
„ *impenſa, et quæ ſperamus ipſos nobis in poſte-*
„ *rum dante domino meliora præſtituros. Tenore*
„ *præſentium de certa noſtra ſcientia eidem Ar-*
„ *chiepiſcopo nomine præfatæ ſuæ Eccleſiæ, et*
„ *ſuis ſucceſſoribus in eadem prædictam Terram*
„ *ſancti Lucidi cum prædictis Caſtro, fortellitio,*
„ *hominibus vaſſallis, vaſſallorumque redditibus,*
„ *feudis, feudatariis, ſubfeudatariis, redditibus,*
„ *cenſibus, ſervitiis, domibus, poſſeſſionibus, vineis,*
„ *jardenis, olivetis, terris cultis, et incultis, mon-*
„ *tibus, planis, pratis, ſilvis, nemoribus, paſcuis,*
„ *arboribus, molendinis, battinderiis, aquis, aquo-*
„ *rumque decurſibus, ac cum maritima, & mari con-*
„ *ſueto, ac ſolito poſſideri, ut præfertur per utiles*
„ *Dominos, & poſſeſſores ipſius Terræ ſancti Lu-*
„ *cidi, licet de eo in contractu prædicto nulla fiat*
„ *mentio, ac cum mero, & mixto Imperio, ac*
„ *gladii poteſtate, bajulatione, bancho Juſtitiæ, &*

,, cognitione cauſarum civilium inter homines, et per homines dictæ Terræ ſancti Lucidi, & alios quoſcumque Juriſdictioni, ac Bajulie & officialibus dictæ Terræ ſancti Lucidi de Pure ſubjectos, tenimentis etiam, territoriis, demaniis, aliiſque juribus, Juriſdictionibus, rationibus, actionibus, utilique dominio, ac cum integro ſtatu ſuo, & pertinentiis omnibus ad dictam Terram ſancti Lucidi ſpectantibus, & pertinentibus quoviſmodo, dictumque prænominatum privilegium & contractum cum omnibus contentis in illo, confirmamus, ratificamus, acceptamus, & approbamus, noſtræque confirmationis, ratificationis, acceptationis, & approbationis munimine roboramus, & denuò etiam ad uberiorem cauthelam, quæ in cunctis prodeſſe conſuevit, & non officere, concedimus juxta continentiam, & tenorem prædicti privilegii, & contractus venditionis, quatenus in poſſeſſione ipſius Terræ & Jurium prædictorum hactenus fuerit, & ſit in præſenti quoad cætera, non autem quoad mare, & Maritimam ipſius Terræ, quod, & quam per ipſum Archiepiſcopum, & ſuos ſucceſſores poſſideri volumus & modo, & prout per alios qui terram ipſam tenuerunt, poſſeſſum fuit, licet ipſe Archiepiſcopus illam, & illud non poſſederit fortaſſe propter obmiſſionem factam in dicto Inſtrumento traditionis. Illuſtriſſimo propterea, & cariſſimo filio noſtro primogenito in hoc Regno Locumtenenti generali intimum noſtrum, quo volumus, & diſponimus declarantes, magiſtro Juſtitiario inſuper, & Magno Camerario hujus Regni, eorumque Locatenentibus præſentibus, & futuris, quatenus forma præſentis noſtræ confirmationis, & novæ conceſſionis per eos, & unumquemque ipſorum diligenter attenta illam ipſi, & quilibet eorum ſuorum officiorum temporibus obſervent inviolabiliter, & faciant ab aliis quantum in eis fuerit teneant obſervari, & contrarium non faciatis neque faciant, ſi vos Illuſtriſſimus filius noſter nobis obedire, alii vero ſuperius nominati gratiam noſtram caram habent, iramque, & indignationem, ac pœnam unciarum mille pro quolibet contrafaciente cupiunt non ſubire. In cujus rei teſtimonium præſentes exindè fieri, & magno pendenti majeſtatis paternæ ſigillo juſſimus communiri, cum noſtra ſigilla nondum ſint expedita. Datum in noſtris felicibus Caſtris propè Capuam per ſpectabilem, & magnificum Virum Honoratum Caytanum Comitem Fundorum Logotenentem, & Prothonotarium Regni hujus Siciliæ citrà Farum, Collateralem Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum. Die vigeſimo tertio menſis Julii Sextæ Indictionis milleſimo Quadringenteſimo quinquageſimo octavo Regni hujus noſtri Siciliæ Anno primo.

,, Rex Ferdinandus.

,, Regiſtratum in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſtro tertio.

,,

,,

,, Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hyeruſalem, & Ungariæ Illuſtriſſimo filio Enrico de Aragonia in Provincia Calabriæ Locumtenenti generali Cariſſimo paternam benedictionem; Illuſtribus quoque ſpectabilibus, magnificis, nobilibus, & egregiis Viris Magiſtro hujus Regni Juſtitiario, ejuſque Locumtenenti, Regenti Magnæ Curiæ Vicariæ, & Judicibus ejuſdem Curiæ, inſuper principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus terrarum Dominis, & dominabus, Viceregibus, Juſtitiariis, Capitaneis, Locatenentibus, Commiſſariis, & aliis Officialibus, & ſubditis noſtris majoribus, & minoribus quocumque nomine nuncupatis, officioque, & Juriſdictione fungentibus, eorumque Locatenentibus præſentibus, & futuris in toto hoc Regno, & ſignanter in dicta Provincia Calabriæ, & Civitate Cuſentiæ conſtitutis, & conſtituendis, Collateralibus, Conſiliariis fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Ad Regale faſtigium pertinet jurgia tollere, & violentias amputare, ac prohibere, ſinguloſque, & præmaxime Eccleſias, Eccleſiaſticaſque perſonas in eorum Juribus conſervare. Expoſito igitur nobis pro parte Reverendi in Chriſto Patris Pirri Archiepiſcopi Cuſentini Conſiliarii noſtri dilecti, quod cum ipſe tam nomine ſuæ Archiepiſcopalis Eccleſiæ, quam aliis Juſtis titulis, & rationabilibus cauſis, ſimiliterque ejus Vaſſalli, & præſertim Terræ ſancti Lucidi teneant, & poſſideant Judaycam Civitatis Cuſentiæ, & nonnulla bona, territoria, & Jura, dubitetque ne per aliquos indebitè, & de facto aliquo quæſito colore in dictorum bonorum Judaicæ Territoriorum, & Jurium poſſeſſione perturbentur, ac illorum poſſeſſione priventur, & deſtituantur, quin prius in eorum Juribus audiantur; Supplicatum fuit eidem noſtræ Majeſtati dictorum Archiepiſcopi, & Vaſſallorum parte, ut eorum indemnitati benigne providere dignaremur. Nos itaque violentias, & deſtitutiones ipſas nimium abhorrentes, & prohibere volentes ne fiant, vobis propterea, & cuilibet veſtrum directa noſtra faventia, & conſultò dicimus, committimus, & mandamus, quatenus dictum Archiepiſcopum, ejuſque prædictos Vaſſallos in poſſeſſionem dictorum bonorum, territoriorum, & Jurium, & præſertim dictæ Judaicæ inquam eſſe inveneritis, & prout ab antiquo conſueverunt, manutenere, conſervare, & defendere debeatis, ac conſervari, defendi, & manuteneri mandetis, & faciatis viriliter contra cunctos eos deſtituere volentes, donec, & quando dictu eorum juſta cauſa duxaverit. Nec patiamini, aut permittatis per aliquos quavis auctoritate, & poteſtate fungentes de facto poſſeſſione ipſorum bonorum Judaicæ, & territoriorum, aut jurium ipſorum deſtitui, aut ſpoliari, & contrarium non faciatis quanto Vos filius noſter nobis obedire, Voſque alii prædicti gratiam noſtram caram habetis, iramque, & indignationem, ac pœnam ducatorum mille cupitis evitare; has noſtras litteras noſtro ſigillo in pendenti munitas ſingulis vicibus poſt earum opportunam inſpectionem præſentanti reſtitui volumus pro cauthela. Datum in Civitate Nolæ, per magnificum virum utriuſque juris doctorem Lucam Tozolum Romanum conſiliarium noſtrum dilectum Locumtenentem Fundorum Comitis Regni hujus Logotenentis, & prothonotarii Collateralis Conſiliarii fidelis noſtri plurimum dilecti. Die viceſima ſeptima Martii ſecundæ Indictionis milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono.

,, Rex Ferdinandus.

,, Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſtro juſtitiæ decimo ſeptimo.

,,

,,

,, Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ Hieruſalem, & Ungariæ Illuſtriſſimis, & Cariſſimis filiis Alfonſo primogenito Duci Calabriæ, & Vicario, Joanni ſedis Apoſtolicæ prothonotario, & in toto hoc noſtro Regno Siciliæ, ac Henrico de Aragonia Marchioni Giraſi in dicta provincia Calabriæ Locumtenentibus Generalibus paternos affectus: Illuſtribus inſuper ſpectabilibus, magnificis, nobilibus, & Egregiis Viris noſtri ſacri Conſilii Collegio,

bu-

hujus dicti Regni Siciliæ Magiſtro Juſtitiario, magno Camerario, Protbonotario, & Cancellario: eorumque Locatenentibus, ac Regenti, & Judicibus magnæ Curiæ Vicariæ Præſidentibus, & Rationalibus Cameræ noſtræ Summariæ, Auditori, Viceregibus, Theſaurario, Locumtenenti, Juſtitiariis, & Commiſſariis, Notariiſque, ac Actorum Magiſtris dictæ Provinciæ Calabriæ, Alguziriis, & cæteris Officialibus majoribus, & minoribus tam præſentibus, quam futuris, & ſubditis quibuſcumque, quibuſvis nominibus nuncupatis, ac officio, & juriſdictione fungentibus, ſeù eorum ſubſtitutis, & Locatenentibus præſentium ſeriem inſpecturis Collateralibus, Conſiliariis, & fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Nuper Majeſtati noſtræ humiliter expoſitum fuit pro parte nobilis, & egregii viri Philippi Figadi de Brixia procuratoris, & procuratorio nomine, & pro parte Reverendi in Chriſto Patris, & nobilium virorum Conſiliarii, & fidelium noſtrorum dilectorum Pirri Caraczoli Archiepiſcopi Civitatis noſtræ Coſentiæ utiliſque Domini Terræ Sancti Lucidi de eadem Provincia Calabriæ, ac Univerſitatis, & hominum dictæ Terræ Sancti Lucidi ipſius Archiepiſcopi Vaſſallorum, quod olim tempore felicis memoriæ Sereniſsimi Regis Alfonſi Patris noſtri Colendiſſimi vertente lite, differentia, ſeu cauſa inter Univerſitatem, & homines Sancti Lucidi, & Magnificum Rogerium Otilia de Neapoli tunc Gubernatorem dictæ Terræ Sancti Lucidi ex una, & Univerſitatem, & homines Terræ Rendæ, & Henricum de Garrto ejuſdem Terræ Gubernatorem partibus ex altera, de & ſuper moleſtatione, & turbatione certæ partis territorii Sancti Lucidi, ac finibus illius, ac Jurium aliorum inter ſe hinc inde litigioſorum diffinitiva ſententia per magnificum virum Franciſcum Carlenum tunc Gubernatorem ſive Locumtenentem provinciæ Vallis Gratis, & Terræ Jordanæ ad præmiſſa Commiſſarium, & Judicem delegatum de voluntate partium deciſionem, & determinationem ſolemnem in ipſorum exponentium favorem optinuerunt; quæ quidem ſententia, confirmataque deinde etiam ſolemniter per magnificum Virum Franciſcum Siſcar ejuſdem Provinciæ Calabriæ Viceregem: poſt cujus confirmatoriæ ſententiæ tranſitionem in rem judicatam, & executioni demandatæ proviſionibus, & mandatis conſervatoriis à Vobis Henrico filio, & Locumtenenti primo, & deinde à Majeſtate noſtra ſolemniter deſuper aptentis, ut inde opportunis cautelis legitimis favorabilibus abundarent, deinde autem præcedentibus nonnullis novitatibus, ſive venationibus per dictas Univerſitatem, & homines terræ Rendæ præfatis exponentibus temerè illatis, cauſarum cognitionibus legitime etiam præcedentibus per magnificos viros Franciſcum de Hoſtimio Legum peritum, & deinde Trojanum de Bottuus utriuſque Juris Doctorem auditorem in dicta Provincia Calabriæ Conſiliarios noſtros: tertio & conformiter confirmata, à quorum declarationibus hujuſmodi per eoſdem Univerſitatem, & homines Rendæ, ut aſſeritur appellato, & provocato ad vos Illuſtrem primogenitum ducem, & Vicarium tunc in ipſa Provincia Calabriæ exiſtentem: ex cujus delegatione cauſæ hujuſmodi coram magnifico Petro Trotto milite juris utriuſque Doctore, & auditore veſtro, ac noſtro Conſiliario deductæ, & cognitæ ſunt, & ex iis relatione per proceſſum ſolemnem facta per vos eumdem Ducem, & Vicarium præfatum noſtrumque ſacrum Conſilium vobis aſſiſtens ſententiæ definitivæ deſuperque latæ declarationes confirmatoriæ, ut præmittitur etiam, & ſic quarto fuerint ſolemniter, & conformiter confirmatæ cum expenſarum condemnatione, & impoſitione perpetui ſilentii eiſdem Univerſitatibus, & hominibus Rendæ tamquam frivolè nulliter, & malè appellantibus. Ipſique iidem exponentes ipſis omnibus, & ſingulis ſententiis, & declarationibus confirmatoriis in eorum favorem ritè, & legitimè executis, & executioni demandatis, in poſſeſſione, vel quaſi, & reali terra territoriorum, ac finium prædictorum propterea extiterint, prout exiſtunt etiam de præſenti: Per ſæpedictos Univerſitatem, & homines Rendæ ſuis juribus non contentos, ſed ad aliena Jura manus eorum furtivè invaſoriè, & prædatoriè cupientes extendere violentas; tot tantis, & tam ſolemnibus ſententiis, & legitimis declarationibus temerè, & immaniter repugnantes: Exponentes eoſdem in & ſuper eiſdem ipſis ſententiatis, declaratis, adjudicatis, ac legitime, ut præmittitur executis territoriis finibus, & juribus temerè, violenter & invaſoriè etiam venare, perturbare, moleſtare, ac multipliciter inquietare nihilominus non deſiſtunt, quando præter, & contra formam juris quibus prohibetur tertio provocare, & alias indebite, & injuſte nulliter, & de facto perperam, & iniquè, honeſtatis, & humanitatis lanatis habenis, & declarationibus confirmatoriis, & impoſitione perpetui ſilentii ſupradictis per nos Ducem, & Vicarium, noſtrumque vobis aſſiſtens Sacrum Conſilium latis, & factis ad Majeſtatem noſtram: & ſic quarto coram vobis, ac dicto noſtro vobis aſſiſtenti Conſilio aſſeruat etiam provocaſſe, & appellaſſe cauſas hujuſmodi, tameiſi deciſas, definitas, terminatas, & executas tantis juris, & juſtitiæ ordinibus. Satagentes temeritate quadam, & præſumpta reddere immortales ut inde ipſos exponentes damnoſiue in dies venent, ac gravibus fatigent laboribus, amiſſione temporis, ſumptibus, & expenſis: Licet per vos provocatio, & appellatio eorum hujuſmodi tamquam nulla, inanis, & fruſtatoria admiſſa non fuerit. Quare ad Majeſtatem noſtram præfatam habito recurſu ſibi ſuper quorum præmiſſis opportune provideri humiliime ſupplicaraut. Nos igitur, quorum eſt leges, jura, & conſtitutiones ad bonum Reipublicæ & ſubditorum noſtrorum æditas attendere, & curare, ne ab omnibus inconcuſſè ſerventur maxime illas, & illa, quibus finis, & terminus juſtitiæ litibus imponitur, & hominibus cavilloſis pro noſtra ſolita munificentia, & gratia ſpeciali cauſam, & cauſas aſſertarum provocationis, & appellationis prædictarum noſtro ſacro Conſilio hic Neapoli reſidenti commiſimus, & delegavimus, coram quo partibus vocatis, & juribus illarum hinc inde, nec non proceſſibus actitatis, & nullis inanibus, & fruſtratoriis provocationibus, & appellationibus mature diſcuſſis, & conſideratis, legitime compertum eſt ac conſtitit per publica inſtrumenta quod per ſententias ſupradictas juſte & legitime in rem judicatam tranſactas ut exponitur, & demum fine debito executas, quod ſuum erat redditum eſt cuique collitigantium partium prædictarum, & rixis, & altercationibus ſublatis de medio, pax inde, & honeſta converſatio ipſis collitigantibus, hinc inde præmittitur, quod Univerſitas, & homines terræ Rendæ priora malis addendo ſpiritu nequitiæ & iniquo conſilio odientes diffagiunt, & retardant præſentium tenore de certa noſtra ſcientia & cum noſtri ſacri Conſilii matura deliberatione infraſcriptam protulimus ſententiam. Viſis videndis, attentiſquè attendendis, & conſideratis conſiderandis habitaque ſuper iis dicti noſtri Sacri Conſilii matura deliberatione per ea, quæ vidimus, & inſpeximus animum noſtrum movent, & cujuslibet rectè indicatis movereque poſſunt, & debent. Chriſti nomine invocato, de cujus vultu recta judicia prodeunt, & oculi Judicantium aſ-

„ piciunt veritatem. Sacroſanctis quatuor Evangelitis coram nobis præpoſitis, & diligenter inſpectis dicimus, pronunciamus, ſententiamus, & declaramus dictam appellationis cauſam, ſeu appellationem pro parte Univerſitatis, & hominum Terræ Rendæ interpoſitam à ſententia ultimo loco lata per magnificum Petrum Troſtum in favorem Reverendi Archiepiſcopi Cuſentini, & Univerſitatis Terræ ſancti Lucidi fuiſſe, & eſſe deſertam. Et quia per merita proceſſus conſtat quatuor Sententias conformes in favorem dictæ Terræ ſancti Lucidi fuiſſe latas, ideo perpetuum ſilentium per hanc noſtram deffinitivam ſententiam dictæ Univerſitati terræ Rendæ imponimus victumque victori in expenſis condemnantes hanc noſtram deffinitivam ſententiam in his ſcriptis propterea proferentes. Lecta, lata, & promulgata eſt. Et ne partem Reverendi Archiepiſcopi utilis domini, ac Univerſitatis, & hominum ſancti Lucidi prædictorum de cætero ſic nulliter, ac temere pro prædictis Univerſitas, & homines Terræ Rendæ per tot jam conformes ſententias, & dictum ſilentium eiſdem impoſitum temere jam nulliter, & doloſe agere damnati, & declarati diutius fatigare, & ad judicium trahere audeant, vel præſumant occaſione prædictorum jam toties declaratorum dumtaxat, & quibus per dictum ſilentium perpetuum extitit os recluſum. Vobis itaque filiis Vicario, & Locumtenentibus præ nominatis intentum noſtrum hujuſmodi ſignificantes, dicimus, committimus, & mandamus cæteris ſupradictis, & cuilibet veſtrum, ad quos, ſeu quem ſpectabit, quatenus ad omnem ſimplicem requiſitionem Reverendi Archiepiſcopi utilis Domini, ac Univerſitatis, & hominum Terræ Sancti Lucidi ſupplicantium prædictorum, & cujuſvis eorum formam, & tenores ſententiarum confirmatoriarum declarationum confirmatoriorumque impoſiti ſilentii, mandatorumque ac cæterorum in favorem ſupplicantium eorumdem quomodolibet facientium & diſponentium, ac etiam noſtrarum recognitionis, emologationis, approbationis, declarationis, confirmationis auctoritate decreti, & voluntatis præſentium diligenter attendentes eiſdem ſupplicantibus, quatenus debitè, pacificè, & quiete teneant, & poſſideant territoria, fines, ac Jura eorum prædicta, dictiſque ſententiis, & Juribus hujuſmodi præmiſſorum, & præſentium noſtrarum proviſionum utantur, & libere gaudeant, omnibus contradictionibus, & impedimento ceſſantibus in perpetuum, auctoritate noſtra aſſiſtatis, faveatis, & intendatis ſolerti diligentia, defenſionibus, & protectionibus ope, opera, auxiliis, aſſiſtentia, & juris, & juſtitiæ cæteris favoribus opportunis. Itaque Generalitas veſtrum ſpecialitati non deroget, nec contra: & unus dico, aut plures veſtrum per alium, vel alios prius forte vocatos, & requiſitos nullatenus ſe excuſent, Venatores turbatores, moleſtatores, ac demum contradictores quoslibet per pœnarum infraſcriptarum aliarumque nobis bene viſarum impoſitiones, & exemptiones, aliaque Juris, & Juſtitiæ remedia realia, & perſonalia debitè compeſcendo. Cauti de contrario prò quanto Vos filii Vicariæ, & Locumtenentes nobis filiali obedientia obtemperare, cæteri vero ultra iram, & indignationem noſtras pœnam unciarum auri mille regio noſtro fiſco applicandorum cupitis, & veſtrum quilibet cupit evitare. In cujus rei Teſtimonium præſentes inde fieri juſſimus mediocri Majeſtatis noſtræ ſigillo in pendenti munitas: Quas poſt earum inſpectionem reſtitui volumus ſingulis vicibus præſentanti. Datum Neapoli in noſtro Sacro Conſilio per magnificum utriuſque Juris doctorem, & militem noſtrum Conſiliarium dilectum Lucam Tozzolum Romanum Locumtenentem ſpectabilis, & magnifici Honorati de Aragonia Captani Fundorum Comitis Regni hujus Logotenentis, & Prothonotarii Collateralis Conſiliarii fidelis nobis plurimum dilecti. Die ſextodecimo menſis Julii ſeptimæ Indictionis Anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto.

„ Rex Ferdinandus.

„ Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſtro Concilii decimo.]

Coluit Pyrrhus quam qui maxime ſanctum Franciſcum de Paula, tunc in vivis agentem, ac præcipua charitate amplexum eidem licentiam elargitus eſt ad Oratorium ſeu Eccleſiam ædificandam ſub nomine S. Franciſci de Aſſiſio in ſuæ Diœceſis oppido de Paula, ac plura alia dono dedit ejus devotioni, & ſaluti convenientia, & cum jam nova Minimorum plantatio, Franciſco Duce cœpiſſet per orbem palmites extendere ſuos, Pyrrhus adjutrices manus admovit, & Ordinem illum à ſua ordinaria juriſdictione exemit, ac immediate ſanctæ Sedi ſubjecit ann. Dom. 1471. ſcripto ſuæ voluntatis diplomate, quod damus ex Minimorum Chronico Franciſci Lanovii.

Pyrrhus miſeratione divina Archiepiſcopus Cuſentinus.

Dilecto nobis in Chriſto filio Franciſco de Paula Eremitæ noſtræ Cuſentinæ Diœceſis, tuæq; Congregationis Fratribus Eremitis tam præſentibus, & futuris, ac univerſis, & ſingulis ſalutem in Domino ſempiternam. Decet nos ex officio, quo Archiepiſcopali Eccleſiæ Cuſentinæ præſidemus, vigilanti cura, ſingularique ſollicitudine circa ea, quæ in laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, cui ſoli cura eſt de nobis, & à quo bona cuncta procedunt, ac in augmentum ſanctæ fidei Catholicæ, noſtræque Chriſtianæ religionis, ac plurimorum animarum ſalutem cedunt, ac in multorum bonum exemplum inſudare, ac quantum cum Deo poſſumus ea, quæ juſta, rationabilia, ſalutifera, & à jure divino, ac ſanctorum Patrum inſtitutionibus penitus, & omnino non diſcrepantia gratiosè concedere, & iis favorabiliter annuere. Dudum ſiquidem ad tuæ ſupplicationis inſtantiam ſuper finibus, & poſſe dictæ terræ Paulæ quoddam Oratorium, ſeu Eccleſiam ſub vocabulo S. Franciſci per te erigi fecimus, in quo divina officia audire, & Eccleſiaſtica ſacramenta recipere, ac orare poſſes. Tu, qui dudum Oratorium, ſeu Eccleſiam tam ſingulari diligentia, una cum quodam parvo dormitorio fabricaſti, ac fabricari feciſti, ac in dies fabricas, & amplias, vitamque auſteram, & eremiticam per viginti annos, vel circa, & ſanctè & juſtè, & religiosè vixiſti, ac de bono in melius ſemper perſeveraſti, prout ducis, vivis & perſeveras de præſenti, ibidemq; Deus ſolita clementia, diverſa, & crebra miracula per te operatus eſt, & operatur in dies, propter quæ multorum crevit devotio populorum, & ad te confluit populi multitudo, multique ſub habitu eremitico, & tecum vivere decreverunt, & Deo continuo præſtare famulatum, & ut tu, ipſiq; quietius ſanctius & devotius ferventius famulari valeatis tu, & Fr. Balthaſar Sacerdos, cæteriq; Clerici, & laici ſub habitu eremitico ibidem vitam ducentes, nobis humiliter ſupplicaſtis, ut dictum Oratorium, ſeu Eccleſiam S. Franciſci de Paula, ab omni juriſdictione, & ſuperioritate matris Eccleſiæ terræ Paulæ, & ab omni alia juriſdictione, & ſuperioritate etiam noſtra eximere, & liberare, & ſub protectione Sedis Apoſtolicæ totaliter relaxare, dictumque Oratorium, ſeu Eccleſiam una cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, tibi tuæque Congregationis eremiticis Fratribus, præſentibus, & futuris conferre, & in perpetuum concedere, & providere de eodem, teque (prout ipſi ſupplicarunt) in eorum Patrem Superiorem, & Priorem deputare, hujuſmodique Fratribus eremitis poteſtatem, baliam, auctoritatem te Fr. Franciſcum, & alios quoſcunque in eorum ſu-

perio-

periores, & officiales canonicè eligendi, dare, & concedere, tibique, & aliis per vos eligendis omnem juriſdictionem, & poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus inde & ſuper omnibus locis, perſonis, & rebus bujuſmodi cum poteſtate Miſſas, & alia divina officia celebrandi, confeſſiones audiendi, Eucbariſtiæ, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrandi, & recipiendi, malfactores, rebelles, & inobedientes puniendi, incarcerandi, condemnandi & abſolvendi, & pro bujuſmodi vitæ obſervantia, ſtatuta, & ordinationes juri Divino, & ſanctorum Patrum inſtitutionibus conſona faciendi, & de bono in melius reformandi, & alias opportunè in omnibus concedere, dare, & providere dignaremur. Nos vero, qui ex vera ſcientia, & experientia jam longo, & continuo tempore te cognoſcimus, operaque tua, & nobis manifeſta ſunt, & te religioſum, & ſanctum bominem, ac Deo gratum, & acceptum fore, & eſſe demonſtrant, conſiderantes quod bona opera, pia, cbaritativa, ac Deo grata, ac multis ſalutifera inibi, & ubique per te, tuamque Congregationem ferventius, ac quietiùs & devotius operari poterunt, ſi privilegiis muniamini, ac favoribus, & gratiis proſequamini oportunis, veſtris juſtis, & ſanctis deſideriis, & ſupplicationibus annuentes, & inclinati, bujuſmodi Oratorium, ſive Eccleſiam, una cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis tibi, tuæque Congregationi in perpetuum damus, tradimus, aſſignamus, cedimus, & conferimus, ac tenore præſentium providemus de eadem. Teque in ſuperiorem bujuſmodi tuæ Congregationis, Patrem, Rectorem, & Priorem, ſeu quovis alio nomine nuncupandum damus, & deputamus, cui præſis, ac vita, & exemplis proſis, tuiſque monitis, mandatis, & præceptis ſalubribus omnes bujuſmodi Congregationis perſonæ obedire & parere debeant, ipſiſq; tuis Eremitis fratribus te in ſuum Superiorem & priorem ac una tecum alios quoſcunque Superiores, & Officiales canonicè eligends poteſtatem, & auctoritatem. Nec non ſtatuta, & ordinationes pro bujuſmodi vitæ obſervantia à jure tamen divino, & SS. Patrum inſtitutionibus non deviantia faciendi. Tibiq; & bujuſmodi Officialibus & Superioribus ſic eligendis omnimodam juriſdictionem ordinariam in ſpiritualibus, & temporalibus Congregationis bujuſmodi perſonarum etiamſi Sacerdotali, ſeu quavis alia præfulgeant dignitate, & locorum juriſdictionum, animalium, & rerum omnium ad te, tuamq; Congregatione quomodolibet ſpectantium, & pertinentium. Cum poteſtate quoſcumque rebelles, & inobedientes omnium bujuſmodi Congregationum perſonarum delinquentium peccata, delicta & cujuſcumque generis maleficia, & crimina (prout juris fuerit) puniendi, bujuſmodique delinquentes incarcerandi, condemnandi, diſciplinandi, liberandi, abſolvendi cæteraque faciendi, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa vobis videbuntur fore neceſſaria & opportuna, & quæ noſmet facere poſſemus. Sacerdotibus verò bujuſmodi Congregationis, ſeu ſæcularibus, vel Regularibus per vos eligendis miſſas etiam ante diem, & in quocunque loco ad bec congruo, & boneſto cum altari portatili celebrandi, Eucbariſtiæ, & alia quæcunque Sacramenta Eccleſiaſtica licitè, & liberè tibi, bujuſmodique tuæ Congregationis perſonis, quoties devotio ingruerit, & neceſſitas poſtulaverit, abſque quacunque Superioris licentia miniſtrandi, ad quæ ſuſcipienda extra loca bujuſmodi compelli non poſſitis. Confeſſiones audiendi, & ab omnibus caſibus, excommunicationibus, ſuſpenſionibus, & interdictis, ac ſuper quacumque irregularitate nobis tam à jure, quàm à nobis reſervatis, & permiſſis toties, quoties abſolvendi, & diſpenſandi, votaq; permutandi, & relaxandi, ac pęnitentiam ſalutarem injungendi. Loca, Oratoria quæcunque, & Eccleſias licitè accipiendi, & retinendi, quaſcumque etiam perſonas Eccleſiaſticas, & ſæculares ad vos venientes, & vobiſcum moram trabere, & babitum, quem geritis profiteri, & recipere volentes acceptandi, & recipiendi ad babitum, & promiſſionem obſervantiæ caſtitatis, paupertatis, obedientiæ, veſtraque bujuſmodi ſtatuta, & ordinationes facere poſſint, & valeant, ac poſſitis, & valeatis, poteſtatem, omnimodam, & auctoritatem tenore præſentium damus, concedimus, & indulgemus, ac Vobiſcum ſuper bis opportunè diſpenſamus. Omnibuſque privilegiis gratiis, immunitatibus libertatibus, & exemptionib. omnibus, quibus frater S. Franciſci, cęteriq; mendicantes fruuntur, & utuntur frui, & uti auctoritate noſtra in Civitate, & Dięceſi Conſentinenſi poſſitis, & valeatis. Hujuſmodi Oratorium, ſive Eccleſiam, ac alia quæcumque loca, Oratoria, & Eccleſias per vos in poſterum acquirenda cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, eremitiſque, & perſonis, rebuſque omnibus ad vos veſtraque loca quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, perſoniſque bujuſmodi inibi degentibus, ab omni juriſdictione, ſubjectione, & ſuperioritate Matrum Eccleſiarum, & noſtra, noſtræque Conſentinæ Eccleſiæ, cæterarumque perſonarum (ſalva tamen ſemper quarta omnium Legatorum, quam omninò nobis, & ſucceſſoribus noſtris, prout juris eſt, ſolvere teneamini) prout ex certa noſtra ſcientia motu proprio, & de plenitudine noſtræ dignitatis, quantum cum Deo poſſumus in perpetuum eximimus, & totaliter liberamus, & ſub protectione, ſummiſſione juriſdictione, & ſuperioritate Sedis Apoſtolicæ totaliter, ſpecialiter, & ſingulariter, & expreſsè remittimus, & relaxamus præſentibus, perpetuis, futuriſque temporibus valituris. In quorum omnium, & ſingulorum roboris firmitatem, & teſtimonium præmiſſorum per manus Pbilippi Figandii de Buxem Cancellarii noſtri præſentes fieri fecimus, noſtrique majoris ſigilli appenſione munitas, & noſtræ propriæ manus ſubſcriptione roboratas.

Datum in noſtro Archiepiſcopali Caſtro ſancti Lucidi anno 1471. die ultimo Novembris quarte Indictionis ſub Pontificatu Sanctiſſimi in Cbriſto Patris, & Dom. N. D. Pauli Papæ Secundi anno ſeptimo. Amen.

Hoc exemptionis, & donationis documentum confirmavit Sixtus IV. anno 1474. 16. Kal. Junii. Ad Pyrrhum ſequentes litteras ſcripſit Ferdinandus Primus Rex Neapolitanus poſt occupatum Hidruntum à Maumete Turcorum Rege præcipiens ei, ut perſonaliter ad omnes Regni Prelatos, & Barones accederet, & auxilium expoſtularet ab eis juxta Mandatum Regium, & Parleamenti nuper in Neapolitana Urbe celebrati anno 1480. Rex autęm Pyrrho ſic ſcribebat.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem &c.

Reverendo in Cbriſto Patri Archiepiſcopo Cuſentino Conſiliario noſtro fideli dilecto gratiam, & bonam voluntatem. Cum per nos decretum & ordinatum fuiſſet celebrare parlamentum generale, ut occurretur graviſſimis periculis incumbentibus buic Regno: propter Turcbarum invaſionem, & expugnationem Idronti: Toti Regno juſſimus, ut omnes Prælati, omneſque proceres, et Barones, nec non et ſindici civitatum, terrarum ac locorum demanialium convenirent in Terra noſtra Fogiæ de Provincia Capitanatę: Cumque ad præſtitutam diem conveniſſent omnes: tandem die tertiadecima Februarii infraſcripti cum omnes tam Prælati, quàm Proceres, & Magnates prædicti, ſindicique dictarum civitatum, terrarum, ac locorum demanialium congregati eſſent in ſala boſpitii noſtri in præſentia Reverendiſſimi in Cbriſto Patris Dom. G. tit. SS. Sergii, & Bacchi Sacroſantæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis Alrienſis Sedis Apoſtolicæ Legati, idem Reverendiſſ. D. Cardinali Legatus luculentiſſimam, & tempori, & loco accommodatam babuit orationem. Qua & eoſdem Prælatos, & univerſum Ordinem Eccleſiaſticum Prætores, & Barones, ac Sindicos vebementiſſimè eſt bortatus per fidem Salvatoris Domini noſtri Jeſu Cbriſti, & propter communem ſalutem, ad tam ſalubrem, & neceſſariam in Turcas expeditionem eis conmemorans, et ante oculos ponens, quo in periculo, et diſcrimine omnes Itali, ſed ſubditi et fideles noſtri in primis verſarentur, et

quanta ruina & excidium illis immineret ab eiſdem perfidiſſimis, & immaniſſimis hoſtibus noſtris Turcis, niſi quam primum & fortiter eiſdem obviam iretur, trahens in exemplum nationes quæ in eorumdem hoſtium poteſtatem devenerunt: quibus nihil triſtius, nihil miſerius, nihil calamitoſius. Eaque oratione maxima cum adſtantium omnium attentione habita per eundem Dominum Reverendiſs. Cardinalem Legatum, Nos eiſdem Prælatis, & Ordini Eccleſiaſtico, proceribus, & Baronibus, ac Sindicis univerſitatum demanialium per noſtrum Secretarium in eandem ſententiam verba fieri fecimus: additis etiam nonnullis quæ ad rem, de qua agebatur, maximè pertinebant, præmiſſiſque omnibus ſic dictis, & recitatis. Rev. in Chriſto Pater H. Archiep. Acherontinus & Matheranus, Conſiliarius, & Confeſſor noſter dilectus aſſurrexit, & habitis omnium Prælatorum Ordinis Eccleſiaſtici procerum, Baronum, & Magnatum, ac Sindicorum voluntatibus, quas diligenter ad unam perquiſivit; audientibus omnib. nobis, & eidem Reverendiſs. D. Cardinali Legato ipſorum verbis retulit, & reſpondit: cum ea res maximi momenti, valde eoſdem Prælatos, & Ordinem Eccleſiaſticum proceres Barones, & Sindicos inter ſe conſultationem habere ad eam rem breves aliquot horas poſtulantes, quod omnia, Deo bene auſpicante, cujus cauſa ageretur, et in cujus ade conſultationem ipſam maturè eſſent habituri, omnia feliciter, et ex commodo, et ſaluti totius Regni Italiæ univerſæq; Reipublicæ Chriſtianæ evenirent, eoque dicto omnes diſceſſerunt, et in Templum majus ejuſdem Terræ Fogię B. Virgini dicatum ſe contulerunt. Ubi ſatis ſuperſluè inter ſe libratis, et diſcuſſis, quæ ad hujuſmodi neceſſarium opus perficiendum eſſent neceſſaria, tandem unanimes eidem, & tanti facientes periculum, quanti meritò fieri debet: tam potentiſſimis, & ferociſſimis hoſtibus Regnum ipſum ingreſſis, & Urbe celebri Idrontina direpta, vaſtatiſq; & incenſis compluribus illius Provinciæ Caſalibus, & hominum ipſorum miſerabiliter in ſervitutem aſportatis ſumma ſua voluntate. Nobis obtulerunt, videlicet iidem Prælati, univerſus Ordo Eccleſiaſticus, proceres, Magnates, & Barones, medietatem omnium fructuum unius anni provenientium ex ipſorum Eccleſiis, & Baroniis, bonisq; feudalibus. Necnon & Proceres ipſi una cum Sindicis univerſitatum, terrarum & locorum demanialium, & ipſorum Baronum polliciti fuerunt ſtipendium quatuor peditum pro quolibet centenario focularium ſolvendorum per menſes quatuor, ad rationem tarenorum quindecim, ſeu ducatorum trium de carlenis argenti pro quolibet menſe pro ſtipendio uniuſcujuſque peditis; quorum omnium auxilio iidem hoſtes expellantur, & prior Regno pax, quies, & tranquillitas reſtituatur. Pro quibus omnibus Prælatis, Ordine Eccleſiaſtico, Baronibus, proceribus, Magnatibus, & Sindicis Terrarum demanialium locutus eſt Illuſt. Franciſcus de Baucio Dux Andriæ Comes Vigiliarum, Conſiliarius, affinis, & tanquam Pater noſter cariſſimus, deinde omnes tandem ipſam pollicitationem approbarunt, & ratificarunt. Ita firmis, & ardentibus animis, ut ex talibus oblationibus incredibilem cepertmus voluptatem, & jacta viderentur fundamenta maxima reliquarum actionum benè & ex ſententia perficiendarum. Commendavimus mirum in modum fidem eorundem Prælatorum, & aliorum de Ordine Eccleſiaſtico procerum, & Magnatum, ac etiam Sindicorum, & præclarum eorum animum erga nos, & ſalutem communem, extulimus ad Cœlum uſque confeſſi nihil novi nos intellexiſſe, quibus perſpectiſſima eſſet eorum voluntas, de qua quoties neceſſarium fuiſſet, periculum, & experientiam præſtitiſſent non vulgarem. Verùm hortati eos ſumus, & pro rei magnitudine, & temporis anguſtia inſtanter rogavimus, ut quamprimum effectu complerent, quod eſſent verbis polliciti, ſicque eos dimiſimus promittentes, offerentes, & liberaliter concedentes eiſdem Sindicis, & per ipſos univerſitatibus omnibus Regni nonnullas gratias in ſuperiori parlamento celebrato Neapoli oblatas, & indultas, ſed uſque in præſentem diem intermiſſas propter eorumdem Turcarum invaſionem. Quæ omnia ſolemni privilegio quamprimum expedientur. Cum itaque iidem immaniſſimi Turci hoſtes noſtri, & fidei noſtræ Chriſtianæ nominis nullum quidem temporis momentum intermittant ad temperandam, & providendum omnia, quibus majoribus viribus Regnum noſtrum in calamitatem adducant, & miſerrimè eorum ſervituti ſubiiciant, nobiſq; idem faciendum ſit, ut non modo eorum improbiſſimos conatus reprimamus; ſed à Regno eos expellamus, & pœnas dare compellamus illatorum Regno noſtro innumerabilium damnorum, ad id perficiendum opus ſit effectu eorum, quæ in parlamento promiſſa fuerunt per eoſdem Prælatos, Ordinem Eccleſiaſticum, proceres, & Magnates, ac Sindicos; ut ſuperius eſt expreſſum, quemadmodum imminentia pericula non exigant ſolum, ſed poſtulant. Eapropter pro rei magnitudine, in qua omnium ſalus repoſita eſt, eundem Rev. Epiſcopum Cuſentinum, cujus fides, et ſufficientia omni ex parte nobis cognita, et perſpecta eſt, tenore præſentium noſtra ex certa ſcientia requirimus, et hortamur maxima cum inſtantia, quod præſentibus acceptis ad unumquemque Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Commendatariorum et aliorum omnium, Ordinis Eccleſiaſtici Provinciæ Calabriæ citra vos principaliter conferatis, et alios vobis benè viſos, et idoneos tranſmittatis, qui vigore, & authoritate præſentium, quas vobis dirigendas juſſimus pro effectu concluſorum in eodem generali parlamento ab eis, & unoquoque ipſorum habeatis, conſequamini, percipiatis, exigatis, ac habeant, conſequantur, percipiant, & exigant medietatem fructuum unius anni provenientium ab eorum Eccleſiis, & beneficiis juxta oblationes per eos in d. parlamento factas neminem immunem, aut francum præſervando, adhibendo pro conſequenda ejuſmodi taxatione omnem exactiſſimam operam, curam, & diligentiam, quam rei neceſſitas exigit, & requirit, ut quam primum ejuſmodi introitaum medietas cum omnibus prædictis Prælatis, & aliis de Ordine Eccleſiaſtico exigatur convertenda in tam tanta, & neceſſaria expeditione, & quamquam pro certo teneamus neminem ipſorum recuſaturum ejuſmodi ſolutionem: tamen quia poſſibile eſſet, quod aliquis parum de communi ſalute cogitans ſecus faceret; eo caſu volumus, quod talem renitentem, & in facienda ſolutione difficilem cujuſvis præeminentiæ, & dignitatis fuerit, neceſſariis & opportunis remediis compellatis, & compellere, & conſtringere poſſitis & valeatis cum poteſtate, quæ vobis ex authoritate noſtra, totiuſque Regni conſenſu in generali parlamento commiſſa eſt: illam ipſam poteſtatem in vos transferentes, mandantes præterea harum tenore ex noſtra ſcientia, & expreſſa univerſis, & ſingulis Officialibus noſtris maioribus, & minoribus, nec non Illuſt. Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Terrarum Dominis, & Dominantibus, Sindicis & cæteris Officialibus univerſitatum, Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum demanialium dictæ Provinciæ, & cæteris ad quos præſentes pervenerint, & eis fuerint quomodolibet præſentatæ, quatenus vobis, & ſubſtituendis à vobis in prædictis non ſecus ac nobis pareant, obediant, & intendant aſſiſtantque ope, opere, auxilio, conſilio, & favoribus opportunis, prout à vobis & ſubſtituendis à vobis fuerint requiſiti: Nec ſecus agant, ſi gratiam noſtram caram habent, iramque, & indignationem, ac pœnam leſæ Maieſtatis & fidelitatis qua nobis adſtricti ſunt cupiunt non incurrere. In quorum teſtimonium præſentes fieri fecimus, & magno Maieſtatis noſtræ pendenti ſigillo juſſimus communiri.

Datum in Terra noſtra Fogiæ die tertiodecimo menſis Februarii 1480. *Rex Ferdinandus.*

Cæterum Pyrrhus eodem anno vitam cum morte commutavit, & Romæ creditur ſepultus in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ Aventini montis, quam Prioratum vocant, prope gentilem ſuum Riciardum, magnum Hieroſolymitani Ord. Magiſtrum, qui in magno marmoreo tumulo habet hoc epitaphium.

Hoc eſt Sepulchrum Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & Domini fratris Riciardi Carazoli de Neapoli ſacrę domus hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani Magiſtri, & pauperum Chriſti cuſtodis, nec non Magiſtri hoſpitum Domini noſtri Papę Bonifacii Noni, qui obiit anno Domini MCCCXCV. die vero 18. Menſis Maii, Pontificatus prædicti Domini Bonifacii Papæ Noni anno ſexto, in quo quidem Sepulchro jacet corpus ejus.

Fratres Paulitani Cuſentini Cœnobii ob beneficia in ordinem ſuum à Pyrrho collata in marmore ſupra ſacrarii fores memoriam ipſius perennarunt in hunc modum.

Pyrrho Caracc. Archiep. Cuſent. ob tributam B. P. Franciſco Paulano Eccleſias, & Cœnobia conſtruendi facultatem, ejuſdemque Ordinis approbationem & confirmationem, eximia irrogata Privilegia Sixti IV. Julii II. Alexandri VI. cæterorumque Romanorum Pontificum auctoritate firmata, Patres hujuſce Conventus grati animi monumentum poſuerunt A.

D. M. D. XXXVI.

(,, Verum quoad Pyrrhi obitum, in an. 1481. vitam protraxiſſe nos monet Erectio Cuſentini Hoſpitalis ſub titulo SS. Annunciatæ pro recipiendis pueris projectis, curandiſque infirmis, quod opibus, & ſcriptis ſuis firmavit die 1. Auguſti 1481. Diplomatis tenor ex Originali tranſcriptus talis eſt.

,, *Dilectis filiis Univerſitatis Conſentiæ, ac Patribus, & Magiſtris, cæteriſque officialibus domus hoſpitalis Annunciatæ extra muros ejuſdem ſalutem in Domino ſempiternam.*

,, *Ex debito Paſtoralis officii occurrere pauperum neceſſitatibus, & quidem ſtrictius obligamur, quo Creatorem Mundi pro nobis pauperem factum non dubitamus piis fidelibus manibus toties recipi, quoties in ejus pauperes pietatis officia miſericorditer fuerint impenſa. Ait enim, qui vos recipit, me recipit: & quanto pretio æſtimandi ſint, qui ad opera miſericordiæ ſe exercent, in futuro Judicio demonſtrabit, dicens; venite Benedicti Patris mei, percipite vobis paratum Regnum à conſtitutione Mundi: Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare; hoſpes eram, & collegiſtis me: Nudus &c. Et mirantibus præ magnitudine præmii ſui ſanctis à Deo electis, clementer in pauperes extenſa manu dicet: Quod uni ex minimis iſtis feciſtis, mihi feciſtis. Nulli dubium, quòd nec oculus videt, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quod præparavit Deus his, qui eum piè in pauperum receptione diligere comprobantur. Cum fide certa, & indubitatis literis teneamus pleroſque eorum, qui in Chriſti pauperes intima pietatis viſcera reſerant in hac miſeriarum valle temporalia pręmia cum firma futurorum promiſſione fuiſſe ulteriùs aſſecutos. Felices illi qui miſericordes ſunt, quia miſericordiam conſequentur: hæc nanque liberat à morte, & facit venire in vitam æternam, & ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſina reſiſtit peccatis: hæc abſconſa in ſinu pauperis pro miſericordibus orat; nempe: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus; quia Pietas ad omnia valet habens promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, pariter & futuræ. Quæ nos hæc & ſimilia præ oculis jugiter habentes non mediocri mærore affligebamur, quod in hac noſtra diœceſi nulla eſt ſufficiens, & idonea domus, in qua pauperibus, & inopibus, ut decet, ſubveniri poſſit; & quia domus noſtra non ſufficiebat ad ſingulos, quibus non poteramus manibus debemus affectu; atque intra nos tacitus gementes, ad eum, in quem oculi omnium reſpiciunt, cum fiducia recurrebamus; ut qui pauperem facit, & ditat, pauperibus ſuis, quibus noſtræ vires ſufficere non poterant, dignaretur* A *miſericorditer providere. Sed quia propè eſt Dominus invocantibus eum in veritate, ſuaſus Ven. Fratrum ordinis Minorum tanta devotione, mentes omnium concorditer, & unanimes uno ore erigendam domum Hoſpitalis Annunciatæ maximo cum fervore aſſurgeretis, & aſſenſum, conſilium, & favorem omnibus ſæpius poſtulantibus probavimus pia cum benignitate auditum; eo quidem promptius, quo noſtris votis divinam acceſſiſſe clementiam cernebamus, Magiſtroſque per Univerſitatem veſtram eligendos, inſuper Procuratorem, Conſervatorem, ac etiam ſacriſtam ab ipſis pro tempore Magiſtris eligendum, & ad eorum placitum amovendum, qui pro tempore exiſtens clericos ad ſerviendum Hoſpitali per vos deputatos, in cæteris ad Hoſpitale ſpectantibus cum omnimoda noſtra auctoritate in ſpiritualibus præeſſet, & omnia ſacramenta libere adminiſtraret in dicto Hoſpitali, & illis in eo commorantibus. Eos quoque, qui apud ipſum Hoſpitale ſepulturam eligerent,* B *poſſe cum licentia Capellanorum Eccleſiarum Parochialium liberè de domibus eorum recipere ordinavimus. Inſuper omnes pias domus, ſeu Hoſpitalia civitatis Conſentiæ Urbis conceſſimus, & per præſentes concedimus, ac omnes, ſeu omnia in unum integravimus, & integramus, ac pro ædificatione, ſeu diſpoſitione hujus novæ domus Hoſpitalis Annunciatæ veſtræ ordinationi, & voluntati ſubmittimus, ut quidquid vobis, & magiſtris pro tempore exiſtentibus ad conſtructionem, & conſervationem, ſeu bonum regimen dictæ domus dumtaxat videbitur, liberè facere poſſitis: & ne aliqua in futurum quoad Hoſpitale prædictum data, legata, aut aliàs quomodolibet ad ipſum pertinentia per nos, aut ſucceſſores noſtros aliis applicarentur uſibus, quandocumque ſubincerta ſuſpicio quempiam ad benefaciendum huic domui retardaret, ſed ut libere, & in vita, & in morte bona mobilia, & immobilia largiantur, Hoſpitale ipſum, & omnia alia, & ſingula ad illud pertinentia* C *veſtræ piæ diſpoſitioni in perpetuum ſubmiſimus, & ſubmittimus in quantum noſtram cameram tangit, atque ab omni noſtra juriſdictione exemimus, & eximimus, & per præſentes exemptum quoque, & abſolutum de cætero ab omni noſtra juriſdictione inquantùm de jure poſſumus, & nobis jus permittit, & tenore præſentium volumus, pronunciamus, & declaramus: multa quoque alia ad favorem, & bonum regimen Hoſpitalis prædicti, ſicut patet in Capitulis, & inſtrumento deſuper confectis una cum Rev. D. Benedicto Starto de Cetrario de voto Doctorum, noſtrique Vicarii, ac Procuratore Hoſpitalis pro tempore, aliiſque officialibus, & cum electis Univerſitatis Conſentię ordinavimus. Sed quia accedentes ad Dei ſervitutem præparari debent ad tentationem; ſupervenientibus contra Apuliam Turcis timor omnes invaſit, & turbati plerique fugam meditabantur, ut de civitatibus defendendis, magiſque de Hoſpitalibus conſtruendis nihil videretur agendum, qua* D *ex re opus ipſum ſervaretur inceptum aliquanto tempore. Nunc verò quia, favente Deo, Illuſtris Dux Calabriæ firmiſſima obſidione eoſdem Turcas clauſos felice victoria cepit, timorque omnis de medio ſublatus eſt, petitio per prædictos Hoſpitalis Magiſtros, Conſervatorem, Procuratorem, & ſacriſtam continebat, quatenus dormitantes filios paternali affectu excitatos ad executionem dicti operis omni, quo poſſemus, ingenio provocaremus, quia magis monent homines facta quam verba, quia loqui facile eſt, præſtare autem difficile. Ideo ne tanta in pauperes pietas negligatur, & pueri infeliciter nati pereant infelicius ſicut hactenus nonnullis contigit periiſſe; ſupplicabatur humiliter, ut paſtorali charitate talibus gratiis, & favoribus occurramus, quatenus indignum ſe Chriſto cenſeret nomine, qui dirigentis Paſtoris veſtigia ſequi negligeret, manuſque non porrigeret adjutrices. Nos igitur innatam ad pauperes pieta-*

tem,

A

„ cem, quæ Divina aſſiſtente gratia ſemper noſtris venit cum annis aucta, quandiu vivimus exercere cupientes, veſtris piis precibus benignum præbentes auditum libenter aſſiſtimus cum largiſſimo manu eoacedentes in primis omnibus, & ſingulis domui prædicti Hoſpitalis manus porrigentib. adjutrices. . . . . procuratoribus, Advocatis aut aliis, & quomodocumque, & qualitercumque ſive in vita, ſive in morte prædicto Hoſpitali benefacient. . . . . orationis aut pietatis gratia, uti talibus verè pœnitentibus indulgentiam quadraginta dierum de injunctis ſibi pœnitentiis authoritate, qua fungimur, toties, & quoties miſericorditer relaxamus. Et ne quis bona ad ipſum Hoſpitale quomodocumque, & qualitercumque ſpectantia ſient occupata, ſeu occupata teneantur, vel non revelentur, aut reſtituantur, favere, conſulere, præcipere, ſeu quoquomodocumque inducere præſumat ſub excommunicationis lata ſententia, quam ipſo facto incurrat, a qua niſi ſatisfactione præmiſſa nullus abſolvere poſſit B *ſtrictius inhibemus. Et quia pueri, qui quandocumque ſine parentum. . . . , . vel majoris mali periculo educari non poſſunt, non exiſtente, in quo nutriantur Hoſpitali, ſicut indubitata fide gementes accepimus, plerumque ſuffocantur. Ideo tanto facinori pro viribus obviare cupientes, qui in minoribus agentes jam Glorioſæ Dei Genitricis Mariæ, & B. Jo. Baptiſtæ pro fide militaremus, pro incolumitate innocentium ſæpè vitam mortis periculis ſubegimus; nunc in majoribus conſtituti ex debito, quo obligamur, officii Paſtoralis, ne quod abſit tantum ſcelus in noſtra diœceſi vel nominetur, vigiliæ, nullique noſtro cuique incommodo parcere intendimus, quo domus Hoſpitalis prædicti . . . . ſortiatur effectum. Quadere omnes & ſingulos Chriſti fideles hortamur in viſceribus Jeſu Chriſti, quibus inſuper teſtamentis, ſeu ultimis voluntatibus de bonis ſuis ſtabilibus partem aliquam ad tam pium opus demandent;* C *& ut prædictas devotiones, largiuſque noſtras exhortationes quilibet exequatur, Nos quartam portionem ex talibus relictis, vel in poſterum Domini Hoſpitalis prædicti colinquendis, ex tunc prout ex nunc prædicto Hoſpitali pro puerorum educatione aliiſque pauperum uſibus paternali affectu miſericorditer ex certa ſcientia relaxamus; prohibeates ſub pœna excommunicationis, ne quis ad exactionem quartæ pro tempore deputatus de relictis ſeu pro tempore Hoſpitali prædicto relinquendis prætextu aliquo, vel modo in quantum ad cameram noſtram ſpectat, ſe ingerat, aut hæredes, ſeu teſtatorum executores, vel officiales Hoſpitalis prædicti pro tempore exiſtentes inquietare præſumat: quod ſi fracta fide noſtrarum literarum non deſtiterit ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrat, a qua, niſi ſatisfactione ipſi Hoſpitali præmiſſa non poſſit abſolvi. Inſuper ut accenſa divinitus in pauperes pietas noſtris viſceribus arctius infixa perſeveret, concedimus, ut omnibus gratiis, privilegiis, immunitatibus, exemptio-* D *nibus, quibus in diœceſi Neapolitana gaudet, ac fungitur domus Hoſpitalis Annunciatæ intra muros civitatis Neapolis conſtituta, gaudeat, & fungatur domus Hoſpitalis Annunciatæ extra muros civitatis conſtituta, & in perpetuum gaudere, & fungi volumus in noſtra diœceſi Cuſentina, confirmantes hactenus per nos conceſſa, & ordinata, & quæ ſcilicet memoravimus omnia, & ſingula interventu noſtri Capituli, & Canonicorum Majoris noſtræ Eccleſiæ Cuſentinæ aſſenſu concedentes, & roborantes, conceſſaque authoritate præſentium declarantes; ſalva tamen authoritate, & aſſenſu SS. Domini Noſtri. In quorum fidem has præſentes literas fieri juſſimus noſtri Pontificalis ſigilli appenſione, atque noſtræ propriæ manus ſubſcriptione munitas. Dat. in civitate Conſentiæ die prima Auguſti 14. Indictionis milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo, SS. in Chriſto Patris & D. N. D. Sixti Papæ IV. anno decimo feliciter amen.*

„ Nos qui ſupra Pyrrhus Archiepiſcopus Conſentinus ſupraſcripta fatemur, & noſtra propria manu ſubſcripſimus.

„ Locus † ſigilli.)

37 JOANNES hujus Eccleſiæ Archipræſul obiit anno 1481. ut in Actis Conſiſtorialibus legitur in promotione Succeſſoris, quis tamen ille fuerit, vel ex qua familia natus, & quot annis præfuerit, incompertum eſt apud me. XXXVIII



38 JOANNES Aragonius a Ferdinandi Primi Regis Neapol. filius Diac. Card à Sixto IV. creatus, ab eodem, die 14. Novembris 1481. Cuſentinæ Eccleſiæ adminiſtrator, auctuſque Tarentino, aliiſque Sacerdotiis Romæ fato functus eſt an 1485. Presb. Card. S Sabinæ, in qua Eccleſia jacet, de qua alibi dictum eſt. XXXIX

a De eo Ciacon. Oldoin. tom. 3. col. 65.



39 NICOLAUS Genuæ natus ex Ciborum gente nobiliſſima, quam ante quingentos annos rebus maxime florentibus è Græcia evocatam Neapoli, & Genuæ Urbibus Italię clariſſimis conſediſſe conſtat; Carolus hodie Princeps Maſſæ, & Sacri Imperii Marchio, familiæ eſt anteſignanus. Fratre Innocentio VIII. Summo Pontifice declarato, Nicolaus Eccleſiæ Cuſentinæ Archiepiſcopus factus eſt anno illius ſecundo, menſe Maii, qui Chriſti eſt 1486. conſecratur in Pontificio ab eodem una cum Laurentio Beneventano ejus nepote & Joanne Tarraconenſi. Anno 1487. Peruſii Gubernator fuit. Translatus eſt ad Arelatenſem in Gallia Eccleſiam 8. Kal. Octob. 1489. ex Bulla translationis, cujus tenor talis eſt ab ipſo exemplari. XL

I N N O C E N T I U S
ſervus ſervorum Dei.
Dilectis Filiis Capitulo Eccleſiæ Arelatenſis Ordinis S. Auguſtini ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Hodie Venerabilem fratrem noſtrum Nicolaum olim Archiepiſcopum Cuſentinum in Archiepiſcopum Arelatenſem electum à vinculo Eccleſiæ Cuſentinæ, cui tunc præerat, & tenebatur, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes ipſam ad Eccleſiam veſtram tunc per obitum bonæ memoriæ Euſtachii Archiep. Arelaten. apud Sedem Apoſtolicam defuncti, paſtoris ſolatio deſtitutam de

co-

eorundem fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica tranſtulimus, ipſumque Ecclesiæ veſtræ præfecimus in Archiep. & paſtorem, curam, & adminiſtrationem dictæ Eccleſiæ veſtræ ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Nicolao electo, tanquam patri & paſtori animarum veſtrarum humiliter intendentes, ac exhibentes ei obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiatis, & humiliter, & efficaciter adimplere curetis, alioquin ſententiam quam idem electus tulerit contra rebelles latam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. A

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1489. 8. Kalen. Maii, Pontificatus noſtri ann. 5.


Obiiſſe Nicolaum, aut certe Arelatenſem Archiepiſcopatum ejuraſſe an. 1499. ſcribit eruditiſſimus Petrus Saxo in hiſtoria Primatum Arelatenſis Eccleſiæ ubi acta Nicolai Arelatis ſpatio decem annorum, quibus præfuit, recenſet; de quo etiam eruditiſſimi gemelli fratres Sammarthani to. I. Galliæ Chriſtianæ in Arelatenſium Archiepiſcoporum catalogo. B



XLI 40 CAROLUS de Carreto [a] ex Marchionibus Finalis, Prothonotarius Apoſtolicus eodem anno 1489. eademque die 24. April. quibus Nicolaus Arelatenſem ſuſcepit Eccleſiam, delectus eſt Cuſentinus Archiepiſcopus. Duobus annis præfuit, eamque dimiſit 10. Octobris 1491. translatus ad Eccleſiam Andegavenſem in Gallia; ita legimus in Actis Conſiſtorialibus ſupradictis. Cæterum Carolus iſte non reperitur inter Andegavenſes Epiſc. apud Carolum de Sauſſayo in ejuſdem Eccleſiæ Annal. neque apud Claudium Robertum in ſua Gallia Chriſtiana: unde ex iis facile colligi poteſt, hunc Carolum nunquam eam Eccleſiam habuiſſe commendatam. Utut res fuerit, videant alii; ſat enim mihi fuit hic indigitaſſe, quæ Acta ſeſervant Conſiſtorialia. Sed in monumento Eccleſiæ Cuſentinæ Carolus de Carreto ille idem, qui ſub Julio II. evaſit ad purpuram, memoratur inter Cuſentinos Archiepiſcopos: fortaſſis ex amanuenſis incogitantia in Actis Conſiſtorialibus irrepſit error, ut mendoſe ad Andegavenſem, pro Cadurcenſe translatus dicatur, quod veriſimile mihi videtur, cum Carolus non Andegavenſis, ſed Cadurcenſis, Turonenſis, Remenſis recenſeatur Antiſtes apud eundem Claudium Robertum, Sammarthanos, cæteroſque, qui de Galliæ Præſulibus ſcripſerunt. Paulus vero Caroli Card. frater longe poſt evaſit Epiſcopus Caduſcenſis, ac præcipua gratia floruit apud Franciſcum I. Galliæ Regem invictiſſimum, qui illum Clementi Papæ VII. commendavit, ut Cardinalis fieret anno 1532.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3 col. 155.

XLII. 41 JOANNES BAPTISTA Pinellus, Januenſis, Franciſci filius, ex Molis arcis Adrianæ Præfecto, & Abbate commendatario S. Victoriani Ilerdenſis Diœceſis Ord. S. Benedicti, in locum



tranſlati Carreti proxime ſubrogatus eſt Archiepiſcopus anno 1491. Geſſit munus, officiumque ſuum eximie annos quatuor, & in Archiepiſcopatu ſuo diem clauſit extremum anno 1495. Ejus corpus datum eſt ad ſepulchrum in Cathedrali conſpicuo, & nobili tumulo, ejuſque memoria tanquam de ſanctiſſimo viro concelebratur, cujus virtutes, & merita nobili elogio condecoravit Hubertus Folieta in ſuorum elogiorum libro. *Gens*, inquit, *Pinella nobilis, & pervetuſta multos egregios, atque inſignes viros, patriæque perutiles tulit. In quibus Baptiſtæ Franciſci filii nomen eminet, cujus prudentiam in multis difficultatibus expendendis, animis civium inter ſe conciliandis, in aliiſque arduis negotiis in patriam multipliciter conſpectam Innocentius VIII. Pontifex Max. cujus pronepos fuit, ita amplexus eſt, ut hominem Romam evocatum, atque Archiepiſcopum Cuſentinum creatum ad magnarum rerum deliberationes adhiberet, ejuſque fideli opera in perarduis rebus uteretur, magnamque illi fidem haberet. Quo Pontifice fato functo, cum ad Eccleſiam ſuam ſe contuliſſet Baptiſta, in Diœceſi luſtranda, moribus emendandis, collapſa Eccleſiæ diſciplina erigenda, templis ædificandis, xenodochiis reparandis, egenorum inopia ſublevanda, in omnibus, quæ ſunt paſtoralis muneris explicandis, ita viri religio, pietas, liberalitas, prudentia, diligentia enituit, ut ejus virtus in tantis ſæculi tenebris, veluti clariſſimum lumen eluceret, tantaque in charitate, & veneratione populis ſuis fuit cum mira comitate, ac natura ſuavitate, ſeveritatem in corrigendo temperaret, ut fato functum, de honorifice efferendo, & ſepulturæ mandando Canonicorum Collegium, & civitatis Magiſtratus mediis certaminibus egerint, jus ſepeliendi utroque ſibi vindicante. Neque vero tantarum virtutum memoriam, ac populorum benevolentiam una cum illo extinctam, ſed adhuc in animis hominum vivere, ac vigere illuſtre documentum Cuſentini dederunt, cum ſepulchro Baptiſtæ Archiepiſcopi ex decreto Tridentini Concilii una cum cæteris, quæ in templis conſtructa ſunt, demoliendo, legitime decreta omnibus precibus contenderunt, impetraruntque, ne ſancti viri memoriæ, quam divorum venerationi prope conjungerent, ſepulchro ejus ſublato, injuria fieret.* Hæc ille. Hujus gentilis, ac pronepos Dominicus Cardinalis fuit, qui hoc ſæculo Romæ obiit Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis ſac. Senatus Decanus.

42 BARTHOLOMÆUS Floridus jam diu ex ſuo vivido ingenio ad dignitates, & Eccleſiaſtica munia exercenda evectus Epiſcopatum meruit Sutrinum ſub Innocentio VIII. evaſit deinde ſub Alexandro VI. Pontificiæ Molis Secretarius; & Archiepiſcopus Cuſentinus die 4. [b] Aprilis 1495. Inter Aulæ Prælatos inclaruit, adeo ut potens eſſet in opere, & ſermone apud eundem Pontificem. Sed cum nullus mortalium ubique beatus ſit, ille plures in tentatis gravioribus negotiis divexare ſoleret, Pontificis iram miſerabili caſu incurſit implacabilem. Quamobrem die 14. Septembris hora noctis quint XLIII

b Die 5. Auguſti ex Actis.

A anno 1497. in arcis Adrianæ Molis incluſus carcere, quæ illi obiiciebantur, purgare coactus, reluctante tamen conſcientia, reus adjudicatus, omnibus dignitatibus publicè in Conſiſtorio die 9. Octobris privatus, miſer, & variantis fortunæ ludibrium, & exemplar futurus, ad perpetuos carceres in eadem Mole damnatus, poſt paucos dies, hoc eſt vigeſima octava ejuſdem menſis mœrore tabefactus malorum ultimam lineam attingens, vitam amiſit. (1) Cadaver ejus in ſero ejuſdem diei ſine honore deportatum ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ Transpontinæ, ibidem ſepultum eſt. Tradunt Diaria Alexandri, illum obiiſſe magna cum humilitate, ac devotione, à Deo delictorum ſuorum miſericordiam impetraturum, ſe ſibi ſoli peccaſſe non ſemel pronunciaſſe: plura alia in iis Diariis de Bartholomæo leguntur, quæ brevitatis cauſa libenter omittimus.

XLIV 43 LUDOVICUS Agnellus, nobilis Mantuanus, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, infelici Florido, parum felix ſucceſſit die 16 Octobris 1497. ſub Alexandro VI. creatus, qui illum Perusii primum Gubernatorem inſtituit, mox Patrimonii Prolegatum fecit. Non diu lætus tanto munere vixit; Viterbii ex peſte obiit die 3. Novemb. ann. 1499. Alii illum è veneno, juſſu Cæſaris Ducis Valentini propinato, vitam liquiſſe ſcribunt: etenim ditiſſimus erat Ludovicus, cujus divitiis Valentinus anhelans, uno diu vitam, opeſque eidem ademiſſe narratur. Cæterum neſcio unde Nicolaus Paſqualinus Alidusius in lib. de viris Illuſtr. Bononienſibus habuerit quendam Martinum Lignanum hoc anno ex Sipontina Eccleſia ad hanc Cuſentinam translatum, quem obiiſſe ait ann. 1503. cum clare ex Actis Conſiſtorialibus habeamus; Ludovico ſucceſſiſſe Franciſcum Borgiam 1499. defunctum ann. 1511. cui ſucceſſit Theodolus; quamobrem Martinum ab hac ſerie expunximus, qui fortaſſis alterius Eccleſiæ Epiſcopus fuit.

XLV. 44 FRANCISCUS Borgia a Valentinus Calliſti III. Papæ nothus Epiſcopus Theanenſis, & ærarii Pontificii Præfectus ab Alexandro VI die 6 Novembris 1499. ad Cuſentinam Eccleſiam translatus, pauloque poſt ab eodem Presbyt. Card. ad titulum ſanctæ Cæciliæ creatus eſt. Sedit plus minus an. 11. Cæterum, ut Garimbertus lib. in. tom. ultim. ſcribit, cum Julius II. Bononiam, bellum Ferrariæ Duci illaturus pergeret, Franciſcus cum tribus Cardinalibus Florentiæ ſubſtitit, Mediolanumque conceſſit; unde Julium ad Piſanum Conciliabulum vocarunt: ſeptuagenarius Regio Lepidi Piſas iturus è vivis abiit pridie Non. Novemb. 1511. ibidem ſepultus antequam ſe purpura, omnibuſque dignitatibus Julii decreto ſpoliatum agnoſceret. Porro eo ſedente in Cuſentina Eccleſia Fratres Minimi Ordinis in hac Urbe recepti ſunt die 14. Octobris 1510 in vetus quoddam Oratorium ab Eremitis olim habitatum, & B. Virginis Lauretanæ ſacrum ſubierunt, ubi jactis ſplendidi, & luculenti ædificii fundamentis, civium beneficio, in juſtam aliquando magnitudinem evaſit Cœnobium, ut nulli per Italiam, ejuſdem Ordinis, aut incolarum numero, aut rerum copia videri poſſit inferius.


a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. cole 156.

X_VI 45 JOANNES Ruffus de Teodolis Forolivienſis, Antonii filius nobili gente natus à Julio II delectus eſt Foropopilienſis & Bertinorii Epiſcopus, à quo item die 24. Octob 1511. ad Cuſentinam hanc Eccleſiam in locum privati Borgiæ translatus eſt. Is, ut alibi diximus, ſub Leone X. in Hiſpaniam Nuncius profectus, ſuis rariſſimis animi dotibus Carolo V. Imp. evaſit unice charus, & major Sacellanus, atque ab eodem Epiſcopatu Gadicenſi donatus eſt, quem dimiſit ad favorem Hieronymi nepotis, ſeu patruelis ſui. Adriano vero IV. dum Cardinalis eſſet, ita familiariter utebatur, ut poſtea Pontifici facto, in graviſſimis expediendis conſiliis egregiam operam præſtiterit. Demum S. R. E. Theſaurarius Generalis Romæ è vivis eximitur ſub Clemen-





B te VII. anno 1527. ſepultus in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Populo. Joannis cum laude meminit Leander Albertus in Deſcript. Italiæ, & Jovius in Adriani vita, aliique. Sunt, qui ſcribant, quendam Annibalem Pignatellum Neapolitanum Cuſentinæ Eccleſiæ fuiſſe Archiepiſcopum ann. 1520. ſed hæc gratis hoc ann. fingunt, cum Teodolus ab a. 1511. ad uſque 1527. quo obiit, hanc rexerit Eccleſiam, neque in Actis Conſiſtorialibus ullam de hoc Joanne mentionem reperi; itaque ab hac noſtra ſerie illum expunximus, ut recta noſtra procedat narratio.

C 

XLVII. 46 NICOLAUS Gaddus, b Florentinus, Diaconus Cardinalis Epiſcopus Firmanus, & à Clemente VIII. Cuſentini Archiepiſcopatus, defuncto Teodolo perpetuus adlectus eſt adminiſtrator ultima die Januarii 1528. ſedit ad annum uſque 1535. quo ad favorem Thaddæi nepotis, cum regreſſu tamen, ut illa ferebat ætas reſignavit. Florentiæ obiit 1552. 17. Kal. Januarii. Jacet in majorum ſacello in Eccleſia S. Mariæ Novellæ cum hoc epitaphio.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 430.

D. O. M.

Nicolao Gaddio Thaddæi filio S. R. E. Cardinali, de Republica Chriſtiana optime merito ſepulchrum hoc tanto patruo deberi Nicolaus Gaddius cenſuit ann. ſal. MD. LXXVII. vixit ann. lxi. Menſ. vii. Dies xx. Obiit anno MD. LII. xvi. Kal. Febr.

D De hoc præſtantiſſimo purpurato vide tom. 2. in Epiſcopis Firmanis. ubi plura leges ſcitu digniſſima. Legendus quoque Franciſcus Pona in elogiis, ubi virtutes Nicolai recenſet ſtilo uberiori. Scribit Alphonſus Ciaconius Antonium Sanſeverinum ad purpuram vocatum à Clemente VII. anno 1517. tunc fuiſſe Archiepiſcopum Cuſentinum; hallucinatur tamen, & pro Tarentino, Cuſentinum ſcripſit. Nicolaus Gaddus immediate ſucceſſit Teodolo, Nicolao Thaddæus Gaddus, ut mox dicemus, qui eam Eccleſiam ad mortem uſque adminiſtravit. (2)

XLVIII 47 THADDÆUS Gaddus c Florentinus, Aloyſii

c De eo

(1) Falso ſcripſit necem, & quæ ei illata fuiſſe ob crimen falſitatis literarum Apoſtolicarum Corrad. in prax. litig. l. 3. c. 8. n. 29.
(2) Quis ille fuerit Jacobus Cuſentinus Archiepiſcopus adducere cupimus, & quando ſederit, qui nominatur in quibuſdam literis patentibus ab [illegible] Armeleteni. 2. l. 3. c. 46. Laurentius.

Ciaconius Oldoini tom 3. col. 854.

loyſii Riani Domini viri clariſſimi filius, Nicolai Card. nepos. Adnleſcens Patavii juri utrique navavit nperam, ſuique nobiliſſimi ingenii magnam de ſe apud Principes viros excitavit expectatiouem. Vix decimum ſextum ætatis ſuæ annum attigerat Abbas renunciatus S. Leonardi in Apulia, ac cedente Cardiuale patruo, Paulus III. illi Cuſentinum Sacerdotium detulit adminiſtrandum anu. 1535. die 21. Julii, deinde in titulum contulit, cum ad vigeſimum ſeptimum annum ætatis perveniſſet Eo Archipræſule ann. 1555. Sede Romana vacante Capitulum Cuſentinum privilegium nbtinuit à Ranuccio Farneſio Cardin. S. Angeli majori Pœnitentiario utendi rocchettn, aliiſque indumentis more Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ, ut in ejus literis continetur.

Ruinutius miſeratione Divinu tituli S. Angeli Presbyter Cardinalis.

Dilectis in Chriſto Canonicis, & Perſonatibus Cleri & Capituli Eccleſiæ Cuſentiaæ ſalutem in Domino.

Injanctum nobis ab Apoſtolica Sede ſervitatis officium nos ndmonet, & inducit, decenſque, & debitam fore arbitramur, ut ea vobis favorabilieer concedamus quæ perſonis veſtris, & divino cultui decorem, & ornatum afferre conſpicimus opportuna. Exhibitæ ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitionis ſeries continebat, quod alias vos pro ornatu veſtrarum perſonarum in Miſſis, & aliis divinis officiis celebrandis veſtes cum caputie infoderato cum ſerico rubeo, & rocchetto more Canonicorum ſancti Petri Almæ Urbis, & Crucem ultra Crucem per Clerum deferri ſolitam detuliſtis, & forſan defertis de præſenti, propter quod aliquas ſententias, cenſuras, vel pœnas incurriſſe dubitatis, cuperetis igitur ex magno devotionis fervore veſtes cum rocchetto hujuſmodi licentiam vobis ab Apoſtolica Sede concedi: quare ſupplicari feciſtis humiliter, vobis ſuper his per ſedem ipſam de abſolutionis debitæ beneficio, & opportuno remedio miſericorditer provideri. Nos igitur qualitatem dictarum veſtium, & rocchetti præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Sedis Apoſtolicæ, cujus pœnitentiariæ curam gerimus, & de ejus ſpeciali mandato ſuper hoc per eandem ſedem nobis facto vos & veſtrum quemlibet à generali excommunicationis, & aliis quibuſvis Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, quas ſi propter præmiſſa quomodolibet incurriſtis, & exceſſibus hujuſmodi abſolventes, & abſolutes fore cenſentes, vobis ut de cætero veſtes, & rocchettum hujuſmodi, ut præfertur more Canonicorum Sancti Petri de Urbe, abſque alicujus ſententiæ, cenſuræ, vel pœnæ incurſu, aut conſcientiæ ſcrupulo perpetuis futuris temporibus de Ordinarii conſenſu deferre libere, & licite poſſitis, & valeatis, & veſtrum quilibet veſtes hujuſmodi cum rocchetto deferre poſſit, & valeat, tenore præſentium indulgemus, ac licentiam, & liberam concedimus facultatem, voſque, & veſtros dictæ Eccleſiæ ſucceſſores ad aliter dictas veſtes deferendum à quoquam cogi, aut inviti compelli minime valeatis, ſique per quoſcunque Judices, tam Eccleſiaſticos, quam ſæculares, & perſonas quacunque auctoritate, vel dignitate fulgentes judicari, interpretari, & diffiniri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, interpretandi, & diffiniendi facultate, irritam quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac tam provincialibus, quam Synodalibus dictæque Eccleſiæ ſtatutis, & conſuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub ſigillo officii Pœnitentiariæ Nonis Maii anno à Nativitate Domini 1555. Apoſtolica Sede Paſtore carente.

Vixit deinde Thaddæus ſub Paulo, Julioque Tertiis incorrupta ſui nominis fama, & à Paulo IV.

A Presbyt. Card. ad titulum S. Sylveſtri in Campo Martin renunciatus 1557. ſed præclariſſimus vir Juris ſcientia, rerum uſu, prudentia memorabilis propriæ brevis uſura purpuræ fuit, quam properatam extinxit immatura mors, nimirum ut oſtenderet illius inane, ac fluxum eſſe jubar. Obiit inter Appulos, in ſua Abbatia Divi Leonardi ex alvi profluvio, cum ſex & viginti annis abſens Cuſentinam Eccleſiam adminiſtraſſet, ætatis 42. nondum expleto. Florentiam deinde translatus repoſitus fuit in Gaddorum ſacello ſanctæ Mariæ Novellæ inſculpto marmori epitaphio.

Thaddæo Gaddio Aloyſii filio S. R. E. Presbytero Cardinali, quem ob eximias virtutes, Pontifices Max. cæterique Principes mirifice dilexerunt maximoſque illi honores habuerant; Nicolaus Gaddius fratri patrueli amantiſſimo, benevolentiæ cauſa hoc ſepulchrum ſtatuit. Anno MD. LXXVII. Vixit ann. xli. menſes xi. Obiit MD. LXI.

B Propè Cardinalem jacet Joannes Cameræ Apoſtolicæ Decanus in propatrui nobili tumulo, & epitaphio à Nicolao Gaddio viro clariſſimo exornato.

Joanni Gaddio Thaddæi filio Cameræ Apoſtolicæ Clerico Decano, literarum, eruditorumque virorum inſigni patrocinio claro ad nomen, & diuturnam memoriam. Nicolaus Gaddus patruo de ſe ſuiſque benemerito D. ann. ſ. MDC. XXVII.

Oritur anno MCCCC. LXXXXIII. viii. Kal. Martias H. XIII.

Occubuit MD. XLII. xiv. Kalend. Novembr.

De familia Gaddia legendus non ſemel laudatus Jacobus Gaddus Patritius Florentinus in Elogiorum libro, ex quo alii.

C



48 FRANCISCUS Cardinalis Gonzaga a paulo poſt adeptam purpuram à Pio IV. Cuſentino etiam Archiepiſcopatu ornatus eſt die 2. Martii 1561. Præfuit huic Eccleſiæ annis quatuor, eamque dimiſit ad favorem ſequentis die 12. Januarii 1565. evaſit menſe Majo Epiſcopus Mantuanus, in qua Eccleſia adminiſtranda diem ſuum obiit 1566. 10. Januarii. De quo vide ſeriem noſtram Mantuanorum Præſulum to. 1. XLIX.

a De eo Ciacon. Oldoini tom. 3. col. 914.

D




49 THOMAS Tileſius Cuſentinus familia nobili L.

bili

bili natus, frater germanus fuit Bernardini Teleſii acutiſſimi Philoſophi, cujus ſcripta teruntur à doctis, patriæ Archiepiſcopatus illi delatus eſt, ex Cardin. Gonzagæ dimiſſione anno 1565. die 12. Januarii. Sedit annos aliquot; obiit anno 1568. *a* Teleſiorum inſignia aurea faſcia in parma cærulea.

a 1569. 10. Jan. ut notatur in actis Capitularibus Cuſentinis.



LI. 50 FLAVIUS Cardinalis Urſinus *b* Cuſentinæ Eccleſiç adminiſtrator declaratus eſt die 12. *c* Januarii 1569. quatuor omnino annos hanc adminiſtravit Eccleſiam, eique remiſit nuncium. Epiſcopus fuit Muranus, deinde Spoletinus. Exceſſit Neapoli 1581. de quo in Epiſcopis Spoletinis, ubi ex lapſu memoriæ ſcripſimus illum fuiſſe Ferrantis Gravinæ Ducis, & Beatricis Fenellæ filium, cujus pater fuit Julius ex Dominis Montis Rotundi.

b De eo [illegible] Ciaconius t. 3. col. 67. *c* Die 24. Januarii.



LII. 51 ANDREAS Matthæus Aquaviva; genitor eius Joannes Antonius VIII. Atriæ Dux, mater Iſabella Spinella fuerunt. Vir magni animi, ingenii, auctoritatis avitam gloriam æquavit, quippe qui Venafrinus Epiſcopus electus, in ea regenda Eccleſia adeo eius virtus commondata eſt, ut à Gregorio XIII. Pontifice Archiepiſcopus Cuſentinus renunciatus ſnerit die 16. Septembris 1573. Cuſentinis gratiſſimus extitit, publicæque utilitati addictus, ita ut optimi Paſtoris laudem promeruerit. Deceſſit Romæ ſummè deſideratus 1576. Archiepiſcopatus ſui ann. 3. ibique ſepultus in Laterana Baſilica prope Julium Cardinalem nepotem, cul cœnotaphium poſuerat ann. 1574. quod leges apud Ciaconium.



LIII. 52 FANTINUS Petrignanus *d* nobilis Ameri-

d De quo

A nus, Gregorii XIII. Domus Præfectus, in demortui Aquavivæ loco renunciatus eſt Archiepiſcopus die 7. Janu. 1577. Sedis Apoſtolicæ tum Neapoli, tum in Hiſpania extra ordinem Nuncius fuit; Peruſii, ac Marchiæ Gubernator, & Flaminiæ Præſes meritas laudes promeruit. In hac ſede præfuit annis octo, ac liberè onere ſe exemit anno 1585. Romæ Cameræ Apoſtolicæ Clericus mortalitatem explevit anno 1605. Jacet in Eccleſia S. Mariæ de Populo.

Jacobillus in Bibl. Umbriæ, & Campinus in Enarrat. Synopt. Abbrev. de Parco majori. Mandoſ.

LIV. 53 SYLVIUS Paſſerinus Cortonenſis, Nicolai, & Franciſcæ ex Marchionibus ſanctæ Mariæ filius, Sylvii Cardinalis Leonis X. pronepos, Cuſentinus Archiepiſcopus renunciatus eſt die 20. Maii 1585. Romæ obiit anno 1587. Jacet in Eccleſia S. Laurentii in Lucina apud Cardinalem magnum paternum in ſepulchro, quod eodem anno ſibi paraverat, & elogio inſigniverat, quod leges tom. 1. in Cortonenſium Epiſcoporum catalogo, ubi de Sylvio Card. & Epiſcopo Cortonenſi egimus.

B LV. 54 EVANGELISTA Paſſortus *e* Cuſentinam hanc Eccleſiam moderandam ſuſcepit die 9. Septembris 1587. mox S. R. E. Presb. Card. creatus quatuor omnino annos ſedit laudatiſſimè. Is Cathedralem religioſo cultu, ſumptuque inſigniorem fecit, & ut erat animi magnitudine excellens, & eximio divini cultus augendi, atque amplificandi zelo incenſus, paucis menſibus, quibus illi apud eam Eccleſiam eſſe licuit, univerſam propè dixerim inſtauravit; altaria in quibus ob vicinitatem ſacrum cum dignitate peragi non poterat, ſuſtulit, eorumque cultum in aram maximam traduxit, chorum & presbyterium à fundamentis reſtituit, ſacras Sanctorum reliquias ad eorum venerationem augendam tutiori, atque illuſtriori loco aſſervari mandavit, ſacram ſupellectilem veſtibus exornavit, atque auxit. Baptiſterium honeſtiore, atque commodiore loco repoſuit. Ædes Archiepiſcopales lapideis gradibus adjecta porticu, in qua ſeſe pauperes ab imbribus hyemali, & pluvio tempore recipiant, magnificentius extruxit. Eccleſiam, Clericorum Seminarium palatii parte ad habitandum data, & annuis proventibus ex ipſis etiam Archiepiſcopalis menſæ redditibus attributis primus inſtituit. Patres Societatis Jeſu ad juventutem bonis artibus, & moribus informandam in eam urbem primus accerſivit: tantam tam brevi tempore, & tanto cum fructu bonus hic Præſul in ſua Eccleſia exornanda operam navavit. Cæterum cum ejus Eccleſiæ nuncium remiſiſſet anno 1591. longo deinde tempore in Romana Curia inculpatè vixit, & ſub Paulo V. Pontifice die 22. Auguſti 1620. mortalitatem explevit. De quo Cardinali digniſſimo vide quæ diximus in noſtro pr. to. in Epiſcopis Portuenſibus, & in Appendice ad eundem.

e De eo Ciaconius Oldoin. t. 4. col. 179.



LVI. 55 JOANNES BAPTISTA de Conſtantiis *f* Neapolitanus Fulvii Marchionis Corleti frater.

f De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 132. Mandoſ.

ma-

A magns generis claritudine illuſtris, & propria virtute clarus ad Cuſentinum Archiepiſcopatum evectus eſt, cedente Card. Pallotto, die 5. Aprilis 1591. conſecratur Romæ in Eccleſiam S. Blaſii in Monte Citatorio à Card. S. Severinæ, aſſiſtentibus Sidonienſi, Averſano, & Tricaricenſi Epiſcopis, vixitque in ea dignitate ſumma pietate, & laudis gloria annos 26. deceſſit ſub Paulo V. anno 1617 De hac nobili, & vetuſta familia legendi Ælius Marcheſius, & Mazzella, de qua ortus eſt Hieronymus Capuanus Archiepiſcopus, & Iacobus extitit Neocaſtri Comes: Chriſtophorus magnus Regni Seneſcalchus; Thomas Regis Cyprii olim Architbalaſſus, & alii plures viri clariſſimi.



LVII. 56 PAULUS ÆMILIUS Sanctorius Caſertanus, Julii Card. Sanctorii ex fratre Donato nepos, omnium ſcientiarum eruditione, & linguarum peritia vir longè clariſſimus, iniit Cuſentinum Sacerdotium die 7. Julii 1617. Sex omnino annos conſultiſſimè hanc adminiſtravit Eccleſiam, translatuſque eſt ad Urbinatem ab Urbano VIII. die 10. menſis Novemb. 1623. Porro, qua virtute, qua pietate Sanctorius hanc Cuſentinam Eccleſiam rexerit, hauriet lector ex Urbani Pontificis literis in forma brevis ad Franciſcum Mariam Urbini Ducem, in ejus commendatione conſcriptis, quas nunc exhibeo. C

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili nobilis vir ſalutem &c. Pane Cœli Dominicam Plebem ſaturare, & ex Evangelica vinea eliminare ſacri Antiſtites debeat venenata impietatis monſtra; eos enim cum Vicarii Apoſtolorum, & filii Petri dicantur, par eſt privati oblitos emolumenti haberi Cuſtodes publicæ incolumitatis. Quare nos ubi quis alicui Eccleſiæ Paſtor præficiendus eſt, unam Dei gloriam & populorum ſalutem, in deliberationem adhibemus. Tam ſalubri conſilio nos uſos nuper eſſe Roma omnis fatetur, dum Urbinatis civitatis Archiepiſcopum creavimus venerabilem fratrem Paulum Æmilium Sanctorium, qui Cuſentinam Eccleſiam ſingulari cum laude adminiſtrabat. Ineſt in eo animus ejus gloriæ appetens, quæ divini cultus incremento, & crediti gregis felicitati comparatur. Ingenium maximis negotiis par, quod in hac orbis luce, nationum univerſarum oculos in ſe convertit, literarum fama, qua univerſam pene Europam peragravit, & de poſteritate meruiſſe exiſtimatur. Proinde quæ ei urbis plauſum, & Pontificum patrocinium jam pridem comparaverant, facilè conciliatura ſunt benevolentiam Nobilitatis tuæ, ad quam adipiſcendã maximum in virtutis, & pietatis artibus momentum ineſſe accepimus. Accedit quod ſingularem quandam in te obſervantiam, quaſi hæreditate ſibi relictam à Cardinali ſanctæ Severinæ ejus patruo ſemper auxit earum laudum cogitatione, quas in Urbinati Duce Italia jam diu veneratur. Cum autem ille arbitretur Eccleſiaſticas opes eſſe pauperum patrimonia, integrum Urbinatis Archiepiſcopatus cenſum nullis pen- D

A *ſionibus imminutum ejus fidei credidimus, quo facilius in Alpinos illos populos Apoſtolicæ liberalitatis fructibus alere poſſit, ſperamus ergo per eum neque Diœceſi illi præſidium, neque ſolatium defuturum glorioſæ iſti ſenectuti Nobilitatis tuæ, cui diuturnam à Rege ſempiterno præſentis lucis uſuram accuratiſſimis precibus poſtulamus. Apoſtolicam ille benedictionem tibi defert, & amorem noſtram teſtabitur, qui certè mirificè augebitur iis officiis, quibus Archiepiſcopum hunc nobis gratiſſimum Nobilitas tua complectetur.*

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 11. Decemb. 1623. Pontificatus primo.

Urbini omnium virtutum fama cumulatiſſimus Præſul mortalitatem explevit ann. 1635. Jacet in Cathedrali: de quo vide tom. 2. noſtrum in Urbinatenſium Archiepiſcoporum ſerie, ubi plura.

57 JULIUS ANTONIUS Sanctorius Pauli Æmilii germanus frater eidem ſucceſſit die 29. Januarii 1624. nec minori cum laude virtutis Cuſentinam rexit Eccleſiam anno 15. mortem obiit 1639. a Jacet in Cathedrali. LVIII

a 1638. die 18. Sept. ut ex e mortuali hujus Eccleſiæ.

B 58 MARTINUS Alferius, Patritius Mediolanenſis, in Romana Curia clariſſ. ex Epiſcopo Inſulano translatus eſt ad Cuſentinam hanc Eccleſiam die 11. Aprilis 1639. ibidem mortuus eſt anno 1641. & in Cathedrali tumulatus. LIX



C

59 ANTONIUS Ricciullus b de Rogliano Cuſentinæ ditionis oppido in Urbe Viceſgerens, aliiſque muneribus probatus, Epiſcopus Bellicaſtrenſis, Umbriaticenſis, Caſertanus, ac mox Cuſentinus Archiepiſcopus delectus eſt ab Urbano VIII. an. 1641. die 27. Novembris, Regni Neapolitani ſacroſanctæ Inquiſitionis adminiſter: brevi tempore hanc rexit Eccleſiam; mortem obiit an. 1643. c menſe Maii Plura ſui ingenii reliquit monumenta, quæ typis mandata teruntur à doctis: erat enim rebus forenſibus ſumme eruditus, probus, & doctus vir. LX

b De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 21. & plura apud Chartarium in Athen. Rom. Mſ. Mandoſ.

c 1643. 27. Maii.

D



60 ALPHONSUS Maurellus Caſtilionus no- LXI.

bili ſamiliæ Cuſentina Romæ natus, patrem habuit Alexandrum, matrem Vincentiam Annibalem de Molara. Franciſci Card. Barberini ſamiliaris fuit, cujus gratia Urbanus VIII. illum renunciavit Cuſentinum Archiepiſcopum die 31. Auguſti 1642. Præfuit ann. novem defunctuſque eſt ex apoplexia anno 1649 menſe a Februario, & in communi Archipræſulum tumulo in Cathedrali humatus eſt. Ex hac Maurella gente vixit Philippus Archiepiſcopus Rheginus ann. 1353. Sunt, qui dicant, Maurellos Caſtilioneos Cuſentinos à Mantua Ciſalpinæ Galliæ urbe oriundos, alii Mediolano. De qua familia videndus Hieronymus Sambiaſi de nobilibus familiis Cuſentinis

a Die 19. Febr.



LXII 61 JOSEPH Maria Sanfelicius, Neapolitanus, Flaminii, & Luciæ Thomaſinæ ex Baronibus Mirabellæ filius, ſub Urbano VIII. Papa utriuſque Signaturæ Referendarius, Imolam, Tiphernum, aliaſque Eccleſiaſticæ ditionis urbes frenavit. Sub Innocentio X. Ferrariæ Prolegatus fuit, tumultuante Firmo Piceni civitate, ad eas ſedandas commotiones ab eodem miſſus; cumque ibidem conſultiſſimè operam ſuam navaret, ab eod. Pontifice die 22 Auguſti 1650. Cuſentino Archiepiſcopatu cohoneſtatus eſt, eique detulit Innocentius Peruſinæ urbis, mox Umbriæ gubernium; quibus muneribus egregiè functus, Eccleſiam ſuam inviſit, omnibuſque ordinibus ſummè gratus perſonalem iniit poſſeſſionem, quam cum bene regere cœpiſſet, vix anno elapſo revocatur ad Curiam, & Apoſtolicus Nuncius in Coloniam miſſus eſt; quo in munere incorruptè per aliquot annos perſeveravit, ab eaque legatione revocatus ad ſuam bene regendam Eccleſiam profectus, diem ſuum obiit Roliani Diœceſis ſuæ oppido die 10. Novembris 1660. Corpus Cuſentiam delatum 22. die ejuſdem in Cathedrali honorificentiſſime tumulatum eſt.

ADDITIO.

LXIII (,, *JANUARIUS Sanfelicius, Patritius Neapo-*
,, *litanus, a Ducibus Laureani, Joſephi Mariæ ſu-*
,, *perioris ex fratre nepos, à quo Coloniæ Apoſtolici*
,, *Nuncii munus agente, Conſentiæ locumtenens*
,, *conſtituitur, mortuo patruo eidem Cuſentinæ Se-*
,, *di præficitur ab Alexandro VII. anno 1662. die 30.*
,, *m. Novembris, ætatis ſuæ anno 40. Anno vero*
,, *1663. Dominica quinquageſima magno cum appa-*
,, *ratu, ac populi concurſu civitatem ſolemniter in-*
,, *greditur, qua perluſtrata omnes vires animum-*
,, *que adhibuit in promovenda diſciplina eccleſiaſti-*
,, *ca, in coercendis vitiis, in extirpandis delictis,*
,, *atque in abuſibus, qui irrepſerant, eliminan-*
,, *dis, oſtendens ſemper magnam munificentiam in*
,, *bonos, exactam juſtitiam in improbos, in arduis*
A ,, *aſperrimiſque rebus admirabilem prudentiam,*
,, *in proſperis moderatam, firmamque temperan-*
,, *tiam, & in adverſis incredibilem fortitudinem,*
,, *atque conſtantiam, ut merito ab omnibus ea tem-*
,, *peſtate exemplar Præſulum appellatus ſit. Le-*
,, *ges in diœceſana Synodo typis editæ, & in ap-*
,, *pendice ampliatæ, nec non quindecim volumi-*
,, *na negotiorum geſtorum ſuæ Diœc. juriſdictioni*
,, *eccleſiaſticæ nimium proficua, paſtoralem ſollici-*
,, *tudinem, & vigilantiam, imo & præclaram ip-*
,, *ſius doctrinam teſtantur. Religioſi ex ordine Men-*
,, *dicantium, Moniales monaſterii Capuccinarum,*
,, *Domus pia refugii Conſentiæ, egenæ virgines ſuo*
,, *ære nuptæ, viduæ in neceſſitatibus ſuffultæ, nu-*
,, *mero filiorum oppreſſæ familiæ enutritæ, ac pau-*
,, *peres omnes ſuæ diœceſis eximiam ipſius chari-*
,, *tatem enarrant, qui viginti trium annorum ſpa-*
,, *tium, quo ſanctè Conſentinam moderavit Eccle-*
,, *ſiam, ſemper exhauſtum proprii patrimonii, ac*
,, *menſæ Archiepiſcopalis ærarium; ipſumque*
B ,, *pauperem reddidere, ut pro iiſdem alendis ali-*
,, *quando tintinnabulo, & atramentario argen-*
,, *teis, aliquando linteis, quibus in ſuo lectulo*
,, *utebatur, aliquando veſtibus privatus ſit: ac de-*
,, *mum totam argenteam ſupellectilem in extrema*
,, *civitatis penuria oppignoraverit, quam pro il-*
,, *lis aſſiduè ſubveniendis nunquam redimere va-*
,, *luit. Immunitatis ac libertatis eccleſiaſticæ ita*
,, *acerrimus propugnator fuit, ut germanos, &*
,, *conſanguineos hac de cauſa ſæpe captivos ha-*
,, *bere paſſus ſit. Moniales ad exactam ſtatutorum*
,, *obſervantiam redegit; Sacrum Montem pietatis*
,, *Sæcularium Adminiſtratorum incuria dilapida-*
,, *tum, ſub Eccleſiaſticorum regimine ad priſti-*
,, *num ſtatum reſtituit; muros ſacriſtiæ in Metro-*
,, *politana Eccleſia ædificavit, ac neminem ad ſa-*
,, *cros ordines promoveri voluit (licet aliis requi-*
,, *ſitis à Concilio Tridentino ſtatutis præditus eſ-*
,, *ſet,) quin prius quinquennium in Scholis Societa-*
,, *tis Jeſu, humanis litteris, ac Theologiæ Mora-*
C ,, *lis ſtudio operam navaret, unde diœceſim ſuam*
,, *Sacerdotibus virtute, ac probata vita conſpicuis*
,, *ditavit, quos in collatione caſuum conſcientiæ,*
,, *in exercitiis ſpiritualibus, in ſacris ritibus,*
,, *aliiſque Eccleſiaſticis functionibus peragendis*
,, *exercitatos eſſe voluit. Dignitates, Canonica-*
,, *tus, cæteraque beneficia non niſi dignioribus tri-*
,, *buit; Delinquentes juxta præſcriptum Apoſtoli-*
,, *carum ſanctionum damnavit; & ſicuti nec mul-*
,, *ctis, nec tranſactionibus illos ſubjecit, ita ne-*
,, *minem abſque partium remiſſionibus unquam ab-*
,, *ſolvit. Honeſto habitu, atque communi menſa,*
,, *lectione ſacrorum librorum condita contentus*
,, *fuit; munera cujuſcumque generis, etiam à*
,, *ſponte dantibus, nunquam accepit; quotidie*
,, *plures miſſas auſcultare exoptavit, ſtatutiſque*
,, *horis diu, noctuque divinis precibus, orationi-*
,, *buſque vacavit, aliaque piè, & laudabiliter geſ-*
,, *ſit, ut non ſolùm ab hujus Regni Proregibus, &*
,, *Cardinalibus in magna veneratione habitus,*
D ,, *verum etiam, & purpura dignus ab Innocentio*
,, *XI. creditus ſit; quam utique aſſecutus eſſet, ſi*
,, *continua ægra ſua valetudo illum ad emeritum*
,, *dignitatis faſtigium aſcendere non præpediſſet.*
,, *Denique multos annos invicta patientia, cor-*
,, *poris ægritudine tolerata, ſolitus in arduis cru-*
,, *ciatibus exclamare:* Domine auge dolorem,
,, ſed adauge patientiam: *Cumulatus undique*
,, *meritis, virtutibus exornatus optato die Vene-*
,, *ris 19. Februarii 1694. ob memoriam paſſionis*
,, *Chriſti Domini, qua fervore devotionis ſemper*
,, *in vita accenſus fuit, ſuum diem clauſit extre-*
,, *mum. Medico ſibi mortem nuncianti hilari vul-*
,, *tu reſpondit:* Lætatus ſum in his, quæ dicta
,, ſunt mihi: *Nepoti ſuo ſeipſum commendanti*
,, *faſſus eſt:* Dominus dabit benignitatem, &
,, Terra noſtra dabit fructum ſuum: *Pœnitentia-*
,, *rio ad Confeſſionem accito dixit:* Averte fa-

ciem

„ ciem tuam à peccatis meis, & omnes Iniquitates meas dele: *Theſaurario ſacrum viaticum deferente precatus eſt, ut tantiſper moram ageret uſque dum veſtibus indutus ad terram genuflecteret, ſicque fune ad collum alligato, ac devotè recitans pſalmum* Miſerere *ad illa verba:* Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: *verum Chriſti Corpus profuſis lachrymis ſuſcepit; Parocho denique illum oleo infirmorum inungente oculis ad Crucifixum, quem in manu geſtabat, intentis exclamavit:* Adjuva me Domine, quoniam tribulatio proxima eſt: *& dulce, nomen Jeſu pluries invocans animam Deo reddidit. Ejus corpus tribus diebus in cathedrali inhumatum manſit magna Populorum frequentia, ac Subditorum luctu. Vivit etiamnum optimi Præſulis memoria, tumque Sanctum conceptiſſimis verbis deprædicant ii ſanè omnes quibus innotuit. Quodque mirum videri poteſt apud Regni Primates, qui illam Calabriæ provinciam incolunt, cui caput Conſentia eſt, tantum eſt ejuſdem in benedictione nomen, ut ſacerdotibus ad eos confluentibus, pro litteris commendatitiis eſt à Sanſelicio fuiſſe ſacris initiatos. Neminem enim unquam Eccleſiæ dicavit, quem integritas vitæ jamdudum probata non commendaverit. Sunt & qui acceptas à Deo gratias, & beneficia ejuſdem Præſulis interceſſionibus referant. At hæc aliis examinanda relinquimus, ſummaque Dei providentia in majorem lucem forſan edenda committimus.*

LXIV „ *ELIGIUS Caracciolus, Patritius Neapolitanus ex Principibus Foriai, Clericorum Regularium Theatinorum, qui apud Eminen. Pignatellum Archiepiſcopum Neapolitanum Theologi, Examinatoris Synodalis, & Conſultoris Sancti Officii partes geſſit, præfato Cardinali ad Sedem Petri erecto, Romam evocatur, ab eodemque Archiepiſcopus Conſentinus eligitur die 14. Martii anno 1694. Conſecratur, die 21. ejuſdem m. ac Prælatus domeſticus, & aſſiſtens ab eodem Summo Pontifice, qui Innocentius XII. dictus fuit, conſtituitur; illique fuit apprime charus, ut Eminentiſſimus Spada ſequenti Epiſtola teſtatur: Foris. Perilluſtriſſ. & admodum Reverend. Dom. Carolo Romano Cantori, & Secretario Capituli Conſentini, Conſentiam:* Intus verò: *Perilluſtris, & Rev. Domine.*

„ *Præſtantiſſimam Eccleſiam veſtram ſuo nuper Paſtore viduatam vix melius ſolari ſe poſſe arbitratus eſt SS. Dominus Noſter, quàm prompta egregii antiſtitis deſtinatione. Ejus itaque regiminis præficiendum duxit Sanctitas Sua D. Eligium Caracciolum è Clericorum Regularium ordine aſſumptum virum nobilitate generis, doctrina, pietate, prudentia plane ſpectabilem, ſibique apprime charum, ut propterea novo Paſtore adepto vita functi jacturam abunde vobis Compenſatam, meritò gratulari poſſitis. Id Ego Dominationi Tuæ ſignificandum habui SS. Pontif. juſſu, qui litteras tuas benigne excepit, veſtrique Capituli mœrori paterno amore condoluit, & Apoſtolicam vobis omnibus benedictionem eſt impertitus. D. O. M. Dominationem Tuam diu ſoſpitet. Romæ 13. Martii 1694. Dominationis Tuæ ad Officia Fabritius Cardinalis Spada. Carolo Romano Cantori Capituli Conſentini Conſentiam. Civitatem privatim ingreditur die 27. menſis Maii, ſolemniter verò die 30. Junii ejuſdem anni, in cujus ingreſſu orationem habuit Rever. Pr. Januarius Gatto Societatis Jeſu. Ante omnia colendæ Sponſæ Animum oſtendit, inde Eccleſiam Cathedralem, & Sacriſtiam reſtauravit, ac pretioſis ſupellectilibus cumulavit, Seminarium auxit, ornavitque, Eccleſiaſticos virtute, ac bonis moribus erudivit. In Eccleſiæ functionibus ſedulus, atque pro obſervantia ſacrorum Rituum, & Eccleſiaſticarum Cæremoniarum acerrimus; tyrocinium pro tonſurandis: inſtituit, diœceſim magna prudentia gubernavit. Romam petiit Sum. Pontif. charus, ſed Pontifice è vivis erepto, dum ad majora deſtinabatur, Pontificis mortem ſequutus eſt. Obiit Tuſculi die 17. Octobris Anno Jubilæi 1700. & in Eccleſia PP. Theatinorum ſepultus fuit.*

LXV „ *ANDREAS è nobiliſſima Brancacciorum familia à Converſana ſede ad Conſentinam tranſlatus 18. Aprilis 1701. ea vivit morum integritate, vitæque innocentia, eoque animarum zelo concreditam ſibi Eccleſiam moderatur, ut unus omnium in ſe Majorum ſuorum virtutes derivaſſe videatur. Ædes ſeminarii, ut ibidem commodius juventus degeret, jam penè collapſas reſtituit, accitis inſuper optimis præceptoribus, ut ad mores rectiſſimè inſtituendos tutius efformaretur. Redditus, & proventus Eccleſiæ vel ex aliorum manibus redemptos, vel novis comparatis fundis non mediocriter adauxit. Ad honeſtas virgines alendas recens à fundamentis monaſterium ædificavit, amplas ædes, amplumque templum divis Roſis Viterbienſi & Limanæ ſacrum tanta magnificentia, tantoque ſumptu conſtruxit, ut ſibi quoque neceſſaria ademerit, ne olim inceptum opus ſubſiſteret, quod demum decem annorum ſpatio ad finem uſque perduxit, virginibuſque ibidem quàm primum recipiendis diu à ſe meditatas regulas, canoneſque, quibuſcum perfectioni ſtudeant, pie, æquè ac prudenter inſtituit. Deus Opt. Max. Eccleſiæ Conſentinæ felicitati & ſuorum regimini diu eum ſoſpitem ſervet.)*

MARTURANENSES
SEU
MARTORANENSES
EPISCOPI.

MAMERTUM, vulgo *Martoranum*, Mediterranea eſt civitas Brutiorum, ut Strabo teſtatur, juxta Ocinarum amnem, Sabatium nunc dictum, & ſylvam picis optimæ feracem, loco ſita montano, ſex paſſuum millibus diſtans à mari. Fuere Mamertini viri bellicoſi, Romaniſque amici, ac ſocii fideliſſimi, qui primi, aut ſoli abſque Romano Duce, aut milite Pyrrho ex Sicilia à Tarentinis adverſus Romanos accito occurrerunt, ut Plutarchus ſcribit in ejus vita, ejuſque exercitum turbaverunt, qui conſtabat viginti peditum millibus, & tribus equitum, cum Mamertinorum decem tantum millia eſſent. Nunc parva eſt civitas, Marchionatus titulo inſignis, & cum vicis ſuburbanis 450. familias tantùm olim efficiebat, ut ex codice fiſci Regii conſtabat; ſed retro actis annis miſerabili terræmotu funditus everſa, paucos lares, populoſque continet. In Mamertino agro vinum generoſum naſcitur. Fit mel, & ſericum optimum, in eoque agro pagi ſunt Conſtitium, Mota, & Confluentum. Chriſtiana ſacra hanc civitatem hauſiſſe ab Apoſtolorum diſcipulis, qui eam Rhegio, Conſentiaque diſſeminarunt, credunt accolæ. Epiſcopatus antiquus eſt, cujus origo ignoratur. Cathedralis Eccleſia titulo Deiparæ Aſſumptæ antiqua

erat, in ipſa Marturanenſi civitate ſita, quæ vi terræmotus cum ipſa civitate corruit, nova cœpta eſt ædificari à moderno, ac religioſiſſimo Epiſcopo Celleſio. Sacris in ea miniſtrantium numerus ferè 30. In primis ſunt quatuor dignitates, Decanus ſecundus ab Antiſtite, Archidiaconus, Cantor, & Theſaurarius, quibus ab immemorabili tempore annexi ſunt quatuor Canonicatus. His accedunt Canonici octo, & ſex *a* Capellani à Mariano Perbenedicto Cardinali hujus ſedis Epiſcopo inſtituti, cujus etiam ſtudio pro diſtributionib. quotidianis attributum fuit ſimplex beneficium annui cenſus 400. aureorum. Porro omnes dignitates, & Canonicatus ſunt Presbyterales *b*. Erant & quædam ſacella dotata de jurepatronatus laicorum. Octo Clerici alumni Seminarii ab eodem Perbenedicto Epiſcopo inſtituti. In civitate præter Cathedralem Eccleſia nulla eſt; cura namque animarum per duos Canonicos peritiores Capituli nutu, ac nomine exercetur. Virorum Cœnobia tria erant, nempe Minorum Conventualium omnium ditiſſimum, Auguſtinianorum Congregationis Calabriæ, & Dominicanorum *c*, & xenodochium pro peregrinis Perbenedicti opera inſtitutum, & quidem perneceſſarium ob eorum frequentiam, cum hæc civitas ſit in via, quæ Neapoli ad Inſulam Siciliam ducit. Diœceſis Martoranenſis ſatis ampla eſt; nam ſumpto termino ab ipſa civitate Orientem verſus extenditur milliaria decem, ad meridiem octo, ad Occidentem quatuor, ad Septentrionem verò tria duntaxat. Confines illi Diœceſes ſunt Cuſentina, Catacen. Neocaſtren. & Tropejen. Tota autem Diœceſis montana eſt, & in ea ſunt oppida, & caſtra nonnulla, quorum maximum eſt Sciglianum, ubi duo exſtabant Cœnobia virorum, alterum Minorum obſervantium, alterum Auguſtinianorum *d* Calabriæ Congregationis. Erant in eodem oppido mons pietatis, & hoſpitale peregrinorum. In univerſum autem tota Diœceſis Martoranenſis incolas agreſtes, ac rudes habet, qui à principio Veris uſq; ad exitum Autumni habitant in locis ſylveſtribus & in tuguriis, paleis, & bitumine conſtructis. Quamobrem cùm multi & infantes, & adulti ſine ſacramentis è vita excederent, Perbenedictus Epiſcopus conſtruenda curavit nonnulla Oratoria ruralia, mandans Parochis, ut per vices in iis ſacrificarent, & ſacramenta adminiſtrarent quolibet feſto die, ſine tamen detrimento eorum, qui habitant in oppidis murocinctis. Jam Parochiæ totius Diœceſis tredecim ſunt, & ſingulæ duos ſaltem habent Sacerdotes Portionarios ad curam animarum exercendam. Omnes Clerici Diœceſani cujuſcunq; ſint conditionis tenentur die feſto Aſſumptionis Deiparæ Virginis convenire in Eccleſ. Cathedrali ad præſtandam obedientiam Epiſcopo, ſeu ejus Vicario, & eadie Synodus habetur more majorum. Fidelium autem animæ in civitate, ac Diœceſi Marturana cenſentur ad decem millia, qui paucis Doctoribus, ac Tabellionibus exceptis, omnes ferè ſunt agricolæ, & Paſtores ovium. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni ferè mille ſeptingentorum, taxatur in libris Cancellariæ Apoſtolicæ flor. 33 Hujus Eccleſiæ Epiſcoporum Catalogum ex paucis illis monumentis, quæ ruinæ, bellaque, & incendia reliqua fecerunt ſequentem deprompſimus.

a Octo.

b Uneſt tamen utrique præbenda.

c Hoc Dominicanorum an. 1653 fuit ſublatum, ejuſque redditus applicati fuerunt [illegible].

d Hoc fuit ſuppreſſum. Ibi nunc adeſt Cœnobium [illegible] Capuccinorum.

I. („ *REPARATUS primus, qui legentibus occur-* „ *rat, præſens fuit cum plurimis aliis Calabriæ* „ *Epiſcopis Concilio Rom. ann. 649. & in eo* Man- „ tuarianenſis *corruptè deſcribitur*.

II. „ *OPPORTUNUS nobis exhibetur ex eorum* „ *natis, qui Romano Concilio adfuerunt an. 721.* „ *&* Maturanenſis *dicitur*. Lucentius.)

III. 1 DOMNUS primus *e* eſt ex iis, qui Marturanenſi præfuerunt Eccleſiæ, quorum memoria nobis demandata eſt, qui ſubſcripſit Concilio Romæ celebrato à Paulo Papa I. anno ſal. 761. apud Baronium tom 9. Annal. Eccl. ad hunc annum.

e Tertius.

(„ *THEODOSIUS connumeratur inter Patres* „ *Concilii Romani an. 826. An idem ſit cum ſequenti* „ *nos non affirmamus. Codices enim hunc Theodo-* „ *rum, ſequentem Theodoſium appellant, & diu-* „ *turnior inter utrumque temporis intercapedo ob-* „ *ſervatur*. Lucentius.) IV.

2 THEODORUS Marturanenſis Præſul fuit ille qui interfuit Concilio Romæ celebrato à Leone IV. ann. 853. apud Baron. tom. 10. Annal. Eccleſ. hoc anno num. 58. V.

(„ *FLORUS Manturianenſis Epiſcopus ſe pro-* „ *dit in Concilio Rom. anno 869. & in altera* „ *anno 879.* VI.

„ *JOANNES Marturanenſis ſententiam ſuam* „ *dixit in Rom. Concilio ann. 964. quem falſati* „ *codices Mantuanenſem dicunt, & quidem per-* „ *peram cum eo tempore Mantuanus Epiſcopus eſ-* „ *ſet Petrus natione Germanus.* VII.

„ *MARTINUS Marturanenſis Epiſcopus ſub-* „ *ſcribitur Concilio Ravennatenſi habito à Joanne* „ XIII. *ann.* 967. VIII.

„ *JOANNES item Marturanenſis prodit ex Con-* „ *cilio Romano ann. 998.* IX.

„ *RIDULPHUS an. 1090. ædificavit Eccleſiam* „ *SS. Clerici, & Lucæ Abbatis, de quo Scipio* „ *Ammiratus 2. part. de Familiis Neapol. ſuper* „ *Familia Saaſoverina*. Lucentius.) X.

3 ARNULPHUS poſt ſpatium ferè trecentorum annorum hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit, qui cum Boemundo Comite Normanno, è Calabria ad bellum ſacrum profectus diſſenſionis, & ſcandali cauſa fuit, dum poſt captam urbem ſanctam Hieroſolymam totis viribus niſus eſt in thronum Patriarchalem quendam alium intrudere Arnulphum Boemundi conſanguineum virum ſibi ſimilem, ſubdolum, & nequam, ut Tyrius ſcribit lib. 9. cap. 4. hiſt. belli ſacri; prævaluit tamen bonorum virtus, & conſtantia, ejectoque Arnulpho, ab hoc Marturanenſi Epiſcopo per ſummam malitiam intruſo, legitimè Dagobertus Piſanorum Archiepiſcopus egregius vir primus ſanctæ civitatis Latinorum Patriarcha electus eſt an. 1100. Quid poſt hæc de iſto Marturanenſi Epiſcopo ſit factum, uſque modo mihi non conſtat: potuit in illis partibus diem ſuum obiiſſe, neque de eo alia memoria extat, niſi hæc ex Tyrii narratione. (1) XI.

4 RODULPHUS Marturanenſis Epiſcopus dicitur interfuiſſe conſecrationi Eccleſiæ Cathacenſis ann. 1122. (2) XII.

5 MICHAEL florebat Marturanenſi Sacerdotio anno 1170. ad cujus Parochiam pertinebat Abbatia S. Mariæ de Curatio Ordinis Ciſtercien. ubi eo tempore B. Joachimus Abbas fuerat ordinatus, præcipuaque gratia pollebat apud optimum Antiſtitem, à quo non tam indultum obtinuit, quam aſſenſum in ea privilegia, quæ Alexander III. Ordini Ciſtercienſi conceſſiſſet, ut neque ſuis ſucceſſoribus reclamare liceret ab his, quæ valida & firma eſſe voluerant. Indulti exemplar à Jacobo Græco vulgatum, in memoriam Præſulis utriuſque, concedentis nimirum, & impetrantis hic tranſcribendum curavimus, eſt autem tale. XIII.

Michael Dei gratia Marturanenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus Joachim venerabili Abbati S. Mariæ de Curatio, ejuſque regularem vitam profeſſis, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum.

Spatioſam mundi vitam fugientibus pia convenit adeſſe providentia, ne ſi eorum ſalutifera requies alicujus temeritatis perturbetur incurſu, ab arctiori quod

(1) A Tyrio, unde hanc narrationem deſumpſit Ughellus, qui annotetur Boemundi ſocius Epiſcopus, perſonam, & ſedis Epiſcopalis nomina non exprimuntur, ſed tantum dicitur Epiſcopus Calaber. Exiſtimant plures hunc Arnulphum Cuſentinum Archiepiſcopum fuiſſe, Rodulphum etiam nuncupatum, de quo [illegible] in narratione Cuſentiæ. Caeterum cum res ſubobſcura ſit, [illegible] aliorum judicio. Non ex Ammirato Rodulphum octavo loco deſcriptum, quod ſi ponitur Arnulphus ab ſerie excludere debet, ſequens fortaſſe Rodulphus idem erit cum ſuperiori exiſtimandus. *Lucentius.*

(2) Rodulphus iſte ex eo deſumitur diplomate Callixti II. cui ſubſcribuntur plurimi Epiſcopi, Abbates, & Cardinales adſtantes ipſi Callixto conſecranti Eccleſiam Catacenſem an. 1122. ſed Catacium gratis aſſeritur advenuiſſe Callixtum, & [illegible] diploma, quod in Eccleſia Catacenſi legitur ſe [illegible] oſtenditur [illegible] ab Ughello. Quare ſi Rodulphus iſte hoc tantum ſue [illegible] teſtimonium affert, & ille ſuſpectus [illegible] eſt. *Lucentius.*

(quod abſit) quam elegere ingredi viam violentia fatigati ſuccumbant. Ea propter dilecti in Domino Fratres, quamvis privilegium Apoſtolicum, quod habetis Ciſtercienſis Ordinis libertatem vos à Domino Beatiſſimo Papa Alexandro III. obtinuiſſe teſtatur, ut tamen Deo digni beneficii cooperatores, & nos eſſe mereamur: tam laudabilem libertatem præſenti privilegio confirmamus quatenus quicquid libertatis quoque Ciſtercienſis Ordinis Monaſteria habere noſcuntur veſtrum monaſterium ex integro habere lætetur. Providentes igitur paci, & tranquillitati veſtræ ſtatuimus, concedimus, & confirmamus, ut nullus omnino Marturanenſis Epiſcopus, vel alterius eorum quilibet, quibus cura regiminis eſſe noſcatur, veſtrum monaſterium temerè audeat perturbare, aut de ejus rebus aliquid auferre, vel ad donationem, aut mutationem ſibi, vel alicui faciendam Abbatem veſtrum, vel ſucceſſores ejus, aut vos quacunque occaſione compellere. Verum ſi Marturanen. Epiſcopus amoris intuitu, vel qualicunque cauſa monaſterium veſtrum advenire voluerit, ſimpliciter, & paucis admodum ſociis contentus monaſterium veſtrum ingredi ſtudebit, illaque ad uſum proprium, & ſociorum ejus ad veſcendum charitativè tantum ſuſcipiat, quæ ei ab Abbate, vel Fratribus, pro eorum Fratrum, & Abbatis voluntate, vel arbitrio cum charitate oblata fuerint, ſalvo in omnibus Ordine veſtro, omnique gravamine, & violentia remota. Ut autem divinis famulatibus liberius vacare poſſitis, ſtatuimus, ut nullus unquam Marturanenſis Epiſcopus, vel ejus Clerus, curam, & ſollicitudinem Abbatis veſtri, & ſucceſſorum ejus, quam ſuper oves ſibi commiſſas, aut committendas habere tenetur, aliquibus inquietationibus impedire præſumat: nec ad ſynodum, vel ad Concilium, aut aliud quid agendum Abbatem monaſterii, vel qui pro tempore conſtitutus fuerit, venire compellat: niſi pro certa, & evidenti negotiorum Eccleſiaſticorum neceſſitate; ſed omni violentia remota, monaſterii ſui neceſſitatibus, & Fratrum commodis liberè intendere, & providere permittantur. Nulli igitur Marturanenſis Eccleſię Epiſcopo liceat Abbati veſtro, vel ſucceſſoribus ejus alicujus adinventionis onus imponere, aut aliquid ab eis, vel à vobis contra voluntatem eorum, & veſtram exigere, niſi id tantummodo quod in veſtro privilegio, quod Beatiſſimus Alexander Papa III. vobis fecit de jure Epiſcopali continetur. Ideoque quamvis certum ſit, quod Abbas veſter, qui pro tempore conſtituetur, Epiſcopum Marturanenſem venerari debeat, & ejuſdem ſanctis, & ſpiritualibus mandatis obedire. Ne tamen occaſione inobedientiæ vos exactioni ſubjicere (quod abſit) præſumat, nec ad jurandum, & promittendum obedientiam Abbas veſter, & ſucceſſores ejus nullatenus compellantur, ſed ut poſtulatus fuerit ſimpliciter, & ſine quæſtione aliqua eis Marturanenſis Epiſcopus munus benedictionis impendat; alioquin ſi è contrario requiſitus cum humilitate munus benedictionis Abbati veſtro cuilibet dare noluerit, ſicut in privilegio quod à Domino Papa accepiſtis continetur, licebit eidem Abbati proprios Novitios benedicere, & ea, quæ ad illud officium pertinent exercere. Ad hujus autem conſtitutionis memoriam, & inviolabilem firmitatem præſens privilegium per manus Tancredi Eccleſiæ noſtræ Canonici, & Theſaurarii ſcribi, & noſtro ſigillo fecimus roborari, nihilominus Fratribus noſtris Canonicis conſentientibus, & propterea eorum manu ſingulis confirmantibus: quorum nomina inferius declarantur. Si qua igitur in futurum Marturanenſis Eccleſiæ perſona, vel quilibet ejus Prælatus hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè devenire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, reamſe divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni

A ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus hic, & fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictũ Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis 1170. menſe Auguſto, tertia (1) Indictione.

Ego Michael Epiſcopus Marturanenſis confirmo præſens privilegium in perpetuum.

Ego Mauritius Archid. Marturanenſis confirmo.

Ego Tancredi Canon. & Theſaurarius confirmo.

Ego Vincentius Canon. teſtis ſum, & confirmo.

Ego Joannes Canonicus teſtis ſum, & confirmo.

Ego Bartholomæus Canon. teſtis ſum, & confirmo.

Ego Rogerius Canonicus.

Ego Moyſes Canonicus.

Quod exemptionis privilegium Monaſterio Curatii Ordinis Ciſtercienſis per præfatum Michaelem devotiſſimum Epiſcopum Marturanenſem conceſſum, noſtro hoc ſæculo confirmavit in hæc verba Franciſcus cognomine Monacus ejuſdem Mar-
B turanenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & ſpeciali diplomate de ſui Capituli aſſenſu, & conſenſu communivit ſub Datum Marturani in Palatio Epiſcopali, an. 1603. Indict. 2. die 4. Non. Octobr. Jacet Abbatia hæc Curatii ad ripas fluvii Crotalis in hac Diœceſi, olim ingens Monaſterium, nunc exiguum, ut reliqua Calabriæ ſub Commendatum. & Commendatorum gementia onere. Fundatam fuiſſe ante annum 1060. à Rogerio Marturanenſi, atque Eccleſiæ Romanæ conceſſam, & ejus patrocinio ſubjectam conſtat ex literis Honorii Papæ II. ad Abbatem, & Monachos illos, quæ vulgatæ à Jacobo Græco ſupra cit. totidem verbis veniunt deſcribendæ.

HONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem in perpetuum.

Deſiderium, quod religionis propoſitis, & ad animarum ſalutem pertinere monſtratis authore Deo,
C ſemper eſt aliqua dilectione complendum. Ea propter dilecti in Domino filii monaſterii ſiti in loco, qui dicitur de Curatio, ad honorem Virginis dedicatum, quod quidam filius noſter Rogerius de Marturano conſtruxit, & ſanctæ Romanæ Eccleſię obtulit, ad exemplar anteceſſorum noſtrorum fel. record. Alexandri II. Gregorii VII. Urbani II. Paſchalis II. Calixti II. ſanctæ Apoſtolicæ Sedis auctoritate protegimus, & indulgentiæ privilegio communimus. Ea propter cupientes indulgentiis, & gratiis ſpiritualibus ditari, & pro Virginis honoribus frequentari, omnibus & ſingulis vere pœnitentibus, & confeſſis, qui eum locum in feſtivitatibus ipſius Virginis glorioſæ, videlicet Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, & Aſſumptionis ejuſdem, & Innocentium viſitaverit reverenter, & in reparatione Eccleſiæ ipſius eleemoſynam tribuerint, manuſque porrexerint adjutrices, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Apoſtolorum ejus Petri & Pauli auctoritate confiſi, centum, & quinquaginta annos de in-
D junctis ſibi pœnitentiis, & etiam per octavas prædictarum feſtivitatum miſericorditer in Domino relaxamus.

Dat. apud S. Mariam de Curatio per manus Almerici S.R.E. Diac. Cardinalis, & Cancellarii, Idib. Septemb. Ind. 3. Inc. Dominicæ anno millesimo centeſimo trigeſimo, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Ita apud Jacobum, licet mendosè in Data. Quippe Honorius obiit ante Septemb. anno 1130. ſed neque ad ſeptimum Pontificatus pervenit, quod palam conſtat ex Baronio. Porro Curatium Ordini Ciſtercienſi incorporatum fuit circa annum Domini 1162. juxta Manriquez in annal. Ordin. Ciſtercien. to. 2. tametſi in bulla Innocentii III. ad favorem Florenſis monaſt. contra Curacenſes Monachos infra in S. Severinæ Archiepiſcopor. ſerie recitanda, legatur hoc Cœnob. ante Ciſtercienſe inſtitu-

M 3 tum

(1) In Exemplari Græco habetur Decima Indictione, unde anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo addi debet ſeptimo (quod librarii ſocordia excidit) ut cum indictione decima annus conveniat. Et hoc potius debuerat facere Ughelius Bullam ex Græco, ut profatur, transcribens, quàm auctoritate ſua pro indictione X. ſubſtituere tertiam. Papebrochius in Act. SS. Maii, t. 7 pag. 119.

tum haud fuiſſe conditum, & in privilegio Federici II. Imp. datum Brunduſii an. 1221. menſe Martii Indict. 9. habetur Curatium hoc Cœnobium ſpecialem non habuiſſe fundatorem. Hujus Cœnobii primus Ciſtercienſis Abbas memoratur Columbuscolumbinæ ſimplicitatis vir ſanctus, cui ſucceſſit B. Joachimus, qui evaſit primus Abbas Florenſis, ejuſdem inſtituti Florenſis exædificator, ut non ſemel diximus. Sed ad Michaelem Marturanenſem Epiſcopum redeamus, qui nobile privilegium Curatienſibus Monachis indulſerat. Is poſtquam anu. Domini 1179 interfuiſſet Oecumenico Lateranenſi Concilio, Præſule Alexandro III. mortem obiit, & inter præcipuos Curatiani cœnobii benefactores adnumeratus eſt.

XIV. 6 PHILIPPUS clara, & vetuſta Matera familia natus Cuſentiæ, Conſtantiæ Imperatricis, ejuſque filii Federici II Auguſti à conſiliis, utriuſque Siciliæ magnus conſiliarius & Cancellarius, vir Eccleſiaſticis literis ſtudioſus, nec ignarus ſæcularibus, maximiſque rebus apud Reges fuit illuſtris. Pluribus functus legationibus ſub Federico, evaſit Marturanenſis Epiſcopus anno 1221. An Michaeli immediatè ſucceſſerit, ignotum eſt; hoc certum, quod anno ſuperiori 1220 menſe Decembri teſtis fuit donationi factæ ad favorem Eccleſiæ, & Richerii Epiſcopi Melphienſis, ubi ſe ſubſcripſit Regni Siciliæ Scriniarium, ut an. 1224. Ind. 12. in privilegio Conſtantiæ Imper. ad favorem Florenſis cœnobii ſubſcriptus apparet magnus Prothonotarius. Et anno 1221. menſe Novemb. in ſententia, ſeu potius donatione, quam fecit Andreas Lupinus Regis Vallettus pro Curatii cœnobio ſubſcribit ſe Epiſcopum Marturanenſem; in ea teſtis etiam fuit Leo de Matera ejus germanus frater; alium habuit fratrem Procopium nomine, qui ei in Prothonotariatu ſucceſſor fuit, & magna valuit gratia apud Federicum. Porro illa dum ſupracitata documenta hic non pigebit referre à ſuis exemplaribus, cum multi faciant ad tempus præcisè enodandum, quo Philippus paſtorale pedum hujus Eccleſiæ accepit: in iis etiam recenſentur plures illius ævi viri clariſſimi, nec Melphienſi Eccleſiæ erit inutile, ſi primum aliquando ad Richerium in ſerie Melphienſium Præſulum adaptetur; ſic enim ſe habent.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis, Amen.

Inter cætera, quæ ſalutem requirunt animarum, & mortalibus in cœleſtibus patriam feliciter præparant actiones, nihil in præſenti dignius, & felicius invenitur, quam quod donatione pia impenditur Eccleſiæ, & ſponſæ Chriſti, ubi ſacramentorum beneficio peccata dimittuntur, ubique Patri filius pro ſalute fidelium jugiter immolatur. Eapropter ego Andreas Lupinus Dom. Regis Vallettus cupiens in iſta cœleſti patria per miſericordiæ opera mihi habitaculum præparare de his, quæ parvitati meæ contulit miſericorditer regia celſitudo pro meorum remedio peccatorum, & ut Rex Regum, & Dominus dominantium actus in via proſperitatis dirigat ſalubriter, & diſponat, Domino Richerio venerab. Epiſcopo Melphienſi ejuſdem Regis familiari, & Eccleſiæ Melphienſi jure perpetuo concedo, & dono tenimentum Lampidiati fluvii, quod in territorio civitatis Laccerellis pertinentiis, ac comitatuum Caperſati mihi à Regia majeſtate conceſſum, ſicut dictum tenimentum incipit à confinio terrarum Roirati, & per curſum ipſius fluminis Lampidiati uſque ad flumen Suplidi, & revertitur per ripam ejuſdem Suplidi uſque ad confinia terrarum Canuſii, & vadit per ipſum confinium apendiori aſcendendo, & deſcendendo uſque ad dictum confinium territorii Bojani, cum colle Rogeti, qui eſt infra ſylvam; ſalvo tamen dono terrarum Eccleſiæ ſancti Egidii, quod bonæ memoriæ comes Robertus Luncetelli, & Caperſani fecit in ipſo tenimento monaſterio montis Sacri, ſtatuens firmiter, & decernens, ut tam idem Melphienſis, quam ſucceſſores ſui in Eccleſia Melphienſi dictum tenimentum Lampidiati, quod de conſenſu & voluntate Domini noſtri Regis Eccleſiæ prædictæ conceſſum, quemadmodum per quatuor ſupradictos fines clauditur proprietatis, & dominii in perpetuum teneant & poſſideant, ſine aliqua mea, & meorum hæredum, nec non & ſucceſſorum contrarietate. Ad hujus itaque conceſſionis, & donationis meæ memoriam, ac ſtabilem firmitatem preſens ſcriptum per manum Joannis Tiriecto Regis Notarii, quem inde rogavi, ſcribi feci, & tam propriæ manus, quam ſubſcriptionum teſtium conſignationibus communiri.

Actum eſt hoc apud Auguſtam anno Dom. Incarn. 1220. menſe Decembri, Indict. 8.

Ego Andreas Lupinus Domini Regis Vallettus ſupradicta confirmo.

Ego Riccardus Salæ Regiæ Camerarius ſubſcripſi, & quia Dominus Andreas Lupinus Domini Regis Vallettus proprio ſigillo carebat, pro parte ſua dictum privilegium meo ſigillo confirmavi.

Ego Philippus de Matera Siciliæ Scriniarius teſtis ſum.

Ego Jacobus Calager D. Regis Notarius me ſſ.

† Signum crucis propriæ manus Jacobi Franciſci.

Ego Benedictus de Anglone D. Regis Vallettus teſtis ſum.

Declaratio autem Leonis de Matera Philippi noſtri germani fratris pro monaſterio Coratii accedit hiſce verbis concepta, in qua Philippus jam conſecratus Epiſcopus ſe ſubſcripſit.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Anno Dominicæ Incarnationis 1221. menſe Novembris Indict. Nonæ, regnante D. noſtro Federico Dei gratia Sereniſſimo Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, anno Regni ejus 23. feliciter. Amen.

Laudabile eſt ſcripturæ teſtimonium, quæ oblivionis redibuit detrimentum. Inde eſt, quod cum nos Leo de Matera Regius Juſtitiarius de mandato Regio veniremus ad determinandam quæſtionem, quæ vertebatur inter vener. monaſterium Coratii, & homines Siliani de diviſis tenimenti montis Deuſactis, quod anteceſſores homines Siliani conceſſerunt monaſterio memorato, eo quod de diviſis tenimenti prædictis non concordabatur ad invicem, perſonaliter accedentes ad locum cum ipſis hominibus Siliani, unde quæſtio movebatur, & inveſtigantes ſubtiliter invenimus tam ex tenore privilegii monaſterii, quam ex conceſſione eorundem hominum Siliani, quod ipſæ diviſæ ita erant, ſicut fratres dicebant, & in eorum privilegio continebatur expreſſe. Ad cautelam igitur, & pacem, firmamque concordiam præfati monaſterii, & hominum Siliani præſens inſtrumentum inde fieri fecimus auctoritate Regia firmiter præcipientes, ut nullus amodo hominum Siliani prædictos fines invadere audeat, vel infra ipſos laborare, vel aliquam moleſtiam inferre præſumat. Et ut omnis dubitatio de ipſis finibus auferatur, ubi litigia erant finium, crucem ligneam affigi præcepimus. Qui vero ſua temeritate præceptum, quod ex Regia parte fecimus, violare præſumpſerit, ſit in pœna centum unciarum, medietatem partis injuriam patientibus, medietatem Curiæ Regiæ. Et hæc acta ſunt in præſentia vener. Marturanen. Epiſcopi, & aliorum Judicum, & proborum hominum ſubſcriptorum.

† Philippus Dei gratia Maturanenſis Epiſc. ſſ.

† Signum manus Dom. Leonis de Matera Regii Juſtitiarii.

† Ego Joannes Judex.

† Ego Thomas Marturanenſis Cantor ſſ.

† Ego Caſtorius Marturanen. Canonicus ſſ.

† Ego Notarius Michael de Mat. me ſſ.

Subſcribuntur deinde plures teſtes, & in fine.

† Ego Antonius de Marturano Regia auctoritate Notarius de mandato Domini Juſtitiarii prædicti præſens inſtrumentum declarationis finium prædictorum propria manu ſcripſi, & me ſubſcripſi.

Adfuit poſthæc Philippus an. 1222. conſecrationi Eccleſiæ Cuſentinæ, & ann. 1235. cum aliis Præ-

latis,

latis, qui cum Federico II. fuerunt in Conventu Imperiali Moguntiæ habito, ubi læſæ maieſtatis. teſte Crantio, reus factus Henricus Rex Friderici filius, publicoque judicio damnatus cum duobus filiis captus in Calabriam apud Martoranum carceri, tenuiſſimo victu ad mortem uſque addictus ex inedia obiit, ejuſque corpus apud Cuſentiam in æde maiori, ut ſupra retulimus, conditum eſt, Imperiali ſunere collachrymatus à Philippo noſtro Epiſcopo, qui juſſu Federici illum ex Alemania ad Martoranum uſque concomitatus fuerat. Poſt hæc Philippus jam ætate grandævus, & ad exercenda Epiſcopalia munia pené inhabilis effectus miſſionem deſiderans, Apoſtolicam Sedem per epiſtolam adiit, ad Gregorium IX. ſcripſit, ut ultro ſe Epiſcopatu ſe exolveret; pro qua re Gregorius Archiepiſcopo Cuſentino per epiſtolam commiſit, ut miſſionem reciperet, ac de optimo in Marturanenſi Eccleſia ſubſtituendo Epiſcopo inſudaret. Epiſtola hæc extat in Regeſt. Vat. Dat. 7. Kalen. Maii pontiſ. t1. n. 122. fol. 221. anno Chriſti 1237 Philippi cum laude meminere idem citatus Jacobus Græcus, Hieronymus Sambiaſus in tractatu civitatis Cuſentiæ, ejuſque nobilium familiarum, aliorumque. Vitam traduxiſſe referunt ad Innocentiii IV. uſque tempora, & in ſenectute bona obiiſſe, in ſua Eccleſia ſepultum, cujus memoriam poſt multa ſecula excitaverat in veteri Cathedrali Franciſcus Monacho ejus ſucceſſor iis verbis in marmore exaratam.

D. O. M.

Philippo de Matera ex urbe Conſentia, Brytiorum Metropoli Epiſcopo Marturanenſi Friderici II. & Conſtantiæ ejus uxoris Auguſtæ Regni utriuſque Siciliæ magno Cancellario, qui anno à Virginea partu milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo Interfuit Dedicationi majoris Eccleſię Cuſentiæ, Franciſcus Epiſcopus Marturanenſis viro optimo ex materno genere conjuncto ob Deliam Hieronymi ex familia de Matera Patritii Conſentini filiam, ex qua & Joanne Paulo ex familia Monaco Patritio Cuſentino, & Pontificii, & Cæſarei Juriſconſulto Conjugibus idem Franciſcus natus eſt, & ut vetuſtate jaccutem à temporum injuria vindicaret, hoc amoris ſui monumentum poſuit Kal. Martii anno à Jeſu Chriſto nato milleſimo ſexcenteſimo quarto, Clemente VIII. Pontifice Max. anno ejus decimotertio. Philippo III. de Auſtria regnante anno Regni ejus ſexto, & Epiſcopatus ejuſdem Franciſci Monaci anno duodecimo.

Philippi, ejuſque Fratris Leonis meminit Martoranus in carmine hiſtorico de claris familiis Cuſentinæ civitatis, in Matera familia.

Ultima ab Heſperia Lemani venere vetuſti
Cratidis ad Ripas, ſi verum fama ſuſurrat;
Nos autem certo Materæ nomine dictos
Scimus, & hanc urbem multos tenuiſſe per annos
Auguſtæ carus nimis, dominiſque Philippus
Normandis gratus doctas ſignare tabellas,
Magnanimuſque Leo cultor mitiſſimus agri.
Germanos coluit Reges, regioſque miniſtros
Caſtrorum franco potitur Nuccius unus
Multos prætereà plures virtutes decoros
Occupet una domus, totum ne fortè libellum.

Ex hac Matera gente memoratur à Ferdinando della Marra in ejus familiæ deſcriptione, Sylveſter, qui anno 1322. evaſit Epiſcopus Anglonenſis. Is, ſi verum eſt, quod narrat Marra, reponendus eſt in ſerie Anglonenſium Epiſcoporum poſt Marcum ante Franciſcum della Marra, cum ejuſdem non meminerimus in ſerie Anglonenſium Præſulum.

XV. 7 THOMAS Monachus, & Abbas S. Stephani de Boſco Ordinis Ciſtercienſis, vir doctus, & apud omnes magnæ exiſtimationis, ad hanc Marturanenſem ſedem à Bernardo, ſeu Berardo electo Neapolitano Archiepiſcopo juſſu Innocentii IV.



vocatus confirmatur ab eodem anno pontiſ. ſui 10. Dat. Peruſii 4. Kal. Martii, ſalutis ann. 1252. ut in Regeſt. Vatic. epiſt. 511. ſol. 247. quam hic exhibemus.

Fratri Thomæ Ordinis Ciſtercienſis Marturanen. electo. Cum à nobis petitur &c. uſque ad effectum, ſignificaſti ſiquidem nobis, quod nos dilecto filio . . . . Neapolitan. electo noſtris injunximus literis, ut te Marturanen. Eccleſiæ tunc vacanti, auctoritate noſtra Epiſcopum præficeret, & paſtorem faciens tibi à Capitulo, & ſubditis ipſius Eccleſiæ tanquam patri, & paſtori animarum ſuarum obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, contra &c. Idem Neapolitanus electus te iis literis noſtris, & authoritate præfatæ Marturanen. Eccleſiæ in Epiſcopum præfecit & paſtorem, prout in ipſius litteris confectis exindè plenius continetur. Nos igitur tuis ſupplicationibus inclinati, quod ab eodem Neap. electo factum eſt in hac parte ratum habentes, & gratum, id authoritate Apoſtolica confirmamus & cæt. uſq; communiri. Tenorem autẽ litterarum prædictarum de verbum ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. In nomine Domini Amen. Ad Eccleſiaſtici honoris ſpectat augumentum, dum viduatæ providetur Eccleſiæ, quod perſona honoratur in ea, & ipſa proficit in ipſa, & taliter ad faſtigium Eccleſiaſticæ dignitatis admittitur, cujus meritum probitatis ſtipendia antecedentia teſtantur. Hinc eſt, quod nos Bernardus miſeratione divina Neapolitanus electus notum eſſe volumus univerſis, quod cum de converſatione honeſta, opinione laudabili, & religione conſpicua Religioſi viri Fratris Thomæ Abbatis Monaſterii S. Stephani de Boſcho Ord. Ciſtercienſis Squillacenſis Diœceſis, Domino noſtro Summo Pontifici per quam plures fidei dignos laudabile teſtimonium ſit relatum, idem Dominus nobis deſtinavit ſuas litteras in hunc modum. Innocentius & cæt. Dil. Fil. electo Neapolitan. ſalutem &c. Volumus, & tibi per Apoſt. ſcripta mandamus quatenus Dil. Fil. Thomam Abbatem Monaſterii S. Stefani de Boſcho Ciſtercienſis Ordinis Squillacen. Diœceſis de cujus converſatione honeſta, religione conſpicua, & commendabili in ſpiritualibus, & temporalibus circunſpectione laudabili nobis teſtim. perhibetur, Marturanen. Eccleſiæ vacanti ad præſens authoritate noſtra, ſi ejus ad hoc merita ſuffragantur, & videris expedire, in Epiſcopum præficias, & paſtorem, facias ſibi à Capitulo, & ſubditis ipſius Eccleſiæ tanquam patri, & paſtori animarum ſuarum obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, Contradictores &c. non obſtantibus ſi perſonis aliquibus ab Apoſtolica Sede indultum exiſtat, quod per litteras Sedis ipſius interdici &c. uſque habeant. Dat. Peruſii 9. Kal. Martii, Pontif. noſtri anno 10. Nos itaque ſuper præmiſſis à quampluribus viris religioſis veritate diligentiùs inquiſita certiores effecti, intendentes providere Eccleſiæ potius, quàm perſonæ, nominatam Abbatem Marturanenſi Eccleſiæ vacanti prædicti mandati Apoſtolica authoritate in Epiſcopum præfecimus, & paſtorem, mandantes Capitulo & ſubditis ejuſdem Eccleſiæ, ut tibi tanquam Patri, & paſtori animarum ſuarum obe-

dien-

dientiam, & reverentiam debitam exhibeant & impendant, ſcientes, quod nos contra contradictores, & rebelles juxta mandatum Apoſtolicum antedictam quantum de jure fuerit, providebimus. In cujus rei memoriam præſentes litteras per manus Joannis de Ocra noſtri tabellionis fieri fecimus noſtri ſigilli impreſſione munitas. Actum Peruſii in Capella Domini Papæ anno Domini 1253. die Veneris 9. Kal. Martii, Pontificatus Domini Innocentii IV. anno decimo, præſentibus vener. fratre S. Agathæ, fratre Jacobo electo Monaſt. S. Mariæ Matris Domini Salernitanæ Diœceſis, Cencio Cimini, Raymundo Domini Papæ Capellanis, fratribus, Laurentio ejuſdem Domini familiari, & Raynerio Ordinis Minorum, quem nomine Abbatis inveſtimus manu propria de Epiſcopatu ejuſdem. Ego Joannes de Ocra ſupra S. R. E. Apocriſarius omnibus interfui, & de mandato præſcripti electi præſens publicum inſtrumentum propria manu ſubſcripſi, & meo ſigillo ſignavi. Nulli ergo &c.

Datum Peruſii 4 Kal. Martii an. 10.

B Cæterum Thomas cum laudabili virtute annos duos hanc rexiſſet Eccleſiam, ſub eodem Innocentio mortalitatem explevit anno 1254 vel initio ſubſequentis anni. Memoratur in Epiſtola ejuſdem Innocentii ad ipſum data, in favorem Leonis electi Hieracenſis 15. Kal Novembris, anno Pontif. 12. ſalutis anno 1254.



C

XVI. 8 M. RAYNALDUM de Aquino Richardi S. Angeli Diac. Card. Legati Sacellanum juris utriuſque celeberrimum laureatum à Capitulo electum confirmavit Alexander IV. anno 1255. anno Pontificatus primo, Idibus Februarii, ut ex literis ejuſdem, tam ad ipſum, quam ad Capitulum datis liquet in Vatic. Regeſt. epiſt. 133. fol. 17. Dat. Neapoli.

XVII 9 ROBERTUM jamdiu Marturanenſem Epiſcopum Nicolaus IV. ad Monopolitanam Eccleſiam tranſtulit anno ſalutis 1288. Pontificatus ſui anno primo. Dat. Reate 2. Non. Junii ex Regeſt. Vatic. epiſt. 69. fol. 18. Huic Roberto à Carolo I. Rege anno 1286. ob grata ſervitia eidem Regi præſtita conceditur ad beneplacitum, Caſtrum Petræ montis Corbini in Juſtitiariatu Capitanatæ, ut elicitur ex regio Regeſt. Caroli fol. 153.



D

XVIII 10 ADAM Epiſcopum Marturanenſem poſtulatum invenio in Archiepiſcopum Cuſentinum ſub Joanne XXII. anno 1320. in Regeſt. Vatic. ejuſdem Pontificis, quam Capituli poſtulationem haud admittendam duxit Joannes, & Nicolaum Cuſentinum Decanum, in contentione electum confirmavit. Adam verò in ſua Marturanenſi Eccleſia diem ſuum obiit, cujus aliquando memoria extat in Regio Neapolit. Regeſt. Roberto Regnante.

11 NICOLAUS (1) Cuſentinæ Eccl. Decanus electus Epiſc. & confirmatus an. 1320.

12 Fr. HUGO (Ordo, & Patria ignoratur) videtur electus circa annum Domini 1333. quo die 3. Julii ſolitum promiſit ſubſidium ſacro Senatui. XIX.

13 SENATOR ex Martirana apud Cuſentinos nobili familia natus, floruit Marturanus Epiſcopus (2); in patria deceſſit anno 1349. Jacet in nobili marmoreo tumulo, epitaphio exornato apud Patres Dominicanos, ut Hyeronimus Sanbiaſius narrat in deſcriptione Marturanæ familiæ; ſed nec epitaphium, nec tumulus extat; ejus electionem non vidimus in Reg. Vatic. in quibus tamen habetur obiiſſe anno 1349. in literis electionis Joannis Succeſſoris. Ex hac Marturana familia præterito ſæculo vixit Coriolanus Epiſcopus S. Marci probus, & litteratus homo. XX

14 JOANNES de Biſignano Canonicus Cuſentinus ſucceſſit Senatori à Clemente XI. electus anno 1349. 15. Kal. Junii Pontificatus ſui anno 7. ex Reg. Vat. lib. 4. p 1. Epiſt. 198. fol. 518. Sedit plus minus an. 10. XXI

15 JACOBUS Epiſcopus Iſclanus ad hanc Marturanenſem Eccleſiam translatus eſt ab Innocentio VI. anno 1359. quam cum benè geſſiſſet ann. 4. evaſit Archiepiſcopus Hydruntinus anno 1363. 13. Kal. Ianuarii. XXII.

16 Fr. JACOBUS Caſtellius Ord Minorum ſucceſſor datus eſt alteri Jacobo ab eodem Urbano V. anno 1363. 6. Idus Junii ex Reg. Vatic. Acta ejuſdem ignoramus. Crediderim hunc eſſe illum Jacobum Marturanenſem Epiſcopum à Bonifacio IX. ad Neocaſtrenſem Eccleſiam translatum an. 1390. de quo in libris proviſ. Prælatorum ſub eodem Pontifice. XXIII

17 NICOLAUS Jacobo ſubſtituitur anno 1390. à Bonifacio IX. ſed certis ex cauſis amotus, iterum ab eodem Pontifice præficitur huic Eccleſiæ anno 1400. 15. Kal. Junii, iterumque ab eodem ſuis exigentibus culpis exauthoratus, omnibus dignitatibus exuitur ſequenti anno 8. Idus Junii, ut in eod. lib. proviſ. Prælatorum habetur. XXIV

18 JACOBUS de Villano Canonicus Cuſentinus, Bonifacii IX. beneficio hanc Sedem potitus eſt anno 1401. 8. Idus Januarii: exauthorato Nicolao ſucceſſit, cujus mentio in eodem proviſ. libro habetur. XXV.

19 PETRUS obiit ſub Martino V. XXVI

20 ANTONIUS Epiſcopus Boſſanenſis in Sardinia ad hanc Marturanenſem Eccleſiam translatus eſt à Martino V. anno 1418. 8. Kal. Aprilis. Exceſſit anno 1440. XXVII.

21 Fr. CAROLUS de Neapoli Ord. Eremitarum S. Auguſtini in demortui Antonii locum ſuffectus eſt Epiſcopus Marturanus 6. Idus Novembris 1440. onere ſe exſolvit nondum conſecratus. XXVIII.

22 GOTIFREDUS de Caſtro Tropejenſis, ſedem hanc adeptus eſt 4. Non. Maii 1442. ſedit ann. 2. & ad S. Marci Eccleſiam translatus eſt 1446. 4. Idus Februarii. XXIX.

23 ANTONIUS de Genoviſio Roſſanenſis, antea Epiſcopus S. Marci huc translatus an. 1446. 4. Idus Februarii, ex quo ad Inſulanam aſcendit 1451. 5. Kal. Junii. XXX

24 MARTINUS Epiſcopus Inſulanus eodem anno 1451. eodemque die 5. Kal. Junii ad hanc ſedem tranſitum fecit, è qua Antonius deceſſerat. XXXI

Rex

(1) Hic per errorem Aremanenſis poſt Adam deſcribitur Epiſcopus creatus eodem anno 1320. Nicolaus Decanus Eccleſiæ Cuſentinæ, qui in ea ſede excluſo Ada locatus fuit, in hac ſua perſeverante Ada.

(2) Florebat in hac ſede Senator jam an. 1340. quo ſubſcripſit documento conceſſionis Indulgentiæ pro Eccleſia S. Nicolai oppidi Policaſtelli diœceſis S. Marci. *Zavarthus.*

Rex Alphonſus eum ſuis litteris commendat Vicegerenti ſuo in Calabria, Clero, & Canonicis Marturanenſibus, quæ in Reg. Regis Alphonſi, quod extat originale apud me, ita loquuntur. A

ALPHONSUS REX.

Magnifico viro Franciſco Siſcar Militi Vicegerenti in Ducatu Calabriæ Conſiliario, nec non Canonicis, & Clero Epiſcopatus Marturanen. & ejus Diœceſis Juſtitiario, inſuper Civitatis Cuſentiæ Gubernatoris quoque Capitaneo, & Magiſtris iuratis dictæ Civitatis Marturanen. & Terræ Xilliani, & aliis, ad quos, ſeu quem ſpectat præſentibus, & futuris fidelibus nobis dilectis gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Sanctiſſimus Dominus noſter Nicolaus Papa V. ſuis cum Bullis Apoſtolicis, Dat. Romæ aqud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. CCCCLI. 5. Kalend. Junii, Pontificatus ſui anno 5. tranſtulit venerabilem in Chriſto patrem M. Epiſcopum Inſulanum ad majorem Eccleſiam Marturanenſem, ipſique de eadem Eccleſia providit committendo eidem M. Epiſcopo in ſpiritualibus, & temporalibus curam, B *regimen, & adminiſtrationem ipſius Marturanen. Eccleſiæ, prout in dictis Bullis Apoſtolicis, ad quas nos referimus, pleuius continetur. Et propterea volentes cum votis Apoſtolicis eſſe conformes, vobis & ſingulis veſtrum dicimus, & mandamus expreſſe ſub incurſu noſtræ iræ, & indignationis, ac pœna unciarum centum, quatenus eidem M. Epiſcopo circa adeptionem, & receptionem jurium, fructuum, reddituum, & proventuum ipſius faveatis, & aſſiſtatis, & aſſiſti & faveri mandetis ope, opere, auxiliis, præſidiis, & favoribus opportunis juxta dictarum bullarum, & proceſſuum illarum tenores, & contrarium non faciatis, ſi gratiam noſtram caram habetis, iramque, & indignationem noſtras, ac pœnam prædictam cupitis non ſubire.*

Datum in Turri Octavi die 9. menſis Julii XIIII. Indictionis, Anno à Nativitate Domini M. CCCC. LI.

Rex Alphonſus.

Dominus Rex mandat mihi Arnaldo Foſcolſeda. C

Martini etiam mentio fit in eod. Regeſt. Regis Alphonſi anno 1456. translatus deinde eſt ad Crotonenſem Eccleſiam 1463. 15. Kal. Januarii.

XX XII. 25 ANGELUS Græcus (a Calaber) utriuſque Doctor excellens, Marturanenſis creatus eſt Præſul 15. Kal. Januarii anno 1463. ſucceſſit Martino ex lib. Proviſ. Prælatorum Pii Papæ II. Neapolit. Regis Orator erat, & Poeta illuſtris eximia eruditione ornatus, cujus cum laude meminit Ambroſius Leo lib. 4. cap. 6. Hiſt. Nolanæ Urbis.

XX XIII. 26 AURELIUS Bienatus Mediolanenſis electus anno 1485. 21. Novemb. floruit gratia & virtute temporibus Ferdinandi Primi. Interfuit coronationi Alphonſi II. anno 1494. defunctus eſt anno 1496.



D

XX XIV. 27 ANGELUS Neapolitanus, clara, & illuſtri gente Pappacoda natus, ab Alexandro VI obtinuit Marturanum Epiſcopatum die 9. Januarii 1497. Hic Latinis Græciſque literis fuit peritiſſimus, & ob morum præſtantiam inque Romana Aula, Regiaq; Regum Neapolitanorum ſummæ exiſtimationis. Sedit omnibus eximie charus ann. 40 re, & nomine vitam traduxit angelicam; ſub Paulo III. Neapoli mortalem cum immortali vita commutavit anno 1537. ſepultus jacet in Eccleſia S. Joannis vulgo de Pappacoda cum hoc epitaphio.

Angelo Pappacodæ Franciſci fil. Marturanenſi Epiſcopo viro ornatiſſ. qui in non magnis opibus magnum exercens animum, nulla magis in re, quam in aliorum levanda inopia ſuis bonis uſus eſt. Hæredes B. M. Deceſſit ex mortalibus an. Nat. LXVI. Ab ortu Mundi redivivi M.D.XXXVII.

28 JACOBUS Antonius Ferdutius, Anconitanus, Ord. S. Franciſci Conventualium ſummus Theologus, ejuſdem Ordinis emeritus miniſter Generalis, Maturanenſis Epiſcopus delectus eſt à Paulo III. die 27. Junii 1537. exceſſit anno 1560. ſepultus in Cathedrali tumulo, quem vivens paraverat cum hac inſcriptione. XX XV.

Jacobus Antonius Anconitanus Magiſter Generalis Ordinis Minorum à Paulo III. Pont. Max. electus Epiſcopus Martorani domum hanc ſibi vivens poſuit ann. æt. LXXII.

De quo Wadding. tom. 8. Annal. Minorum.



29 PTOLOMÆUS Gallius a Novocomenſis Pii IV. à ſecretis evaſit Epiſcopus Marturanus die 13. Septembris 1560. translatus deinde eſt ad Sipontinam Eccleſiam 1562. ab eodem Pontifice Presb. Cardinalis creatus 1565. Deceſſit Romæ Epiſcopus Card. Oſtienſis Sacri Collegii Decanus 1607. de quo vide tom. 1. In Epiſcopis Oſtienſibus, & in 6. inter Archiepiſcopos Sipontinos. XX XVI.

a De eo Ciaconius Oldoinus tom. 1. col. 947.



30 HIERONYMUS de Federicis b è Trivilio Diœceſis Mediolanenſis Epiſcopus Marturanenſis eſt ſalutatus anno 1562. 8. Idus Julii ex commutatione Sagonenſis Præſulatus hanc Eccleſiam adminiſtravit ann. 7. eoque munere ſe exſolvit an. 1569. ſed cum maximæ exiſtimationis eſſet apud omnes & Eccleſiaſticæ vitæ peritia inſignis ab Gregorio XX XVII.

b Laudatur à Thomaſio in hiſt. Raven. par. 3. p. 88. Manuſc.

XIII. Laudenſis declaratus eſt anno 1576. in quo munere ſanctè obiit anno 1579. de quo vide tom 4. noſtrum in Epiſcopis Laudenſibus, & 3. in Sagonenſibus Corſicæ Præſulibus.

XX XVIII 31 Fr. GREGORIUS de Cruce Hiſpanus inculpatæ vitæ, & doctus Ord. Prædicat. Religioſus à Pio V. Marturanenſis Epiſcopus renunciatus 4. Februarii 1569. ut dignitatem reciperet, vix ex Sancti Pontificis obedientia adduci potuit, qui cum ſedulo curæ incubuiſſet, ut omnia probi Paſtoris officia cumulatè præſtaret, & Clerum pene delapſum ad Eccleſiaſticam vitam traducere invictè tentaſſet, in eorum injuſtum odium bonus Præſul incidiſse narratur, à quibus propinatum ad tempus venenum innocens abſorbuit, ex quo paulatim cœpit deficere & mortalitatem explere, quæ incidit in ann. Domini 1577. nec ſine bonorum lachrymis in Cathedrali humatus fuit.



XX XIX. 32 MARIANUS Perbenedictus *a* Camertinus nobilis filius Caroli, & Catherinæ Dommeluſiæ, ad arma proclivis. Eccleſiaſticam vitam divina virtute amplexus, divinos propemodum inde retulit fructus prophanis, ſacriſque literis eximie inſtructus, valde pius, & S. Angeli in foro piſcium Canonicus, Abbaſque Trilii, Pontificalu geſtare pedum cœpit Marturani 1577. manualem in hac Civitate poſſeſſionem appoſuit eodem anno conſecratus à Felice Cardinali Montalto, qui Sixtus V. deinde fuit: conſequenti vero anno univerſam Diœceſim ſedula viſitatione perluſtravit, vitia Cleri, cæterorumque quanta potuit cura ex officio & charitate repreſſit, atque extirpavit. Eccleſias quam plurimas ſuo ære vel exædificavit, vel vetuſtata latiſcentes in meliorem faciem reduxit. Templo Scigliani Diani, diruto prius ſano, primum lapidem impoſuit in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ anno 1577. 8. Auguſti, Cathedralem honorifice exornavit, pauperes fovit, fuitque apud omnes, & præcipue apud Proreges, Regnique Principes magno in pretio. Apoſtolicus in Calabria viſitator inſtitutus cum Gaſpare religioſiſſimo Rhegino Archipræſulu, boni, ac diſcreti Præſulis partes adimplevit. Defuncto Gregorio Sixtus V. ſucceſſit, qui illum ſtatim revocavit ad curiam, Urbiſque Gubernatorem, intimumque Conſiliarium ſuum eſſe voluit; integerrime eam adminiſtravit Provinciam, & ab eodem purpuram meruit anno 1589. ad titulum SS. Marcellini, & Petri, quo anno Marturanenſi Pontificatu, ac loco ceſſit. Longa deinde annorum ſerie vixit Pontificibus charus, & ad præcipua Eccleſiaſtica munia adhibitus. Exceſſit tandem venerab. ſenex Romæ Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus ætatis ſuę 72 ſalutis vero 1611. Kal. 13. Februarii, tumulatus in Liberiana Baſilica nobili ſepulchro, & inſcriptione, quam leges to. 1. in Epiſcopis Tuſculanis; ſed mutilam ex Amanuenſis noſtri oſcitantia, illam iterum hic integram exhibemus.

a De eo Ciacon. Oldoini tom. 4. col. 194.

D. O. M.
Mariano Perbenedicto S. R. E. Cardin. de Camerino Epiſcopo Tuſculano, qui avitam nobilitatem multiplici doctrina, vitæ integritate, ſcelerum odio, Rei Catholicæ, Eccleſiaſticæ libertatis, & publici boni acri ſtudio illuſtravit à Gregorio XIII. Abbas, & Epiſcopus Marturani à Sixto V. Præfectus Urbis, & Cardin. creatus à Gregorio XIV. & ampliorieum poteſtate ab Innocentio IX. Clemente VIII. Leone XI. Tribunalibus Eccleſiaſticæ ditionis, & publicis conſultationibus præpoſitus à S. D. N. Paulo V. donec Scipionem Burgheſium Nept. votis communibus Cardinalem daret, negotiis omnibus Eccleſiaſtici Status, militaribus Præfectus, quibus aliis muneribus præclare geſtis,
Obiit anno ætatis lxxii. ſalutis MDCXI. xiii. Kal. Feb.
Marianus Perbenedictus nepos patruo de ſe bene merito mæſtiſſ. P. C.

Vide de hoc præſtantiſſimo Præſule ea quæ diximus in noſtris additionibus ad Alphonſum Ciaconium.

33 (1) ROBERTUS Perbenedictus Card. Mariani germanus frater ſucceſſit an. 1586. ſedit annis tribus, & ad Nucerinam Eccleſiam in Umbria die 4. Martii 1592. tranſlatus eſt.

(„ *ROBERTUS Phili de Altamura presbyter* XL
„ *nullius diœceſis provinciæ Barenſis, Magiſter in*
„ *Theologia, Notarius Apoſtolicus, ex nobilibus*
„ *parentibus, & legitimo matrimonio procreatus,*
„ *qui in dicta Eccleſia per 14. annos Vicariatus mu-*
„ *nus laudabiliter exercuit, ad eamdem aſſumptus*
„ *eſt 5. Aprilis 1593. ita ex Actis Conſiſtor. In hac di-*
„ *gnitate ſupervixit, cum per ejus obitum in eiſdem*
„ *adnotetur electio ſequentis* Lucentius.)

XLI 34 FRANCISCUS Monacho *b* Patritius Cuſentinus Joannis Pauli, & Deliæ de Matera filius, juris Pontificii, Cæſareique conſultus, ex morum, & doctrinæ commendatione à Clemente VIII. adſectus eſt Epiſcopus Marturanus die *c* 26. Junii 1592. inculpatè in hac dignitate vixit ann. 35. obiit vero annum agens ſupra ſeptuageſimum, ſalutis 1627. Gerit hæc nobilis familia de Monacho pro gentilitiis inſigniis tria aurea lilia ſupra cæruleum palum in ſcuto argenteo.

b De quo Lellis de Famil. par. 1. p. 291. Monacho.
c Kalendis Julii. Ex Actis.

XLII. 35 LUCAS Celleſius, Piſtorienſis, nobili familia natus, ex utriuſque Signaturæ Referendario, ab Urbano VIII. Epiſcopatu donatus eſt die 5. Julii 1627. antiquæ probitatis, & prudentiæ vir. Ejus virtutem, & animi conſtantiam ſumme laudat Agatius de Summa in hiſtorica narratione de terræmotu Calabriæ. Conſpexit Lucas miſerabilem Martorani, propriæque Cathedralis ruinam, ac pene obrutus, Dei miſericordia ſervatus, effuſa liberalitate tunc in pauperes ſua diſperſit, & proprio ære, novæ Cathedralis, & Epiſcopii molitionem aggreſſus, in eam, quæ nunc ſpectatur formam reſtituit, & ornavit. Exceſſit optimus eximiuſque ſenex hoc ann. 1661. die 6. Julii ſepultus in Cathedrali.

A D D I T I O.

(„ *Optimi Præſulis memoriam perennaturus voluit*
„ *ejus Nepos Hieronymus hoc epitaphio, quod honorario tumulo in S. Mariæ Gratiarum Eccleſia Piſtorii excitato inſcribi curavit.*
„ Lucæ Celleſio nobilitate generis, ce-
„ lebritate doctrinæ, charitate in paupe-
„ res apud omnes illuſtri, qui in utraque
„ ſignatura Præſul, & Arbiter quamplu-
„ rium Romanæ ditionis urbium regimini
„ admotus, Martorano datus Antiſtes,
„ extra Ordinem Legatus in utramque
Sici-

(1) Robertus Perbenedictus Mariani Cardinalis germanus frater ſubſtitutus legitur in hac ſerie apud Ughellum an. 1586. & deinde translatus ad Nucerinam in Umbria 4. Martii 1592. & inde ei ſucceſſor immediate attribuitur Franciſcus Monacho. Verum ex actis, & ſchedis conſiſtorialibus aliter legimus, advertimuſque: videlicet per ceſſionem Cardinalis de Camerino electum fuiſſe Marturanenſem Epiſcopum Robertum Phili de Altamura, ut mox dicimus. *Lucentius.*

,, Siciliam miſſus inter ſacræ Viſitatio-
,, nis proceres, inter Aſſiſtentes Ponti-
,, fici Epiſcopos ſubinde relatus, ſibi,
,, ſuis decus & nomen ubique vindicavit.
,, Suo tamen gregi reſtitutus, poſt erecta
,, in Dei cultum, in egenorum ſolatium
,, præclara ædificia, poſt exhibita ſa-
,, pientiæ, ac religionis inclita monu-
,, menta ſanctè deceſſit, poſteritati
,, flebilis, æternitati victurus an. 1661.
,, Hieronymus comes Celleſius Patruo
,, meritiſſimo P.

,, *Ejus vitam eleganter ſcripſit, edidítque an.*
,, *1692. Sebaſtianus de Comitibus è Societate Jeſu,*
,, *quam dicavit Camillo Celleſio, Lucæ pronepoti,*
,, *tunc Apoſtolico ex participantibus Prothonotario,*
,, *viro clariſſimo, qui Cameræ Pontificiæ Clericus*
,, *deceſſit 25. Aprilis 1717. dum Viarum Præfectu-*
,, *ram perbelle exerceret, atque majores illi honores*
,, *boni omnes auſpicarentur.*

XLIII ,, FELIX *Antonius Monacho, nobilis Caſenti-*
,, *nus, J. U. D. & in Romano archigymnaſio publici*
,, *juris Pontificii profeſſor, ad hoc regimen ex ea*
,, *cathedra adductus 21. Novemb. 1661. Integerri-*
,, *mè adminiſtravit uſque ad an. 1667. & fato ex-*
,, *tinctus eſt.*

XLIV ,, *JO. JACOBUS Palamolla, in diœceſi Policaſ-*
,, *trenſi nobili genere natus, J. U. D. Torracæ Ba-*
,, *ronis frater, & ejus item Palamollæ, qui Roma-*
,, *næ Sapientiæ ſecretarius fuit; at Jo. Jacobus*
,, *Lunciunenſis, Rhegienſis, & Potentinæ Eccle-*
,, *ſiarum cum aliquandiu Vicarius Apoſtolicus fuiſ-*
,, *ſet, hac ſacra tiara dignus adjudicatus eſt 16.*
,, *Martii 1667. Cathedrale templum magnificentius*
,, *perfecit; apud Scillinum in pago Diano ad deli-*
,, *cias ſucceſſorum nobile ſubſtruxit ædificium pro-*
,, *pe Eccleſiam Parochialem, quam in Collegiatam*
,, *erexit; plurâque alia conſultiſſime explens abiit è*
,, *vivis.*

XLV. ,, *MICHAEL Angelus Vecaldus, J. V. D. è Ca-*
,, *tacenſi diœceſi paſtorale pedum accepit 9. Martii*
,, *1693. Letho raptus menſe Novembri 1702.*

XLVI ,, *NICOLAUS Richettus, è S. Severina, J. V. D.*
,, *ac in Romano Sapientiæ Archigymnaſio publicus*
,, *utriuſque juris Lector, hac infula inſignitur 19.*
,, *Februarii 1703. Deceſſit menſe Martio 1711.*

XLVII. ,, *PETRUS Antonius Petraſancta, Mediolanen-*
,, *ſis, Clericus Regularis S. Pauli, renunciatus Mar-*
,, *tiranenſis Antiſtes 14. Martii 1718.)*

ARCHIEPISCOPALIS
SEDES
ROSSANENSIS.



ROSSANUM, quod veteribus *Roſcianum*, & *Ruſcianum* dicitur *a*, mediterranea, & vetuſta Calabriæ citerioris civitas eſt, triginta quinque milliaribus à Cuſentia, tribus tantum à litore ſinus Tarentini diſtat, æqualique ſpatio inter Biſidianum, & Thurium poſita, natura, & arte munitiſſima, quippe ſita ſuper ſaxum ſaxeis un-

a Vulgo Roſano, ſeu Roſſano.

A dique rupibus ſeptum, & aquarum ſcaturiginibus exuberans, tertio à mari milliario condita à Romanis, ut vult Procopius lib. 3. de bello Goth. ait enim; *Juxta Lambulam vallem, anguſtumque aditum ad litus Ruſciam eſt promontorium Turicum, ſupra id millia paſſuum ſeptem cum dimidio præſidium validiſſimum conſtruxere Romani.* Alii narrant ab Oenotriis, vel à Sybaritanis ædificatam. Abbas vero Joachim in Commentariis ſuper Iſaiam affirmat Roſſanum Coloniam fuiſſe Rhodiorum. Utcunque ſit, vetuſtiſſimum eſt, aeris ſalubritate nobile, quaſi Roſacium dictum. Hanc civitatem Totilas Gothorum Rex cepit deficiente commeatu præſidiariis Beliſarii, auxilioque eis non adveniente. Hæc civitas B. Nili tempeſtate Agarenis Calabriæ vaſtitatem inferentibus præſenti Deiparæ Virginis ope ſervata eſt immunis. Cenſetur nunc in ea, & vicina palude familiæ in Regio codice deſcriptæ CCLVI. Hic fiunt vaſa fictilia nobiliſſima. In agro autem Roſſanenſi feraci & peramœno fit vinum, oleumq; laudatiſſimum. Olivæ enim

B ad amigdalarum magnitudinem ſunt craſſæ. Naſcuntur cappares, vitex, oleander, crocus ſylveſtris, terebinthus, dictamum Cretenſe, centaurium majus, atque aliæ nobiles herbæ, item reuponticum, & ſagapenum; effodiunturque gypſium marmoroſum, alabaſtrites, & ſal foſſile, & coſaquaria probatiſſima, fiuntque aucupia alitum nobiliſſimarum. Roſſanum hodie Principatus titulo inſignitur, eumque poſſident Olympia Aldobrandinæ gentis Princeps nobiliſſima, Clementis VIII. abneptis, ejuſque conjux Camillus Pamphilius Innocentii X. Pont. Max. nepos Vallis Montonis & Sancti Martini Princeps, aliorumque multorum oppidorum Dominus, pater Io. Baptiſtæ Carpineti Ducis.

Cæterum Sedes Roſſanen. antiqua eſt, huc translata ſede Epiſcopali ab urbe Thuriorum, poſt ejus tamen vaſtitatem, ut in antiquo Thurii Epiſcopatu adnotavimus, Valerianus Epiſcopus Roſſanen. interfuit ſextæ Synodo Conſtantinop. ſub Agatho-

C ne. Eccleſia autem hæc non multis ab hinc annis Latina facta eſt, antea enim Græcam linguam, ritumque ſervabat. Archiep. Roſſanenſis mentionem facit Archiep. Rheginus in literis ad Innocentium III. Rom. Pont. quæ extant in Regiſtro ipſius, & Dionyſii Archiep. qui ſub Rogerio Rege vixit, meminit Federicus II. Imp. ex quibus apparet Roſſanenſem Eccl. eſſe Archiepiſcopalem ſaltem ab annis quingentis, & amplius. Menſæ Archiepiſcopalis annui redditus ducatorum Regni duo millia, qui fere ex olivetis, paſcuis, ſatis, & decima agnorum, & quarta parte reliquarum decimarum colliguntur. Taxatur verò Eccleſia hæc in Cancellaria Apoſtolica floren. 600. *b* Cathedralis Baſilica titulo Dei Genitricis Virginis Aſſumptæ ampla, & eleganti ſtructura ſexaginta altaribus circumornata, & vaſibus, ſacriſque veſtibus egregiè inſtructa, Venerabilis ejuſdem Deiparæ Virginis imagine Acheropita dicta, hoc eſt, non manufacta, ſed ut cuncti ex traditione teſtantur, divinitus in pilam

b Nunc taxa eſt flor. 300. fructus 2500.

D Baſilicæ è Cœlo delapſa annos ſeptingentos, quo tempore Conſtantinopolitanus Imperator, cujus in ditione Provincia erat, huc veniens, Eccleſiam hanc multis muneribus, ac privilegiis ornavit, atque inter cætera ſanxit, ut Archiepiſcopus in omnes Judæos, & ſpurios ſummum imperium haberet. Hic aſſervatur pars humeri S. Chriſtophori mart. qui in magna apud populum veneratione eſt. Plures aliæ Sanctorum reliquiæ ibi honorificè venerantur. De hac Baſilica B. Bartholomæus Roſſanen. in vita B. Nili ſic ſcribit. Cum omnis finitima Regio ab Agarenis B. Nili tempeſtate vaſtata eſſet, eorumque prædæ expoſita, ſolum Roſſanum ab ea vaſtitate immune fuit, idque haud quaquam humana ope, ſed Deiparæ, quæ locum illum in primis tuetetur, auxilio factum eſt. Siquidem cum ſæpe Agareni noctu irruiſſent, arcemque expugnare tentaſſent, ſimulatque ad mœnia acceſſiſſent, ſcalis

ad-

admotis, ſama eſt, è ſuperiori loco mulierem ſimilem purpura indutam illis apparuiſſe ſacem manibus geſtantem, atque illos propellentem, è muroque deturbantem, idque verum eſſe teſtabantur, qui ex illis auſugerant. Tempore B. Nili, ait idem Beatus Bartholomæus, Roſſanum magnis terræmotibus quatitur, multis imbribus noctu, ec diu ingruentibus, unde complures domus atque Eccleſiæ ejectæ ſunt. Populo autem ad S. Pecis templum ingreſſo, terræmotus, imbreſq; ceſſavere, nullus autem homo, neque jumentum aliquod periit. Sacris in hac nobili Baſilica miniſtrantium Presbyterorum, & Clericorum numerus fermè 200. In primis ſunt Canonici 18. è quibus ſex dignitate eminent. Archidiaconus, qui primam poſt Pontificalem ſedem habet, Decanus, Archipresbyter, Cantor, Theſaurarius, Succentor, Capellani titulares 60 fermè, & alii Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi ex tota nobilitate in hunc Clerum adſcripti ſupra centum. Poſiremò Clerici Seminarii alumni duodecim. In civitate Roſſanen. Parochiales Eccleſiæ præter Cathedralem nuper inſtitutæ 14. quarum tamen Parochi ex Metropolitana Baſilica, ſacramenta accipiunt. Virorum Cœnobia ſeptem. Sanctimonialium ſepta duo, & Hoſpitale. In ejus territorio olim ſeptem erant Monachorum S. Baſilii Cœnobia, duo Monialium, quorum omnium divitiis, & ſanctitate celeberrimum fuit S. Mariæ de Patirio, unum etiam monaſterium fuit in hac eadem Diœceſi Ordinis Ciſtercienſis ſanctiſſimæ Trinitatis de Ligno Crucis. Ex civitate Roſſanen. fuit B. Nilus Monacus D. Baſilii, vir ſanctitate, & doctrina admirabilis, qui ceu fulgentiſſimum ſydus in Eccleſia Dei enituit, quem Romanus Pontifex, & imperator viventem ad pedes abjecti coluerunt. Hic tot vivendi formas percurrit, quot à SS. Patribus obſervatas fuiſſe legerat. Migravit ad Dominum in monaſterio Cryptæ Ferratæ Tuſculani agri, annum agens quintum ſupra nonageſimum, ſalutis verò anno 1000. ejus feſtum agitur 6. Kal. Octob. Multi præterea alii Roſſanenſes cives ſub Nilo Duce, Deo militaverunt, & ſanctitate conſpicui evaſerunt, inter quos fuere B. viri Georgius, Stephenus, ac Bartholomæus, qui S. Nili vitam ſcripſit, & in monaſterio Cryptę Ferratæ Abbas ſuffectus ibidem quieſcit. Ex eadem urbe fuit B. Theodora virgo Deo grata, ſanctis virtutibus plena, ac prudens, quæ B. Nilum, ut filium educavit, & Zoſimus Papa Roſſanenſis patria fuiſſe ab incolis dicitur.

Diœceſis Roſſanenſis undeviginti oppida, & caſtra complectitur, quorum ſex à Græcis Epirotis, reliqua à Latinis incoluntur. Latinorum oppidorum nobiliſſimum eſt Corilianum duarum millium domorum, ubi Collegiata Eccleſia, cui præeſt Præpoſitus, & altera Archipresbyteralis, quarum ſervitio plures adſcripti ſunt miniſtri. Provincia Roſſanenſis plures olim ſuffraganeas Eccleſias continebat. Verum illis à Metropolitani juriſdictione Summorum Pontificum auctoritate jam pridem exemptis, ſola reliqua erat Cariatenſis Epiſcopia, quæ cum poſtea conjuncta fuiſſet Epiſcopiæ Geruntinæ poſitæ in Provincia ſanctæ Severinæ, Gregorii XIII. Pont. Max. juſſu, ejus Præſul ſanctæ Severinæ Metropolim agnoſcit, ut nullus jam reliquus ſit in Roſſanenſi Provincia Epiſcopus ſuffraganeus. Roſſanorum Præſulum ſeries ſequens eſt, quam adeo intercíſam, elumbatamque plerumque damus, quod monumentis, opportuniſque ſcripturis deſtituti fuimus, quibus ad pleniorem proſequendam juvari poteramus.

A D D I T I O.

(„ *Roſſanum, vulgo* Roſano, *ſeu* Roſſano, *ſenſit cum cæteris Calabriæ locis variantis fortunæ vicissitudines; & nunc ex Regis Catholici beneplacito poſt Aldobrandinam gentem hæreditario jure ex defunctæ Olympiæ funere, familiæ Burgheſiæ nobiliſſimæ Romanæ, ubi Olympiæ prolee, ceſſit temporali dominio titulo Principatus. Chriſti ſacra ab ipſis fidei incunabulis Roſſanum excepiſſe cum cæteris conterminis locis obvia antiquorum traditio eſt: & proculdubio paſtorem ipſum animarum ſortitum fuiſſe, cum celeberrima jam ex tunc civitas eſſet. Ughellus opinatur ſedem Epiſcopalem ei obveniſſe ex Thuriorum clade, & vaſtatione: ſed Roſſanenſibus vetus jam Epiſcoporum copia erat ante urbis Thurinę excidium propter eminentem ejuſdem prærogativam. Haud tamen refragamur jura Tharionum ſedis ſimul copulata fuiſſe cum Roſſanenſi. Cathedralis hujus baſilica, B.V. ad ęthera Aſſumptæ ſacra eſt. Sacris in ea miniſtrantium numerus eſt 24. Canonicorum, quos inter adſunt quinque dignitates, videlicet Archidiaconus, Decanus, Archipresbyter, Cantor, Theſaurarius: nec deſunt in his Theologalis, & Pœnitentiaria præbendæ. Adſunt præterea Capellani plures, aliique inferiores Clerici ex tota nobilitate in hunc Clerum aſſumpti. Cura animarum in ea non exercetur; ſed ibi fons Baptiſmalis, qui unicus eſt in civitate, & cæteræ parochiæ numero 14. ex ea ſacramenta accipiunt. Virorum cœnobia 7. Sanctimonialium duo, totidem hoſpitalia, Seminarium, & Mons Pietatis hanc civitatem condecorant. Archiepiſcopus ſuas ædes habet Eccleſiæ contiguas, cujus annuus redditus eſt ducatorum fere tria millia ejus monetæ: taxatur autem in libris Cancell. Apoſt. flor. 308. Civitas eſt circuitu ferè bis mille paſſuum: enumerat 5500 mortalium capita: univerſa vero diœceſis 30. circiter millium numerum exhibet: quæ extenditur ad 50. circiter m. p. & hæc complectitur 20. loca, & ſunt* Roſſanum, Caſale Paludi, Coriolanum, Turſia, Terranova, *quam Thurium novum etiam appellant*, Longobuchum, Bocchilerium, Campenum, Cropalatum, Celopizzatum, Petrapaula, Calonetum, Cruſia, & Mandatumficejum *noviter ędificatum; & hęc caſtra Latinorum ſunt. Sex caſtra, ſeu Caſalia ſunt inhabitata ab Epirotis, videlicet*: S. Laurentius, S. Demetrius, S. Georgius, S. Coſmas, Spezzanellum, *& his adde* Vaccariſium. *Lucentius.*)

t (1) VALERIANUS (2) Roſſanenſis Epiſcopus ſexto Conſtantinop. Conc. Interfuit ſub Agathone Papa an. 680. ejus ſive anteceſſores, ſive ſucceſſores per multa tempora deſiderantur, quorum ſaltem nomina in Græcis monumentis, quæ in tabulario ejuſdem Eccleſiæ dicuntur aſſervari non eſſent ignota, ſi expiſcarentur ab iis, ad quos pro Eccleſiæ Roſſanenſis cognitione, ac decore videtur ſpectare.

(„ *COSMAS Epiſcopus Roſſanenſis primus, cujus mentio occurrat, enunciatur ſub ann. 820. in quodam documento donationis factæ à Leone Maleno, quod aſſervatur in archivo hujus Eccleſiæ, & tran-* 1.

(1) Non deſunt, qui patriis laribus rem gratam facere exiſtimantes, *Octavianum* adſcribunt huic Eccleſiæ, qui in geſtis collationis Carthagine habitis inter Catholicos Epiſcopos, & Donatiſtas unus ex Catholicis enumeratur *Octavianus Roſſanenſis* an. 411. & *Vigilius* item *Coſſanenſis* adnumeratur in Catalogo Epiſcoporum Africæ, qui Carthaginem venerunt ex præcepto regali pro reddenda ratione fidei an. 484. Sed hi fuere Epiſcopi ex provincia Numidiæ, ut in præfato Catalogo inſcribitur, & videre eſt ex Conciliorum tomis Labbeanis 3. & 4. *Lucentius.*

(2) Noſter Ughellus hanc ſeriem aggreditur à Valeriano, ejus exiſtentia in Roſſanenſi ſede comprobata ex ſubſcriptione, quam habemus in actis Synodi Romanæ ſub Agathone Papa an. 680. Sed Ughellum ex ipſo Ughello emendare liceat. Ipſe enim tomo primo hunc Valerianum inter Soranos Epiſcopos enumerat, & quidem edoctus à Baronio, qui tom. 8. Annal. ad an. 680. n. 3. erudita diſcuſſione ad Soranam ſpectare ſedem Valerianum præclare oſtendit, & non Roſſanam, cum agit de Patrum corona ejuſmodi ſynodi inquiens: *Corrigendum vero, quod obiter dicendum occurrit, ubi poſt Saturninum Alatrinæ Eccleſiæ Epiſcopum legitur in eodem Codice* Valerianus Epiſcopus Roſſanæ Eccleſiæ. *Sed pro Roſſanæ reſtituo ex Cod. ut ſcripto*, Soranæ: *nam eiſi cætera deeſſent teſtimonia Codicum, cum ipſa ſubſcriptio poſita legatur ſecundum ordinem Provinciarum, nulla ratio perſuadet, ut poſt Alatrinum, & ante Signinum Coſſanum, ſive Roſſanenſem ponat ex Epiſcopus ex Calabria provincia, ſed reſtituendum Soranum, juxta nominatum locum civitatis Alatrinæ, atque Signinæ. Erat præterea Valerianus nomen commune ſatis Soranis civibus; nam & ipſa civitas dicta à Juvenale reperitur domus Valeriorum, eo quod eam Coloniæ illuc Romanorum educta Valeriorum familia plurimi migraverunt.* His igitur dum refragari non licet, nos dum aſſentimur, hunc Valerianum è Roſſanenſi expungimus Dipt ycis, & Soranæ immobiliter adſcribimus. Et his Barrius etiam acquieſcat cæteroqui celebris ſcriptor, qui Valerianum hunc Roſſanenſem facit in opere impreſſo, & poſtea in poſtillis Miſ. quæ aſſervantur in Bibliotheca Vaticana, notavit (incertum quo doctus codice) Saturninum Epiſcopum Roſſanenſem præſentem fuiſſe dicto Concilio. *Lucentius.*

" *& tranſcriptum legitur apud Campanil. ſuper dicta familia Malena.* Lucentius.

II. a N. . . . . cujus oomen non exprimitur in vita S. Nili Abbatis, poſt cujus obitum circa annum Dom. 990. (1) Clerus, Populuſque Roſsanus ipſum S. Nilum clegit Epiſcopum; ſed ille vitæ Monaſticæ, & humilitatis gratia onus ſubire recuſavit, ut in ejus vita legitur. Quis autem ejus in locum adlectus fuerit, oon cooſtat; ſed poſt hunc fermè per duo ſecula Epiſcopi Roſſaneoſes deſideraotur. Cæterum hoc milleſimo ſæculo oon longè ab hac uebe conditum fuit celeberrimum monaſterium S. Mariæ de Patirio Ordiois S. Baſilii à quodam Nilo viro ſunctiſſimo longè diverſo à S. Nilo ſupra memorato, cujus fundationis exordium ex Græcis eodicibus in Latinum verſum, mihique à nobili viro eruditoq; Carolo Blaſco Canooico Roſſanenſi tranſmiſſum ita legitur.

Decurrebat annus circiter quinquageſimus ſupra milleſimum quando deficiente nuper Apulia à Græco Imperatore noſtro ob defectionem inclyti Ducis Roberti Guiſcardi inibi à multis annis quibus ipſe contra Sarracenos præcipuè, & Occidentales Principes egregiè pugnantis; ac proinde hæc Calabria Regio diu jam graſſantibus, & loca plurima in eu poſſidentibus, Sarracenis, toto nexu à gravi ſervitutis jugo, quo à Mauris Sarracenis premebatur, ac quoquo modo ſubtrahere ſatagebat, arma quibus ſervitutis vincula detruncarent penitus ab eu procul ſuppetias à Græco Principe à multis annis jam deſperarat, quippe qui & inteſtinis, & externis præpeditus bellorum incommodis exhauſto theſauro declinantibus ab ejus animo provinciis ſubditis, vel neceſſitatem, vel voluntatem, vel parte etiam cadentis imperii deſpectu his malis occurrere nequibat, ſuſpirabat perditas antiquæ libertatis divitias, præſentis lugebat ſervitutis miſerias, & dum jam dudum ſuſpenſis in amaræ contemplationis ſalicibus, jubilationiſque organis ſuper flumina omnimodæ confuſionis lugens ſederet, incolæ alii fugam arripuere, & alius diſtonis uſilum ſibi, propriæque ſaluti decernere meditaretur, alii duræ ſervituti cervices patienter ſcribere, ne vel vitam periculo propinquare, vel peregrinam ſemper ducere, relicto natali ſolo proponant. Alii ſalubri altiorique adjuti auxilio, & divino freti juvamine unꝛu, ſpeluncas, montana, ac loca ſylveſtria colere, cibum ad alenda corpora brutis ſolitum, & aptum ſibi comparare, & relicto ſæculari cingulo, ſpiritualem aggredi militiam, ſolique Deo ſervire contendunt. Naturalis tunc corporis civitas erat Symeris (hoc oppidum perantiquum ad oras maris Oſicatalis in ſinu Scylatico poſitum eſt; Nilus quidam opibus quidem & progenie non mediocris in populo, ſed virtute, & amore erga Deum valde magnus. Is cum vidiſſet mala gentis ſuæ, populatas civitates, divitias, vel incenſas, vel Barbarorum manubias, valedicens ſæculo, & relicto natali ſolo ad eam partem ſylvarum civitatis Roſſani, quæ ad Occidentem vertitur, quam cito contendit; Ibi aſcitis, ut credibile ſit, aliquibus ſociis, vel caſu, ſed potius divino conſilio congregatis in tuguriolis, in antris, in arboribus ipſis vetuſtate concavatis vitam dietim belluinam, niſi eam cæleſtem potius, & Angelicam nuncupare divina in eam eloquia perdocerent. Cibus erat ipſis glandes, caſtaneæ fructuſque quos vicina regio cæli benignitate miniſtrat, & herbarum radices. Veſtitus animalium pelles ad tegendos potius artus, quam ad frigorum arcendos rigores. Ubi Nilus antiquitate habitationis, nobilitate morum, omnigeno virtutum cumulo ditatus, divina inſpirante gratia, omnium calculo ſuperior agnoſcitur. Dei ſervitium fiebat in ſpeluncis: ſacrificium incruentum, quod Chriſtus in cœna ultima inſtituerat, ibi deerat, quia nullum erectum erat ſacellum, nullus forte inter ipſos Sacerdos extiterat. Roſſanum pergebant in feſtis diebus ad ſacra audienda. Sacrificium quod Deo dicarent, erant aſperrimæ diſciplinæ cum plurima ſanguinis effuſione, erant longæ vigiliæ ſub dio permanentes in divinis laudibus percantandis. Erat ſanè ſtatio illa virorum ſanctorum, vivebant extra carnem in carne, extra ſeculum in ſeculo, mundus eos non

A *agnoſcebat, eorum converſatio in cælis erat. Viſitur adhuc, & grandi circumjacentium incolarum veneratione colitur cella S. Patris Nili in locis iſtis, quam Monachi frequentes, cryptam ſancti Patris vocant ex antonomaſia. Agnoſcebat Nilus quantæ auctoritatis, & poteſtatis eſſet apud Deum adoranda ſemper, omnique veneratione colenda Regina Cælorum Maria ſemper Virgo, utpote Mater Unigeniti Filii ejus, hinc ipſam ſibi, ſuiſque Patronam, Dominam Matrem intemeratam advocatam præſtolantur, nec Nili poſtulationibus deeſt. Nam quadam die circa octuageſimum undecimi ſæculi annum orantem Nilum vocat Domina Maria, & ipſum ſupra ultimum ad mare aſpectum montem ducit ad quamdam non valde duram planiciem, & ſumpto de manu Nili jam ſenis baculo dicit; Aſpice Nile hoc baculo deſigno tibi Baſilicam conſtruendam, & Monachis tuis, & per girum baculum ducens ſignavit locum, & formam Eccleſiæ. Cumque perveniſſet finito circuitu unde ſignare jam cœperat inventa eſt Maria intra girum; unde & dixit, Nile non caſu ſum intra girum, volo enim ne unquam fœmina aliqua Eccleſiam hanc ingredi audeat, ſed ab atrio ſacra audiat, & laudes Dei.*

B *Nilus autem interpellatus prælucentis majeſtate Mariæ obmutuerat, at quando de Eccleſia fabricanda præceptum audivit, nimis reverenter: Domina mea ſemper adoranda Maria, quomodo, inquit, Eremita pauperculus, ignotus omnibus, à nativo ſolo peregrinus, rerum, & conſilii inops inter inundantes jugiter, ac curſitantes barbaros infideles, Templum erigere poterit? Cor meum Domina, eſt templum erectum Filio tuo, & tibi in ipſo ſemper immolo carnes meas, ſenſus meos, deſideria turpia, vanas cogitationes, & ſacrifico utrique ſacrificium laudis, & reddo Altiſſimo, & tibi vota mea. Non ſecus ac dixi fieri, ait Maria, ſerviſti Deo humiliter, & in maxima paupertate, ſed reddetur pax huic Regioni, quia completa eſt malitia ejus. Populus iſte diu ambulavit in tenebris, poſt paucu videbit lucem magnam, quia erutus de poteſtate Sarracena obediens Principi Chriſtiano triremibus multis ad hoc circumveniens mare applicabit tempeſtate valida circumactus, de qua ut incolumis evadat vovebit ædificare Filio meo, & mihi templum ad locum terræ quo ſupplicabit; tunc occurres, & dices ei, ut non ibi, ſed hic templum conſtruendum curet.*

C *Non credet, ait Nilus, non credet mihi pauperculo invaſo: ne timeas replicat Maria; accipe hunc anulum, oſtende illi, ex novitate & anuli materia fidem habebit verbis tuis. Eſt is anulus non ex auro, aut argento, aut ære, vel auricalco, non ex lapide quodam pretioſo, ſed ex quadam ignota materia, quam ſolus is novit, qui fecit Deus, qui ad hæc uſque tempora in reliquiario ejuſdem Eccleſiæ aſſervatur, multis medens ſupplicantium languoribus juxta fidem egentis. His verbis evanuit Beatiſſima Dei Mater Maria ab oculis ſancti ſenis; qui lætus de cæleſti viſione, & ſecurus de oraculo expectabat redemptionem, quaſi alter Simeon juſtus, redemptionem inquam populi ſui. Ad annum quaſi nonageſimum venit Comes inclytus Rogerius in Calabriam miſſus à fratre ſuo Roberto jam Apuliæ Duce declarato, magno ſtipatus milite, quindecim vectus triremibus, ſinumque ingreſſus Tarentinum magno ventorum ſibi invicem pugnantium turbine perterritus, & penè quaſſatus, facto voto de Eccleſia condenda in honorem Deiparæ ad locum terræ, quo applicuerit, Deo ſic diſponente venit ſanus*

D *ad litus vicinum monti in quo Eccleſia conſtruenda à Matre Virgine deſignata jam erat. At quia Rogerius ſtatim vota reddi debere optimè norat, dicto citius à deſcenſu in terram advocatis architectis, quæ noverat explere ſatagebat. Accurrit Nilus, nimis reverenter ſalutat Comitem, qui comiter ſanctum ſenem omni honore dignum amplectens, ab eo quid petierit ſciſcitatur. Tunc Nilus manifeſtato Comiti Mariæ præcepto, ad divinæ voluntatis plenam executionem, & efficaciam, oſtendit ei anulum, in cujus cõtemplatione mirabundus Comes ſic ait, omni fide digna ſunt verba, quæ tam inſigni anulo roborantur. Et inde quę parabat ad litus pro ędificanda Eccl ad montem tranſtulit deſignatum.*

Hactenus cartula. Evaſit deinde ex nova eccleſiæ exædificatione io nobile opulentumque Mooaſterium

 rium

(1) Id accidiſſe oportet diu ante an. 990. cum enim oculo prophetico, ut ſcriptor ejus vitę tradit apud Baron. ad an. 980. n. 5. prævidiſſet Nilus proximè futuram in Calabriam ſæviſſimam Sarracenorum irruptionem, procul cum ſuis Anachoretis abſceſſit, & in Campaniam veniens à Caſinenſibus Monachis honorificè exceptus eſt, & ab iiſdem incolendum accepit conterminum Caſino Monaſterium Vallis Luciæ nuncupatum, temporis deinde progreſſu ejus Cryptæ ferratę in agro Tuſculano eximius fundator extitit. Ejus à Calabria ante abſceſſus evenit an. 980. cum jam antea populares tumultus declinans è Roſſanenſi patrio ſolo exierit, & ſacellum delegiſſet in templo S. Joannis Baptiſtæ. Præceſſiſſe igitur an. 990. Roſſanenſis Antiſtitis obitum oportet. Lucentius.

tium, cuius hodie Commendatarius Archimandrita eſt Carolus Cardinalis Barberinus. Illud ingentibus privilegiis, ac divitiis Rogerius Comes Calabriæ, & alii Normanni Principes nobilitarunt. Plura & penè innumera monumenta in membranaceis, tum græcè, tum latinè ſcripta propriis libuit oculis uſurpare, ex quibus pauca exſcripſimus, quorum duo tantùm hic recenſebimus, quæ Rogerii Comitis pietatem erga Beatiſſimam Virginem Mariam, & B. Bartholomæum ejus loci Abbatem ſatis oſtendant, undè poſteri animari poſſent ad cultum divinum ſervandum, & loci ſanctitatem augendam. Rogerii vero diploma eſt.

Rogerius Comes & cat. Sigillum factum eſt ex noſtra parte Rogerio Comite Calabriæ, & Siciliæ, & datum eſt tibi Patri ſpirituali meo Domino Bartholomæo venerabili Abbati Abbatiæ Sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ Odigitriæ urſanam in menſe Septembris Indictione duodecima M. C. IIII.

Bonum, & optimum ante Deum eſt omnes benefacientes, & quoniam ipſi midiabimini, quæ midiam habuerunt, nos autem viſitantem vir Religioſi, & ſancto prænominato Bartholomæo venerabili Abbati deſideravimus partem habere in beneficiis Eccleſiæ Sanctæ Dei Genitrix Mariæ novam odigitriam, unus autem ex noſtris hominibus Guidelmus de Loſdum nomine filius Framundus terram habebat juxta ipſa prædicta abbatia in pertinentiæ Viſcunum Civitate, & Torillitanam, & Sancto Mauro in pertinentia Roſſanam Civitatem Caſalem quo dicitur Sancto Petro Torillianam cum totam ſuam pertinentia, hominibus, & terra labrantes, vel non labrantes, montaneas, vineas, gerdinro una cum molino, quod in ipſo flumine Corillianoeſt cum toto tenimento, & pertinentiæ, & villonis juris, & juriſdictionis, & ſimiliter cum totis hominibus de ipſo leno, quor in civitate Ruſſanam habitantes ſunt quanti reditores, & omnia eorum, & in pertinentia ſancto Mauro Caſalinos tres uno Caſale, quod dicitur de Cephalino cum flumine qui currit per pertinentiæ ipſius Caſale, Caſale Cephalimon nomine cum exiſtentes molinos omnes, quæ tenet Framundus, & hominibus ſuis in eodem flumine Cephalino, & ſimiliter villanis, & juribus, & juriſdictionibus, & aliud Caſale de ſancto Jorio, & aliud Caſale de la Cona cum omnibus hominibus, qui ſunt in dictos Caſales, ſicut tenuit Framundus cum montes, & montaneas, aquas, herbas, & mulendinia, jardinos jura, & juriſdictionibus, & omnia quæ tenebat dictus Framundus de majore uſq; in minima cauſa. Hiis finibus terminatis, videlicet incipiendo da li fianadi, & rectè vadit per ſerram S. Viti, & la ſerra ad hitta eſſe per dicta ſerra Gruinica, e ly tronte tronti aqua trondente in verſo Torillitana, & eſſe per dicte fronte a la vallone de urſara, & lo vallone apentino cala a lo feno, & rectè ferit ad humare malbrantati, & per dicta flumaria ad hirto ferit a lo vallone de li Cannelli, & prædicto vallone ad hirto eſſe ſupra la ſerra de li palumbe a la triſta cuſta, & per dritto ferit ad Eccleſiam ſancti Petri, & deinde vadit a lo vado dicto da Thomenſe, & ferit per dritto ad Eccleſiam ſancti Andreæ, & dicta Eccleſia Sancto Andrea abe ortare unum & non aliud, & deinde vadit ad ſerram matana, & dictam ſerra Apendino, & cala allo vallone de donna Leo, & lo vallone Apendino ferit a la via che vene ad ſancto Jorio, & volta ſupra lara de ly maracini, & ferit a la Gumara de ly latboni, & a la Gumera de Apendini, & eſſe à S. Maria de Jeſus à facta, & deinde eſſe a la thabita marina che venit ad ſanctum Maurum, & per dicta halta vadit a ly finande unde incipit. Similiter offerimus tibi prænominato Monaſterio hominibus, qui ſunt in Caſtello S. Mouro cum hæredibus, & etiam cauſa eorum ſimiliter Landrino, & Rinolfo milytes cum totne tereo, & ſervitium cum ſalſuras flumine grati, & in pertinentia Raſſanam civitatem in ſancto Mauro. Hæc omnia ſuprascripta ſunt, ſicut tenuit Framandus, & poſtea fratrem ſuum Rinaldus, ideo Guidelmus de Loſdum, qui mihi omnia reliquit offero, & confirmo in ſancta Abbatia Sanctæ Dei Genitrix Virginis Mariæ, quæ dicitur nova odigitria, & in venerabili, & Religioſi Abbati Domino Bartholomæo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis uſque finem ſæculi pro redemptione animæ patris mei, & mea, & ſalutis animæ, & redemptionem peccatorum ſuorum fidelem meo admiratus Dom. Chriſtodolo, qui pro ſua dilectione caſto bono actuum miſitus fuimus, unde pro iſto ſevo dedit unum Caſale Gidelmus de Loſdum in Siciliæ in pertinentiam Gertanom civitatem, & Domino Criſtodulo dedit ipſius Guidelmus pro ſupradicto ſevo tantum, & quinquagiata uncias aureas tareno de Siciliæ. Ia Caſale autem quod ego dedit ipſius Guidelmus in ſtangio habet in eo homines quadraginta precipiorutem terram iſtam, & fevo ſicuti pernominata ſaat teneant, & poteſtate Abbatia pernominata ſanctæ Mariæ Odigitria, & Religioſi Abbati Domino Bartholomæo cum ſuis ſucceſſoribus uſque in finem ſæculi nullo invicto, neque contrario, ex nullo homine hobente, nec ex mea parte, net de hæredibus meis, nec de nullo homine ex parte noſtra invictum in Eccleſia facit, ut deinde vendicta faceant precipio autem ne habent poteſtate Abbatis prædictam Abbatiam in pertinentiam terram iſtam prænominatam, quod offerimus Domino, & Sancta Dei Genitrici ubicumque loco voluerit habitare hominibus ſuis, & colligere alios, quos antea venerint ſine nullo contrario, nec contradictione. Hæc omnia confirmavit per me ſigillum aureum.

Teſtis D. Geffridius Epiſcopus Meſſanæ, & Dom. Rubertus Borrellus, & Geffridius fratres noſtri dorogos, & Robertus de Saſſe, & plurimis aliis militibus menſe, & Indictione ſupra.

Menſe Auguſto Indict. XV. An. Mundi 6630. Chriſti verò 1122.

† Signum manus Maniliæ filiæ feliciſſimi Roberti Viſcardi.

† Signum manus Guillelmi Granti ipſius Maniliæ filius.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Qui in religioſo, & honeſto, ſeu venerabili Conventu perſeverant, & res corruptibiles, & fluxas contemnunt, Deum indeſinenter, & aſſiduè orantes, juſtum eſt, & ſatis decens eos beneficiis, & honoribus, & muneribus afficere. Ob quam rem ego ſuprascripta Mabilia, & Guillelmus Granti Maniliæ filius, qui ſupra, venerandas, & vitales cruces propriis manibus ſubſcripſimus, & ſignavimus videntes te ſpiritualem patrem Dominum Bartholomæum ſancti Monaſterii venerandæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis de Neanova odigytrea Abbatem virum juſtum, & ſtudioſam vitam agentem ex propria noſtra voluntate, & bona electione donamus Deo, & prædicto Sancto Monaſterio, & tibi hujus Monaſterii Abbati, & futuris poſt ſe gubernatoribus recepturis æternorum terminorum, vel in perpetuum noſtras culturas prædiorum, quæ habemus in medio duorum fluviorum Cratis, & Conchili, & circumſcribimus ſic. Ab Oriente quidem ab antiqua Urbe Mendonſa, & calibus aſquitini & porcelli, & unde profluit fluvius Conchili. En Borea verò, & inde uſque ſupra flexum fluminis Conchili in quo eſt antiquus pons. Ab Occidente dicta cultura Lachi, & indè uſque ad originem aquæ quod procedit in dictam villam, vel urbem Mendonyam, & villam vel Caſale Aſquitini, & porcelli, & claudit dictas, & definitas noſtras culturas cum omnibus juribus ſuis invenientr reliquos, qui ſupra mater, & filius quem prænominavimus dominum Bartholomæum, & ſanctum Monaſterium pro liberatione, & venia, & remiſſione noſtrorum parentum, vel Genitorum, & noſtri ipſorum, ut poſſint dominari, & legitimè ut ipſi in perpetuum inviolabiliter, & ſi quis voluerit violare hanc noſtram puram diſpoſitionem, ſit ille anathema à Domino Deo omnipotenti, & habeat maledictionem trecentorum, & decem, & octo Sanctorum divinorum Patrum non ſolum hoc, ſed ſolvat Fiſco Nomiſmata, vel denarios ducentos, ſit & permaneat præſens noſtra diſpoſitio firma, & ad majorem omnium à nobis diſpoſitionum fidem & ſtabilitatem volumus ipſam ſigillare ſolita bulla, ſeu ſigillo plumbeo, & quod ſit ſcripta per manus Notarii anabuti, & biſtareti filii Nicolai Nigelle menſe Auguſti 15 Ind Eta. 6630 quod eſt an X. 1122.

† Teſtes. . . . . .


Crediderim hec geſta fuiſſe ſub Guillermo Rogerii filio Roberti Viſcardi nepote, qui totum ferè hoc Regnum tenebat ſub titulo Ducatus Apuliæ. Qui anno Chriſti 1126. à Rogerio ejus conſobrino Comite eo tempore Siciliæ, & Ducatus Apuliæ, & Calabriæ ſpoliatus eſt. Hic Rogerius primus habuit titulum Regium.

Cæterum Patiri Regulares Archimandritæ in monumentis ejuſdem hi tantum nobis fuerunt obſervati. Lucas primus Abbas ſeu Archimandrita, Bartholomæus anno 1122. Coſmas deinde Archiepiſcopus Roſſanenſis. Nicodemus anno 1196. Metodius anno 1123. Tiſ. anno 1229. Ambroſius anno 1280. Amicius, Gregorius 1360. Matthæus obiit 1399. Gerardus defunctus 1400. Jacobus Epiſcopus S. Marci 1400. Angelus Archiepiſcopus S. Severinæ 1413. Simeon exceſſit ann. 1453. Petrus mortuus eſt 1483. Henricus ſucceſſit eodem anno 1483. Alexander 1488.

III. („ N. . . . . . *Archiepiſcopi Roſſanenſis obitus „ memoratur circa ann. 1192. per ejus obitum facta „ electione alterius Latini ritus Græci incolæ recla- „ marunt.*

IV. „ N. . . . . . . *Latini ritus Archiepiſcopus ſuc- „ ceſſit per obitum Græci Archiepiſcopi circa an. 1092. „ quod ęgrè nimium ferentes plurimi tam ex populo, „ tum ex Clero Græci ritus reclamarant apud Roge- „ rium Calabriæ Duce, à quo obtinuere, quod im- „ poſterum Græci ritus eorum Archipræſul eligere- „ tur, ut ex Gaufrido, in hiſt. Northman. l. 4. c. 22.* „ Lucentius)

V. 3 DIONYSIUS legitur hujus ſedis Archiepiſcopus in monumentis hujus Eccleſiæ, fuitque Rogerii Regis Synchronus, cujus meminit Federicus II. Imp. anno 1223. in renovatione omnium privilegiorum Eccleſiæ Roſsanæ à ſuis Anteceſſoribus Regibus indultorum, ut infra leges in Baſilio Archipræſule.



VI. 4 COSMAS ex Archimandrita S. Mariæ de Patiro Ordinis S. Baſilii ad Roſsanenſem Eccleſiam evehitur, cujus prima mentio in Cartulario Patiri habetur anno 1187. & clarius in veteri membrana ejuſdem ſcripta an. 1189. menſe Julii, Ind. 7. continens exemplar Judicii Rogerii de Durci Regis Siciliæ Commiſsarii pro lite ſedanda, quæ vertebatur inter Neſtorium Archimandritam Patirii, & quemdam Gerardum de tenimento, *ex quo Coſmas tunc vener. Archiepiſcopus Roſſanenſis ante annum quadrageſimum quando præerat Eccleſiæ Patiri injuſtè & ſine judicio auctoritate ſua tantum derogaverat.*

Anno 1193. ſedente Coſma, Tancredus Siciliæ Rex Roſſani exiſtens, Cathedrale templum adiit, ſanctæ Dei Genitricis imaginem non manufactam humiliter, ac devotè veneratus eſt, obtulitq; uncias tres auri ſingulis annis ex Regiis redditibus in perpetuum recipiendas pro oleo emendo ad lampadem ante ipſam imaginem accendendam, ut declarat ſequens membrana tabularii ejuſdem Eccleſiæ.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

Tancredus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Inter cætera largitionum munera, quæ in actus pios expendimus, illud potius noſtris utilitatibus applicamus, quod ſacroſanctis Dei Eccleſiis devotè concedimus, & ob divini cultus reverentiam benigna diſpenſatione largimur. Hinc eſt quod nos Roſſanum proſperè venientes, ingreſſi venerabilem Eccleſiam Archiepiſcopatus Roſſani, in qua reverenda imago ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ dicitur Achiropitos, colitur, & devotius veneratur, ad ipſius reverentiam merito provocati, pro ſalute noſtra, & benedictorum filiorum noſtrorum concedimus in perpetuum, & donamus ipſi Eccleſiæ Archiepiſcopatus Roſſani tres uncias auri percipiendas ſingulis annis de tinctoria noſtra Roſſani pro oleo emendo ad lampadem coram ipſa veneranda imagine accendendam, ut lampas ipſa die, ac nocte accendatur, & in conſpectu ejus ardeat inceſſanter. Quare mandamus, & præcipimus Bajulis noſtris Roſſani, tam præſentibus, quam futuris, ut de redditibus tinctoriæ noſtræ Roſſani præfatæ venerabili Eccleſiæ pro prædicto oleo emendo ſingulis annis tres uncias auri abſque moleſtia tribuant, & aſſignent. Ad hujus autem conceſſionis, & donationis noſtræ memoriam, & inviolabile firmamentum præſens privilegium per manus Eugenii Notarii, & fidelis noſtri ſcribi, & bulla plumbea noſtro typario impreſſa juſſimus roborari.

Anno, menſe, & Ind. ſubſcriptis.

Reperiuntur etiam in eodem Cartulario literæ confirmationis privilegiorum Eccleſiæ Roſſanenſis intuitu Coſmæ datæ an. 1195. à Conſtantia Imper. Siciliæ Regina ita ſcriptæ.

Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ.

Cum à Celſitudine noſtra ea ratione pręvia expetuntur, quę animo nos decet benigno concedere, ſupplicantium votis aurem pręſtamus benevolam, & quę juſtè poſtulant de conſueta miſericordia impertimur. Inde eſt, quod cum Coſmas venerabilis Roſſan. Archiepiſcopus fidelis noſter per nuncios ſuos Majeſtati noſtrę attentius ſupplicaret, ut confirmaremus privilegia, & inſtrumenta Eccleſię ſuæ à prędeceſſoribus noſtris recolendę memorię clementer indulta, necnon homines, poſſeſſiones, oblationes, & univerſa tenimenta, quę ipſa Eccleſia in preſentiarum juſtè poſſidet, vel in antea juſto titulo poterit adipiſci, auctoritate hujus noſtrę paginę communimus, & perpetuo confirmamus. Univerſis fidelibus noſtris ſub obtentu noſtrę gratię prohibentes: quatenus jam dictę Eccleſię Archiepiſcopatus Roſſani in hominibus, poſſeſſionibus, oblationibus, juſtis tenimentis ſuis nullus pręſumat moleſtiam aliquam, vel gravamen inferre. Quod quicunque huic noſtrę celſitudinis edicto temerarius obviator extiterit, Imperialis culminis iram incurret. Ad hujus autem noſtrę confirmationis & protectionis memoriam, & inviolabile firmamentum pręſens privilegium conſcribi, & noſtræ Majeſtatis ſigillo cereo juſſimus communiri.

Datum in urbe Panormi anno Dominicę Incarnationis 1195 menſe Madii, Indict. 14. Regnante Domino noſtro Henrico VI. Dei gratia Romanorum Imperatore magnifico, & Rege Sicilię glorioſiſſimo ſemper Auguſto, anno Regni ejus 25. Imperii vero 6. Regni Sicilię anno 2. feliciter. Amen.

Loco † ſigilli.

Sub iſto Archipræſule an. 1185. eoque permittente fundatum eſt Cœnobium Ord. Ciſtercienſis inter Coriolani, & Acri hujus Diœceſis oppida in montibus, cui à fruſtulo Salvatoris Crucis, ſanctiſſimę Trinitatis de Ligno Crucis nomen fecerunt: quod deinde ex frigidiori cœlo, ad mitius duobus milliaribus à Coriolano tranſtulerunt, & novam exædificarunt Abbatiam, olim nobile Monachorum domicilium divitiis, ac privilegiis, tum Roſſanenſium Archipræſulum, tum à Calabriæ Ducibus liberalitate exornatam. Ejus Eccleſiæ dedicatio populo-

eum frequentia, ac devotione celebratur die 3. Maii, quam ferunt primo à Coſma conſecratam paulo ante obitum ſuum, qui incidit circa ann. Chriſti 1197

VII. 5 PASCHALIS. Hic erat Archiepiſcopus anno 1198. teſte privilegio Conſtantiæ Imper. Siciliæ Reginæ, conceſſo in gratiam Paſchalis Eccleſiæ Roſſanenſi. ex quo hujus Antiſtitis notitia certa eruitur. Privilegium è cartophylacio hujus Eccleſiæ deſcriptum ſic legitur.

Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ.

Cum à celſitudine noſtra, ea ratione prævia expetuntur, quæ animo decet benigne concedere ſupplicantium votis, & aurem præſtamus benevolam, & quæ juſte poſtulant de conſueta miſericordia impartimur. Inde eſt, quod cum tu Paſchalis venerabilis Roſſanenſis Archiepiſcopus fidelis noſter veniſſes ad præſentiam noſtram, & ſupplicaſſes attentius Majeſtati noſtræ, ut concederemus tibi, & Eccleſiæ tuæ de noſtro demanio terras laboratorias in tenimento Roſſani in loco, qui dicitur miliarium, & terras, & tenimentum Ploppiæ, ut inferius terminatas. Nos autem intuitu Dei, & pro remiſſione peccatorum Domini magnifici Imperatoris legitimi quondam viri noſtri de innata ſolita noſtri clementia ad preces, & ſupplicationes tuas ex ſupradicto tenimento civitatis noſtræ Roſſani terras dictas Miliarii, & terras, & tenimentum totum Pluppiæ tibi, & Eccleſiæ tuæ liberè, & ſine aliquo ſervitio ad tuam, & memoratæ Eccleſiæ utilitatem, & proficuum perpetuo jure proprietario concedimus, & donamus. Fines vero terrarum ſopradictarum Milliarii ſunt hi. Ab Oriente terra hæredum Rogerii de Amurito, ab Occidente Athlinii Luciferi, à Septentrione ripa maris, à Meridie via publica. Terrarum autem, & tenimenti Pluppiæ fines ſunt hi. Ab Oriente flomaria Trienti, ab Occidente flumaria Honopnigo, à Septentrione ripa maris, & à Meridie via magna publica, quæ ducit per medium fereſtæ, & dicitur ſanctæ Paraſcevæ præter terciculam Theodori Malcui, & hæredum Erebichi, quæ concludantur in his confinibus. Ad hujus autem conceſſionis, & donationis noſtræ memoriam, & inviolabile firmamentum, ut præfata Roſſanenſis Eccleſia terras ipſas, & tenimentum pacificè, quietè, libere, & ſine aliquo ſervitio ad ſuam utilitatem teneat, & poſſideat in perpetuum præſens privilegium ſubſcribi, & noſtræ majeſtatis ſigillo cereo juſſimus roborari anno, menſe, & Indict. ſubſcriptis.

Datum Meſſanæ anno Dominicæ Incarnationis 1198. menſe Februarii primæ Indict.

Ad hunc Paſchalem ſcripſiſſe videtur Innocentius III. in cap. quod ſuper de cognit. & in cap. cum cauſa de officio deleg. Exceſſit vero ſub Honorio III. circa an. 1218. Acta ejus præter hæc pauca ignota ſunt, quo tamen ſedente, Innocentius idem III. nobile privilegium indulſit monaſterio de Patirio, quod hic exhibemus ab exemplari in gratiam & memoriam tanti Cœnobii.


INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Fratri Nicodemo Archimandritæ Monaſterii B. Mariæ de Patirio ejuſdemque Fratribus tam præſentibus quam futuris temporibus vitam profeſſis in perpetuum.

Regularem vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium Beatæ Dei Genitricis Mariæ de Patirio nuncupatum, cui eſtis obſequio mancipatis, ad exemplar fel. rec. Paſchalis prædeceſſoris noſtri ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis quidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Baſilii Regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis temporibus ibidem inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium fundatum eſſe dignoſcitur cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Orſino cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Nicolai de Liſta cum Eccleſiis ſancti Blaſii videlicet, & ſanctæ Mariæ de Cabla, & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Salvatoris de Brundoſio cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Apolinaris de Conchili, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Mariæ de ſcalito cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſancti Pancratii de Grata cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Onufrii in Calonati cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Nicolai de Peniga cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Helenæ de . . . . cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Conſtantini de Otece cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Mariæ de Alimento cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Nicolai de Donna, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Dionyſii de Caſubono cum omnibus pertinentiis ſuis. Caſale de Cropacore. Caſale de Labonia. Caſale ſancti Georgii. Caſale de Ceſalini. Caſale de Lilacconi. Caſale quod habetis apud Caſſanum. Feudum quod habetis apud Roſſanum. Sanè novalium veſtrorum, quę propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, & laicos liberos, & abſolutos à ſæculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem fas ſit abſque Abbatis ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere. Diſcedentem vero abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Criſma vero, oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum veſtrarum, ordinationes Monachorum, vel Clericorum veſtrorum, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta per Diœceſanum vobis Epiſcopum præcipimus ſine pravitate aliqua exhiberi, qui ſi vobis illa malitioſè denegare præſumpſerit, licitum vobis ſit ea ab Epiſcopo vicino recipere, ita tamen quod nullum Diœceſano veſtro ſuper hoc præjudicium in poſterum generetur. Licitum præterea vobis ſit in Eccleſiis, & caſalibus veſtris Notarios, Archipresbyteros, & alios officiales inſtituere, ſicut ab antiquis retro temporibus licitè & rationabiliter eſt obtentum. Prohibemus etiam, ut nemini liceat vobis contra juſtitiam violentiam. . . . . . proprio, & tunc ejuſdem loci Archimandrita, & quolibet ſucceſſorum nulla qualibet ſobreptionis aſtutia, ſeu moleſtia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, & Fratrum pars ſanior ſecundum Deum, & Beati Baſilii Regulam proprio voluntate eligendum. Sepulturam quoque loci illius liberam eſſe decernimus ita ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri voluerint, nullus obſiſtat, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint; ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, ſeu vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua verò in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conceſſionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatiſfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino Judicio exiſtere

de perpetrata iniquitate cognoſcat & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſc. ſſ.
† *Ego Petrus Portuenſis, & S. Ruffinæ Epiſc. ſſ.*
† *Ego Petrus tit. S. Cæciliæ Presb. Card. ſſ.*
† *Ego Jordanus ſanctæ Pudentianæ tit. Paſtoris Presb. Card. ſubſcripſi.*
† *Ego Guido presb. Card. S. Mariæ Transtiberim tit. S. Caliati ſubſcripſi.*
† *Ego Hugo presb. Card. tit. St. Silveſtri, & Martini in Montibus ſubſcr.*
† *Ego Cinthius tituli ſancti Laurentii in Lucina presb. Cardinalis ſſ.*
† *Ego Gratianus ſanctorum Coſmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis ſubſc.*
† *Ego Gerardus S. Adriani Diacon. Card. ſſ.*
† *Ego Gregorius S. Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardin. ſſ.*

Datum Spoleti per manum Raynaldi Domini Papæ Notarii agentis vicem Cancellarii 6. Kalen. Septembris Indictionis primæ, Incarnationis Domin. 1198. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ III. anno pr.



VIII. 6 BASILIUS Paſchali ſufficitur Canonicorum electione anno 1218. de qua Honorius III. anno pontificatus ſui 3. die 4. Kalend. Novembris ad Cuſentinum Archiepiſcopum, ut novum à Capitulo electum Roſſanenſem Archiepiſcopum, ſi virum conſpicuum. & meritorum gratia dignum, ac canonicè adlectum, invenerit, Apoſtolica auctoritate confirmet, ut ex Regeſt. Vatic. pag 20. ann. 3. liquet. Illum verò confirmatum fuiſſe docet privilegium Federici Imperatoris anno 1223. conceſſum eidem Baſilio, & Eccleſiæ Roſſanen. in quo omnia alia Indulta ab antecesſoribus Regibus conceſſa deprecante Baſilio confirmantur in hæc verba ex tabulario ejuſdem Eccleſiæ.

Fridericus Divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

Dignum eſſe decernimus, & ſaluti noſtræ cognoſcimus expedire, ut illis Eccleſiis favorem Imperialis manſuetudinis impendamus, quas prædeceſſores noſtri Duces, Regeſque Siciliæ pio ſtudio coluerunt, & eas perpetuæ ſtabilitatis munifico munimine confirmare, ac pietatis, & devotionis intuitu eorum pia, & ſalubris conſideratio ipſis Eccleſiis erogatur. Inde eſt, quod tu Baſilius Venerabilis Roſſanenſis Archiepiſcopus fidelis noſter coram noſtra præſentia conſtitutus ſigillum quondam Ducis Rogerii Græcis firmatum litteris oſtendiſti; in quo poſtquam transferri juſſimus in Latinum, intelleximus contineri, qualiter dictus Dux omnes Clericos, qui fuerant in civitate Roſſani, omni moleſtia, exactione, datis, & angariis liberos faciebat, & quod dicti, A *nulli Baronum, ſeu ſæculari perſonæ aliqua tenerentur ſervitia exhibere, & quod ſuo Archiepiſcopo Canonicam redderent conſuetam. Oſtendiſti etiam aliud ſcriptum Ducis Rogerii Sacerdotibus Roſſani indultum, per quod eos ab omnibus angariis, datione victualium, muratione Caſtelli penitus eximebat, & quod ab aliquo non requirerentur, & quod Archiepiſcopo ſuo, quod erat de conſuetudine ſolverent, & Bajulis Roſſani, & Eccleſiæ firmiter inhibebat, ut de cætero ipſis Sacerdotibus, aut filiis eorum nullam moleſtiam irrogarent. Oſtendiſti inſuper aliud ſigillum Comitis Rogerii Græcum ſimiliter, quod in Latinum transferri mandantes apertè dicebat, qualiter ipſe ſigillum præſcripti Ducis Rogerii revocando confirmavit Eccleſiæ Roſſanen. & Sacerdotibus ipſius civitatis omnes juſtitias ſuas juxta, quod à principio poſſederant, cum Fratribus, & Religioſis monaſterii, & cum omnibus adjacentibus, & rationibus Eccleſiæ Roſſanenſis, & cum diviſionibus, metis, aquarum conductibus, & cæteris utilitatibus ſuis. Inſuper oſtendiſti* B *aliud ſigillum Regis Rogerii avi noſtri in Græco ſcriptum, quo tranſlato poſtmodum in Latinum intelleximus, quod dum dictus avus noſter omnia ſigilla Eccleſiaſticorum ſuo juſſiſſet conſpectui præſentari, Dionyſius, qui tum electus fuerat Roſſanen. quoddam ſigillum factum ab alia Duciſſa ſibi præſentavit, in quo concedebat dictæ Eccleſiæ decimam omnium proventuum civitatis Roſſani, & alium ſigillum dictæ Duciſſæ, per quod concedebat dictæ Eccleſiæ decimas Judæorum Roſſani, & tres Judæos filios Samuel, qui dicuntur Cacoctenisti. Continebatur etiam in eodem, quod præſentaverat ſibi ſigillum ſupradicti Ducis Rogerii continens, ſicut ſuperius dictum eſt, & aliud ſigillum Ducis LL. qui confirmabat ſigilla patris, & avi ſui ſecundum quod continebatur in eis, & aliud ſigillum altitudinis ſuæ confirmando omnia ſupradicta. Oſtendiſti etiam nobis quodam privilegium Dominæ Imperatricis Matris noſtræ, per quod Eccleſ. Roſſanenſi omnia privilegia, & inſtrumenta ſua, nec non homines, poſſeſſiones,* C *oblationes & univerſa tenimenta, quæ ipſa Eccleſia tunc temporis juſtè poſſidebat, vel poſſet in antea juſto titulo adipiſci perpetuò confirmabat, & quaſdam litteras ipſius Matris noſtræ, per quas Bajulis Roſſani firmiter dabat in mandatis, ut decimas redditnum Roſſani amodo Archiepiſcopo Roſſani ad opus Eccleſiæ ſuæ perſolverent; quia ſic de ſuo beneplacito procedebat. Inſuper oſtendiſti nobis literas Eugenii, & Joannis de Lentino Magiſtrorum ſecretorum preces, ac patentes, eorumq; ſigillis munitas, quas transferri in Latinum ſimiliter facientes plenè intelleximus, qualiter ipſi à Curia videlicet à Domina Matre noſtra ſe mandatum recepiſſe fatebantur, ut Eccleſiæ Roſſanen. decimam omnium proventuum, & redditū Roſſani, S. Mauri, & Judæorum Roſſani faceres exhiberi, qui junta mandatum quod receperant, decimas ipſas ei aſſignari fecerunt, ſicut in quaternionibus Curiæ ſcriptum erat. Unde prædicte tu Archiepiſcope humiliter ſupplicaſti, quantum ſupradicta ſigilla, privilegium & ſcripta tibi & Eccleſiæ tuæ renovando ſicut eis uti conſuevit ipſorum temporibus Eccleſia Roſ-*D *ſanen. tibi, ſucceſſoribus tuis, & Eccleſiæ Roſſanen. confirmare in perpetuum dignaremur. Nos igitur attendentes quantam devotionem, & reverentiam ſupradicti Duces, Avus & Mater noſtra inclitæ recordationis erga Roſſanenſem Eccleſiam habuerunt, ob remedium animarum ipſorum pro ſalute, ac incolumitate noſtra, ſupplicationes dicti Archiepiſcopi benignè duximus admittendas, ac prædicta ſigilla, privilegia, & ſcripta ſicut ſuperius ſunt expreſſa penitus renovantes, ipſa & omnia, quæ in eis continebantur, tibi præfato Archiepiſcopo, ſucceſſoribus tuis, & Eccleſiæ Roſſanen. ſicut eis omnibus ſuprad. temporibus, & uſque ad obitum ſupradictæ matris noſtræ uti conſuevit pacificè & quietè Eccleſia Roſſanenſis de benignitatis noſtræ gratia in perpetuum confirmamus. Ad hujus autem renovationis, & confirmationis noſtræ memoriam & robur in perpetuum valiturum præſens privilegium per manus Joannis de Trajecto*

A *Notarii, & fidelis noſtri ſcribi, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri anno, menſe, & Indictione ſupraſcripta.*

Data apud Cotroaum Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, duceateſimo, vigeſimo tertio, menſe Maii, 11. Indictione, Imperii Domini noſtri Friderici Dei gratia Illuſtriſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & glorioſiſſimi Regis Siciliæ anni 3. Regni verò Siciliæ 25. feliciter. Amen.

Donavit Baſilius de conſenſu Capituli ſui anno 1228. Monaſterium S. Andreæ in Cariatenſi Territorio ſitum, ac penè dirutum cum pertinentiis ſuis Rodulfo Fontis Laureati Abbati, & Monachis, ut declaratur ſequenti membrana tabularii Florenſis Monaſterii.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis 1228. menſe Novembris, Indictionis 2.

Baſilius Dei gratia Roſſanenſis Archiepiſcopus, & B *Capitulum ejus venerabilibus viris Domino Radulfo Abbati, & fratribus Monaſterii Fontis Laureati Florenſis Ordinis, & Diœceſis Tropejenſis, tam præſentibus, quàm futuris in perpetuum. Cum ex debito paſtoralis officii teneamur dare operam, ut ædificentur ſolitudines, & derelicta loca in Domini ſervitium, & pietatis opera reparentur, nec ſi propè cuilis in noſtra Diœceſi neceſſaria Græcorum copia perſonarum, & vos memorati Abbas, ac fratres, qui per Dei gratiam uberi virtutum dono floretis, & nobis, ac Eccleſiæ noſtræ multa eſtis in Domino caritate conjuncti, expoſueritis nobis penuriam, quæ pro ipſa ſterilitate, & arctitudine locorum, in quibus degitis circa vitæ neceſſaria vos affligit, & inter cæteras indigentias paſcua pro veſtris animalibus non habentes, atque ſupplicantes, ut de monaſteriis, & locis noſtræ Diœceſis à propriis habitatoribus deſolatis aliqua dignaremur veſtræ neceſſitati providere, quatenus quod vobis ſit ad ſubſidii beneficium ſit nobis ad proviſionis debitæ complementum, & pia liberalitas inde nos à ſpirituali debito liberet, unde vos relevat ſolatio temporali. Placuit nobis, & fratribus* C *noſtris conſideratis hinc inde dictis, & aliis piæ utilitatibus clementer annuere votis veſtris. Igitur poſt longam deliberationem, accedente conſilio, & conſenſu noſtri Capituli damus, concedimus, & confirmamus vobis, & ſucceſſoribus, ac poſteris veſtris in perpetuum locum, in quo Monaſterium, quod S. Andreæ quondam dicebatur Cariati Territorio ſitum eſt, ſed nunc dirutus, deſolatus & velut Catacliſmo quodam, ſic aquarum ſubita colluvione ſubverſus eratior, ut demerſus, liberum, & abſolutum tam in temporalibus quam in ſpiritualibus cum omnibus terris cultis, & incultis, ſylvis, paſcuis, aquis, Eccleſiis, grangiis, molendinis, hominibus, & viribus ſuis ſalvo cenſo . . . . . . dictis pertinentes ejus annuatim vos & ſucceſſores veſtri nobis, & noſtris ſucceſſoribus in feſto Aſſumptionis Glorioſæ Virginis perſolvetis. Cæterum ad futuram conceſſionis memoriam, & durabile firmamentum præſens Inſtrumentum conſici, & per manum magiſtri Leonis Canonici noſtri ſcribi fecimus,* D *conſueta Bulla plumbea, & tam præſcriptione noſtra, quàm noſtrorum Canonicorum ſubſcriptionibus roboratum. Anno, menſe, & Indictione prætitulatis.* Sunt undecim Canonici ſe huic Privilegio Græco caractere ſubſcribentes. Sicuti etiam græco caractere ante privilegium propria Archiepiſcopi Baſilii manu atteſtatio.

Huic donationi ſubſcripſit idem Baſilius Archiepiſcopus græco charactere cum duodecim teſtibus, quam deinde confirmavit cum inſertione ejuſdem Gregorius IX. Dat. Anagniæ 8. Kal. Novembris anno 9. Baſilius autem poſtquam Roſſanenſem Eccleſiam annis plurimis rexiſſet, migravit à ſæculo circa annum ſalutis 1240.

IX. 7 BASILIUS II. Abbas S. Salvatoris de Bordinario anno 1240. defuncto altero Baſilio, ſuffragio Canonicorum eligitur Archiepiſcopus; ejus tamen electionem, ab vitio factam examinandam com- A miſit Gregorius IX. Cuſentino Archiepiſcopo, & Antiſtiti Caſſanenſi, ex literis ejuſdem Papæ Non. Aprilis Pontif. 13. Regeſt. Vatic. pag. 100. confirmationem deinde ab eodem Pontifice accepit. Mortuus eſt extremis annis Innocentii IV.

8 Fr ELIAS Archimandrita Monaſterii Carbonenſis Diœceſis Roſſanenſis Ordinis S. Baſilii, poſt Baſilii obitum à Capitulo Roſſanenſi electus Archiepiſcopus, confirmationem accepit ab Alexandro IV. anno 1255. 10. Kal. Januarii ut in Reg. Vat. ep. 3. pag. 2. anni 1, ejuſdem Pontificis. X.

9 ANGELUS ad id muneris ex Archipresbytero à Græcorum Canonicorum Capitulo vocatus anno 1265 & per Nuncios Clementi IV. præſentatus, ut confirmationem ab Apoſtolica Sede mereretur accipere; Clemens ad Epiſcopum Albanenſem tunc Apoſtolicæ Sedis Legatum eos remiſit cum facultate, ſi tanto munere dignum Angelum inveniſſet, in ea Sede confirmandi jus haberet. Literas Clementis exhibeo ex regeſt. Vatic. num. 6. fol. 75. ann. 1. XI.

B *Epiſcopo Albanenſi Apoſtolicæ Sedis Legato.*

Dilecti Filii Capitulum Canonicorum Græcorum Eccleſiæ Roſſanenſis in Calabria per ſpeciales Nuncios, quos ad Sedem Apoſtolicam deſtinarunt, humiliter poſtulari fecerunt à nobis, ut cum Eccleſia ipſa, quæ Græcum habere Archiepiſcopum conſuevit, dudum fuerit paſtoris ſolatio deſtituta, & ipſi propter inhibitionem, quam olim Sedes Apoſtolica, ne Capitula Eccleſiarum Cathedralium, & Conventualium vacantia Regni Siciliæ per electionem poſtulationem, aut nominationem aliquam ſibi, & eiſdem Eccleſiis de Prælatis providere præſumerent, edidit, nequiverint ſibi, & prædictæ Roſſanenſi Eccleſiæ per electionem canonicam more ſolito conſulere de Paſtore, dilectum filium A. Archipresbyterum ipſius Eccleſiæ, virum, ut aſſerunt, in ſpiritualibus providum, & temporalibus circumſpectum, morum honeſtate decorum, ac etiam litteratura Græca, & Latina competenter inſtructum, in quem propter ſuæ probitatis merita univerſi præfatæ Eccleſiæ Canonici ſua vota unanimiter direxerunt ipſi, & eidem Eccleſiæ, ne per C *incommodis diverſi Prælatum, ſeu per vacationem diutinam deformationis perferat detrimentum, in Archiepiſcopum & Paſtorem de ſolita Sedis Apoſtolicæ clementia præficere curaverimus. Sanè debita meditatione penſantes, quod cum de proviſionibus Eccleſiarum vacantium, & ſpecialiter Cathedralium adhiberi attentionis maternæ ſtudium, ut eædem Eccleſiæ votivæ conſequantur conſolationis effectum, illorumque votis de dicto Archipresbytero annuere conſcientia ſalva nequivimus, cum de ipſo notitiam habere commode non poſſumus. Quia vero tu ſuper proviſione ipſius Eccleſiæ tantò ſecurius, & utilius procedere poteris, quanto tibi, ut potè in vicino poſito plenius conſtare poterit de præfati Archipresbyteri, ſeu aliarum perſonarum Græcarum dignitatum congruentium meritis, ac de omnibus circumſtantiis opportunis; fraternitati tuæ, de cujus induſtria plenius confidimus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus* D *ſupradicto Archipresbytero, ſi ad hoc ſibi merita noveris ſuffragari, vel aliam Græcam perſonam idoneam, quæ tanto congruat oneri, & honori hac vice præficiens auctoritate noſtra eidem Eccleſiæ in Archiepiſcopum, & paſtorem, quem ibidem præfeceris à ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, & nihilominus munere conſecrationis impenſo, recepturus ab ipſo pro nobis, & Eccleſia Romana fidelitatis ſolitæ juramentum juxta formam, quam tibi ſub Bulla noſtra mittimus interclusam. Cont. formam autem juramenti, & cæt.*

Datum Viterbii 16. Kal. Junii anno primo.

Confirmatum fuiſſe Angelum in hac Sede habemus in Regeſt. Regio Neapoli, in quo Angeli Roſſanenſis Archiepiſcopi mentio extat ad annum uſq; 1269. & in ſæpè citato Patiri tabulario extat confirmatio plurimarum donationum eidem Monaſterio ab Regibus Siciliæ, aliiſque Principibus viris elargitarum, per Carolum Primum Regem anno

1281.

1281. menſe Novembris, Indict. 9. petente Ambroſio Archimandrita, ubi mentio Angeli Archiepiſcopi, qui ſe cum pluribus aliis teſtibus ita ſubſcripſit: *Ego Angelus Roſſanenſis Archiepiſcopus Græcus viſis, & perlectis authenticis privilegiis, & inſtrumentis hic tranſlatis Capitulis fideliter tranſumptis, propria manu ſubſcripſi.* Subſcribuntur & alii ſeptem latino caractere, & alii quatuor Græco idiomate: donationes verò confirmatæ tranſlatæ dicuntur è Græco in Latinum, iterum à Rege Carolo confirmatæ. Idem Angelus anno 1285. eidem Monaſterio Patiri tradi jubet reformandam dirutam Eccleſiam & Monaſterium S. Nicolai de Colpezzato, in hunc modum ex ipſo authographo.

Angelus Dei gratia humilis Archiepiſcopus Roſſanenſis,

Dilecto filio Riccardo Cantori Strongolen. Clerico, & familiari ſuo ſalutem in Domino. Humanarum rerum auctoritas, & Sacrorum Canonum inſtituta declarant, ut religioſa loca, in quibus Religioſi conſueverunt Domino famulari, nullo modo poſſint humanis uſibus deputari, ſed de religioſis per locorum ordinarios reformentur. Hinc eſt, quod cum Monaſt. S. Nicolai de Calopezzate olim propter malitiam pravorum fuerit deſolatum, & contra Deum, & juſtitiam per quoſdam ſeculares minus debite occupatum, nos jure ſuadente præcepto officii noſtri debitum proſequentes, qui omnium Eccleſiarum exiſtentium in noſtra Diœceſi, ex commiſſo nobis regimine curam gerimus, quam debemus, volentes ipſum Monaſterium de ejuſdem ordinis religioſis, qui hactenus in eodem ſervierunt Monaſterio reformare, ipſum Monaſterium cum omnibus bonis ſuis temporalibus, & ſpiritualibus Monaſterio Patiri de Canonicorum noſtrorum conſilio & conſenſu duximus tradendum ordinationi Domini Pauli Archimandritæ Patiri, & Succeſſorum ſuorum in ſpiritualibus, et temporalibus committentes, obedientia nobis, & Eccleſiæ Roſſanen. jure Diœceſano debita ſemper ſalva. Ita quod Archimandrita Monaſterii Patiri, qui pro tempore erit, tar. auri duodecim nomine cenſus, quos ab eodem Monaſterio S. Nicolai percipere conſuevimus annis ſingulis nobis & Eccleſiæ noſtræ ſolvere teneatur: quare devotioni tuæ mandamus, quotenus eundem Archimandritam de prædicto Monaſterio Sancti Nicolai auctoritate noſtra in corporalem poſſeſſionem inducat, faciens ſibi de ipſius Monaſterii juribus, rationibus, & proventibus univerſis plene ac integrè reſponderi. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo.

Datum Roſſani XIX. Januarii xiii. Indict. Pontif. D. Martini Papæ Quarti anno 4.

Parum deinde ſupervixit Angelus, potuit obiiſſe circa finem anni 1287. cum Paulus qui ei ſucceſſit, confirmationem acceperit anno ſequenti.

XII. 10 PAULUM Roſſanenſem electum confirmat Nicolaus IV. anno ſalutis 1288. Pontif. p. 16. Kal. Martii, ut in Reg. Vatic. ep. 750. fol. 150. Memoratur in Regio Regeſt. ſub Carolo II. anno 1295.

XIII. 11 BASILIUS II. Roſſanenſis electus Pallio donatur à Bonifacio VIII. anno 1301. eique ſcribit 5. Kal. Junii anno 7. apud Regeſt. Vat. ep. 137. fol. 33. Exceſſit ſub Clemente V.

XIV. 12 ROGERIUS Cathedralis Canonicas dignitatem recuſante Thoma Archimandrita S. Adriani Ord. S. Baſilii ejuſdem Diœceſis à Capitulo electo, ab eodem Præſul acclamatus, confirmationem accepit à Clemente V. anno 1307. 2. Kal. Martii in Regeſt. Vatic. habetur fol. 735. Pont. 2. Sub eodem Pontifice mortuus eſt anno 1312.

XV. 13 GREGORIUS ex Archipresbytero renunciatus eſt concordibus Canonicorum votis Roſſanenſis Archiepiſcopus, habuitque ſuæ confirmationis diploma an. 1312. 6. Kal. Septemb. ab eodem Clemente V. ann. pont. 7. ex Reg. Vat. ep 848. f. 123.

XVI. 14 JACOBUS, cujus obitus notatur an. 1338. in Reg. Vatic.

XVII 15 JOANNES Cuſentinus patria Canonicus Roſſanen. Eccleſiæ defuncto Joanne ſuffectus eſt Archiepiſcopus in contentione ob una parte Capituli, cum aliæ duæ Gualterum Mediabarbam, & Raymundum Malçonum Canonicos elegiſſent. Erat tunc Joannes Avenione in Curia, ubi cauſa exagitata fuit; cognituſque à Benedicto XII. Papa, aliis cedentibus, ipſe confirmatus eſt anno 1338. 2. Novembris. Rem narrat idem Benedictus ſuis in litteris ad Joannem datis; quæ extant in Reg. Vatic. num. 409. anni 4. Decem omnino annis ſedit; è vivis abiit ſub Clemente VI. anno 1348.

16 GREGORIUS ex Decano, & Canonico Cathedralis à Capitulo poſtulatus in demortui Joannis locum ob morum probitatem à Clemente VI. meruit confirmari anno 1348. 14. Kal. Julii ann. pont. 7. ejus legitur confirmatio in Reg. Vat. ep. 38. fol. 36. p. p. lib. 4. cujus memoria habetur anno 1360. in veteri documento tabularii Patiri, quod infra relatum eſt his verbis. XVIII

In nomine Domini Amen.

Anno ejuſdem Domini 1360. die verò 6. menſis Octob. XIV. Indictionis.

Apud Civitatem Roſſani Regnantibus Sereniſſimis Dominis noſtris Domino Ludovico, & Domina Joanna Dei gratia Rege, & Regina Jeruſalem, & Siciliæ, & Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comitibus, Regnorum ejuſdem Domini noſtri Regis anno tertiodecimo, dictaque Domina noſtra Reginæ anno octavodecimo feliciter Amen. Nos Gualterius Nanus de Amalphia Regius, & Reginalis ſecretus Ducatus Calabriæ in præſentia Reverendi in Chriſto Patris, & Domini, Domini Gregorii Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopi Roſſanenſis, necnon nobilium, & proborum virorum Aquini Planicephali Regii & Reginalis Judicis civitatis Roſſani, Leonis Maleni de prædicta civitate Roſſani Regia, & Reginali auctoritate per Ducatum Calabriæ, necnon per Provincias Principatus citra, & ultra terras Mentorii, Baſilicatæ, Capitanatæ, terræ Bari, & terræ Idronti Notarii publici, & aliorum nobilium, & teſtium ſubſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod dum ab olim noſtri, & aliorum noſtrorum in eodem ſecretariæ officio prædeceſſorum officiorum temporibus inter venerabile monaſterium ſanctæ Mariæ de Patirio tenimenti, & Diœceſis Roſſanen. ejuſque pro tempore Archimandritas, Monachos, & Conventum ex parte una, & homines, & Univerſitatem, & pro tempore Bajulos civitatis ipſius ex parte altera ſuper confinib. ſeu tenimentis, & diſtinctionib. tenimentorum, & diſtrictuum territorii, & locorum d. monaſterii, & d. civitatis fuerunt hucuſque ac eſt etiam nunc controverſia, & contentio, ſuper qua pluries invicem concorditer habuerunt, & habent diviſa litigia controverſias, atque diſtinctiones, & brigas, unde majus, & gravius diſcrimen, & ſcandalum timebatur, propter quod ex parte ipſorum Univerſitatis, & Bajulorum nobis fuit inſtanter poſtulatum, ut interponere bono modo ſuper iis per ſolius inſpiciendæ veritatis indaginem, non per Judiciales anfractus, ſeu ſtrepitus, propter quos incurrere ſolent ſumptus intolerabiles litigatoribus, noſtri partes officii malignè turbatis temporis, quapropter leviſſimas perſæpe diſcordias inſurgunt facilè graves lites & diſtinctiones, ac diſtinctionum diſcrimina graviora, & propterea maximè cupientes præfatarum partium controverſiam hujuſmodi ſummatim decidere, ut ipſa ſopita oriri majus inde diſcrimen facile non contingat, requiri fecimus Venerabilem, & Religioſum virum Fratrem Dorotheum præſentem Archimandritam monaſterii ſubſcripti, & præfixulate die ſexto dicti menſis præſentis Octobris hujuſmodi quartadecimæ Indictionis, ſi vellet, atque compareret ibidem; propterea coram nobis cum cautelis, juribus, ſeu privilegiis, & documentis, ſeu inſtrumentis, & rationibus, & munimentis, ſi qua inde haberet, & habet monaſterium ſupraſcriptum, ſeu ipſe pro parte monaſterii ſuprad. & oſtenſurus de jure monaſterii memorati ſuper tenimentis, diſtrictibus, ſeu territoriis aliis antedictis ipſarum Univerſi-

tati,

tati, & hominibus Univerſitatis ipſius ad ſonum campanæ ibidem de mandato noſtro more, & loco ſolitis, & debitis congregatis propterea coram nobis pro majore, & ſaniori parte, quæ non valuerunt, potuerunt, & debuerunt commodè intereſſe, præſente quoque ibidem, tum Univerſitate prædicta tum Rev. P. Domino Gregorio Vener. Archiepiſcopo Roſſani, comparuit denique coram nobis ibidem prædictus Venerab. & Religioſus vir Frater Dorotheus Archimandrita ipſius monaſterii nomine, & pro parte ipſius ſui monaſterii memorati cum certis privilegiis, juribus, cautelis, & inſtrumentis, ſeu documentis publicis monaſterii ſupradicti, quibus in præſentia hominum ipſorum dictæ Univerſitatis, dictique Dom. Archiepiſcopi, & Bajulorum Regiorum, & Regalium civitatis prædictæ anni ſcilicet præſentis quartædecimæ Indictionis coram nobis videntibus, inſpicientibus, & intelligentibus diligenter de verbo ad verbum omni vitio, & ſuſpitione carentibus lectis, divulgatis, & etiam reſeratis conſtitit penitus ibidem publicè, & evidenter, quod tenimentum, ſeu territorium, & diſtrictus d. monaſterii ab eo præterito tempore, cujus in contrarium humana nunc memoria non exiſtit, prout eadem privilegia, cautelæ, & documenta, ſeu inſtrumenta publica lucidè & apertè continent, & declarant, fuit ſemper, ac eſt per fines, & limites tenimenti diſtrictui, & territorio dictæ civitatis contiguè infraſcriptos, videlicet ſicut aſcendit vallonus, unde Lucinus aſcendit, & dat ad viam publicam venientem ab ariaoſi, & ſunt Cruces per diſpartitionis boreales partes tenimenti monaſterii, & ab inde ſicut deſcendit via uſque ad cecum vallonem omnes Orientales partes monaſterii, & Occidentales Imperatoris, & ab inde deſcendit à ceco Vallone, uſque ad rivulum ad echeudcaltum Meridionales partes monaſterii, & Boreales Imperatoris etiam vallone acheeturalium aſcendit ad ſelladam, & deſcendit à ſellada uſque ad magnum vallonem, dictum de milia, ubi eſt & calcaria Borealis pars monaſterii, & Meridionalis Imperatoris, & à magno vallone deſcendit ad corilaritum, & concludit ab flumine uſque ad aliud. Quibus ſic oſtenſis, & patefactis limitibus, ipſi Univerſitas, bajulus, & homines Univerſitatis ipſius agnoſcendo eorum, ut dixerunt, juſtæ, & bonæ conſcientiæ veritatem, profeſſi ſunt, & aſſeruerunt ita eſſe, & eſſe conſuevisse, & debere, ſicut de eiſdem dicti monaſterii cautelis, documentis, & privilegiis legitur, & etiam diſtinctè, & particulariter continetur, unde nos qui ſupra Regius, & Reginalis ſecretarius cognita ex eiſdem veritate tam per ipſas ejuſdem monaſterii cautelas, & jura, quam per plurimos nobiles, & alios probos viros bonæ opinionis homines ejuſdem Univerſitatis ibidem præſentes hoc ut dixerunt fideliter atteſtantes, decrevimus, terminavimus, atque mandavimus quod ipſi homines Univerſitatis ejuſdem, & bajuli dictæ civitatis præſentes, & futuri pro tempore confines, & limites ipſos ipſius monaſterii, ſeu tenimenti, & diſtrictus, ſeu territorii ejuſdem monaſterii, & ultra intra illos aliqualiter, ſeu aliquod non attingant, neque faciant, vel proſequantur, aut exequantur quicquam contra jus, poſſeſſionem, & juſtitiam monaſterii ſupradicti jura, ſeu inquietationes, vel perſecutiones aliquas, vel moleſtias cujuſcumque juris, ſeu rationis, aut occaſionis ibidem minime capiendo, ſeu proſequendo, nec ipſum monaſterium, ſeu perſonas ipſius monaſterii, vel alios pro ejus parte moleſtent exinde aliqualiter, vel perturbent, ſeu omnino permittant ipſum monaſterium, vel alios eorum nomine per ipſos confines, & limites ſua tenimenta, diſtrictus, & territoria ipſa liberè, pacificè, & quietè, & effectualiter, & integrè poſſidere, ſervato tamen quod homines civitatis Roſſani, ſuique diſtrictus, tam cum eorum animalibus paſcua ſumentibus, quam aliter, ut placuerit, vel ſine animalibus dicta tenimenta, territoria, & diſtrictus utiferant communiter, & habeant, atque teneant, & poſſideant cum monaſterio prælibato abſque conditione, & moleſtia dicti monaſterii, rectorum, & hominum, & vaſſallorum ejuſdem monaſterii cum debita integritate; quia ſic communiter, conjunctum, & diviſim pactuatum extitit etiam, & conventum ſuper præmiſſis, & quolibet præmiſſorum. Mandantes ad futuram rei memoriam, & cautelam dictorum monaſterii, & Univerſitatis fieri exinde duo publica conſimilia inſtrumenta, quæ decrevimus noſtra quacunque fungimur exinde officii poteſtate in judiciis, & extra judicia efficaciter valitura. Nos autem qui ſupra Judex, Notarius, jus, & teſtes ſubſcripti præſenti publico documento fatemur prædicta, ipſo die coram dicto Domino Secreto Regio, & Regali Ducatus Calabriæ, & in præſentia prædicti Domini Archiepiſcopi, & dictæ Univerſitatis aliae ſic geſta, celebrata, & habita in noſtri præſentia, ſicut ſuperius diſtinctè, & particulariter continetur, convento inſuper inter partes eaſdem, quod quotieſcunque in præſenti cautela aliquid reperiretur defectus in poſterum, quod poſſit referri, corrigi, & aptari ſemel, bis, & pluries, & quoties opus fuerit ad melius conſilium ſapientis non mutata ſubſtantia veritate. Unde ad futuram rei memoriam, dictorumque monaſterii, & Univerſitatis certitudinem, & cautelam mandato, & decreto dicti Dom Secreti, & rogatu dicti Domini Archimandritæ, ac prædictæ Univerſitatis facta ſunt exinde dicta duo conſimilia inſtrumenta publica ſcripta, vel ſubſcripta manu propria mei præfati Notarii publici meo ſolito ſigno ſignata prædicti Judicis, & ſubſcripta teſtium ſignis, & ſubſcriptionibus etiam roborata ſigillo etiam dicti Domini Secreti, & etiam ſubſcriptione pariter roborata, quorum uno dicto Domino Archimandritæ nomine, & pro parte dicti ſui monaſterii, & reliquo dictæ Univerſitatis fuerunt per ſuos æqualiter aſſignata ſcripta anno, die, loco, menſe, Indictione præmiſſis.

Locus ſigilli cerei.

Locus ſigni crucis.

Ἐγὼ Ἀ'ουϊνι Πλα[illegible], Δικαστής, &c.

Quæ verba Græca interpretata ſunt per Rev. Domnum Gregorium Maximianum Græcum Monachum, & tranſlata à Græco in Latinum, & dixit per hæc verba intelligi. *Ego Aquinas Plaſicoſuli. Regalis Judex civitatis Roſſ. manu propria firmo.*

† *Nos Gualterius Nanus de Amalſia Secretus Calabriæ præmiſſa omnia fatemur.*

Γρηγόριος Θεραπ[illegible] τοῦ Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος [illegible] Ῥοσ[illegible], &c.

Quæ verba ab eodem quo ſupra interpretata fuere in hunc modum videlicet. *Gregorius ſervus Dei Archiepiſcopus civitatis Roſſani ſupradicta confiteor.*

† *Ego Joannes Longoburco de Roſſano miles de dictis interfui, & ſubſcripſi.*

† *Ego Simon Mocca de Neap. miles interfui, & ſubſcr.*

† *Ego Joannes Matti de Roſſano interfui, & ſſ.*

† *Ego Alemanus Græcus de Roſſano ſubſcripſi.*

† *Ego Notarius Philippus Tuſcus de Roſſano ſſ.*

† *Et ego, qui ſupra Leo Malenus de prædicta civitate Roſſani Regius, & Reginalis per Ducatus Calabriæ, nec non per Provincias Principatus citra, & ultra terras Montorii, Baſilicatæ, Capitanatæ, terræ Bari, & terræ Idrunti publicus præſens Inſtrumentum publicum ſcripſi, & me ſubſcripſi.*

Idem Gregorius in Cathedrali fontem Baptiſmalem erexit ann. 1364. ſubſequenti vero exceſſit, ſepultus ibidem.

17 ISACH Monachus, & Abbas S. Joannis de Roſſano Ord. S. Benedicti Gregorio ſucceſſit ann. 1365. ex Reg. Var. XIX.

18 ANTONIUS ſub Urbano VI. vixit Archipræſul, de quo habetur mentio in lib. oblig. ſub Boniſacio IX. XX

19 NICOLAUS Archiepiſcopus Roſſanenſis tranſlatus ad Tricaricenſem Eccleſiam anno 1394. Hic poſt quartum deinde annum, iterum ad hanc Eccleſiam regreſſus, ex certis deinde cauſis ab eodem Pontifice exauctoratus eſt ann. 1403. Hæc nar- XXI

rat

rat lib. Promot. Prælatorum Bonifacii. Nicolai auctoritate conditum eſt Monaſterium S. Jacobi Tarſiæ Ord. Eremitarum S. Auguſtini ann. 1400. fundatore Nicolao Grimaldo de Tarſia.

XXII. 20 GERARDUS olim Epiſcopus Geruntinus in tranſlati locum Nicolai electus eſt Archiepiſcopus ann. 1394. factus deinde eſt Archipræſul ſanctæ Severinæ ann. 1399 cui ſucceſſit Nicolaus, ut diximus.

XXIII 21 JOANNES Eccleſię Roſſanenſis Archidiaconus ſucceſſit exauctorato Nicolao 2. Kalen. Novembr. 1403. exceſſit anno 1405. ex eod lib.

XXIV 22 BARTHOLOMÆUS Gattula Archipreſbyter Cajetanæ Eccleſiæ creatus Roſſanenſis Archiepiſcopus ab Innocentio VII. anno 1405. 3. Non. Octob. deinde evaſit Rheginus, & Meſſanenſis in Sicilia Archipræſul, defunctus anno 1446. de quo vide infra in Rhegienſium Archiepiſcoporum noſtra ſerie.

XXV. 23 NICOLAUS ex Compſanenſi Archiepiſcopo huc tranſlatus à Martino V. anno 1422. 13. Kalen. Junii; hanc rexit Eccleſiam ad annum uſque 1429.

XXVI 24 ANGELUS olim Tricaricenſis, tunc Potentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, ad hanc Roſſanenſem tranſlatus eſt anno 1429. 5. Kalen. Martii. („ *Ad „ Tricaricenſem iterum rediit facta commutatione „ cum ſequenti 19. Kal. Febr. 1432. ut accepimus „ ex Actis Conſiſt. ejus temporis.* Lucentius.)

XXVII. („ *STEPHANUS de Carcariagente nobili Patavina, Eccleſiarum titulos cum percurriſſet Patavinum, Nicoſienſem, Aprutinum, Tricaricenſem, brevi temporis ſpatio Roſſanenſem delibavit facta commutatione cum prænominato Angelo 19 Kal. Febr. 1432. & altro ab hoc aere abiernt jam ſenex Romæ reliquum vitæ actu us an. 1434.* „ Lucentius.)


XXVIII. 25 ANTONIUS Segeentinus de Rauda infulam Roſſanenſem accepit ab Eugenio IV. ann. 1434. die 21. Aprilis, à quo, ſuis exigentibus culpis, privatus deinde eſt anno 1442. 4. Id. Octobr. ex Actis Conſiſt.

XXIX. 26 NICOLAUS de Martino Epiſcopus Umbraticenſis Antonii privati locum occupavit, ad eam dignitatem vocatus ab eodem Eugenio IV. ann. 1442. 6. Kalend. Novembris. Exceſſit anno 1447.



XXX 27 JACOBUS de Ratha vir doctus, & generoſi ſanguinis ex Comitibus Caſertæ Nicolai V. intimus cubicularius huic Eccleſiæ præficitur ab eodem 3. Non. April. 1447. Aliquot annos conſultiſſimè hanc moderatus eſt Eccleſiam; ſub eodem Pontifice ad Beneventanam ſedem tranſlatus eſt an. 1451. die 23. Octobris.

A



28 DOMINICUS de Lagoneſſa, genere clarus, ex Abbate S. Mariæ de Guaido Beneventanæ Diœceſis eligitur anno 1451. 7. Id Januarii. Fato functus anno 1459. XXXI

B

29 Fr. MATTHÆUS de Saracenis Rheginus Ord. Minorum de Obſervantia, multis laboribus pro Dei Eccleſia perſunctus à Pio II. delectus eſt Roſſanenſis Archiepiſcopus 8. Id. Feb. 1460. Gobellinus lib. 4. in Commentariis Pii ſatis lepidè promotionis modum ita recenſet. XXXII.

Roſſanenſem Eccleſiam ſortitus eſt Matthæus Rheginus inter Minores Fratres, qui Obſervantes appellantur, prædicationis gratia inſignis. Hunc olim Nicolaus Pontifex Max. Eccleſiæ Rhegienſi, cum præficere ſtatuiſſet, quæ tunc forte vacabat, accerſiri juſſit à Cardin. Firmano, rogarique an vellet ſuæ civitatis Pontificalem curam ſuſcipere. Paruit Firmanus, vocatoq; ſeorſum in cubiculum Matthæo: diligit inquit, te Pontifex Max. tuiſque civibus Præſulem dare ſtatuit, ſi modo animum ad hoc induxeris, neque honorem hunc in patria tua pulcherrimum refugeris. Matthæus nihil reſpondens, cubiculum egreſſus ad Fratres, qui erant in aula ejulans, & lacbrimans: accurrite, inquit, adeſte, opem afferte, admirantibus Fratribus, percontantibuſque quidnam ſibi accidiſſet? aliquando nihil aliud reſpondit, niſi, accurrite, juvate, opem afferte miſero. Heu, inquit; miſero mihi! ætatem in religione conſumpſi, vixi pauper, & obediens præcepta Beati Patri Franciſci nunquam violavi, verbum Dei prædicavi populis, in cellula mea prædivitem egi pauperiem, divina contemplatus arcana, nunc ad Epiſcopatum vocer, ad negotium, ad honores, quos optavi nunquam. O immaculata religio, à ſacri penates clauſtri, ò dulcia cellarum ſilentia, ò amantiſſimi Fratres, ò conſolationum mearum ſocii! ergo vos tandem relinquam, & me dulciſſima converſatione veſtra privabo? non faciam, accurite, juvate, liberate me his moleſtiis, defendite, ne me Firmanus vobis eripiat. Audivit cuncta Firmanus è cubiculo ſuo, atque accedens propius: Tace, inquit,

C

Matthæe, pone metum, bono animo eſto, libero te, non urgeberis à Pontifice ultra quam velis; ito quo placet, & rei tuæ conſulito: atque in hunc modum eo dimiſſo, Nicolao Pontifici cuncta, quæ geſta erant, non ſine riſu expoſuit. Poſt dies octo ad Firmanum Matthæus conſilium ſe cepiſſe cum amicis ait, rebuſque in utramque partem plane diſcuſſis, viſum illis eſſe, ut Pontificis deſiderio ſatisfaciat: ponere igitur ſe in manu Papæ, cui nefas ſit non obedire. Firmanus Nicolaum accedens: Matthæus, inquit mutatus eſt; Epiſcopatum, ſi velli, accipiet: cui Pontifex: & ego, ait, mutatus ſum: volui Epiſcopatum illi committere, cum noluit, nunc cum vult nolo: atq; ita Matthæus dignitate excidit, manſit tamē in Religione, nec reliquit prædicandi officium: ſub Calixto triremes duas ex eleemoſynis contra Turcas armavit, atq; in Aſiam profectus captivos aliquos abduxit. Pius miſertus hominis, qui labores multos in Eccleſia pertuliſſet, vocavit eum cum Senis ageret, atque: præfeciſſemus te, vel ignorantem Eccleſiæ Roſſanenſi, ſi

D

pu-

putuviſſemas aoarecaſuturam id oneris, ſicut olim Rbegienſem ſprevisſi Eccleſiam, nunc animum tuam patefacito. Tum ille: Nicolai olim ordinationem refugiens, nunc in manus tuas me dedo, tua voluntas meneris; ſi jubes in religione perſeverare, manebo qaoad vixerim; ſi ad Epiſcopatum me vocas, præſto adſum, nec ignoro in culmine perfectionis eſſe, qui Pontificalibus implicitus curis ſuo ſatiſfacit officio. Atque ita Matthæus Roſſanenſem conſecutus Eccleſiam illi poſtea non ſine laude præfuit. A
Hæc ille.

Hic inter cætura, quæ laudabili memoria in Eccleſia Rnſſanenſi egit, una fuit Græcos Presbyteros, Clericoſque Cathedralis ad Latinum ritum reducere, quod non ſine divini Numinis miraculo factum narrant adhuc Rnſſanenſes, ſicq; poſt plurima ſecula Rnſſanenſis Eccleſia in Latinum uſum translata eſt opera, & induſtria Matthæi, qui cum ann. 21. illam pie adminiſtraſſet, conſtruxiſſetque Cathodralis Sacrarium; e vivis exemptus eſt anno 1481. & in ſua Eccleſia humatus, in qua hæc de eo in marmore leguntur: B

D. O. M.

Haac quam ceonis, ille cujus laus eſt perennis, tranſtulit in Latinam, Eccleſiam de Græco ad caltam Dıvinum, cui nomen eſt Matthæus, quom in Præſalem elegit æternus Deus. Ordinis fuit Minorum, qui in numero fait magnus Prædicatorum anno MCCCC.LXI.

XX XIII. 30 NICOLAUS de Hippolytis civis, & Epiſcopus Arianenſis factus eſt hujus Eccleſiæ Archiepiſcopus die 5. Septemb. 1481. en munere enim an. 1493. ſe abdicaſſet, Tiphernatem Eccleſiam obtinnit, titulo etiam Cæſareæ inſignitus ab Alexandro VI. de quo in Epiſcopis Arianenſibus.



C


XX XIV. 31 BAPTISTA Lagnlus Neapolitanus Patritius ex Tiphernati Præſule eodem die 13. Januarii 1493. ad Archiepiſcopatum vacuum Roſſanenſem transiatus eſt, quem piè, ac ſumma nominis ſui fama annis plurimis rexit. Archiepiſcopale Palatium à ſundamentis exædificavit, in Cathedrali ſacellum Deiparæ Virginis devotus erexit, & exnrnavit ann. 1500. Hic matri ſuæ, ſibi, ac poſteris monumentum ſtatuit in Eccleſia Divę Annnnciatæ Neapoli, ſacelloque ſuæ familiæ in hæc verba. D

Mariæ Capicæ Patritiæ Neapolitanæ matri pientiſſimæ, & Antonellæ de Lagni ſorori dulciſſimę. gentilibus, poſteriſque ſuis, Baptiſta Archiepiſcopus Roſſanenſis vivens P. ob pudicitiam, vitæque integritatem.

De hac prænobili gente legendus Mazzella de Nobilibns familiis Sedilis Capuanæ; & Ælius Marchefius.

XX XV. 32 BERNARDINUS [a] Card. Carvagial Hiſpanus hanc aliquandn Eccleſiam habnit commendatam, qua cum cæteris dignitatibus, ac roſeo pileo à Julio II. exutus eſt, & die 20. Octobris 1511.

[a] De eo Ciaconius Oldoini tom. 1. col. 170.



Leo X. Julii ſucceſſor purpuræ decus eidem reſtituit, nnn tamen Roſſanenſe Sacerdotinm. Obiit Romæ Epiſcopus Card. Oſtienſis ſacrique Senatus Decanus Kal. Januarii 1523. de qun vide ſeriem noſtram Oſtienſium Epiſcoporum tom. 1. ubi plura de Carvagial leges.

33 JOANNES FRANCISCUS Fonſeca Hiſpanus Epiſcopus Palentinus hanc in commendam obtinuit Eccleſiam ab eodem Julio II. anno 1511. diç 29. Octob. Exceſſit anno 1525. XX XVI.



34 POMPEJUS Card. Colnmna, [b] & ipſe Roſſanenſem Eccleſiam in commendam accepit die 3. Junii 1525. poſt paucos dies illam ad favorem ſequentis conſignavit. XX XVII

[b] De eo idem Ciaconius t. 3. col. 344.

35 VINCENTIUS Pimpinella, [c] Romanns, omnium ſcientiarum genere præclara eruditione illuſtris ad Rnſſanenſem thronum promotus die 3 Julii 1525. à Clemente VII. conſecratus Rnmæ ab Epiſcopo Piſaurenſi die 13. Augusti, ſub eodem Pontifice pluribus legationibus egregie functus, nnere & honore ſe abſolvit anno 1527. Auguſtæ coram Carnlo V. Imper. ac proceribus Germaniæ, cum eſſet Clementis Papę Nuncius pro extirpanda tunc ſecta Lutherana; proque unione Eccleſiæ, Conciliique celebrando doctiſſime orationem habuit 1530. ut doctiſſ. ſcribit Sfortia Card. Pallavicinus lib. 2. cap. 3. hiſt. Concilii Tridentini. Vixit deinde vir nmni laude dignus ad annum uſque 1534. Romæ exceſſit ſepultus in Eccleſia ſancti Petri ad mnntem Aureum cum hujuſmodi epitaphio. XX XVIII

[c] De quo Mandoſius in Bib. Rom. Cent. 6. n. 80.

Vincentio Pimpinello Romano Archiepiſcopo Roſſanenſi Oratori clariſſimo, Boemiæ, Ungariæ ac totius Germaniæ legationibus ſumma integritate, ac prudentię laude functo. Hieronymus Pimpinellus Canonicus Lateranenſis frater, fratri concordiſſ. poſuit. Vixit ann. xlviii. M. viii. D xv. Obiit xiii. Octob. MDXXXIV.

36 ANTONIUS Coppus Mantuanns creatus eſt hujus Eccleſiæ Archipræſul die 27. Decembris 1627 ſedit in ea annis fere decem. & ſeptem („ *Sedit „ uſque ad 1533. Eruitur deinde ex Actis Conſiſt. „ ſequens ſupplendus in ſerie Ughelliana.*) XX XIX.

(„ *BERNARDUS, natione Belga, Ord. Prædicatorum, ad preces Caroli V. à Clemente VII. „ huic gregi attribuitur* 10. *Febr.* 1533. *Cui decem „ annos incorruptum jus dixit*. Lucentius, ex Fontana in Theatro Domin. p. 97.) XL

FRAN-



XLI 37 FRANCISCUS Columna Romanus Jo. Hieronymi Columnæ Ducis, & Liviæ de Anguillara natus, uxorem habuit Iſabellam del Balzo, ex qua Victoriam nuptam Camillo Columnæ filiam ſuſcepit, eaque defuncta Eccleſiaſticam vitam amplexus adlectus eſt Archiepiſcopus Roſſanenſis 1544. à Paulo III. antequam munus conſecrationis accepiſſet, præſentatus à Carolo V. Imper. ab eodem Paulo tranſlatus eſt ad Tarentinum nobile Sacerdotium die 27. Octob ejuſdem anni, de quo ibi.

XLII. 38 HIERONYMUS Verallus, *a* Romanus, Jo. Baptiſtæ, & Juliæ Jacobatiæ filius, ſacri Apoſt. Palatii Auditor, Epiſcopus Caſertanus, cum eſſet Nuncius in Germania apud Ferdinandum, & Carolum V. Imperat. tranſlatus eſt ad Roſſanen. hanc ſedem die 14. Novembris 1544. à Paulo III. ac denique ab eodem propter ſummam utriuſque juris ſcientiam, caſtiſſimos mores, & res præclare, atque prudenter adminiſtratas, Presb. Cardin. ad titulum S Martini in Montibus creatus ann. 1549. abſens Roſſanenſem ſedem adminiſtravit an. 7. ac nuncium remiſit ad favorem nepotis, pauloque poſt è vivis exemptus eſt Romæ 1555. die 5. Octob. & in Eccleſia S. Auguſtini ſepultus, ubi nuper nobile ſepulchrum, & memoriam excitarunt cum hac inſcriptione.

a De eo Ciaconius Oldoinus tom 3. col. 735.

D. O. M.

Hieronymo Verallo Romano à Paulo III. Romana purpura donato, quem locum & meruit, ad Carolum V. Imperatorem in Germaniam Nuncius decreto in Turcas bello, ac Religione ſtrenuè procurata, & ſuſtinuit ad Henricum II. Gall. Regem Legatus Parmenſi bello feliciter compoſito, & amplificavit Urbano VII. Sobrino alumnoque ſuo ad Chriſtianæ Reip. regimen domeſtica inſtitutione perfecto. Obiit ann. Dom. MDLV. Ætatis ſuæ

XLIII 39 PAULUS ÆMILIUS Verallus, Card. ſuperioris ex fratre nepos, Juriſconſultus celebris, ac Romanæ Rotæ Auditor, ex ceſſione patrui evaſit Roſſanenſis Archiepiſcopus die 12. Aprilis 1551. poſt duos annos tranſlatus eſt ad Caputaquenſem Eccleſiam, in qua dignitate per aliquot vixit annos eoque munere ſe exolvit ann. 1574. Clarus fuerat in Conc. Tridentino, & apud Patres ſummæ exiſtimationis

XLIV 40 JOANNES BAPTISTA Caſtaneus, *b* Romanus, Petro Coſmo Caſtanea Jannenſi, & conſtantia, quæ Julli Riccii, & Martiæ Jacobatiæ filia fuit, matre natus, reſignante Paulo Æmilio die 1. menſis Martii 1553 pronunciatus eſt Roſſanenſis Archiepiſcopus: Munus conſecrationis ſuſcepit die 4. Aprilis ejuſdem anni à Card. Verallo conſobrino aſſiſtentibus Caſtrenſi & Accienſi Epiſcopis. Præfuit huic Eccleſiæ ann. 14. libenſque eo munere ſe abſolvit ann. 1573. Hic juris conſultiſſimus fuit, clarus in Concilio Tridentino, & moribus amantiſſimis exornatus; cumque omnes gradus qui in Romana Curia gradientibus obiici ſolent, eximia prudentia nixus conſcendiſſet, à Gregorio XIII. anno 1583. Presb. Card. ad titulum S. Marcelli creatus eſt. Hoc eodem anno in ſacello Beatiſſimæ Virginis Mariæ, quod in Eccleſia S. Auguſtini de Urbe exornaverat, ac dotaverat, ſepulchrum ſibi paravit prope conſobrinum, anteceſſoremque ſuum in Roſſanenſi Eccleſia, ubi hæc in marmore legentibus proſtat inſcriptio.

b De eo Ciacon. Oldoini tom. 4. col. 70 & 104.

D. O. M.

Jo. Baptiſta Caſtaneus primum Roſſanenſis Archiepiſcopus, deinde S. R. E. Presbyt. Cardin. S. Marcelli ſacellum hoc Beatiſſimæ Virgini dicatum, ornavit, dotavit, in eoque ſepulchrum ſibi conſtrui fecit anno MD LXVIII.

Cæterum Joannes Baptiſta præter votum, cum ſanctæ Univerſalis Eccleſiæ throno nobilitatus eſſet ſub nomine Urbani VII. anno 1590. die 17. Kalen. Octob. ſanctiſſimè ut vixerat, nondum inauguratus obiit duodecimo ſui Pontificatus die 5. Kal. Octob. ſummo omnium luctu in Vaticana Baſilica funeratus. Ejuſdeinde venerabile corpus in ſacello Divæ Annunciatæ ad Minervam tranſlatum, nobili tumulo, ſtatuaque marmorea, & epitaphio exornatum à ſodalibus Annunciatæ, quos ad miſerabiles virgines conſulendas ſuorum bonorum ex aſſe hæredes inſtituerat.

41 LANCELLOTTUS de Lancellottis Romanus utriuſque Signat. Referend. & Canonicus Lateran. Baſilicæ ſucceſſit Caſtaneo die 23. Januarii 1573. Hic innocentiſſimæ vitæ Præſul fuit, ac ſanctè ut vixerat, poſt annos 7. ab inita dignitate exceſſit 1580. quo Eccleſiam Metropolitanam conſecraverat, & Fratres Minimos in Urbe exceperat. XLV.

42 LÆLIUS Jordanus *c* Romanus publicus olim juris utriuſque in Urbe Interpres ex Epiſcopo Acernenſi die 28. Novembris 1580 ad hanc Roſſanenſem Eccleſiam tranſlatus, vir probus, & doctus ſedit laudatiſſimè menſes ſeptem *d*; fato functus eſt anno 1583. XLVI

c De eo Mandoſius in Bibl. Rom. vol. 1. Dec. 4.

d Fortè 15.



43 SILVIUS Sabellus *e* Romanus, Camillo Artiæ Domino, & Iſabella Urſina parentibus ortus, ex Cubiculario Apoſtolico, & Vaticanæ Baſilicæ Canonico Roſſanenſis adlectus eſt Archiepiſcopus an. 1583. Præfuit annos quinque, & ſub Clemente VIII. ex Patriarcha Conſtantinopolitano inter Presb. Card. cooptatus purpureo titulo S. Mariæ in Via condecoratur. Aritiæ moritur 1599. die 12. Kal. Feb. cadaver Romam relatum in Aracœlanæ Eccleſiæ familiæ ſuæ ſacello humatum. XLVII.


e De eo Ciaconius Oldoini t. 4. col. 189.

44 SCIPIO Floccarus Neapolitanus ſucceſſit Silvio anno 1588. obiit an. 1592. XLVIII.

45 LUCIUS Sanſeverinus, Neapolitanus ex Biſiniani Principibus, nobilitate generis, & propriis virtutibus vir longe clariſſimus, die 2. Decembris 1592. à Clemente VIII. delectus eſt Roſſanenſis Archiepiſcopus. Sedit annos 20, cum Cathedralem pretioſa ſupellectili Eccleſiaſtica eximie exornaſſet, tranſlatus eſt ad Salernitanum Sacerdotium anno 1612. evaſitque ſub Gregorio XV. XLIX.

S.R.

A



S. R. E. Cardinalis, mortuuſque eſt ſub Urbano VIII. anno 1623. de quo vide Salernitanorum Ar- B
chiepiſcoporum ſeriem noſtram.



L. 46 MARIUS Saxus, Neapolitanus Lucii Saxi Card. ex fratre nepos, utriuſque Signaturę Referendarius, ſublectus eſt Archiepiſcopus à Paulo V. C
die 19. Novemb. 1612. Mortem obiit anno 1615. ætatis ſuæ 39.



D

LI. 47 HIERONYMUS Pignatellus a Neapolitanus, clariſſima, ac vetuſta nobili gente natus, poſt Marium hanc ſuſcepit regendam Eccleſiam die 18. Maii 1615. ſedit plus minus an. 4. exceſſit ann. 1619.

a Vide eu Silos in hiſt. Cler. Regul. p. [illegible] Mendoz.

LII. 48 HERCULES Vaccarius, Bononienſis, utriuſque Signaturæ Referendarius, Roſſanenſium Archiepiſcopus fuit electus die 18. Febr. 1619. Conſecratur die S. Georgii. Sedit ann. 5. Obiit 1624. die 28. Iulii, Urbano VIII. ad clavum ſedente.

LIII. 49 PAULUS Comes Taurellus, Parmenſis, Pomponii Comitis montis Clariculi, & Iſabellæ Bonellæ Pii V. Pont. pronepotis filius, Michaelis Card. Alexandrini nepos, cujus literarum ſcientia, animique egregiæ dotes adeò Summis Pontificibus fuerunt in pretio, ut iidem ad publicam Eccleſiæ ſalutem uſi fuerint. Urbanus VIII. Roſſanenſi Ar-



chiepiſcopatu exornavit die 7. Octobr. 1626. quam Eccleſiam ſumma ſui nominis fama per aliquot annos conſultiſſimè adminiſtravit, ac eo munere ſe abſolvit: cumque ei proſpera fortuna videretur arridere deceſſit die 3. Aprilis 1630. ætatis ſuæ 54. tumulatus eſt in Aræcœli templo; nobili deinde marmoreo ſimulacro. & inſcriptione exornatus in templo S. Marcelli à docto, erudito, ejuſque gentili Auguſtino Taurellio Sarzanenſi antiquæ probitatis nobilitatiſque viro. Inſcriptio talis proſtat legentibus.

D. O. M.

Comiti Paulo Taurello Parmenſi, magni Pomponii Montis Clariculi Comitis filio, Pii V. ſanctiſſ. Pontificis ex Iſabella Bonella pronepoti, in utraque Signatura Referendario, & votanti, Priori S. Michaelis Parm. Marchiæ Vicelegato, Conſultori S. Officii, Meliten. Inſulæ Inquiſitori, ad Sereniſſimum Philibertum Sicilię Proregem pro rebus arduis Sedis Apoſtolicæ Delegato, & in generalem Luſitaniæ Collectorem nominato, Archiepiſcopo tandem Roſſanenſi, natalibus conſpicuo, ſcientia, & rerum uſu, animo in primis in adverſis invicto. Abbas Auguſtinus Taurellus Eminentiſſimi Principis Hieronymi Card. Colamnæ, & Protectoriæ Germanicæ, & Aragonicæ Auditor gentili ſuo bene de ſe merito poſuit. Vixit annos liv. obiit die iii. Aprilis MDCXXX.

De hac præclariſſima Taurella gente inter alios legendus Carolus de Lellis de familiis Neapolitani Regni.



50 PETRUS ANTONIUS Spinellus Neapolitanus ex Ducibus Seminariæ, Philippi Card. Spinelli ex fratre nepos electus eſt Roſſanenſis Archiepiſcopus die 20. Maii 1628. Obiit anno 1645. die 9. Novembris. Cui in Cathedrali hoc grati ani- LIV.

mi

mi monumentum ad hoc inventum, Canonici, & Clerus in marmore expreſſerunt.

D. O. M.

Petro Antonio Spinello Archiepiſcopo Roſſanenſi ex Ducibus Seminariæ, & Principibus Cariati, ob templi ſacrarium magnificentius extenſum, & ſacra ſupellectili locupletatum, ob annuos Capituli redditus miramen modum amplificatos, ob dilatatum ex prioribus anguſtiis in longiorem, commodioremque ſitum Archiepiſcopale Palatium, ob graviſſimarum litium, & veterum controverſiarum incommoda ſublata, Canonici & Clerus Roſſanenſis Eccleſiæ æternum grati animi monumentum Principi liberaliſſimo, Paſtori vigilantiſſimo, & Patri amantiſſimo poſuerunt, anno Dom. MDC. XL.



LV. 51 JACOBUS Carrafa, Neapolitanus ex Principibus Roccellæ, ſucceſſit die 18. Octob. 1646. Vivit hoc ipſo anno 1661. quo Camillus Pamphilius dotis jure Roſſani Princeps, ac, quod Romæ, locisque ſui dominatus magnificè præſtat, hæc, quamvis longo terrarum diſſita intervallo ditio, ſolitæ ejus munificentiæ diutius deſideraret effectus; ad ſubditorum devotionem excitandam, in Metropolitana Eccleſia D. Nilo, majus, ut vocant, altare ex Principiſſæ uxoris voto eleganti ſtructura, & haud parvo ſumptu erexit, & dotavit, Roſſanenſium vocibus ſui Principis piæ liberalitati plaudentibus.

ADDITIO.

(„ Jacobus verò & ipſe ſuæ Cathedralis decori „ ſummè intentus Epiſcopium auxit, & ſacellum „ ſubſtruxit in honorem SS. Sacramenti, ubi demortuus an. 1664. ſepultus eſt cum Epitaphio.

„ CAROLUS Spinula, nobili genere Neapoli procreatus, Ordinis ſervorum B. V. M. nobiliſſimus alumnus, S. Theologiæ Magiſter, qui Regens ſtudiorum, & Lector plures magiſterio ſuo peperit ſcientiarum diſcipulos, Provinciæ Neapolitanæ Provincialis, S. Inquiſitionis Neapolitanæ Conſultor, & Advocatus fiſcalis, demum in Romana Curia procurator generalis ad hunc thronum aſſumptus eſt 15. Septemb. 1664 ætatis anno 50. Incorruptè jus ſacrum dixit, verbo, & exemplo ſui met ægris medicinam faciens; ſacram ſupellectilem auxit; ſuique deſiderium fecit an. 1671. Ejus meminit Oldoinus in Athenæo Liguſtico, pag. 134. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 328 LVI.

„ ANGELUS de Nuce, nobili Neapolitana civilitate progenitus, qui vitam feſtinavit ſuam puriores inter Monaſtices inſtitutes mores, tenuitque apicem Caſinenſis Cathedræ, & hanc obtinuit à Clemente X. die 18. Martii 1671. Præfuit effuſa in omnes charitate, editiſque proficuis legibus cleri mores compoſuit, & vitæ percupidus tranquillioris libens, volenſque hoc munere ſe abdicavit, Romæ ad virtutis meritum non ignaviter reliquum ætatis abſumpturus an. 1676. Ejus vitam leges in par. 1. Vitarum Arcadum illuſtrium p. 13. LVII.

„ Fr. HIERONYMUS Urſaja, ex Oppido S. Joannis ad Pyrrhum, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, inſignis Theologus, electus eſt Roſſanenſis Archipræſul 24. Februarii 1676. Deceſſit 14. Julii 1682. Plura de eo vide in libro inſcripto: Abbatia S. Jo. ad Pyrrhum p. 134. & 135. LVIII

„ HIERONYMUS Compagnonus, Averſanus, patriæ Eccleſiæ Archidiaconus; Urſajæ ſucceſſit 5. Februarii 1683. Triennio Pontificatus non completo vitam cum morte commutavit. LIX

„ ANDREAS de Rubeis, Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, ſacræ Theologiæ Lector, & nonnullis ſuæ Congregationis domibus pluries præpoſitus, hunc gregem ſuſcepit regendum 31. Maii 1688. Defunctus eſt Neapoli menſe Novembri 1696. LX

„ ANDREAS Adeodatus, in Terra Caſtellanæ nullius diœceſis ex nobilibus parentibus prognatus, ſacræ militiæ nomen dedit in Congregatione Monachorum Caſinenſium, in qua per plures munerum gradus ad Archiepiſcopalem hanc infulam viam ſibi aperuit, promotus die 1. Julii 1696. Fato autem ſublatus eſt menſe Auguſto 1713. LXI.

„ FRANCISCUS Maria Muſcettola, Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, S. Theologiæ Lector, examinator ſynodalis Urbis, & ſacrorum rituum Congregationis Conſultor, hanc ſedem conſcendit 6. Decembris 1717.) LXII

RHEGIENSIS

Calabriæ Ulterioris, ſeu Magnæ Græciæ

METROPOLIS,

Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopatus
(Boven.
(Caſſanenſis.
(Catacen.
(Crotonen.
(Hieracen.
(Neocaſtren.
(Nicoteren.
(Oppiden.
(Squillacen.
(Tropeien.



QUÆ nunc ulterior Calabria, ſive inferior dicitur vetuſtiſſimis temporibus ob plurima præclara virorum ingenia, eruditorumque multitudinem Magna Græcia dicta eſt. Tanta ſcilicet erat bonitas regionis, tanta Græcarum celebritas diſciplinarum ſub Pythagora, ac diſcipulis ejus, ut Græci ipſi, genus in ſuam gloriam effuſiſſimum, magnam eam appellarent. Et quidem rerum omnium, tum quæ natura ſponte, tum quæ induſtria fiunt, quæque humano uſui, ac deliciis ſerviunt copia, ac varietate regio hæc redundat. Hic enim vina, olea, mella, lina, goſſypia, ſerica, frumenta, cæteræque fruges, atque omnis generis poma, item fontes aquarumque ſcaturigines, item pecuaria pabula, venationes, aucupia, & hæc omnia optima per totam regionem paſſim, atque affatim fiunt. Ubique ſaluberrimus aer, & præclara virorum ingenia vigent. Neque uno in loco manna legitur, ſed propemodum ubique, metalla etiam cæteraque ſponte naſcentia, item plantæ nobiles multis locis proveniunt, glandiferæ arbores, & caſtaneta, & ſylvæ ad domorum, & ad navigiorum fabricam aptæ paſſim ſunt.

Hæc ab Occaſu Brutios, à Septentrione Japigios, & Tarentinos habet, ad Orientem autem, atque Auſtrum Jonio mari alluitur. Celeberrimis quondam ac potentiſſimis urbibus floruit, Crotone,

A ac Locrenſibus; ſiquidem Crotoniatæ adverſus Locrenſes trigiuta hominum millia in aciem eduxerunt. Nunc ſexdecim ferè habet urbes; oppida autem, & caſtra in univerſum CLIII. Urbium præcipuæ Rhegium, Tropea, Catanzarum præſidialis ſedes Oppidorum autem pleraq; antiquiſſimis temporibus à Græcis condita præter pauca, quę ab hinc ſexcentos annos ex veterum ruinis excitata ſunt mutatis ſedibus. De Rhegio igitur primum, mox de aliis hujus Provinciæ urbibus, & Epiſcopis ſermonem inſtituemus. Rhegium itaq; antiquiſſima Brutiorum quondam, nunc Ulterioris Calabriæ Metropolis eſt in extremo littore Italiæ poſita contra Siciliam ſeptem m.p. trajectu à Meſſana diſtans, intercurrente Freto, ſive Euripo anguſto, quo Tyrrheni, ac Jonii maris unda inter Scyllam, & Caribdim perpetuo depugnant. Id Fretum Indigenæ Pharum Meſſanæ vocant, indeq; Siciliam citrà ultraq; Pharum recentior ætas interſtinxit. Ab ea porro fractura, & ſciſſione, qua Sicilia quondam terræmotu, &
B vi ab Italia ſeparata eſt, Rhegium dictum plerique volunt. ρηγη Græcè fiſſuram ſignificat, licet non deſint, qui à Samnitibus latino ſermone Rhegiam dictam velint, quippe cum in pleraque oppida Colonias deduxerit, & permultos celeberrimos viros ediderit gubernandæ Reipublicæ, doctrinarumque gloria claros. Nec deſunt, qui Rhegium ab aeris temperie, cœlique clementia dictum dicant, nam Ρηγτω utile, jucundum, & bonum notat.

Cæterum Rhegium, ut ab origine ipſius eloglum ordiamur, quemadmodum B. Hieronymi, ac Joſephi Judęi auctoritate monſtratur, conditorem habuit Aſchenazium, Noe Patriarchæ, ac humani

ge-

A generiſinſtauratoris ex Gomero pronepotem, qui mortalium primus poſt univerſalem cataclyſmum in Italiam venit, atque ibi ſedes poſuit. Ex quo intelligitur Rhegium totius Italiæ vetuſtiſſimam Urbem eſſe. Jam verò heroicis, fabuloſiſque temporibus ab Auſoniis frequentata hæc civitas Jocaſtum Æoli ventorum Regis filium habuit Regem, ut Diodorus Siculus lib. 6. tradit. Conſimiliter poſtea oram hanc obtinentibus Græcis, ingens Rheginorum potentia fuit, ut ex Thucydidis hiſtoria cognoſcere eſt, legibus inſtitutiſque præclaris, & mille optimatum à Calcidenſibus ac, Meſſeniis huc Coloniis deductis conſtituta Repub. & ſubinde Anaxilao Tyranno ſumma æquitate, ac clementia dominante, ut Ariſtoteles, Juſtinus, Macrobius conteſtantur, cujus Tyranni memoriam tanta charitate coluerunt cives, ut extincti filium puerum ſuperſtitem per ſervum tutorem Patris teſtamento regnare paterentur: fuere enim perpetuo Rhegini humanitate, ac benignitate præditi. Bello Pyrrhi Rhe-

B gis auxilio Tarentinis miſere contra Romanos, poſtea Romanorum fidem ſecuti cum quatuor millium Romanorum militum præſidium contra Pœnos accepiſſent, ab his pulſi civitate, Pop. Rom. decreto cæſis militibus patrios lares receperunt, & ut ait Livius in ſummo belli Punici terrore in fide. & amicitia P. R. ad ultimum permanſerunt, quibus pro meritis fuit Rhegium Romana Civitate donatum, & ut Nonius Marcellus, & Feſtus ſcribunt, evaſit Colonia Romanorum municipiumq; nobiliſſimum. Itaque Appianus lib. 4. bell. civ. enumerat Rhegium, & Hipponium inter ſeptem illuſtriores, & opulentiores Italiæ Urbes, quæ ſubſtantia, & domorum pulchritudine, pavimentiſque præſtabant. Magnas tamen injurias, & calamitates ſæpius pertulit hæc Civitas: eam Dionyſius primum ſolo æquavit, quod puellam in matrimonium petenti Rhegini lictoris filiam dediſſent: Dionyſius verò filius eam inſtauravit. Inde Campanorum præſidium Rheginos magna ex parte delevit.

C Terræmotibus quoque paulò ante bellum Marſicum Urbis pars magna corruit; atque Lucio Furio, & Attilio Serrano Conſulibus Urbs penè tota incendio conſumpta eſt, ſine ullo humanæ fraudis veſtigio. Poſtea Cæſar Auguſtus fugato ex Cicilia Pompejo cum deſolatam hominibus Urbem cerneret, acceptos è claſſe permultos ei dedit Accolas, unde Rhegium Julium dictum eſt. Cum autem multis poſt ſæculis Agareni vaſtitatem Calabriæ, Lucaniæ, & Apuliæ intuliſſent, nil adverſi Rhegium ſenſit, idque ob ſanctitatem Euſebii Archiepiſcopi, cujus precibus ſervata eſt Civitas. Sed noſtra, & avorum memoria quinquies direpta Urbs à Turcis fuit, omniaq; illius ornamenta, ſacra res, ampliſſimæq; domus ferro, & igne abſumptæ adeo, ut nunquam patrum tempeſtate ruinas priores ante plenam inſtaurationem non fuerint poſteriores conſecutæ. His denique ferè noſtris temporibus, quando Civitas per quadraginta ipſos annos ad priſtinum reſtituta decus quodamodo videbatur, templis, cœnobiis, ac privatis ædificiis refectis, ſupremam de-

D vaſtationem paſſa eſt. Anno enim præteriti ſæculi nonageſimo quarto die tertia Septembris, ſummo mane Turcarum claſſis triremium propè centum Rhegium aggreditur, & nemine penitus obſiſtente cum prius omnes aufugiſſent, civitatem nullius præſidio munitam devaſtat, illamque per dies quinque proximos incendit. Licet autem agros ingreſſi deprædantes neminem tamen ex civibus, Deo juvante, cœperunt, neque occiderunt, ipſi verò Cives ſupra centum Turcas interfecerunt. Multam autem civium ſupellectilem, quæ in ipſa civitate in latebris terræ abſcondita fuerat invenerunt, quæ partim ad triremes tranſvecta, partim igne incenſa cum omni ſere civitate fuit. Nam templa omnia fuerunt exuſta, vetuſta quæque pretioſa monumenta omniaque privilegia Cathedralis cremata, altaria, & ſacræ imagines dirutæ, ac omnia ſacrilega manu prophanata, & ne aliquid intactum, incontaminatumque relinquerent, mortuorum corpora exhumata igni tradiderunt, atque in his illud etiam Archiepiſcopi Gaſparis Foſſæ proximè defuncti, qui quanquam alias vivus aufugerit eorum ſævitiam, mortuus tamen non evaſit.

His jam de hujus Urbis fortuna percurſis nunc de virtute civium aliquid adnectere par videtur. Ut igitur taceantur ii, qui Religione, ac ſanctitate illuſtres fuerunt, qui ſacro in elogio recenſendi ſunt, occurrunt multi qui diſciplinis claruerunt, ac primum Python Rheginus, Philoſtrato Apollonii Thyanei vitam ſcribente celebratus, qui cum patria exul à Dionyſio Siciliæ Tiranno liberaliter habitus ad prodendam patriam ſollicitaretur, Tyranni mente civibus nunciata, à Dionyſio machinæ alligatus eſt, qua urbem oppugnabat, eo conſilio, ut Rhegini machinæ parcerent ne Pythonem læderent. Ille autem fide, ac conſtantia invictus magnis vocibus Rheginos hortabatur, ut in machinam tela torquerent, ſe namque ſignum libertatis eſſe propoſitum. Academicus hic erat, ſed Pythagorei plurimi Rhegii floruerunt, poſtea quam ut Jamblicus ait, Pithagorica ſchola exuſtis Crotonæ civibus Rhegium eſt translata. Summus vero, & in omni ævo admirandus Geometra, & Aſtrologus fuit Hipparcus Platoni, Plinioque laudatus. Hic utriuſque ſyderis, ſolis ſcilicet & lunæ curſum in ſexcentos annos præcinuit, menſes gentium, dieſque & horas, ac ſitus locorum, & vicos populorum complexus, Ævo teſte, haud alio modo quam conſiliorum naturæ particeps. Ejuſdem Hipparchi ſagacitate compertum eſt lunæ defectum aliquando quinto menſe à priore fieri, ſolis vero ſeptimo; eandem bis in triginta diebus ſupra terram occultari, ſed ab aliis cerni; quæque ſunt in hoc miraculo maximè mira, cum conveniat umbra terræ lunam hebetari, nunc ab occaſus parte hoc ei accidere, nunc ab ortus. Idem novam ſtellam in Cœlo ſua ætate genitam deprehendit, & terram univerſam dimenſus nomina ſtellis omnibus impoſuit, earumque numerum explicavit. Hæc ex Plinio. Rheginus etiam fuit Androdamus philoſophus, & legiſlator, qui teſte Ariſtotele, Chalcidenſibus leges ſcripſit; fuit & Theætetus philoſophus pariter, & legiſlator, cui Plato lib. de ſcientia inſcripſit; item Lycus Pythagoricus Pater Lycophronis Tragici Alexandri Magni temporibus, ut Suidas tradit, non Hippias Philoſophus, Orator, Poeta, & Hiſtoricus, qui primus res Siculas ſcripſit, de quo Suidas, & Plutarchus, Xenophon, Ælianus eique Plato duos libros inſcripſit; Rheginus autem fuit Glaucus Pythagoricus, & muſicus præſtantiſſimus Democriti æqualis, cujus meminit Plutarchus & Laertius. Ex eadem Urbe fuit & Theagenes poeta clarus Cambyſis Regis temporibus, ut Euſebius tradit, qui ut Tatianus in lib. contra Græcos teſtatur ante omnes alios perſcrutatus eſt Homerum, ſcripſitque de ejus poeſi ac tempore. Fuit Cleonymus poeta dithyrambicus: ſcripſit ad Alexandrum Magnum epiſtolas, & dithyrambos, ut Athenæus lib. 9 author eſt. Fuit Ibycus poeta Lyricus, hiſtoricus, & muſicus, unus ex novem lyricis univerſæ Greciæ celebratus Ariſtophani, & Iſacio Lycophronis interpreti, à quo Ibycium, ſeu Ibycinum metri genus inventum, & nominatum, ut Suidas, & Plutarchus tradunt. Hic triangularem etiam Cytharam invenit, quæ ſambuca dicitur, ut ſcribit Athenæus lib. 4. Invenit etiam ribicinum inſtrumentum, quod Romanis in conflictu cum Celtis terrifica voce miro auxilio fuit. Hic cum pueros amaret nitore numine in latrones incidit, cumque jam ab iis occidendus eſſet, Grues forte ſupervolantes obteſtatus eſt, nec ita multo poſt cum latrones in foro ſedentes Grues rurſum ſupervolantes conſpicati mutuo dixiſſent, en Ibyci Grues, in ſuſpicionem patrati facinoris venere, atq; eo indicio pœnas Ibyco dederunt. Unde parœmia orta eſt, Ibyci grues, in eos, qui occulta fore malefi-

cia temerè ſpetant. Fuit ex eadem Urbe Cliarchus ſtatuarius celeberrimus, qui ut Pauſanias in Laconicis teſtatur, Jovis ex ære ſignum fecit, omnium quæ ex eadem erant materia vetuſtiſſimum. Fuit & Pythagoras ſtatuarius, & pictor clariſſimus, qui primus ſtatuarum proportionem conſideravit, primus numerorum, ac modorum repertor fuit, Pythaghoræ philoſophi temporibus, ut ſcribit Diogenes Laertius. Nec ſilendos C. Antiſtius Julii Cæſaris bello Gallico legatus, & Lucius Romæ Trib. Pleb. ambo Rhegini. Sed & Cicero Rhegii aliquando commoratus Topicorum libros ibidem edidit, ut idem ad Trebatium ſcribit.

His igitur potiſſimum viris olim Rhegium floruit, atque hæc Rheginorum fortuna, & virtutis ſumma fuit, utraque temporum injuriis everſa, ac deleta. Quamobrem ad ea nunc deſcribenda veniamus, quæ naturæ altis fixa radicibus caſu aliquo deleri, tollique non poſſunt, ipſa nempe, loci ſituſq; amœnitas. Eſt enim Rhegium in planitie propè maris littus Occidentalem partem proſpectans inter Luponem, & Calopinacum amnes, eximia loci fertilitate, Cœlique temperie optimam incolis ſedem præbens; habet enim mare ad piſcandum ſatis opportunum, terram verò aquis irriguam, & pomariis amœnam. Marinis quidem deliciis abundat hæc Civitas, quia ut ait Caſſiodorus, ibi mare ſuperum, atque inferum, utriuſque pelagi delicias in unum ſinum volubilitate ſua perducunt. Hinc nobilium eo in loco piſcium captura, in primis vero ejus, quem exormiſton vocant murænis aſſimilis. Vicina littora decimum ad uſque lapidem frigidis, ac dulciſſimis aquis abundant, ita paſſim manantibus, ut jucundiſſimum ſpectaculum ſit effoſſa tantiſper humo fontes undequaque circumfluentes erumpere. Quod vero eſt mirum in Rhegino littore, poſt Cænidem promontorium m. p. quatuor uſque ad Leucopetram, ſimul atque mare exieris pede uno, & eo etiam minus, terra effoſſa aquæ dulces ſcatent. Viget profectò in hac ora felix quædam & beata amœnitas, ſi quidem perennes arborum frondes perpetuum ver faciunt & citriorum, ac limonum, malorumq; aureorum non horti tantum; ſed nemora amplíſſima ſpectantur, adeo ut totus Rheginus ager pomarium videatur: hic palmæ ob cœli gratam temperiem dactylos ferunt. Platanum verò prima Italicarum Urbium Rhegium vidit, atque aluit, huc è Sicilia translatam à Dionyſio, & eſſet miraculum, ut Theophraſtus tradit lib 4. de plantarum natura. Naſcitur in hoc agro planta, muſaro vocant, & malum paradiſi, cujus poma digitali longitudine, & ſapore dulci menſe Novembri maturescunt, ibidem vitex, ſiliqua ſylveſtris, & abſinthium ſponte proveniunt. Naſcitur & molaris lapis frumentarius, & Olearius, Palladiæ arbores, hoc eſt oleæ domus ſuæ affatim naſcuntur Olivę ad magnitudinem amygdalarum craſſæ. Vinum Rheginum, ait Athenæus, cum Surrentino pinguius ſit, uſq; ad annum quintumdecimum eſt utile. Sed plurimas hujus agri laudes perſtrinxit Caſſiodorus his verbis: *Rheginorum terra eſt montanis lapillis variſſima, aridis paſcuis, ſed nudoſa vindemiis, ſegetibus adverſa, ſed olivis accomoda; ideo cultura ejus omnis in ſarculis eſt, quia ſuperficies ipſius ſicca nutrire non valet ſaporaè naſcentia. Stercore illic ager nudus induſtria potius, quam natura veſtitur. Nam Palladiæ ſilvæ viriditate contegitur, quæ in ſolo ariddiſſimo approbatur. Talibus enim locis illa proficiunt, quæ radicibus proceris ad humi penetrale deſcendant. Segetes irrigantur, ut vivunt, & conditione mutata hoc ariſtis impenditur, quod oleribus exhibetur. In hortis autem Ruſticorum agmen habetur operoſum, quia olus illic omnium ſaporum eſt marina irrorationæ reſperſum, quod humana induſtria fieri conſuevit.* Sunt Rhegii figulinæ, ubi ollæ coquinariæ laudatiſſimæ fiunt, olim etiam patinæ nobiles habebant, ut Plin. lib. xxxvi. refert. Hic nundinæ nobiles quotannis celebrantur; Vivunt, ut plurimum Rhegini, & finitim. populi, ex eo, quod ſeu terræ cultus, ſeu jumentorum, pecudumq; fœcundum ſane genus ſibi paraverint emolumenti. Illud autem eſt præcipuum gentis hujus mores, atque induſtria. Bombyces alere ad ſericas bombycinaſque veſtes, cœteraque id genus ornamenta contexenda, cui ita ſunt incolæ dediti, ut eorum ferè campi mororum arboribus frequentes adſint, earum enim potiſſimum frondibus hoc animal depaſcitur, unde tantam ſerici copiam conficiunt, ut vix credam in tota ferè Europa, aliam eſſe Urbem, quæ majorem vel tantam præbeat.

Cęterum Sedes Rhegina eſt vetuſtiſſima ab Apoſtolo Paulo fundata, & totius Calabriæ facta Metropolis, quam proinde omnes Calabriæ Epiſcopi uti Principem agnoverunt, dum Calabria ipſa, & Lucania in ditione Græci Cæſaris fuerunt; cum enim Paulus Apoſtolus ex Judæa Romam peteret, Rhegium divertit, ut Lucas in Actis Apoſtolorum tradit, ac die uno ibi moratus, Deique verbum apud Rheginos adhuc idola colentes concionatus, eorum plurimos convertit, & baptizavit, indeque abſcedens, Stephanum Nicænum hominem, qui ipſum è Judæa fuerat comitatus, Epiſcopum conſtituit, qui cum ſeptemdecim annos Rheginam Eccleſiam optimè rexiſſet, & finitimos populos prædicatione ad fidem convertiſſet, atque Epiſcopos, ac Presbyteros ordinaſſet, orta in Chriſtianos perſecutionis procella, ipſe, & Sueta vicinæ civitatis Epiſcopus, nec non Agnes, Fælicitas, & Perpetua mulieres ejus diſcipulæ præſidis Hieradis juſſu fruſtra igne acceſo tandem perempti, martyrii palmam conſecuti ſunt. Non. Julii. Corpus autem B. Stephani intempeſta nocte à viris catholicis in Auſtrali parte civitatis milliario ab eo in receſſu, & Oratorio ſuo ſepultum eſt, aliorum verò corpora eodem loco humata ſunt, ubi fuerunt trucidati. Primi itaque Epiſcopi Rheginorum fuerunt Beati Stephanus, & Sueta, quibus ſucceſſere alii ſanctitatis gloria pariter clari. In primis vero Euſebius Archiepiſcopus, cujus precibus ſervata eſt civitas in illa furioſa perſecutionis rabie, qua Agareni in Calabriam, & Lucaniam deſævierunt. Sanctus etiam Bruno Carthuſienſis Ord. auctor Rheginos Archiepiſcopus à Clero electus, & ab Urbano II. Pontifice confirmatus eſt. Sed ille Eremiticam vitam, ut Dioniſ. Carthuſ. ſcribit in Act. Apoſtolor. prætulit Archiepiſcopatui. In Conc. Nicæno primo, ex tota Italia unus duntaxat Epiſcopus adfuit, Marcus ſcilicet Epiſcopus Calabriæ utique Rheginus. Joannes Epiſcopus Rheginus Agathonis Papę Legatus cum duobus aliis Epiſcopis miſſus eſt ad Synodum Conſtantinop. In Regiſtro Innocentii Rom. Pont. Extat exemplum literarum ipſius ad Archiepiſcopum, Clerum, Milites, & populum Reginen. quibus eos hortatur, ut Legato Apoſtolico obediant. Rhegium protectorem habet S. Georgium catholicum Martyrem Chriſti, cujus interventu, & auxilio non ſemel ab hoſtibus liberum factum eſt.

At Metropolis Baſilica titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ nobilis. & vetuſtæ ſtructuræ in medio civitatis ædificata eſt. Sacris in ea miniſtrant Canonici 18. è quibus quatuor dignitate eminent, Decanus, qui ſecundam poſt Pontificalem Sedem obtinet, Archidiaconus, Cantor, & Theſaurarius, & Clerici ſeminarii alumni. In Civitate præter Metropolitanam extant Parochiales Eccleſiæ undecim, & in his una Collegiata (vulgo nuncupata *la Catolica*) in qua Protopapa dignitate præfulgens una cum duodecim Græcis Præsbyteris græco ritu ſacrum facit, & miniſtrat. Virorum cœnobia diverſorum ordinum ſex, Sanctimonialium ſeptem unum, cui attributum eſt annui redditus ducatorum 1300 & Collegium Patrum Societatis Jeſu; Mons-Pietatis habens annuos redditus ducatorum 2000. In Rhegina Urbe ſub Sixto Papa III. ac Valentiniano Imperatore habita fuit Provincialis Synodus ſub Hilario Epiſcopo adverſus Epiſcopum Briaticenſem, qui minus legitimè fuerat ordinatus: fuiſſe etiam ex Rhegina Urbe, ſeu Regione tres

Romanos Pontifices quidam volunt, ſcilicet Leonem Secundum, Stephanum Tertium ſive Quartum, & Agathonem quos Siculos alii ſaciunt. Fuere autem ſancti viri ex Vrbe præcipuè duo B. Cyprianus Monachus Ord. S. Baſilii, Abbas Monaſt. S. Nicolai, quod eſt io pago Calamitio, & B. Thomas ejuſdem Ord. Abbas Monaſt. in pago Tireto.

Diœceſis Rhegina octo egregia oppida continet, & pagos 23. oppida ſuot 1. S. Agatha græcum oppidum, quod bonum ſignificat, Civitatis titulo Regum Privilegio ornatum, & merito, quippe oatura mnnitum, & ſerico, arque oleo abundans. Sunt in ejus agro pagi Cardetum, & Miſoriſa quorum, atque oppidi incolæ Latina, & græca lingua utuntur. Sacra verò Græco more & lingua faciuot. Inde eſt 2. la Motta, & Leucopetra promontorium antiquis Scriptoribus celebratum, quod ſit ultimus terminus Appennini & Italiæ, à colore ſic dictum, quaſi ſaxum album, ubi mare coralliſerum. Ager autem capparum ferax. Inde eſt tertium oppidum Peoredactylum, quod quinqne digitos ſignificat, amygdalarum, capparum, mellis, ſeſamæ & cotis aquariæ copia nobile, ac natalibus Petri Monachi Cryptæ ferratæ, qui in Floreotino Concilio adverſus Græcos pro Rom. Eccleſia doctiſſimè diſputavit: ſupra eſt Mons Bellus; oppidum amygdalarum ferax. Inde quintum oppidum S. Laurentii edito loco ſitum; ubi linum optimum, & caſeus fit probatiſſimns. Provenit terebintus, lapis molaris, frumentarius, & olearius, cuminum ſylveſtre, fœniculum marinum, abſyothium marinum, & ſpartum. Hic in Templo S. Angeli quieſcit corpus B. Geraſimi hujus oppidi civis, cujus feſtum agitur 8 Kal. Julii, exin Thales fluvius labitur, qui Locrenſes à Rheginis diſterminat, circa quem Strabo, Solinns, & Ælianus ſcribunt cicadas, quæ in Locrenſi agro ſunt, maximè ſonoras, in Rhegino eſſe mutas. Sextum oppidum *fiumar di Maurouli*. Septimum Colonna. Octavum Scylla. Eſt autem Scylla oppidum in ſcylleo promontorio ſaxoq; ſublimi impoſitum, quod humilem à tergo tellurem habet in Cherſoneſi agro faciem, quam Anaxilaus Tyrannus ædificato muninivit muro, & Craſſus poſtea ut Sparta cum intercluderent, foſſa, & muro clauſit trium millium paſſuum longitudine, atque ita ex Peninſula Inſulam fecit. Dictum eſt autem Scyllæum promootorium & oppidum à Scylla monſtro, ut Poetæ Græci, ac Latini fioxerunt. In ſuperiori enim parte promontorium id humanam effigiem, in inferiori vero plures reſectos ſcopulos ſub radicibus cavernoſos habet, intra quos dum æſtus maritimi ingrediuotur ab iis refracti ſragore illo canum latratum, & luporum ululatum imitantur. Hinc fabulæ Scyllam & Charibdim peperere, dum navigaotes magnis vorticibus pelagi exterriti latrare putant uodas, quas ſorbeotis æſtus vorago collidit, ob eamque rem Scyllam pubeteous virginea eſſe facie, reliquam vero corporis partem piſcium, canum, ac luporum inſtar eſſe. Naſcitur in hoc agro nobile vioum, quod malvaſiam vocant Cretenſi ſimile. In mari verò capitur piſcis Spada oobiliſſimus. Euripi autem fluxum bis die, noctuque alternari Strabo ſcribit, Homerus, Virgil. ſic enim tertio Æneid.

Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charibdis
Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſto.
Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſque ſub auras
Erigit alternos, & ſidera verberat unda.

Sunt & pagi 23. quos caſalia vocant, Joppido, Moloi, Sabatello, S. Stephano, Aleſſii, Arati, Orchi, S. Joan. S. Domioico, Torretti, Triano, Pavigliano, Cannavo, Soperato, Podargoni, Cerati, Schindileva, Dominiti, Perlupo, Sancto Bingo, Leganale, S. Roberto, Molochello, ex his vero quidam Græcos habent Colonos. In univerſum autem tota hac Diœceſi contineotur Parochiales Eccleſiæ 23. quarum quatnordecim in ſuburbiis Civitatis, reliquæ in oppidis, in quibus etiam virorum cœnobia octo, Eccleſiæ 233. Fidelium animæ toram Diœceſim incoleotium fermè quinquaginta millia; cenſentur autem familiæ in ipſo Rhegio ex codice Fiſci 2380.

Provincia Rhegina novem ſuffraganeos Epiſcopatus complectitur, nempe Boveo. Catacen. Crotonen. Hieracen. Neocaſtren. Nicoteren. Oppiden. Squillaceo. Tropejen. Nam Caſſanen. cum exempta à Metropolitæ juriſdictione prætenderetur, Pius V. per literas ſubſignatas annulo piſcatoris 1566. 17. Septemb. declaravit Metropolitano Rhegino ſubjacere, ſed nunc Conſentinam Metropolim Syoodorum cauſa petit, prout viciſſim Epiſcopus Militeo. exemptus Rheginam Metropolim dumtaxat ſynodorum cauſa accedere ſolet, de quo egimus in primo noſtro to. inter Eccleſias Romano Pontifici immediatè ſubjectas. Archiepiſcopus Rheginus hodie eſt ex Apoſtolico indulto ad Regiam præſeotationem, cujus Archiepiſcopalis menſæ anouus cenſus ſcutorum quatuor millia, qui colliguntur preter cætera ex vectigalibus civitatis Boven. quam Archiepiſcopi io ſua ditione Comitatus titulo cum mero, & mixto imperio obtinent, nec non oppidum Caſtellacii, quod Baroniæ titulo poſſident; taxatur Eccleſia hæc in libris fiſci Apoſtolici flor. 600. Archiepiſcopi verò, qui Rhegienſi ſedi præfuerunt ad hæc noſtra uſque tempora, tali ordine, ac ſerie hic numerantur.

S. STEPHANUS Niceæ in Bithinia natus, I.
ab Apoſtolo Paulo, cujus itineris, atque peregrinationis Comes fuit, cum fidei cauſa, quod Neronem Cæſarem appellaſſet, Romam ejuſdem Imperii anno ſecundo ab Hieroſolymis navigaret, Syracuſis cum triduo divertiſſet, Rhegium deveoerunt, ibique Stephanus quinto & vigeſimo anno poſtquam Chriſtus Domious Cœlos aſcendit, primus ordinatus eſt Epiſcopus; poſt Apoſtolum Chriſti fide diſſeminata, Eccleſiaque Rhegina Chriſtianæ fidei præceptis inſtituta, & fundata, ad aſpicieodam Evangelii lucem illius urbis civium aoimos mirificè revocavit, inſigniſque fidei virtutum claritate, morumque exemplo, & doctrinarum præſtantia reſplēduit. His igitur, aliiſque piè geſtis rebus, cum decem & ſeptem annis Rheginam Eccleſiam adminiſtraſſet, in ſæva perſecutionum rabie multis pro religione laboribus, certaminibuſq; perſunctus, apud Hieracem Præfectum accuſatus, quod impias idolorum ſuperſtitiones, quibus maximè Rhegini devincti erant, coargueret, glorioſo, & illuſtri martyrio cum Suera Epiſc. Agnete, Felicitate, & Perpetua, quos in fide erudierat, coronatur ao. Chriſti 74. cujus ſepulchrum extra urbem ad Auſtralem partem, uno ferè ab urbe lapide viſitur miraculis clarum. Ejus feſtum celebrat Rhegina Eccleſia 3. Non. Julii, quo die martyrium ſuſcepiſſe narratur. Ejus Acta breviter Græco codice ſcripta, ſic translata leguntur.

Martyrium ſacri & ſancti Patris noſtri Pontificis, & martyris Stephani Metropolis Rheginæ Eccleſiæ Archiepiſcopi. Hic ſacroſanctus Martyr Stephanus fuit de civitate Nicea. Petente autem Paulo Apoſtolo Romam, comitatus eſt eum uſque ad civitatem Rhegii Calabriæ. Cum autem Apoſtolus civitatem inveniſſet Idola colentem, prædicavit in ea verbum Domini, & ſicut terra bona accepto ſemine centuplum reddit, ita & ejus civitatis incolæ verbum Dei receperunt, quos cum Paulus inſtruxiſſet, & plurimos illorum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizaſſet, creavit ipſis Archiepiſcopum Stephanum, qui ſibi creditum gregem benè paſcens, multos Occidentalium ad fidem Chriſti ſuis doctrinis convertit. Cum autem in hac civitate decem, & ſeptē annos moratus eſſet, & Epiſcopos, & Presbyteros ordinaſſet, Deique gratia Eccleſia aucta fuiſſet, poſtea perſecutione contra Chriſtianos motu, captus fuit à Hierace Duce functus, tamque pacificus fidei Chriſtianæ, & coactus fuit, ut abnegaret Chriſtum, & immolaret Idolis, ipſe autem non admittebat, quin potius intrepide Chriſtum Deum confitendo, & factorem omnium, Idola autem gentium ligna, & lapides ſenſu carentia opera manuum hominum eſſe aſſerens, & Diaboli inventiones, idcirco indefeſſe percutitur una cum

Suera Epiſcopo, & ſaxis quoque vultus eorum confringerentur, in camiaumque ignis injecti exierunt illæſi, unde multi crediderunt in Chriſtum, & clamaverunt dicentes: Magnus Deus, qui à Pontificibus Stephano, & Suera prædicatur. Inter quos erant mulieres pudicæ Agnes, Felicitas, & Perpetua nuncupatæ, diſcipulę Divi Stephani, quę intrepide coram Hierace Duce confeſſæ ſunt nomen Chriſti Dei veri, Creatoris omnium prædicantes; tum autem ira plenus Dux, ipſas una cum Stephano, & Suera Pontificibus gladio diſtindi juſſit, quo facto illico tradiderunt animas ſuas Domino gratias agentes, & exultantes, quod digni facti eſſent pro Chriſto mori. Pretioſum corpus D. Stephani martyris, & pontificis à viris fidelibus intempeſta nocte in Auſtralem partem ejuſdem civitatis delatum depoſitum eſt in abdito ejus Oratorio circiter jugerum unum à civitate plurimas ſanctitates operans. Aliorum vero Ss. corpora Sueræ Epiſcopi, Agnetis Felicitatis, & Perpetuæ, ubi trucidata ſunt, à fidelibus collocata fuerunt, ut orent pro mundo. Hæc Acta.

Hujus non meminit Martyrol. Rom. memoratur tamen à Ferrario in Catal. Sanctorum, qui in eo Martyrologio non ſunt, ex tabulis Sanctorum Calabriæ die 5. Julii à David Romeo in Catal. Sanctorum Regni Neapolitani, agitur die 7. ejuſdem. Poſt Stephanum uſque ad Conſtantini Magni tempus, Epiſc. qui in hac ſede floruerunt deſiderantur.

II. 2 MARCUM habet Catalogus Rhegienſium Epiſcoporum floruiſſe ſub Conſtantini Magni Imperio, ac interfuiſſe Niceno Concilio anno 322. tanquam Legatum Sylveſtri Papæ cum Divo Nicolao Miræ Epiſcopo, & vixiſſe in hac dignitate annis fere viginti digne & laudabiliter ſub Sylveſtro, Marco, Julioque Summis Pontificibus.

III. 3 HILARIUS vixit anno 434. quem volunt ſynodum Provincialem habuiſſe cum tredecim ſuis Coepiſcopis Severino, Audentio, Julio, Arcadio, Auſpicio, Severo, Claudio, Valeriano, Neuterio, Aſclopio, Theodoro, Maximo, & Conſtantino; ajunt Synodum hanc confirmaſſe Sixtum III. Pontificem.

IV 4 S. SISINIUS civis, & Epiſcopus Rheginus floruit anno 536. Sedit plus minus annis 25. Hic S. Placidum D. Benedicti diſcipulum, inclytumque Chriſti martyrem Roma Meſſanam tendentem perbenigne biduo Rhegii hoſpitio recepit, tandem vitæ ſanctitate illuſtris ad Cœlum evolavit, dies tamen ignoratur.

V. 5 S. CYRILLUS Rheginus fuit civis, & Epiſcopus circa annum Dom. 559. Is tanta floruit ſanctitate, ut Rhegini in ejus nominis gloriam, & piam memoriam oppidum incolis frequens condiderint, mottamque S. Cyrilli appellarint. Sediſſe volunt an. 27. obiiſſe vero an ſal. 586.

VI. 6 LUCIUS Epiſcopus Rhegienſis præceſſor Bonifacii ſequentis, cujus meminit S. Gregorius epiſt. 43. lib. 2. Ind. 11. de injuſtitia Stephaniæ facta: annus quo cœpit ſedere incompertus; crediderim tamen, ſi vera ſunt quæ de obitu Cyrilli commemorant Rhegienſis Eccleſiæ tabulæ, ejus electionem fuiſſe circa annum Dom. 586.

VII. 7 BONIFACIUS claruit anno Domini 593. ſub Divo Gregorio Magno, adverſus quem Rheginus Clerus apud eundem Pontificem querelas habuit: cauſam examinandam commiſit Gregorius quinque Calabriæ Epiſcopi, Paulino, Proculo, Columbo, Venerio, atque Martino, eidemque idem ſanctus Pontifex ſcripſit Epiſtolas 4. & 43. lib. 2 Indict. 11. pluresque alias, quibus Caurienſem Eccleſiam, quam Cariatenſem dicunt, per annos multos paſtoris ſolatio deſtitutam Bonifacio commendavit. Sedit ann. 8. obiit an. 601. („ *Idem Gregorius Bonifacio Sciſcitanti, an ſubdiaconi ſuæ Eccleſiæ poſſent* „ *uxorem ducere, reſpondit, quod non, ut ex Epiſt.* „ *5. l. 3.*)

VIII. 8 PAULINUS Bonifacio ſucceſſit eodem ann. 601. tres omnino annos fuit Rhegienſis Epiſcopus.

9 JOANNES II. Agathonis Papæ Legatus in Oriente contra Monothelitas, ad fidem Catholicam confirmandam, & ad Conſtantinopolitanam Synodum Oecumenicam decernendam miſſus ann. 680. ſocios habuit Abundantium (1) Portuenſem, & Joannem Paternenſem, Epiſcopos. Hi omnes ſubſcripti reperiuntur in eadem Synodo. Legendus Baronius ad hunc annum. Interfuerat an 649. ſub Martino Papa, Concilio Romæ celebrato, cui ſubſcripſerat, *Joannes Epiſcopus ſanctę Reginę Eccleſiæ huic definitioni confirmationis Orthodoxæ fidei, & damnationi Sergii Conſtantinopolitani quondam Epiſcopi, Cyri Alexandriæ quondam Antiſtitis, Theodori item Epiſcopi, Pyrrhi atque Pauli Conſtantinopolis, Epiſcoporum cum hęreticis eorum ſcriptis ſtatutas ſubſcripſi.* Rexit Joannes eximiè hanc Rheginam Eccleſiam ann. 28. IX.

10 CONSTANTINUS rexit hanc Eccleſiam ann. 790. Interfuit Concilio Nicæno ſecundo. X.

(„ *LEONTIUS interfuit Concilio Conſtantino-* „ *politano an. 870. Hujus meminit Ughellus, ſed* „ *tempus, quo ille vixerit, ignorans infra poſt Ga-* „ *latum recenſuit.* XI.

„ *LEO memoratur in Pſeudo Synodo Photii habi-* „ *ta an. 879. forte idem cum ſuperiori.*) XII.

11 S. EUSEBIUS civis Rheginus, ſpectatæ ſanctitatis Præſul, cujus precibus, ac meritis Rhegina civitas furentibus Græcis, ac Sarracenis, totamque Calabriam, & Lucaniam ſurſum, deorſumque impie vaſtantibus nil mali prorſus paſſa eſt. Exceſſit vir beatus poſtquam annis 14. bene rexiſſet Eccleſiam ſibi commendatam anno ſalutis 916. XIII.

12 STEPHANUS II. Euſebio datus eſt ſucceſſor ann. 916. qui poſt devaſtatam à Sarracenis, Gręciſque Calabriam, Lucaniam, Apuliamque Cathacenſi urbe reſtaurata Eccleſiam S. Michaelis Archangeli ſolemni ritu dedicavit. XIV.

13 GALATUS. XV.

14 LEONTIUS *a* horum duorum Pręſulum, tempus, quo vixerint, ignoratur. *a* De hoc ſupra n. 11.

15 ROGERIUS I. ſub Benedicto VIII. Papa vixit an. 1014. de quo nil aliud reperitur. Poſt hunc nonnulli deſiderantur hujus ſedis Epiſcopi. XVI.

16 V. . . . . neſcitur nominis terminatio, fortè Ubertus, vel Villelmus, ſcriptus invenitur privilegio Rogerii Primi Calabriæ, & Siciliæ Ducis Panormitanæ Eccleſiæ elargito ann. 1086. 7. Id. Septemb. Indict. 10. apud Rocchum Pyrrhum notitia prima Sicilienſium Eccleſiarum in hunc modum. *Ego V. Rhegienſis Archiepiſcopus huic donationi interfui, & teſtis ſum. Ego Rogerius Dux me ſubſcr. &c.* XVII.

17 ARNULPHUS *b* conſecratus Archiepiſcopus Rheginus Gregorii VII. temporibus circa annum Dom. 1081. Eccleſiam ſanctiſſimæ Trinitatis Mileti, cui Robertus Dux multa bona ac redditus piè, & religioſiſſimè elargitus fuerat, juſſu ejuſdem ſolemni ritu dedicavit. Urbanum II. an. 1089. Rhegii hoſpitio excepit poſt celebratum Trojanum Concilium. Moritur anno ſequenti 1090 ejus in loco Clericorum Senatus ſanctum Brunonem Carthuſianorum Patriarcham in Archiepiſcopum ſuum delegiſſe fertur; verum illum eam dignitatem recuſaſſe, ac ſolitudinis amore dignitatem humiliter reſpuiſſe ſcribunt. Tunc Bruno, excuſſo mundanæ gloriæ jugo Eremum apud Scyllacium in Calabriæ finibus petiit, ubi conſtructo Cœnobio S. Stephano ſacro, ac Rogerio Duce, ibidem angelicam vitam traduxit, meritis plenus ſanctitate non minus quam miraculorum, ac doctrinæ fama clarus obdormivit in Domino anno 1101. ſepultuſque eſt in ſupra relato Cœnobio, ubi hactenus honorificè colitur. XVIII *b* Al. Rodulphus.

18 RANGERIUS *c* natione Gallus, profeſſione Monachus Divi Benedicti Majoris Monaſterii Turonenſis, qui aliquando Cavenſe Monaſterium prope Salernum incoluit, vir magnæ exiſtimationis ab Urbano II. S. R. E. Cardinalis creatus, mox XIX. *c* De quo Ciaconius Oldoini t. 1. col. 888.

ad

(1) Socios habuit Joannes ſuæ Legationis non Abundantium, ſed Joannem Portuenſem, & Abundantium Paternenſem, qui Joannes cum interfuiſſet Concilio Lateran. an. 649. & an 680. & ultra reperiatur vixiſſe, ſi idem eſt, oportet ad longiorem calculum quam 28. annorum extendere ejus in Regienſi Eccleſia Pontificatum.

ad hanc Archiepiſcopalem ſedem Rheginam aſſumptus, ſucceſſit Arnulpho circa annum Dom. 1090. ſequenti ſubſcripſit diplomati Urbani ejuſdem pro Cavenſi Monaſt. Dat. Salerni an. 1095. apud Baron. tom. 11. interſuit ſolemni conſecrationi Cavenſis Eccleſiæ ab Urbano celebratæ an. 1095 ejuſdemque Pontificis juſſu Eccleſiam ſanctæ Mariæ corporis Cavæ dedicavit, deinde Concilio Claramontano aſſedit. Anno verò 1095. in cartula donationis Theodori Epiſcopi Squillacenſis quorundam bonorum in Eremo de Turri, quæ liberaliter elargitus fuerat Divo Brunoni ad Eremum, ſive cœnobium conſtruendum ſe Rhegii electum ſubſcribit in hunc modum: *Ego Rhegii electus nomine Rangerius hanc cartulam confirmo, & laudo.* Teſtis jam conſecratus ſubſcripſit an. 1101. donationi Comitis Richardi, & Amburgæ Draconis Comitis filii, liberorumque ad ſavorem Neocaſtrenſis Epiſcopatus, quem Amburga diu antea piiſſimè ea propriis bonis ditaverat. Interſuit Vaitallenſi Concilio ſub Paſchale II. celebrato anno 1106. deinceps nulla de Raingerio habetur memoria, neque dies, annuſque obitus ejus ullibi memoratur. Hujus meminit Ciaconius in Urbano II. & Franc. Juretus in notis ad Ivonis Carnotenſis epiſtolas.

XX 19 RODULPHUS, ſive Arnulphus II. interfuiſſe dicitur conſecrationi Eccleſiæ Cathacenſis anno 1122. exceſſit eodem anno.

XXI. 20 BERALDUS electus ann. 1123. Exceſſit 8. Kalen. Januarii ann. 1124. è libr. Emortuali Cataníenſis Eccleſiæ.

XXII. 21 VVILLELMUS poſt Beroaldum Rheginam rexit Eccleſiam, ſubſcriptus invenitur in documento conceſſionis Hugonis Epiſcopi Meſſanenſis ad favorem monaſterii ſancti Salvatoris 1131. Indict. 10. menſ. Octob. apud Rocchum Pyrrhum notit. p. Archimandritatus Meſſanæ & not. 2. Meſſanenſis Eccleſiæ in Hugone Epiſcopo, eodem anno menſ. Septemb. Vvillelmi obitus dies memoratur in Emortuali Eccleſiæ Cathanienſis, *7. Martii obiit Vvil. Rheginus Archiepiſcopus*, annus ignoratur.

XXIII 22 ROGERIUS II. hujus memoria habetur anno 1146. ad annum 1165. fuit magnæ virtutis, & exiſtimationis Archipræſul, ſuoque tempore aucta fuit nimis Rhegini Archiepiſcopatus juriſdictio. Huic Alexander III. Pontifex Maximus nobile conceſſit privilegium Dat Cajetæ an. 1165. 13. Kalen. Decemb. eidemque, ac ſucceſſoribus ſuis uſum pallii jam à Gregorio VII. & Eugenio III. Pontificibus conceſſum confirmavit, & feſtis quibuſdam diebus, ac die natalis ſui præſcripſit, conſecrationiſque Epiſcoporum ſibi ſuffraganeorum tam Græcorum, quam Latinorum, eidemque omnia jura ſuæ Eccleſiæ ab Imperatoribus, & Regibus conceſſa affirmavit, Eccleſias Hieracenſem, Sumanam, Tropejenſem, Neocaſtrenſem, Bovenſem, Oppidenſem, & Crotonienſem Rheginæ Eccleſiæ in poſterum ſuffraganeas, ac ſubditas fore Apoſtolico ſcripto aſſeruit. Hocce privilegium non vidi; meminit tamen illius hujus Eccleſię Dyptica. Authographum, cum cęteris monumentis ab impiiſſimis Turcis cum ipſa Eccleſia cremata fuere. Rogerii meminit monumentum Eccleſię Cephaludenſis anno 1146. apud Rocchum Pyrrhum in notitia ejuſdem Eccleſię, aliudque apud eundem, in not. Panormitanę Eccleſię ad annum 1157. de quo etiam in notitia Eccleſię Mazarenſis an 1166. & 1169 Diu benè hanc rexit Eccleſiam, quando objerit, incompertum.

XXIV 23 THOMAS hujus nominis primus ad Rhegienſem Archiepiſcopatum evectus ſucceſſit Rogerio. Hujus clariſſima memoria habetur in actis Concilii Lateranenſis ſub Alexandro III. celebrati anno 1179 cui interſuit cum Guidone Neocaſtrenſi, Philippo Cotronienſi, & Leraſino Gręco Epiſcopis ſuffraganeis ſuis. Is anno 1182. Gulielmo Montis-Regalis Archiepiſcopo omne jus, authoritatemque & Archiepiſcopalem menſam transfudit, quę in monaſterio ſancti Salvatoris à Joanne Calomeno Regio extructo, & cœnobio ſancti Joannis ex Ocaliva extra Rheginę urbis poſito. Documentum plumbo obſignatum idem Thomas Archipræſul ſubſcripſit una cum Otbone Decano, Abſalone Cantore, Rogerio Archidiacono, octoque Canonicis Rheginæ Eccleſiæ. Cætera Thomæ acta periere.

24 GUILLELMUS, ſeu Wilielmus II. proximè ſucceſſit Thomæ, cujus promotio occurrit anno 1194. de quo in monumentis Archimandritatus Meſſanenſis apud Pyrrhum in ejus Monaſterii notitia. *Anno 1194. menſ. Septemb. 13. Indict. Guillelmus Rheginus Archiepiſcopus cum conſenſu meorum Canonicorum, venerabili fratri Leontio Archimandritæ, dilectiſque filiis & monaſterio veſtro, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum: cauſam, quam adverſus nos ſuper decimas eorum, quæ in territorio Meſæ Parochiæ noſtræ Eccleſia noſtra moverat, omnino remittimus, conceſſione perpetua ſtatuentes, ut de iis omnibus, quæ in præfato territorio Meſæ monaſterium veſtrum poſſidet, quietum perpetuò maneat ab omni debito decimarum exemptum, &c.* Meſa oppidum eſt in Calabria diœceſis Rhegii, in quo erat Monaſterium ſancti Pancratii de Stella, imperio attributum Archimandritæ Meſſanę, cujus decimas Guillelmus Archiepiſcopo ſuo illo diplomate ad lites dirimendas conceſſit. Guillelmi factum laudavit Cœleſtinus III. ſuo diplomate Leontio Archimandritę, ejuſque monaſterii Monachis: *Decimas*, ait, *poſſeſſionum veſtrarum in tenimento Meſæ, quas frater noſter Rheginus Archiepiſcopus Guillelmus, de conſenſu Capituli ſui, Eccleſiæ veſtræ remiſit, ſuper quibus quæſtio vertebatur, ſicut pacifice poſſidetis, authoritate Apoſtolica confirmamus. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Laterani 4. Kal. Januarii, Pontificatus Cœleſtini III. Papæ ann. 7. ſalutis 1198.* Hic vero Guillelmus ab Henrico VI. Imp. civitatem Bovenſem cum ſuo Comitatu cum Arce, Caſtellacium oppidum, Aphrici pagum, aliaque bona ad planitiem Terrænovæ Auguſtali privilegio Meſſanæ dato 3. Kalend. Febr. 1165. accepit; quam donationem pari animi munificentia ratam, ac firmam habuit Federicus II. filius, Imperii, & Regni ſucceſſor Eo anno ſubſcripſit diplomati ejuſdem Henrici Imper. monaſterio Florenſi conceſſo 12. Kalen. Novemb. Teſtis fuit alio privilegio ejuſdem Henrici Imper. Dat. Siciliæ an. 1197. Indict. 15. die 5. Auguſti apud Cruſium Annal. Saxonum lib. 12. p. 2. Fato functus eſt ann. 1199 die 7. Aprilis, cujus obitus dies memoratur in Emortuali Eccleſiæ Catanienſis.

25 JACOBUS ex Archidiacono ſtatim poſt Guillelmi obitum deligitur Archiepiſcopus ann. 1199. cujus electionem juſſu Innocentii III. Gregorius Creſcentius Diac. Card. S. Mariæ in Porticu in Regno Siciliæ à latere Legatus examinavit, ac ritè celebratam pronunciavit. Innocentius deinde Jacobum Romam accerſitum pallio decoravit, ſuiſque literis Clero & populo Rhegino commendavit, quæ extat in Regeſt. Vat. mortuus eſt primo Honorii III. pontificatus anno. („ *Huic cauſam Archiepiſcoporum Montis Regalis, & Roſſanen. definiendam committit Innocentius III. r. cum cauſa de officio & poteſt. Ind. Deleg.*) XXVI

26 LANDO Nobili proſapia natus, eruditione, ac prudentiæ laude præclarus in demortui Jacobi locum deligitur à Rhegino Capitulo, confirmatur ab Honorio III. & Romæ ab eodem conſecratur ann. pontiſ. 3. ſal. verò 1217. ut in Regeſt. Vatic. notatur. Charus fuit ob ejus eximias animi dotes, tum Honorio, cum Federico II. cujus familiaris, & conſiliarius fuit. Interſuit conſecrationi Eccleſiæ Coſentinæ anno 1223. 3. Febr. à Nicolao Epiſcopo Card. Tuſculano celebratæ, memoratur à Rubeo in hiſtor. Ravennaten. lib. 6. à Richardo de S. Germano in Chron. qui ſcribit illum cum Theutonicorum Magiſtro miſſum fuiſſe à Federico II. Imper. Legatum ad Honorium III. anno 1227. pro pace XXVII.

fir-

firmanda cum Longobardis, quam ſua prudentia A
conſtabiliſſe: eodemque munere functum fuiſſe ſe-
quenti anno apud Gregorium IX. Honorii ſucceſſo-
rem, plurimum deinde laboraſſe Landonem pro pa-
ce firmanda Gregorium inter & Federicum, ſed
incaſſum laboraſſe idem Richardus narrat; eidem
ſcribit Gregorius anno 1230. ad ſavorem Templa-
riorum epiſt. 114. fol. 52. in Regeſt. Vat. ut eorum
intereeſſor apud Federicum efficiatur. *Rhegino Ar-*
chiepiſcopo. Speravimus, ut ſicut nobis præſentia-
liter promiſiſti, Hoſpitalariis, & Templariis reſtitui
procurares ablata, ſed non adhuc ablatis primitus
reſtitutis, aliter ſunt noviter ſpoliati, ſicut nobis eo-
rum lamentabilis conqueſtus patefecit; cum igitur
propter hoc dilectam filium Abbatem Caſemarii ad
Imperialem præſentiam deſtinamur, fraternitatem
tuam rogamus, & monemur attentiùs per Apoſtoli-
cam Sedem mandantes, quatenus apud clariſſimum
in Chriſto filium noſtrum Fr. Romanorum Imperato-
rem illuſtrem ſemper Auguſtum, & Regem Siciliæ,
ut eis ablata reſtituat univerſa, interponas efficaci-
ter partes tuas, ita quod diligentiam tuam poſſimus
meritò commendare. Dat. Later. Kal. Martii an. 4. B
Anno ſubſequente 1235. idem Landus una cum E-
piſcopo Oſtienſi Raynaldo electo quaſdam ordina-
tiones ſtatuit populo Anagnio obſervandas, & tan-
quam Domini Papæ delegatus, publicè legi fecit
aſtante populo, & Alberto Epiſcopo Anagnino die
22. Julii; has ſuo diplomate confirmavit Gregorius
idem IX. Dat. Reatæ 6. Kal. Octob. ejuſdem anni,
quod in prim. tom. retulimus pag. 354. Sedit Lando
in hac Rhegina Eccleſia ad annum uſque 1235. &
ad Meſſanenſem translatus eſt à Gregorio teſte Ri-
chardo de S. Germano ad hunc annum. Deceſſit
vir clariſſimus circa annum Domini 1255. De quo
videndus idem Rocchus Pyrrhus in notitia Meſſan.
Eccleſiæ; errare tamen convincitur, dum illum
translatum aſſerit ad Meſſanenſem anno 1236. ete-
nim ille jam Meſſanenſem Eccleſiam regebat anno
1233. quo anno inquit Richardus, *menſe Januario*
Henricus de Mono Magiſter Juſtitiarius à Papa ad C
Imperatorem in Apuliam redit, quem ſubſecuti ſunt
Landus Meſſanen. Archiepiſcopus cum Rhegino Epi-
ſcopo Nuncii à Papa directi ad Imperatorem. Impe-
rator omnibus generaliter Prælatis, Comitibus, Ba-
ronibus, militibus tam feudatis, quam non feuda-
tis mandat, ut ad ſe cum toto ſervitio quod facere
teneatur, apud Politorum in futuris Kal. Febr. ac-
cedere ſint parati. (" Hanc cauſam Cephaladenſis
" Epiſcopi agnoſcendam commiſit Honorius III in
" corpore juris c. 37. de officio & poteſt. jud. delegati.)
XX VIII. 27 R. . . . . ſic lego in Reg. Vat. ex Epi-
ſcopo Squillacenſi Rheginus fit Archiepiſcopus an-
no 1234. ex Greg. IX. literis datis 5. Idus Decemb.
in Reg. Vat. fol. 240. pontif. 8. epiſt. 354. ille idem
eſt Rheginus Epiſcopus à Richardo memoratus, qui
cum Landone tunc Meſſanenſi Archiepiſcopo ad
Federicum Nuncius miſſus fuit ann. 1233. ſequenti
anno confirmatus, vel potius in poſſeſſionem Ec-
cleſiæ ſuæ immiſſus à Gregorio. Nec quicquam
allud de eo occurrit dicendum. D
XXIX. 28 VERNACIUS Innocentii IV Capellanus,
moribus & ſcientia præclarus, à Capitulo Rhegi-
no Archiepiſcopus electus, confirmatur ab eodem
Pontifice Kal. Maii pontif. ſui an. 10. qui fuit Chri-
ſti 1252. ex Reg. Vat. ep. 210. fol. 145. eumdemq;
commendat Capitulo Rhegino, & Clero civitatis,
ac Diœceſis Dat. Id. Novemb. epiſt. 387. fol. 192.
Alexander IV. ſcribens Capitulo, & Clero Rhe-
gino Vernacium eodem modo commendat, & in
Archiepiſcopatu confirmat cum facultate, ut mu
nus conſecrationis accipiat à quocumque maluerit
catholico Epiſcopo. Datum Neap. 6. Id. Januar.
ann. 1. ita in Reg. Vat. ep. 23. fol. 4. ſedit plus mi-
nus annis duobus, & mortuus eſt.
XXX 29 M. JACOBUS de Caſtilione Alexandri IV.
conſanguineus ab eodem præficitur in Archiepiſco-
pum Rheginum anno 1259. ſic lego in epiſt. 131.
fol. 202. Reg. Vat. Dat. Anagniæ 5. Id. Martii an-



no 5. in qua Jacobum conſanguineum ſuum vocat,
virumque egregia virtute præditum. Obiit anno
1277.
30 Fr. GENTILIS Ordinis Minorum, defun- XXXI
cto Jacobo in Rhegina Eccleſia ſucceſſit, ad hanc
dignitatem ex libera Nicolai III. voluntate ob exi-
mias animi dotes, ſcientiamque evocatus, rejecta
prius, nullaque declarata electione Roberti Deca-
ni Rhegienſis à Capitulo vitio celebrata, & Gen-
tili conſecrationis munus ipſe impendit Nicolaus.
Sic ille narrat in epiſt. 165. ſui Reg. Vatic. ann. 2.
Id Octob. ſcripta anno ſal. 1279. ad cujus ſavorem
Nicolaus IV. ſcripſit Epiſcopo Cardinali Præneſti-
no Apoſtolicæ ſedis Legato, ut ipſum penè omni-
bus bonis ſuis ſpoliatum providendum curet. Dat.
Romæ 5. Id. Martii ann. 3. Erat enim Gentilis Ec-
cleſiaſticæ libertatis indefeſſus propugnator: quam-
obrem aliquando potentum perſecutionem ſuſti-
nuit, & adverſariorum tela repreſſit. Interea idem
Pontifex commiſit Gentili Epiſcopatus Aliſani ad-
miniſtrationem, eique dedit amplam facultatem
abſolvendi à cenſuris omnes tam Clericos, quam
laicos, qui auxilio, vel conſilio fuerunt Petro Ara-
goneo, vel ejus hæredibus contra utrumque Caro-
lum Siciliæ Reges; eumdemque Genuam miſit pro
negotio Terræ ſanctæ ad Carolum II. illac iturum,
& pro eo apud Genuenſes, inter quos pollebat aucto-
ritate ſolerter agere monuit, iiſque prohiberet quid-
quam haberent cum Siculis commercii. Præfuit
ann. 27. Deceſſit cum eſſet Caroli II. Regis unus
ex conſiliariis anno 1307. 8. Id. Julii, ut narrat E-
mortuale Caſinenſis Eccleſiæ. Præſul fuit Genti-
lis ubique, & ſemper magnæ exiſtimationis, & di-
gnus habitus eſt, ut à Summis Pontificibus ama-
retur.
31 THOMAS filius Comitis Petri de Catan- XX XII.
zaro Carnotenſis Eccleſiæ Canonicus à Clemente
V. in defuncti Gentilis locum Archiepiſcopus Rhe-
ginus delectus eſt 7. Id. Aug. 1307. an. pont. 2 ex Reg.
Vatic ep. 398. Hic anno 1315. ex commiſſione Apo-
ſtolica lites, quæ vertebantur inter Jannucium Hie-
racii Epiſcopum, ſuoſque Canonicos, & Nicolaum
Abbatem S. Trinitatis de Mileto ſuper Decimis
domorum urbis Hieracen. & frumenti agrorum ca-
ſtri Veteris Cryptariæ, & Arduril illius Diœceſis
oppidorum, ut Metropolitanus, compoſuit. Socium
habuit Riccardum Tropejenſem Epiſcopum con-
ſanguineum ſuum. Vixit in hac dignitate ferè ann.
9. Mortuuſque eſt eodem anno 1316.
32 GUILELMUS civis Rheginus vir prudens, XX XIII.
& gravis in Archiepiſcopum poſt Thomæ obitum à
Canonicis electus, & à Joanne XXII Pontifice con-
firmatus rexit Rheginam Eccleſiam ann. 6. ſub eo-
dem Pontifice, cujus tamen electio non extat in
Regeſt. Vatic.
33 Fr. PETRUS Ord. Eremit S. Auguſtini, qui XX XIV.
pietate non minus, quam litteris eo in Ordine ex-
celluit à Jo. XXII. renuntiatus eſt Archiepiſcopus
Rheginus 11. Kal. Maii pontiſ. ſui ann. 5 ſal. autem
1321. ex Reg. Vatic epiſt. 66. Avenione conſecra-

tus

tus à Beringarlo Epiſcopo Cardio. Tuſculano, ac palllo decoratus. Præfuit ann. 7. mortuuſque eſt vir egregia virtute prædituſ, regiuſque conſiliarius ann. 1318. cnius ſæpè fit mentio in Reg. Regeſt. Neapolit.

XX XV. 34 PETRUS de Galganis de Manfredonia, ex Archidiaeono Sypontino in Diaconatus ordine conſtitutus ſucceſſit Petro anno 1318. ad hane dignitatem evectus à Joanne XXII. anu. pontiſ. 13. 3. Non. Octobris in Regeſt. Vat. epiſt. 176. Præfuit annis 27. & ad Cuſentinam Ecclesiam translatus eſt Innocentio VI. ſedente.

XX XVI. 35 PHILIPPUS Mautellus de Caſtilionibus Nieolai filius oobilis Canonicus Cuſentinus ab Ionocentio VI. renuneiatus eſt Archiepiſc. ann. 1355. 10. Kal. Febr. pontiſ. a. cujus electio extat in Regeſt. Vatie. ejuſdem pontiſ. nu. 18. ſol. 33. Obiit anno 1365. Fratrem habuit Alexandrum Abbatem S. Joannis in Flore virum Clariſſimum; horum meminit Hieronymus Sambiaſi in deſcriptione hujus ſamiliæ.

XX XVII 36 CAROLUS de Comite Urſo, ſie in Reg. Vatic. legitur, electus eſt Rbeginus Archiepiſcopus demortuo Philippo an. 1365. a. id. Febt. pet Urbanum V. Papam a. pontiſ. anuo. Hic ſuit patria Amalphitanus oobili genere natus; *Cajas opera*, inquit Dyptica, *Joannes Caſſanenſis Epiſcopus Urbani ejuſdem Pontificis ſententia die 15. Febr. 1368. Roma prolata, conſaetam ſobjectionem, & obedientiam Rbeginis Archiepiſcopis praſtare compulſas eſt, & jurejurando eſt adſtrinxit, cai ſententia teſtes fuerunt Dionyſius natione Hiſpanus Ordinis Eremitaram ſancti Aagoſtini, Meſſaaæ Archiepiſcopus, & Bernardus Marſicanus Epiſcopos, ac duo Rbeginæ Ecelefiæ Canonici Archiepiſcopi Procaratores. Hic Archiepiſcopus Hieraci iteram præſens quaſtionem difficillimam, & magnorum tumultuum eaaſas inter Nicolaum hujus nominis qaartum Hieraceaſem Epiſcopum, & Antoniom Ruffom Heurico II. Sinopoli Comite natam Condojaunis & Bubalinæ Mottæ Dominum obitas; admirabili prudentia, ac illaſtri documento, ati Metropolitanus decidit.*



XX XVIII 37 THOMAS de Porta Salernitanus Matthæi, & Philippæ de Alaneo Amalphitanæ filius, magnæ virtutis vir Carolo ſucceſſit circa annum Domini 1371. Sequenti anno nonnulla bona ſtabilia in ditione Capuana ſita, quæ olim à Joanne Archiepiſcopo Capuano fortaſſis ex hae familia patri ſuo Matthæo dono data ſuerant, tranſtulit, uti illorum Dominus, in ſratrem ſuum Rogerium de Porta, ut ex publico documento liquet in Arch. S. Mariæ de Porta Saletn. Hic ann. 1374. eum Avenione apud Greg. XI. degeret, jure Metropolitico auctoritatem, & aſſenſum præbuit alienationi quorumdam bonorum, quæ Mileas Abbas S. Mariæ de Tropiromata in civitate S. Agathæ ſuæ Diœceſis cnidam Orlandæ de Sinopoli civi Rhegino conceſſerat, ut ſæpè citata Dyptica ſcribit. Hujus tamen oon meminit Regeſt. Vatic. Poſt hunc reponit auctor Dypticæ quendam Theobaldum de Seſſa, ſed hie Regienſis

A in Inſubria Epiſcopus ſuit, non Rhegienſis Archiepiſcopus, de quo vide tom. a. noſtrum in illius ſedis Epiſcopis. Quando, vel quo loco obierit Thomas, non habemus. Porrò cum in quandam bullam Clementis VI. Papæ incidiſſemus, ad Matthæum Thomæ genitorem ſcriptam, dignam judicavimus hie exſcribere, quæ multum facit ad augendam Thomæ gloriam, qui tanti viri de Apoſtolica ſede, deque Neapol. Regibus benemeriti filius ſuit. Bullæ tenor eſt hujuſmodi.

CLEMENS EPISCOPUS
ſervas ſervoram Dei.

Dilecto filio nobili viro Matthæo de Porta Militi Salernitano juris civilis Profeſſori, Magnæ Curiæ Regni Siciliæ Magiſtro Rationali ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Dum per merita devotionis, & fidei, quibus nos, & Romanam Ecclesiam revereris, ac literarom ſcientiam, qua laudabiliter inſigniris, proot domeſtica converſatioae cognovimus, paterna conſideratione penſamas, dignam dacimus, at votis tuis, quantum cam Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. B *Sanè petitio pro parte taa nobis noper exbibita continebat, qaod dudum cariſſimi in Chriſto filii noſtri Lodovicas Rex, Joanna Regina Siciliæ illuſtres, volentes tibi contra fataros eventus, & caſas conſulere atiliter, & de cautela idonea providere per eorum licteras declararant, te fuiſſe, & eſſe debere veeè Proprietariom, utiliter Dominam, & legitimum poſſeſſorem nonnullorum Caſtrorum, Caſaliom, Terrarom, &c. Qoare nobis bomiliter ſapplicaſti, &c. Nos igitur, qai in eiſdem Regno, ſea Terra altum, & directam dominiam obtinemas, bajuſmodi ſopplicationibas inclinati, declaratiooem, decretam, & revocationem prædicta, rata babentes, & grata, illa auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcieatia confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio ſapplentes omnes defectas, ſi qai forſan in eis intervenerint, de plenitudine Apoſtolica poteſtatis;* e nel fine. *Nulli ergo omnino bominam liceat paginam noſtræ confirmationis,* C *& omnino infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si qais aatem boc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſarum.*

Datum Avenione 5. Febr. Pontificatus noſtri anno 10.

38 JORDANIS ſub Urbano VI. ſuit Rheginus Archiepiſcopus 1382. qui ſub Bonifacio IX. diem ſuum clauſit 1404. ut in lib. oblig. clarè habemus. XX XIX.



D

39 PETRVS Philamarinns Neapolitanus ingeoua nobilitate progenitus, juvenis ſanè eruditus, & doctus, cujus merita etiam Senatoriam purpuram viderentur poſſe æquare, à Bonifacio IX. Pont. Max. vix 25. attingens anoum ſublectus eſt Rheginus Archiepiſcopus 4. Aug. 1404. Hic Vicarium habuit Franciſcum de Monte Corvo, qui an- XL.

no

no 1404. Beneficia Eccleſiarum S. Catharinæ, & S. Blaſii de Imprimerio Rhegienſis territorii conceſſit Petri Archiepiſcopi auctoritate, Abbati Florinenti Ruffo de Salubria per privationem cujuſdam Abbatis Franciſci Cnſentini, inſtitutionis documentum ita incipit. *Nos Fr. Franciſcus de Monte Corvo Prior Eccleſiæ S. Antonii de Cajeto, ac Reverendiſs. in Chriſto Patris, & Domini, Domini Petri Philamarini de Neapoli miſeratione Divina Archiepiſcopi Rhegini in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis. Dilecto nobis in Chriſto filio magnifico Abbati Florinenſi Ruffo, &c.* In fine vero *Dat. Sinopoli 24. Decemb. 13. Ind. Pontif. Sanctiſſ. Innocentii Papæ VII. ann.* 1. Præfuit Petrus eximia virtutis fama ann. 15. m. 8. dies 14. deſideratus eſt ann. ſal. 1420. cui nuper Aſcanius Card. Philamarinus Archiepiſcopus Neapolitanus in ſua Cathedrali memoriam excitavit in hunc modum.

Memoriæ Petri Philamarini eximia animi virtute, ſuavitate morum, ingenii, ac doctrinæ elegantia præſtantiſſimi. Qui cum à Bonifacio IX. *Pont. Max. Amitino ſuo Archiepiſc. Rheginus electus eſſet, florentem ſublimioris faſtigii ſpem, immatura Pontificis mors præcidit; Eccleſiam cum ſumma prudentiæ laude xv. annos gubernavit, vixit xl. obiit anno M. CCCCXX.*

Aſcanius Philamarinus S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcopus Neapolitanus, pius in ſuos poſuit. Anno MDC. XLIII.

XLI 40 BARTHOLOMÆUS Gattula nobilis civis & Archipresbyter Caietanus, vir in divinis, humaniſque literis eruditiſſimus primum Roſſanenſem Archiepiſcopatum obtinuit anno 1405. inde poſt multos annos evaſit Rheginus Archipræſul ſub Martino V. anno 1421. 3 Id. Novemb. ſub quo præſente Alphonſo Siciliæ Rege, cujus erat à ſecretis, & conſilio translatus eſt ad Eccleſiam Meſſanenſem in Sicilia die 2. Id. Octob. 1426. ſucceſſit Thomæ Choyſaſi, eoque in munere vixit ad annum uſque 1446 quo Cajetæ, ubi tunc Alphonſus Rex cum Curia morabatur, ex hac vita diſceſſit, tumulatuſque eſt apud Eccleſiam ſancti Franciſci; jacet in ſacello majorum cum hoc epitaphio, quod poſteri non ſine errore excitarunt, cum Bartholomæum obiiſſe referant anno 1490. Archiepiſcopum Roſſanenſem, cum tamen conſtet ex Actis Conſiſt. ut ſupra narravimus, illum exceſſiſſe anno 1446. Meſſanenſem Archipræſulem. Epitaphium eſt hujuſmodi, quod etiam in Cajetanis Epiſcopis retulimus.

In hoc ſepulchro requieſcunt Reverendi Patres Domini, Dominus Bartholomæus Gattula Archiepiſcopus Roſſanenſis, qui obiit anno Domini M. CCCCXC.

Et Dominus Joannes Gattula ejus nepos Dei gratia Epiſcopus Cajetanus, qui obiit anno M. CCCC.



XLII. 41 GASPAR Primus Columna Romanus, vir non genere modo, ſed longè amplius virtute ſua nobilis & clarus, à Martino V. Pontifice Max. 2. Id Octobr. 1426. ex Abbate Commendatario S. Paſtoris Reatinæ Diœceſis, creatus eſt hujus Eccleſiæ Archiepiſcopus. Carmelitas Fratres in Urbe ſuſcepit, ſedilque annis duobus, menſ. aliquot, translatus eſt ad Beneventanum Sacerdotium ann. 1429. de quo ibi.

42 PAULUM olim Archiepiſcopum Sipontinum tunc Hieracenſem Epiſcopum, Martinus V. Papa in Gaſparis locum Rheginum Archiepiſcopum fecit Id. Febr. 1426. eoque munere functus eſt annos plus minus undecim; ſed cum factioſus, in ſchiſmate evaſiſſet, ab Eugenio IV. Archiepiſcopatu mulctatus eſt 7. Id. Maii 1440. in exilium miſſus, ubi miſerrimè vitam liquit. XLIII.

43 GUILLELMUS IV. è nobili Logothetorum familia apud Rhegienſes natus, ex cantore Cathedralis in amoti Pauli locum ſuffectus eſt Archiepiſcopus ab Eugenio IV. die 15. Kalend. Junii 1440. Ita acta Conſiſt. Hic ſacellum in Cathedrali exædificavit Divo Stephano Protomartyri dicatum, perpetuoque obnoxium fecit familiæ ſuæ, ubi cum mortem obiiſſet anno 1449. corpus ſuum tumulari mandavit. XLIV

44 ANGELUS de Graſſis Sipontinus ex Epiſcopo Arianenſi huc translatus prid. Kalend. Maii 1449. obiit an. 1453. XLV



45 ANTONIUS de Riccis Neapolitanus Abbas Commendatarius Sancti Nicolai de Colamizzi ſucceſſit Angelo ex Subdiacono Apoſtolico prid Nonis Junii 1453. conſultiſſimè hanc adminiſtravit Eccleſiam annos 35. Turrim campanariam extruxit, anteriorem Cathedralis Eccleſiæ partem vetuſtate ferè collapſam reædificavit, cujus gentilitia ſtemmata ibidem affixa adhuc viſuntur, & pontificale pedum pulcherrimum, pretioſaque ſacra indumenta in Sacrario aſſervantur. Neapoli mortem obiit circa annum Domini 1488. apud Olivetanos Monachos, à Petro, & Ludovico Riccio ex fratre nepotibus, constructo marmoreo tumulo conditus eſt, ubi hæc inſcriptio poſt paucos annos poſita legentibus proſtat. XLVI

Antonio Riccio Archiepiſcopo Rhegino, & Michaeli Riccio militi, & Iureconſulto clariſſimo patruo, & patri bene M. Perloiſius Riccius V. I. D ſacrum hoc conſtituit M. CCCC. XCI.

Hic lectorem meum monitum volo in primo tomo noſtro in Epiſcopis Trojanis num. 29. pag. 238. irrepſiſſe errorem ex amanuenſis noſtri incogitantia, dum Stephanum Epiſcopum Trojanum ad Rhegienſem Archiepiſcopalem ſedem translatum fuiſſe anno 1488. affirmem, quem revera ad Rigenſem ſedem, non Rhegienſem tranſtulit Innocentius VIII caſtigandus erit locus, & expungendus Stephanus ab hac noſtra Rhegienſium Archipræſulum ſerie.

46 Fr. MARCUS Maroldus Ordinis Prædica- XLVII.

to-


torum patria Neapolitanus, origine Tuſcus, ex nobili, veruſtaque familia Florentina della Bella, cujus olim princeps Guinus anno 1293. cum primoribus civibus de libertate certavit, auctorque fuit, ut ad magnatum libidinem coercendam, novus ex publico Reipublicæ Florentinæ plebiſcito, crearetur Magiſtratus, & Juſtitiæ Vexillifer; ſed alternante fortuna, & vincentibus magnatibus, Guinus cum Taldo fratre, ſuiſque aſſeclis, exilio mulctatus eſt: ii omnes, qui ex eadem familia proſeminati erant in Neapolitanum Regnum ſe receperunt, ibique genus ſuum mutato agnomine in Maroldos propagarunt. Ex iis Marcus prodiit, qui cum pietati colendæ apud Dominicanos vota Religionis nuncupaſſet, coluiſſetque in primis nobiliores diſciplinas, eximius evaſit ſacræ Theologiæ laureatus, Verbi divini nobiliſſimus preco, quarum virtutum commendatione, ex hæreticæ pravitatis in Neapolitano Regno Generali Inquiſitore ab Innocentio VIII. Pontifice creatus eſt Rheginus Archiepiſcopus anno 1488. Charus fuit Ferdinando I. Regi, Alphonſoque ejus filio, cujus ſolemni coronationi Neapoli interfuit anno 1494. quandoque ſuum Generalem Vicarium habuit Jacobum Carduinum Liparenſem Epiſcopum; ex hac mortali vita diſceſſit ſub anni finem 1496. de ſe apud omnes maximo relicto deſiderio.

XLVIII. 47 PETRUS Iſuales *a* Meſſanenſis urbis Gubernator fit Rheginus Archiepiſcopus initio anni 1497. conſecratur in ſacello Pontificio die 4. Junii ejuſdem anni una cum Spoletano, & Cluſino novis Epiſcopis à Bartholomeo Cuſentino Archiepiſcopo. Creatur Presbyt. Card. tituli ſancti Cyriaci in Thermis ab Alexandro VI. anno 1500. Legatione functus in Pannonia ſub eodem, & Bononienſi ſub Julio II. Rheginam Eccleſiam rexit annis ferè decem, eaque ſe abſolvit ad favorem Franciſci fratris 1506. Meſſanenſis evaſit Archipræſul anno 1510. Cæſenæ moritur 1511. die 22. Septembris, cujus cadaver Romam delatum in Baſilica ſanctæ Mariæ Majoris, cujus erat Archipresb. humatus eſt.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 191.

XLIX 48 FRANCISCUS Iſuales Petri ſuperioris germanus frater in Rhegina Eccleſia ſucceſſit die 24. Julii 1506. Romæ obiit 1512. Jacet in Æde S. Mariæ Majoris propè Cardinalem fratrem.

L. 49 ROBERTUS Urſinus generoſus Romanus domicellus, Pauli Tripaldæ, & Montis Tridami Marchionis filius, virtute, & doctrina vir clariſſimus, ex Protonotario Apoſtolico, utriuſque Signaturæ Referendario ex indulgentia Julii Papę II. Rhegienſem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit die 23. Julii anno 1512. quo Lateranenſi Concilio aſſedit, tum & ſub Leone X. domeſticus Prælatus, pro quo ad Poloniæ Regem, & in Germania ad Sacri Imperii electores poſt obitum Maximiliani Imperatoris legationem obivit; ſed cum deinde de graviſſimis rebus cum Camillo fratre certaviſſet, eidemque Marchionatum Tripaldæ eripuiſſet, clericalem vitam, cum uxorata commutavit, & nondum conſecratus uxorem duxit, ex qua deinde filios ſuſtuliſſe narratur, de quo legendi Sanſovinus in Hiſt. Urſinæ gentis, Bembus in epiſtolis, & alii.



LI. 50 AUGUSTINUS Card. Trivultius *b* ex dimiſſione Roberti die 24. Aug. 1520. factus eſt Rheginæ Eccleſiæ adminiſtrator; poſt menſem, illam ad favorem Petri fratris ſui cum regreſſu reſignavit, de quo alia occaſione amplius diximus.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 410.

51 PETRUS Trivultius Auguſtini Cardinalis & Philippi Archiepiſcopi Epidaurenſis germanus frater delectus eſt hujus Sedis Archiepiſcopus die prima Octobris 1520 ſedit vir clarus, & generoſus ad paucos annos, nunquam tamen ſuam adivit Eccleſiam. LII.

Poſt Petrum HERCULES Card. Gonzaga *c* aliquando hanc habuit Eccleſiam commendatam, quæ per regreſſum ad Auguſtinum Cardinalem iterum obvenit, quam deinde ceſſit ad favorem ſequentis, reſervata penſione mille quingentorum ſcutorum. LIII.

c De quo idem Ciaconius ibid. col. 485.

52 HIERONYMUM Centelles Siculum, Civem, Canonicum, & Archidiaconum Meſſanenſem, Abbatem Commendatarium S. Salvatoris Rheginæ Diœceſis Ord. S. Baſilii, in Neapolitatano Regno aliquando Apoſtolicum Nuncium, magni nominis virum ex ceſſione Card. Trivultii Carolus V. Imperator hominem ſibi, & doctrinæ merito, & morum probitate notum, atque commendatum nominavit, Clemens VII. Pontifex delegit Rheginum Archiepiſcopum die 16. Julii 1529. conſecratus in Sacello Apoſtolico ab Archiepiſcopo Dyrrachienſi Sacriſta die 17 Auguſti ejuſdem anni. Duodenarium Canonicorum numerum, ad decimum octavum auxit. Fratres Capuccinos extra Urbem recepit, pie præfuit an. 8. Romæ vivendi finem fecit ætatis ſuæ an. 60. LIV.



53 AUGUSTINUS Gonzaga Mantuanus, non tam ſuæ gentis nobilitate, ac ſplendore clarus, quam propria virtute inſignis à Carolo V. Imperatore præſentatus eligitur Archiepiſcopus die 11. April. 1537. quo ſedente Minimi Religioſi Cœnobium & Eccleſiam ædificarunt ab Urbe procul ad exploſi tormenti jactum. Nomen habet à S. Franciſco Paulano Ord. Fundatore, quem ejus loci incolæ, & accolæ omnes præcipua veneratione proſequuntur. Auguſtinus autem annos fere viginti egregia cum laude prudentiæ, ac pietatis Rhegienſem rexit Eccleſiam, obiit Rhegii anno 1557. Jacet in ſepulchro ſub gradibus majoris Altaris conſtructo. LV.

54 Fr. GASPAR II. (1) à Foſſo in Rubano ditionis Cuſentinæ oppido nobilibus parentibus natus ſucceſſit Auguſtino. Hic ab ætatis flore primævo Minimorum S. Franciſci de Paula habitum induit, ac celeri mirabilique ingenio ad omnia factus adeo profecit in litteris, pietatiſque virtutibus, ut Theologus ſummus, ac declamator inſignis evaſerit, nec minus in religioſis diſciplinis profectus fecerit, quamobrem communi omnium conſenſu primus ex Italis poſt Divum Franciſcum ad ſupremam Ordinis ſui dignitatem ſublectus fuerit Paulo III. Pontifice, ſub quo iterum ſui Ordinis ſupremus Antiſtes, ex Theologo Sacri Palatii Scalanenſi Sacerdotio, mox à Julio III. Calvenſi exornatus, eas Eccleſias piiſſime adminiſtravit. Paulo IV. deinde ſu- LVI.

(1) Hujus meminit Pariſius de Reſignat. 1591. n. 64. E Riciulla familia fuiſſe teſtatur Topplus in Bibl. Neap. pag. 101. & inſignia ab Ughello hic appoſita. Apud Cinellium legere eſt opuſcula à Gaſparo elaborata &c. 9. p. 10. Maudiſ.



ſuperſtite, à Philippo II. Hiſpaniarum Rege præter ejuſdem Pontificis voluntatem, in Auguſtini præmortui locum Rhegienſis Archiepiſcopus deſignatus ſuit. Id Paulus ægre tulit, qui Gaſparem, & veteris benevolentiæ neceſſitudine, & majorum honorum oblatione à ſovendis Regis ſui partibus non potuerit abducere, tantum in Gaſparem conſcientia valuit, ut remota Pontificis reverentia non dubitarit Regis ſui cauſam tueri. Cum igitur à Paulo Archiepiſcopatum obtinere non potuit, licet tamen ille Foſſani probitatem, ſummamque eruditionem frequenter prædicaret, patienter ſubſtinuit, ſed res in longum non abiit. proxime enim Pontifex è vivis ſublatus Pium IV. ſucceſſorem excepit, qui nihilominus, quam ſui Deceſſores Gaſparem obſervavit: itaque anno 1560 die 17. Auguſti eum in Archiepiſcopum Rhegienſem inſtituit; & ad ad Oecumenicum Concilium Tridenti jam tertio inſtauratum miſſus in eo primas partes egit poſt Sedis Apoſtolicæ Legatos, quibus adeo expetitus, deſideratuſque fuit illius adventus, ut nihil eo abſente agi voluerint. Ubi autem venit, decretum ipſe de celebrando Concilio formavit, & publicavit ſub die 18. Menſis Januarii, & in altera ſeſſione, quæ ad diem Febr. 26. prorogata eſt, præclaram & animo plenam orationem habuit, *De auctoritate Eccleſiæ in fidei rebus deſinendis*, quam, exhortatione ad Patres in præſenti rerum neceſſitate concluſit. Integra Oratio typis mandata eſt: Nihil inconſulto Gaſpare unquam in eo Concilio definitum eſt, imo ejus ſententia primas ſemper obtinuit, unus omnium acerrime iura, & gratias Regularium propugnavit. Sed hæc plenius qui eius acta perſcripſerunt, executi ſunt; noviſſimè Cardinalis Sfortia Pallavicinus Societatis Jeſu commemoravit in Hiſtoria ejuſdem Concilii, qua Petrum Suavium ſuggillavit ac plene confudit, Gaſparis non ſemel cum laude meminit. Abſoluto Concilio Gaſpar Rhegium reverſus gregi paſcendo omnem curam impendit, nihilque antiquius habuit, quam ex Concilii inſtituto colere pietatem, corrigere mores Eccleſiaſticos, jugulare abuſus, pauperes recreare, ordinum Religioſorum extendere fines. Intra Urbis mœnia Patres Societatis Jeſu, quod bonum, fauſtumque fuit, ad juventutem inſtituendam, ceteroſque eorum exemplo ad pietatem ea in Urbe colendam benigne excepit, eodemque conſilio Religioſis Prædicatorum Ordinis Templum, locumque attribuendum curavit. Cathedrale Templum ab Turcis pene combuſtum ac labefactatum refecit, & cum duobus Epiſcopis ſuis ſuffraganeis Oppiden. ac Bovenſi aſſiſtentibus die 31 Januarii 1580. ſolemni ritu conſecravit, ritum Romanum Gallicano obſoleto introduxit, ſeminarium Clericorum erexit, quos primum ſuis ædibus acceptos per annum ſovit, Montem pietatis, tum Rhegii, tum in Roblinianο patrio ſolio ſundavit, Monialium cænobia, quæ plura erant ad unum Greg. XIII. auctoritate reduxit, ac ſancte reformavit. Synodum Provincialem ter habuit, bis Rhegii, ſemel Terrænovæ. Caſſanenſem Diœceſim Pii V. juſſu luſtravit. Atque ita per duos, & triginta annos Rhegienſem Eccleſiam ad paſcua ſalutis direxit, poſt quos feliciter vitæ decurſæ metæ ab omnibus laudem promeruerunt. Rhegii deceſſit clariſſimus vir, omnique laudatione major, dierum, ut meritorum plenus, migravitque ad Dominum 5. Kal. Januarii 1592. ætatis ſuæ 92. minus diebus novem, exequias celebravit, funebremque orationem habuit Joannes Camerotta inſignis Theologus & Epiſcopus Bovæ, ejus in Epiſcopali munere ſuffraganeus, in argumentum orationis hæc Apoſtoli verba uſurpavit: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, in quæ ad Gaſparis laudationem peroravit, cumulatus votis pauperum, lacrymis viduarum, orphanorum fletibus, qui pietatem, imò inexhauſtam in dies ejus liberalitatem experiebantur. Ejus cadaver tertium poſt diem cum hoc epitaphio ſacellum à ſe conſtructum in Cathedrali templo excepit.

D. O. M.

Fr. Gaſpar à Foſſo Archiepiſcopus Rheginus Minimorum Religionis alumnus, qui Concilio Tridentino interfuit, & illud ſub Pio IV. Oratione ſua aperuit, ubi Eccleſiam hanc Turcarum incendiis devaſtatam ad priorem candorem revocaſſet, ſacellumque hoc ob ſui devotionem conſtruxiſſet, hoc ſibi vivens ſepulchrum erexit Præſulatus ſui anno xxviii. vitæ ſuæ lxxxxii. & Domini

MDLXXXVIII.

Obiit die xxviii. Decembris

MDLXXXXII.

Cæterum anno 1603. cum Immanis pyrata Sinan Cicala Rhegium occupaſſet, Gaſparis ſepulchrum, ſuffoſſum, dirutum, & expilatum eſt, illiuſq; venerabilia oſſa per ſummam inhumanitatem cremata, & in ventorum ludibria diſperſa ſunt. Ejus vitam ſparſim deſcripſit doctus Franciſcus Lanovius Pariſienſis in Generali Chronico Ord. Minimorum, nuperque Franciſcus de Longobardis ejus Ordinis Theologus amicus noſter, vernacula lingua præclariſſimi Præſulis res bene geſtas perſtrinxit, ſed non edidit; ille idem qui Epiſtolas ſancti Franciſci Paulani, una cum notis in lucem emiſit, quorum laboribus adjuti, pauca hæc de Gaſpare concinnavimus.



55 ANIBAL de Afflicto a Panormitanus præclariſſimis ortus parentibus, Vincentio Sinagræ Domino, & Franciſca Riaci Comitis filia, Romæ utriuſq; juris diſciplinæ operam dedit. Patavii laurea doctoratus inſignitus ad Philippum II. Regem Catholicum ſe contulit, à quo Regii ſacelli miniſterio adſcriptus, adeoque virtutum omnium laude floruit, ut poſt Gaſparis obitum dignus exiſtimatus ſit, ut digniſſimo Archipræſuli ipſe non minus pietate, quàm litteris excellens, nec dum 35. annum attingens ſuccederet; Ab Clemente igitur VIII. die 15. Novemb. 1593. renunciatus Archiepiſcopus, munus conſecrationis per Card. Geſualdum accepit die S. Andreæ ſacro: ſolemni pompa ſuæ Eccl. iniit poſſeſſionem die 7. Septemb ſequentis anni, gregi paſcendo omnem curam impendere cœpit. Cæterum quàm piè, quàm ſauſtè hanc Eccleſiam longo temporis ſpatio adminiſtraverit, teſtes ſunt ejus ſancti- LVII.

a De eo ſunt Mongitorius in Bibl. Sicula to. 2. Mandaſ.

ſatis odor, ejuſque præclara pietatis opera, quæ nulla ætas, nullaque vis unquam extinguet. Cum Rhegienſis Urbis excidium ab Turcis immaniſsimè patratum propriis uſurpaſſet oculis, effudit in pauperes liberaliſsimè ſibi Eccleſiaſticos cenſus attributos, propriumque patrimonium. Eccleſias omnes, & præcipuè Cathedrale Templum Turcarum injuria multis modis afflictas, ſpoliatas, deſtitutas, reſtaurari, & ornari curavit. Synodum habuit quinque ſuffraganeorum Epiſcoporum præſentia, nempè Nicoterenſis, Milienſis, Tropejenſis, Bovenſis, & Hieracenſis cum cæterorum abſentium Vicariis, & ad diſciplinam eccleſiaſticam conſervandam leges condidit ſaluberrimas. Non ſemel Diœceſim luſtravit, in qua non ſolùm moribus, ſed egenorum corporibus ferventi charitate conſuluit. Non ſemel ad opulentiſſima ſacerdotia in Sicilia poſtulatus, nunquam abduci potuit, ut primam ſponſam pro ditiori dimitteret. Caſtitatem coluit, & in Chriſti amore fervens, profuſaque in Sanctam Deiparam clarus devotione fuit, ac non obſcura ſanctitatis opinione claruit; maximè apud ſuos Rhegienſes, ubi diuturnius illi domicilium fuit. Præfuit omni laude digniſſimus quinque & quadraginta annos onuſtus meritis venerabilis ſenex, felici tandem commigratione quievit anno ſalutis 1638. die prima Aprilis feria 5. Cœnæ Domini aſſiſtente Fabio Olivadiſio Epiſcopo tunc Bovenſi, poſtea Catacenſi ſuffraganeo. Funus peractum, & oratione laudatus à Stephano Pepe Clerico Regulari collacrymantibus cunctis die ſabbathi ſancti in Cathedrali. Ejus corpus terræ admandatum eſt prope tumulum Auguſtini Gonzagæ Anteceſſoris, cujus memoria apud poſteros in benedictione erit. Porrò ad tumulum hoc inſcriptum fuit epitaphium.

D. O. M.

Annibali de Afflicto Archiepiſcopo Rhegino, ne vir ſanctiſſimæ ſanctimoniæ ſit poſteris ignotus locus, D. Carolus Cuetano V. I. D. ex Marchionibus Sortini, hujus Metropolitanæ Eccleſiæ Decanus, ac Vicarius Capitularis egregium magnæ venerationis monamentum poſuit MDCXL.

Poſt Annibalis obitum à Philippo IV. Rege deſignatus eſt Rhegienſis Archiepiſcopus Annibal alter Maſcambrunus nobilis Beneventanus, tunc Epiſcopus Stabienſis litteris, & pietate Afflicti ſimillimus, qui antequam ab Urbano VIII. Pontif. Max. approbaretur hominem exuit.

LVIII 56 GASPAR III de Creales, & Arce Hiſpanus poſt ſex annorum interpontificium Annibali ſucceſſit die 12. Decembris 1644. ſedit ann. 14. vita functus eſt anno 1658. ſepultuſque eſt in Cathedrali, ubi legentibus proſtat hoc epitaphium.

Don Gaſpari de Creales, & Arce Archiepiſcopo Rhegino, te ſuum quærit, & ingemuit Sicula Monarchia. Cordatum juſtitiæ vindicem, & ſponſam viduæ ſpenſa Eccleſia, treaurum, egenorum aſylum, & litteris ſignatum ingenium. At nunquam poſite luctu. Exiguo doloris monumento, & officii Abbas Franciſcus Raſurgius Canonicus, Protonotarius, Vicarius Generalis aremaribus conditi cadaveri æternum benevolentiæ lapidem poſuit. Anno D. MDCLVIII.

LIX 57 MATTHÆUS de Januario Neapolitanus Patritius, Angeli filius, Metropolitanæ Eccleſiæ Primicerius. propriis, & Marci Antonii Fratris Calatravæ Militiæ Commendatoris, Propugnaculi Rodenſis Pireneos prope montes perpetui Gubernatoris Æneis tormentis in Hiſpania pro Catholico Rege Generalis Præfecti, meritis Rhegienſi Archiepiſcopatu ex regia præſentatione inſignitus eſt, ab Alexandro VII. Pont. Max. die 2. Martii 1660. quando divino lumine, & charitate erga patriam inflammatus ſponte ſe ad inſerviendum ægrotis peſte abſtractis obtulit in Noſocomio D. Januarii gentilis ſui extra Urbis mœnia, ex quo mirabiliter incolumis evaſit; poſt tot millium hominum excidium, quibus alacriter & imperterritus noctu, diuque invigilavit, uſque ad peſtis interitum, non abſque prudentum hominum gratitudine ac ſtupore: Electus Archipræſul Romæ munus conſecrationis ſuſcepit, in Eccleſia S. Caroli de Catinariis à Marcello Cardinali Sancta Cruce, ſimul cum Franciſco Falabella Archiepiſcopo S. Severinæ, Franciſco Angeluccio Verulano, & Alexio de Januario Cavenſi Epiſcopis; pauloque poſt ad Eccleſiam ſuam profectus, iiſdem moribus, & pietate, quibus hucuſque vitam traduxerat, cœpit eam moderari. Vivit digniſſimus Archipræſul, cujus virtutes, ne ejus modeſtiam oneremus, aliis relinquimus enarrandas. Longum vivat, impleatq; curſum diuturnioris ætatis.



A D D I T I O.

[,, *MARTINUS Ybanez de Villanova, Epiſcopus* LX
,, *Cajetanus, defuncto Matthæo de Januario, huc*
,, *translat. eſt die 27. Maii 1675. Obiit m. Sept. 1695.*
,, *ANDREAS Menneale, Archiepiſcopus Lancia-* LXI.
,, *nenſis, ex præſentatione Catholici Regis ad Eccle-*
,, *ſiam Rhegienſem traductus eſt die 21. Maii 1696.*
,, *Vivit adhuc, & gregem ſibi commiſſum paſcere lau-*
,, *dabiliter pergit.*]

B O V E N S E S
E P I S C O P I.



BOVA mediterranea eſt ſuperioris Calabriæ antiqua civitas ſita in monte editiſſimo præruptis ſaxis undique vallata, quinto à freto milliario, habitata familiis plus minus 400. Hic caſeus fit laudatiſſimus, vinum item, oleum, & mel præclarum. Sunt in ejus agro ſylvæ glandiferæ, & accipitres multigeni, & coturnicum aucupia non vulgaria. Hinc ad Leucopetram indigenæ familiari ſermone Latina & Græca lingua utuntur. Eſt autem Bovenſis civitas cum vicino pago Africi Comitatus titulo, Archiepiſcopo Rhegino in temporalibus ſubjecta; Epiſcopatus hic antiquus eſt ſupra mille annos Luminoſus enim Bovenſis Epiſcopus interfuit ſynodo Romanæ ſub Martino Papa. Cathedralis Eccleſia titulo Præſentationis Deiparæ Virginis exigua ſtructura in ſuperioris civitatis loco ædificata, unde in omnem Diœceſim circumquaq; proſpectus patet, ſatis decentem Clerum, qui cum ſuo Archipresbytero, quem Græca voce Protopapam nuncupant, Decano, Archidiacono, Cantore, Theſaurario & Primicerio

12. Canonicorum, præter alios minorum gentium ſacerdotes, & clericos, numerum explet. Hi omnes ritu Greco in ſacris uſi ſunt uſque ad Gregorii XIII. pontificatum. Hic aſſervatur corpus B. Leonis Monachi S. Baſilii ex Aſrico pago, cujus ſeſtum agunt 3. Non. Maii. In civitate Boveuſi præter cathedralem Parochiales Eccleſiæ quatuor, virorum cœnobium unum. Ex hac civitate fuit B. Helias Abbas, D. Baſilii Monachus, B. Nili contemporaneus, eique benevolentiæ conjunctus, cujus dies ſeſtus recurrit 3. id Sept. Diœcaſis Bovenſis ab Oriente in Adriaticum procumbit mare, qui ſinus Spartiventus dicitur; ab Occidente Appenninos habet montes Italiæ Mediaſtinum; ab Auſtro Leucopetram reſpicit promontorium Italiæ extremum, & celebrem amnem Alexium, qui in Jonium influit; à Septentrione mari Adriatico alluitur, & finitur Furſi Brutiorum, & oppido Brancaleonis. Patet in longitudinem milliaria viginti, amplectitur univerſa oppida tria; pagos quinque, oppida ſunt Mendolara cum turibus Rocudii, Roccæ fortis, & Galliani, quibus Princeps Mileti dominatur. Eſt autem Mendolara idem quod latinis amygdalia. Vetuſtum hoc eſt oppidum Peripolis quondam dictum, edito loco, & natura munito, quarto à mari milliario ſitum, lino, caſeo, melle, lapide phygio, & aſparagis omni anni tempore naſcentibus opulentum, ab Athanienſibus quondam occupatum, ut Thucidides ſcribit, poſtea à Romanis civitare donatum. Hic natus eſt Praxiteles ille ſtatuarius, ac pictor celeberrimus, qui arte ſua naturam imitatus, ſimulachra vivis adeo ſimillima fecit, ut vel bruta animalia deciperentur, & homines ad concubitum allicerantur; Equus enim viſa equæ ſtatua hinnitum edere coactus eſt, & canes latrare aſpectu picti canis, taurusque ad amorem, & concubitum vaccæ nimiæ ſimilitudinis irritamento compulſus eſt, ut ſcribit Val. Max. lib 8. Ejuſdem fuit Venus Gnidia cujus amore captus quidam ei clam cohæſit, maculamque vani conatus indicem reliquit. Hanc Gnidii ſtatuam Nicomedi Regi totum æs civitatis alienum diſſolvere promittenti negarunt, & merito: ejus enim cauſa multi Gnidium navigabant. Fecit & Cupidinem nudum, quem adamavit quidam, atque in eo ſimile neſandi conatus veſtigium reliquit. Praxiteles primus ſpecula fecit magni Pompei ætate. idemque ceris pingere, ac picturα inurere abſolutiſſime docuit. Plurima ejus opera Romæ, in Italia, & Græcia, eaq; admiranda extiterunt. Quamobrem ſummis ſcriptorum omnium laudibus elatus in cœlum eſt, ut patet ex Cic. Varr. Plin. Strabone, Proper. Claud. & aliis. Sexto à Bova milliario eſt Palitium caſtellum, ubi præter cetera cappares, & tubera affatim naſcuntur. Deinde eſt oppidum Brancaleonis in montis ſupercilio locatum, cum pagis S. Nicolai, & Stuppæ, atq; Herculeum promontorium, à quo ad Leucopetram ſpatium triginta milliarium. Fit optimorum captura trilliorum, quæ ſale in cadis aſſervantur. In tota hac Diœceſi continentur Parrochiales Eccleſiæ octo, Abbatiæ ſimplices centum aureorum ſummam non excedentes, beneficia ſimplicia quinque tenuiſſima. Virorum cœnobia tria, laicorum ſodalitia viginti. Eccleſiæ curatæ tam civitatis, quam Diœceſis extrema fere paupertate laborant. Clerus inops, & infrequens. Hi & omnes Abbates, ac Beneficiati, & Parochi in feſto Præſentationis Deiparæ Virginis coram Epiſcopo ſe ſiſtunt ad præſtandam obedientiam, & ſolvendam menſæ Epiſcopali certam pecuniæ ſummam quam feſtaticum appellant. Nulla autem in civitate, aut Diœceſi ad ſunt monaſteria Virginum: Menſæ vero Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 800. taxatur in libr. Cameræ Apoſtolicæ flor. 33. Seriem Epiſcoporum, qui in hac Eccleſia jus divinum dixerunt, hic explicabimus, elumbem tamen & hiulcam, ex paucis, quæ ſuperfuerunt monumentis.

I. 1 LUMINOSUS Bovæ Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Laterano ſub Martino I. Papa celebrato anno 649. qui deinceps per plura ſæcula hujus Eccleſiæ direxerunt clavum me latent; recentiores ex Romanis monumentis explicabo.

2 BLASIUS obiit anno 1341. II.

3 NICOLAUS ex Decano Eccleſiæ Tiracenſis à Benedicto XII. factus Epiſcopus Bovæ anno 1341. 2. Non. Maii. Defuncto namque Blaſio Capitulum in partes diviſum duos elegit, hunc Nicolaum videlicet, & Sabam Archimandritam ſancti Martini de Mota Ordinis ſancti Baſilii. Pontifex utriuſque caſſata electione, Nicolaum de plenitudine poteſtatis evexit ad ſedem, quem conſecrari mandavit ex Reg. Vatic. anno 7. pauloque poſt à Clemente VI. Benedicti ſucceſſore translatus eſt ad Hieracenſem Epiſcopatum. III.

4 ANDREAS Hieracenſis Primicerius eligitur in Epiſcopum ab eodem Clemente VI. anno 1342. 6. Idus Julii, ut in epiſt. ad ipſum data num. 70. fol. 160. Regeſt. Vatic. anno pontif. 1. IV.

5 Fr. BASILIUS, ordo, & patria ignoratur, exceſſit ſub Urbano V. anno 1364. V.

6 ERASMUS Abbas ſancti Pantaleonis Bovenſis Diœceſis ſucceſſit Baſilio, ad hanc dignitatem vocatus ab eodem Urbano V. anno 1364. 15. Kal. Maii pontif. 2. ex eodem Regeſt. Vat. Brevis pontifex fuit, cum vix vocatus ad inſulam ex ea exceſſit. VI.

7 Fr. SERAPHINUS, quis fuerit, vel à quo proceſſerit Ordine [a] non habemus; illum tantum fuiſſe hujus Eccleſiæ Epiſcopum invenimus in lib. Oblig. Urbani ann. 1365. 27. Aprilis, quo recognovit pro Eraſmo deceſſore ſuo. VII.

[a] Ordinis Prædic. ex Fontana in Theat. p. 145.

8 STEPHANUS defunctus eſt anno 1405. VIII.

9 WALTERUS ex Epiſcopo Carenſi huc transfertur ab Innocentio VII. an. 1405. 8. Aprilis. IX.

10 PETRO Bovæ electo concedit Gregorius XII. ut à Catholico quocunque Antiſtite, munus conſecrationis accipere poſſit anno 1410. X.

11 Fr. MATTHÆUS de la Scallia Agrigentinus Ord. Eremitarum S. Auguſtini electus eſt hujus Eccleſiæ Præſul per obitum anteceſſoris pridie id. Aprilis 1424. vix annum in ea dignitate verſatus cum ad tumulum elatus eſt ſub Martino V. Papa. XI.

12 PHILIPPUS Coſtulpharia ſucceſſor datus eſt Matthæo 6. Kal Auguſti ano. 1425 fato ceſſit an. 1435. Eugenio IV. ſedente. XII.



13 Fr. AUGUSTINUS de Campellis [b] de Goneſſa Ordinis Eremitarum S. Auguſtini vir doctus in ſacra Theologia Baccalaureus ab Eugenio IV. delectus eſt Epiſcopus 16. Kalen. Martii 1435. quod plures pro Apoſtolica ſede exantlaſſet labores. Vix per procuratorem Eccleſiæ ſuæ inierat poſſeſſionem, cum ſæva mors à mortalium numero abſtulit. Romæ namque mortuus eſt eodem anno die 22. Auguſti, ſepultuſque eſt apud ſanctum Auguſtinum ad limen majoris portæ, ubi ejuſdem marmorea effigies cum gentilitiis ſtemmatibus inſculpta perſpicitur, cum hac brevi ſubjecta inſcriptione XIII.

[b] De eo Gandulphus in diſſert. de 200 Script. Auguſt. p. 71. Mandoſi.


Hic jacet corpus Reverendiſſ. in Chriſto Patris D.D. Auguſtini de Goneſſa, Ord. Eremitarum, Epiſcopi Bovenſis, qui obiit an. M. CCCC. XXXV. die xxii. Auguſti. Cujus anima requieſcat in pace.

14 SANCIUS Epiſcopus Minerbinus ad hanc Eccleſiam translatus eſt ab Eugenio IV. an. 1435. 9 Kal Octob. Præfuit an. 6. iterumque ad Sebaſten XIV.

ſem tranſlatus titularem Eccleſiam anno 1441. Bovenſem vacuam reliquit.

XV. 15 Fr. JACOBELLUS de Seminaria Ord. Minorum ad Bovenſ ſedem ſubvectus eſt 10. Kal. Oct. 1441. longo tempore eximiè hanc rexit Eccleſiam Romæ mortem obiit an. 1483. ibique ſepultus.

XVI. 16 PROCULUS Curialis nobilis Surrentinus Epiſcopus effectus eſt die 7. Novemb. 1483. præfuit ann. 41. cum laude prudentiæ. Obiit circa ann 1523.



XVII. 17 FRANCISCUS Card Urſinus *a* per aliquot menſes hanc habuit commendatam Eccleſiam, quam ad favorem ſequentis dimiſit.

a De quo Ciaconius Oldoini c. 3. col. ...

XVIII 18 DONATUS Corteſius (1) Surrentinus, ex dimiſſione Cardinalis Urſini electus eſt Bovæ Epiſcopus die 8. Aprilis 1523. poſt annos 26. onere, & honore ſe abdicavit. Hujus meminit Julius Cæſar Capaccius in hiſt. Neapol. ſed male Bovinenſem Præſulem ſcribit.



XIX. 19 ACHILLES Brancia nobilis Surrentinus, hunc ad Epiſcopatum aſſumptus eſt die *b* 2. Auguſti 1546. Concilio Tridentino interfuit. („ *Ceſſit die* „ *23 Auguſti* 1570.)

b Die 21. Aug.

XX 20 JULIUS Staurienus („ *Ordinis Prædic.*) Epiſcopus Maguen *c*. tranſlatus ad Bovenſem Eccleſiam die 16 Martii 1571. obiit 1577.

c Maguntenſis.

XXI. 21 Fr. JULIUS electus die 2. Octob. 1577. mortem obiit Romæ 7. die à ſua promotione nondum conſecratus.

XXII. 22 MANELLUS *d* Francii Neapolitanus creatus die 9. Octob. 1577.

d Marellus Franco Presb. Placentinæ dioceſ. ex Aliis.

XXIII 23 PTOLOMÆUS Corſinius hujus Eccleſiæ Epiſcopus, obiit an. 1592. („ *Ptolomæus Corſinias de Populo Aprutii oppido, in artibus, ac* „ *ſacra Theologia, in quibus Magiſterii lauream erat* „ *conſecutus, verſatiſſimus, quippe qui 32. circiter* „ *annis Metaphyſicam in Gymnaſio Romano publice* „ *docuerit, & in Capitulis generalibus de Sacra* „ *Theologia acerrime diſſeruerit, vitæ morumque probitate multùm commendabilis, Bovenſis Epiſcopus* „ *dictus eſt 23. Februarii 1587. ſexageſimum ſeptimum ætatis agens annum, ex Cedulis Conſiſt. Deceſſit Romæ an. 1590. & in Eccleſia D. Valentini tumulum accepit. In Patria in D. Mariæ D. Laurentii templo hoc illi excitatum fuit monumentum.*

D. O. M.
„ Ptolomæo Corſinio Doct. Theol à Populo, dum Romæ publicus interpres Philoſophiæ ſumma cum laude florebat, à Sixto V. Pont. Max. meritorum memore Epiſcopus Bovenſis creatus eſt, qui poſt triennium Eccleſiæ regiminis migravit ad cœlum ſepultuſque in Eccleſia S. Valentini in Urbe à par. Virg. MDLXXXX. ne tanti viri memoria pereat, Angelus Felix Archipresbyter Buxi. & ſacræ Theol. Mag. grati animi monumentum P.

„ *De eo Toppius in Biblior. Neapolitana pag. 289.)*

XXIV 24 JOANNES Camerota. Meſſanenſis, Theologus inſignis, & in omni ſcientiarum genere vir longe clariſſimus evaſit Epiſcopus die *e* 7. Septemb. 1592. exceſſit 1622.

e Die 23. Septemb.

XXV. 25 NICOLAUS MARIA Morlaſal ſucceſſit die 7. Maii 1622. mortem obiit 1627. („ *Nicolaus* „ *Maria Mudaffarus, Rheginenſis, Rector parochialis Eccleſiæ S. Thomæ in Parione, Magiſter in ſacra* „ *Theologia, & Sacr. Canonum peritus, ac in ſacris* „ *litteris, humanioribuſque tam Græcis, quàm Latinis inſtructus, cum per undeviginti annos prædictam animarum curam laudabiliter geſſiſſet, Eccleſiæ Bovenſi præfectus eſt die 11. Maii 1622. Ex* „ *Cedulis Conſiſt. De eo Conſule Janum Nicium Erythreum Pinacoth. 3. Imag. 25.)*

XXVI 26 FABIUS Olivadiſius Epiſcopus Lavellinus ad hanc Eccleſiam tranſlatus die 20. Septemb. 1627. inde evaſit Epiſcopus Cathacenſis 1646.

XXVII. 27 MARTINUS Megalius („ *ex oppido S. Mauri S. Severinæ diœceſi oriundus*) electus 10 *f* Septemb. 1646. dum Romæ ad limina Apoſtolorum proficiſceretur obiit ex contagioſa lue menſe Auguſto 1656. apud majorem Amalphitanæ Diœceſis oppidum, ubi ſepultus jacet.

f Die 10. Septemb.

XXVIII. 28 BERNARDINUS de Aragonia, Pactenſis, adlectus eſt ab Alexandro VII. Pont. Max. die 19. Febr. 1657. hujus Eccleſiæ Præſul.

ADDITIO.

(„ *Deceſſit Bernardinus 12. Julii 1669.*

XXIX. „ *M. ANTONIUS Conteſtabilis Stilenſis J. U. D.* „ *patriæ Collegiatæ Eccleſiæ Canonicus, tam Cavenſis Epiſcopi, & Archiepiſcopi Roſſanenſis vices geſſiſſet, huic Eccleſiæ præfectus eſt 19. Septembris 1669. quam triginta prope annos adminiſtravit defunctus menſe Julio 1699.*

XXX „ *Fr. ANTONIUS Gaudioſus, Ordinis Prædicatorum Theologus, concionator, & Miſſionarius non vulgaris, creatus eſt Bovenſis Antiſtes 5. Octobris 1699. Fato raptus eſt menſe Februario 1714.*

XXXI „ *Fr. PAULUS Stabile, Ordinis Minimorum S.* „ *Franciſci de Paula, Theologiæ lector jubilatus,* „ *concionator, & Eminentiſſ. Cardinalis de Comitibus, necnon bo. mem. Com. de Gallas Cæſarei* „ *ad ſedem Apoſtolicam Oratoris Theologus, hac infula decoratur 8. Junii 1718.)*

CASSANI

EPISCOPI.

CASSANUM *g* mediterranea eſt citerioris Calabriæ civitas nomen retinens, Biſiniani Principi ſubjecta. Habitata familiis Regio in codice deſcriptis 645. Coſa olim dicta, & ab Oenotriis condita, ut Hecatæus apud Stephanum auctor eſt; in regione, & ditione Thuriorum ſita, ut ait Cæſar 3. de bello civ. Fuit Coſa Colonia Romanorum deducta à T. Q. Flaminio, ut docet Plutarchus in ejus

g Seu Coſanum vel Coſanum, vulgo Caſſano.

P 2 vita

(1) Donatus, non Corteſius, ſed Curialis, ſupradicti Proculi nepos, ex patrui dimiſſione, cum annorum eſſet 22. electus fuit hujus Eccleſiæ Adminiſtrator, donec 27. Ætatis annum attingeret, die 13. Aprilis 1524. Hæc ex cedulis Conſiſtor. ex quibus vel expungendus Card. Urſinus, vel aſcribendum, Proculum hanc Eccleſiam remiſiſſe Card. Urſino, ſervato tamen ſibi jure regreſſus, & Cardinali abeunte eam iterum nepoti ceſſiſſe.

vita donata civitate Romana, ut ait Vellejus, & facta municipium P. Rom. ut teſtatur Cic. in vii. Verr. ubi P. Gavium municipem Coſanum ſæpe memorat. Abeſt hæc urbs à mari m p duodecim. Eam fluvius Eanus adlabitur, qui Racavello miſcetur. Hic nundinæ annuę celebrantur Suotus urbem ſpecus eſt, in qua balnea extant gemina dulcem, & ſulphuream aquam fundentia. In Coſano agro fiunt vina ac lina nobilia; legitur manna, fit goſſipium, & ſeſama; proveniunt cappares, vitex, terebinthus, & ſiliqua ſylveſtris. Naſcitur magneſius lapis, & pepones fiunt probatiſſimi. Ager ipſe herbidus eſt, bubalorum armenta paſcit.

Epiſcopatus Caſſanen. antiquus eſt (1). Caſſanæ Eccleſiæ mentionem facit Abbas Joachimus in ſuis vaticiniis. In Regiſtro Innocentii Papæ III extat exemplum litterarum ipſius ad Epiſcopum, Clerum, milites, & populum Caſſanen, quibus eos hortatur, ut Legato Apoſtolico obtemperent. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni fere 5000. qui colliguntur ex vectigalibus duorum Caſtrorum temporaliter Epiſcopo ſubjectorum, nempe Murmani, & Trebiſacii. Taxatur in libris Cameræ Apoſtolicæ ad flor. 1 06. Domus Epiſcopalis ſatis commoda eſt, & unita Eccleſiæ Cathedrali, quæ Nativitati Deiparæ Virginis dicata eſt, magnifice inſtructa, choro, ſacrario, organis, muſicis, ſacraque ſupellectile egregie ornata. Quatuor in ea ſunt dignitates, Archidiaconatus, Decanatus, Cantoratus, & Theſaurariatus, Canonici duodecim a, item nonnulli Presbyteri, & Clerici Seminarii Alumni duodecim Eccleſiæ inſervientes. In civitate Caſſanenſi præter Cathedralem Parochialis Eccleſia nulla eſt; Archidiaconus enim totius civitatis animarum curam gerit. Virorum cœnobia quatuor, Dominicanorum, Minorum obſervantium, Capuccinorum, & Carmelitarum. Diœceſis Caſſanenſis continet oppida vigintiduo, caſtella tria, & octo Albanenſium, ſive Epirotarum pagos, in quibus ritu Græco Sacerdotes Græci conjugati Miſſas celebrãt, & Sacramenta adminiſtrant. In tota Diœceſi cœnobia virorum 19. virginum unum. Clerus ampliſſimus, quadringentorum circiter Sacerdotum præter alias perſonas Eccleſiaſticas; ſingulæ namque Parochiæ Archipresbyterales ſunt receptitiæ. Oppidorum omnium proximum eſt Caſtrivillaris.

a Q. duodecim, inter quos, utpote mi- be 1[illegible]

Cæterum Caſſanenſis Epiſcopus cum à Metropolitæ Rhegienſis juriſdictione exemptus prætenderetur, Pius V. per ſuas literas ann. 1566. 17. Septembris declaravit Metropolitano Rhegino ſubjacere, ſed nunc Cuſentiam Metropolim Synodorum gratia petit. Epiſcopi Caſſani ſunt ſequentes.

I. (" N. . . Caſſanenſis Epiſcopus memoratur anno 1059 ex Jefrido Malaterra in hiſt. Normannorum lib. 1. c. 32. Lucentius.)

II. 1 SASSO Epiſcopus Caſsanenſis, non primus, qui in ea ſede floruit, ſed primus, cujus memoria extet. Viait Urbani II. Papæ temporibus, ſub quo, ann. 1096. Indict. 5. teſtis fuit donationi Rogerii Ducis Siciliæ, & Calabriæ Comitis ad favorem Eccleſię Squillacenſis; erat tunc ejuſdem Urbani in hac provincia Vicarius. Putarim hunc illum eſſe Caſſanenſem Epiſcopum, qui cum exercitu Chriſtianorum caſtrum S. Martini Silinorum oppugnavit anno 1109. ut Malaterra ſcribit in p. lib. cap. 32. de geſtis Normannorum.

III. (" N. . . . Caſſanenſis Epiſcopus interfuit coronationi Rogerii Siciliæ regis an. 1129. ex Rocco Pyrrho t. 1. f. 21. Lucentius.)

IV. 2 SOFRIDUS Caſſanenſis Epiſcopus florebat anno 1193. cujus ſolum nomen ad poſteros perennavit; donatio in ejus gratiam facta ab Ogerio Comite Bugelli, nunc Altimontis, & Baſiliæ Comitiſſę ejus uxoris pro fundanda Abbatia in Diœceſi Caſſanenſi apud Eccleſiam S. Marię de Fontibus pro Monachis Baſilii, ſubſcripſit eidem cum Soſrido, Hunfridus ſancti Marci Epiſcopus, & Joannes Abbas Matinenſis, quæ ita legitur ex ſcripta ea tabulario ejuſdem Abbatiæ à noſtro Abbate Gregorio Lauro.

In Dei nomine æterni, ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Anno ab Incarnatione ejuſdem 1193. primæ vero Indictionis, Regnante glorioſiſſimo Imperatore noſtro Henrico primo anno Imperii ejus, ſecundo Maii.

Qaoniam quæ ab hominibus fuerint . . . curſu temporis oblivioni traduntur, & quandoque pravorum verſutiis moleſtantur, irritantur, idcirco nos Ogerius vir, & uxor Baſilia Dom. Bragalli Dominus ad perpetuam rei memoriam, ac firmam ſecuritatem in ſcriptis reduci mandxvimus, qualiter inſpirante Deo pro devotione animæ noſtrę noſtrorumque parentum, noſtra gratuita, & libera voluntate, donamus, & in perpetuum concedimus locum & tenimentum pro faciendo Abbatia in Eccleſia, quæ dicitur S. Maria de Fontibus de Monachis ſancti Baſilii prope caſale Langrium, ad preces Dom. Goffredi Venerab. Epiſcopi Caſſan. quod tenimentum in convicino noſtro talibus diviſis, & terminum ſeparatum, quod incipit à Terra molarn, ubi dicitur Petra molendini, & ferit ad ſanctum Mariam de Maſſa, & per vallonem ipſius Eccleſiæ, & deſcendit ad flumicellum, & ab ipſo flumicello ſicut vadit flumen, flumen aſcendit, ſive ad parcum de ſambaco, & ferit ad armum longum, ſicut vadit flumen, flumen, & ab inde ad locum flumaram vadit, qui dicitur de Calaſtain, & ferit ultra ad terram de Botonio, & per ipſam terram Batonii deſcendit ad ſuper planum de Schavis, & ferit ad primum locum, ubi incipit, & clauditur tenimentum. Addentes etiam ipſi Abbadiæ locum in tenimentum S. Calogeri cum tenimento, & omnib. pertinentiis ſuis infra hos fines donamus, atque perpetuo concedimus totum illud, quod eſt de dominio noſtro cum arboribus, cultis, & incultis præter ſi de tenimento Baronam, & hominum noſtrorum Bragalli infra fines ipſos conſiſtant, & in ſalvia noſtra damus, ut recipere debeant omni tempore unoquoq; menſe ſalmam ſalis unam de ſolito etiam gratia noſtra donamus dicto venerabili loco in eodem flumine . . . duo molendina cum pertinentiis ſuis cum libertate faciendi follones ibidem, & aliud molendinum, ſi neceſſe fuerit. Inſuper damus, concedimus, & confirmamus dictæ Abbatiæ totum caſale prædictum Langrum cum omnibus hominibus, vaſſallis, angariis, & villanis, qui ſunt ibi, ſi aliqui de terra noſtra Bragallæ velint ire ad habitandum ibi in dicto caſale, liberam habeat facultatem, & arbitrium commorandi cum omnibus bonis ſuis, non tamen ut nobis in aliquo teneantur, ſed ipſi loco, & Abbatiæ debeant in omnibus reſpondere. Concedentes etiam eidem Eccleſiæ, & Abbati totum tenimentum caſalis Langri prædicti cum arboribus, cultis, & incultis, herbagiis, paſcuis, & aquis. Donantes etiam & confirmantes ipſi venerabili loco, ut cultores ipſius loci, & homines ipſius caſalis liceant paſcere libere abſq; omni damnatione animalia univerſa ipſius monaſterii, omniumq; obedientium hominum paſtorum eorum per totum tenimentum noſtrum, addentes etiam & conſtituentes ſupradicto venerab. loco, ut liceat Abbati, & cultoribus ipſius loci ad negotia homines attrahere, & in recomendationem Abbatis recipere oblationes francorum hominum de poſſeſſionibus, & rebus ſuis, & ſi contigerit, quod vel Monachi, vel homines ipſius Abbatiæ, & caſalis injuſtum fecerint hominibus noſtris, volumus, ut coram Abbate ipſius loci, vel ſuo bajulo reſpondere teneantur, ſed ab omni dutione ut liberi ſint nobis, vel noſtris, vel aliis, qui poſtea venerint, in aliquo non reſpondentes: & ut fratres, & homines ipſius monaſterii liberè poſſint vendere, vel emere quicquid neceſſe fuerit ſine exactione paſſagii, & plateatia per totam terram noſtram intrando, & exeundo ſicut cives ejus; volumus nihilominus donantes, ut monaſterium, & homines ſuos à violentia bajulorum noſtrorum poſſint cum rebus eorum defendere, & ſal-

(1) Epiſcopalem dignitatem antiquitus obtinuiſſe Caſſanum opinio eſt, nullis tamen teſtimoniis rem comprobantibus. Occurrit nobis è Romano Concilio habito ab Hilario Papa an. 465 Capitanus *Caſſitanus* Epiſcopus: fuitne Caſſanenſis hujus civitatis, interpretari non audemus, cum per plura deinde ſæcula nullam aliam, quæ antiqua Epiſcopalia jura Caſſanenſium indicare poſſit, prodant memoriam. *Lucentius.*

A *& ſalvare, ut nunquam teneantur, niſi monoſterio reſpondere: & in curia monaſterii judicare exceptis de criminalibus, quæ od curiam Regis pertinent. Volumus etiam, ut homines ipſius Abbatiæ, videlicet ipſius caſalis de collectis Terræ noſtræ generalibus, & de aliis habeant decimam, ſcilicet de triginta, unum habeant tantum. Concedimus inſuper, ut ſi quis de hominibus Bragalli utriuſque ſexus cum mobilibus, vel ſtabilibus ſe ipſi monaſterio in vita ſua, vel in teſtamento reddere, vel offerre voluerint, liberam habeant facultatem, exceptis angariis, quæ ſunt de ſervitio Dominorum, vel Baronum, prohibentes etiam vehementer, ut nullus omnino noſtræ donationi ſubditus, nam de dicta terra noſtra intra curiam ipſius monaſterii, & locum, vel grangiarum ejus, ſi acciderint quolibet occaſione inſultum facere, aut hominem ibidem capere, vel ipſum monaſterium in perſonis, & rebus ſuis, in nullo loco intus, vel extra tenere, perturbare, aut in alio damnificare præſumant, quod qui fecerit, niſi digni ſtatim doceant, ſacrilegii ſecundum mandatum Apoſtolicum ſatisfecerit, prout habemus cum condemnatione centum unciarum auri ſe noverit incurſurum, dantes medietatem Regiæ curiæ, & medietatem Abbatiæ prædictæ: Fratribus autem loci ſit pax, & ſecuritas à Deo vivo & vero. Si quis ergo heredum, & ſucceſſorum noſtrorum, hujus noſtræ conſtitutionis, vel donationis paginam irritare tentaverit, Regali fiſco de ſexcentum unciis volumus condemnari, niſi malitiam ſuam digne correxerit pœnitendo, nihilominus noſtra prædicta donatione & conſtitutione omni tempore firma, & inviolabili perdurante: ad hujus autem donationis, conceſſionis, & confirmationis ratum, & inviolabile firmamentum præſens privilegium per manus Notarii Manfredi Imperialis Tabularii fidelis noſtri ſcribi juſſimus, & ſigillum impreſſimus, in quo nos, & alii nobiles juſſimus ſubſignandos. Ego Manfredus ſcripſi præſens privilegium anno, menſe, & Indictione præmiſſis.*

Soffridus Epiſcopus Caſſanen.

Hunfridus S. Marci Epiſc. teſtis ſum.

Ego Nivirios de Pappaſidaro Dominus teſtis ſum, ſignum manus mei roboravi, & aliud ſignum manue Gelormi Incalloni.

Ego Joannes Matinenſis Abbas ad preces D: Ogerii me ſubſcr.

Ego Robertus Abbas Gumiliani ad preces D. Ogerii me ſubſcr.

Ego D. Ugo Imperialis Caſtellanus civitatis Caſſani.

Ego Guillelmus de Rocca Dominus teſtis ſum.

Ego Donnus Guillelmus filius Marci.

Ego Donnus Feanaldi.

Ego Matthæus Imperialis Caſtellanue Saracenæ.

Ego Manfredus Imperialis Tabularius præſens privilegium ſcripſi, & meo ſolito ſigno ſignavi.

V. 3 HUGO præcipuus benefactor cœnobii ſanctæ Mariæ de Aqua Formoſa Ordinis Ciſtercienſis. Conſtructum eſt hoc cœnobium in hac Diœceſi anu. Dom. 1195. menſe Julii Indict. 13. *Fundatores*, inquit vetus monumentum, *dicti monaſterii, & dotatores, & conſentrae Dom. Ogerius, & D. Baſilia D. de Braballæ vulgariter Aiſemonte. D. Marchio Veteraaus ſucceſſor eorum. D. Rainaldus de Guaſto munificus ampliator tenimenti, & libertatis ipſius monaſterii, & confrater. Venerabilis etiam Hugo Epiſcopus Caſſanenſis fuit confrater, & quam plures alii de Caſſano, Urſomarcio, Caſtrovillari de Murano, Braballe, Galotro, ſancto Amato, & de cæteris locis, qui in vita aliquid monaſterio conferebant, & in morte partem bonorum ſuorum relinquebant monoſt. præd. ex quibus fuerunt Epiſcopi, Comites, Barones, & alterum graduum. Et hæc eſt forma ſuſcipiendorum fratrum, videlicet. Ex parte ſanctæ, & Individuæ Trinitatis, & B. Mariæ ſemper Virginis, & Omnium SS. quorum patrocinio Deus poſuit in hoc ſancto Monaſterio, & ex parte omnium ſervorum Dei ordinis noſtri, concedimus tibi ſocietatem noſtram, ut amodo habeas partem in vigiliis, & pſalmis, in orationibus, in eleemoſynis, & in omni benefacto, quod ſit in hoc S. Monaſterio, & per omnia noſtri Ordinis loca, ut Deus viſitet animam tuam, & concedat tibi meliorationem vitæ, & adjuvet te illa opera facere in hoc ſæculo, & per veram pœnitentiam, & bonam confeſſionem abſolutus à peccatis exeas de hac vita, & animam tuam collocet Deus cum Sanctis ſuis in pace, & requiem ſempiternam tibi tribuat, ubi gaudeas una nobiſcum per omnia ſæculorum, Amen.*

De hoc monaſterio pauca habet Manriquez Epiſcopus Pacenſis in Annal. Ciſtercienſium 3. tom. ad annum 1197. quo putat illud exædificatum.

VI. 4 TERRITIUS hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno Dom. 1221. una cum Luca Cuſentino Archiepiſcopo delegatus fuit ad cauſam agnoſcendam, quæ vertebatur inter Abbatem Floris, & Archimandritam Patiri, ut membrana, & cartophilacia ejuſdem cœnobii oſtendunt, in quibus idem ſigillum ſuum appoſuit, & ita ſe ſubſcripſit poſt Lucam. *Territius immeritus Caſſanenſis Epiſcopus ſubſcripſi*; eodem modo anno 1223. in alia cartula ſupra in Archiepiſcopis Cuſentinis relata: cæteru ejus acta obſcura ſunt.

B VII. 5 BLASIUS floruit ſub Gregorio IX. à quo facultatem accepit reducendi numerum Canonicorum ad duodecim, ut in epiſt. 178. fol. 197. ann. 8. in Reg. Vat. Chriſti anno 1233. memoratur in monumentis Cœnobii Florenſis Cuſentinæ Diœceſis, cujus privilegia à Federico II. Imper. conceſſa una cum Opizone Archiepiſcopo Cuſentino aſſeruit.

VIII. 6 JOANNES de Fortebrachiis Romanus ſanctæ Mariæ Tranſtiberim Canonicus, Innocentii IV. Subdiaconus, & Capellanus per Petrum S. Georgii ad Velum Aureum Diac. Card. Apoſtolica auctoritate eligitur Caſſanenſis Epiſcupus 15. Kal. Feb. anno 1252. confirmatur ab eodem Innocentio 15. Kal. Martii ejuſdem anni ex lit. Dat. Peruſii, num. 115. fol. 129. anno pontif. 9. iterumque confirmatus ab eodem anno ſui pontif. 12. in epiſt. 247. Regeſt. Vatic.

IX. 7 Fr. MARCUS de Aſſiſio Ord. Minorum ſubiectus eſt Epiſcopus Caſſanenſis à Clemente IV.
C ann. 1268. apud Vvadingum to. p. Annal. Minorum. Hic ſub Joanne XXI. Collector fuit decimarum pro ſubſidio Terræ ſanctæ impoſitarum in tota Calabria, & Sicilia. Vixit uſq; ad ann. 2. Martini IV.

X. 8 PASCHALIS Epiſcopus Caſſanenſis à Bonifacio VIII. tranſlatus ad Larinenſem, ſed cum non habuiſſet effectum hujuſmodi tranſlatio, à Benedicto XI. factus eſt adminiſtrator; tandem ſub Clemente V. an. 1309. Id. Julii Larinenſis Epiſcopus confirmatus eſt ex Regeſt. Vatic. epiſt. 625. fol. 129. an. 4. Clementis.

XI. 9 RICHARDUS Caſſanenſis Epiſcopus tranſlatus eſt ad Tricaricenſem Eccleſiam à Bonifacio VIII. anno 1301. 2. Kal. Martii.

XII. 10 Fr. GUILLELMUS de Cuna Ord. Minorum eodem ann. 1301. eademque die 2. Kal. Martii in locum Richardi ſubiectus eſt.

XIII. 11 ALBERTUS Bizozus Mediolanenſis, fuit Epiſcopus Caſſanenſis anno 1312. apud Morigiam lib. 2. hiſt. Mediol. ſed in Regeſt. Vatic. non extat
D ejus electio, nec verbum quidem de eo inveniri potuit ad Morigiæ ſententiam aſſerendam. Fides ſit apud ipſum.

XIV. 12 JOANNES, cujus prima mentio eruitur ex Indulgentia, quam dedit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Sagittario Angionenſis Diœceſis anno 1316. in hæc verba.

Joannes miſeratione Divina Epiſcopus Caſſanenſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem & ſinceram in Domino charitatem.


Virga venuſtiſſima, & omnium virtutum floribus inſignita Virgo Dei Genitrix glorioſa, cujus pulchritudine Sol, & Luna mirantur, cujusque precibus miratur populus Chriſtianus, florem immarceſſibilem, & æternum Dominum Jeſum Chriſtum humani generis Redemptorem ineffabili ſancti Spiritus cooperatione produxit, ob cujus reverentiam Virgini, loca in ejus honore conſtructa ſunt à Chriſti fidelibus

veneranda, at ejus piis adjuti ſuffragiis æternæ retributionis præmia conſequi mereantur, rogamus itaque Univerſitatem veſtram, & hortamur, & remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad monaſterium Beatæ Mariæ de Sagittario Anglonenſis Diœceſis imploraturi à Domino veſtrorum veniam delictorum in humilitate ſpiritus attendatis. Nos enim, ut Chriſti fideles quaſi per præmia ſalubriter invitemus ad merita, de Omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, & omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad Eccl. ipſam in Nativ. Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis ejuſdem Virginis feſtivitatibus, & per octo dies feſtivitates ipſas immediatè ſequentes cauſa devotionis annuatim, nec non totiens, & quotiens ad fabricam ipſius monaſterii manus porrexerint adjutrices, quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus, dummodo Diœceſani ipſius Monaſterii ad id conſenſus acceſſerit. In cujus rei teſtimonium præſentes literas exinde fieri fecimus, & noſtri ſigilli appenſione muniri in teſtimonium præmiſſorum.

Datum Merimagni anno Dom. 1316. decimæ quartæ Indict. pontificatus Dom. Joannis Papæ ann. 2. menſe Junii die 26. adeſt ſigillum pendens in cera rubea.

Obiit Joannes anno 1329. ex Reg. Vatic. in literis creationis ſucceſſoris.

XV 13 JOANNES de Marino Joannis ſucceſſor ex Canonico Beneventano hunc adeptus eſt Epiſcopatum 13. Kalen. Aprilis 1329. auctoritate Joannis XXII. de quo nihil habeo compertum, niſi quod vita functus fuerit anno 1334. ex eodem Reg. Vat.



XVI. 14 LANDULPHUS Vulcanus Subdiaconus Neapolitanus, claræ nobilitatis vir poſt obitum Joannis à Caſſanenſi Capitulo poſtulatus, confirmatur à Joanne XXII. die 9 Kal. Novembri pontif. anno 19. qui fuit Chriſti 1334. ex Reg. Vat. Ex hac familia, Romana purpura præclari fuere alter ſenior Landulphus, & Marinus, poſt ipſum Landulphus in ſacrum Senatum cooptatus eſt à Cœleſtino V. anno 1294. fuitque Diac. Cardin. S. Angeli, longo tempore in Sicilia Apoſtolicæ Sedis Legatus Bonifacio VIII. ſedente, obiit Avenione ann. 1328. Male Ciaconius hunc attribuit Brancaciæ familiæ. Surrenti in Trinitatis Eccl. perdurat ſepulchralis epigraphe. *Hic requieſcit Domina Johanna Bulcana Abbatiſſa, & ſoror Domini L. Cardinalis fundatoris hujus prædicti monaſterii.* Et in Regeſt. Caroli II. Regis (teſte Carolo Barello Neapolitanæ nobilitatis vindice) ann. 1394. Bartholomæi Vulcani teſtamentum moderandum demandatur arbitrio, & voluntati Venerabilis Patris Domini Landulphi S. Angeli Diac. Card. & Hectoris Vulcani, demortui viri germanorum fratrum. Memoratur idem Landulphus de Vulcano Card. in vetuſta Chronica de rebus Siculis apud eundem. Marinus ab Urbano VI. purpura fuit exornatus. Hujus laudatiſſima extat mentio in vitis Summ. Pontif. & Cardd. nuperrime digeſtis. Cæterum Landulphus hic junior Caſſanenſis Epiſcopus, fortaſſis Landulphi Card. nepos fuit, præfuit plus minus annis ſeptem.

15 GUNIUS *a* nominatur electus Caſſanenſis die 16. Januar. 1335. in lib. ſolut. Benedicti XII. XVII.

a Seu Gainus.

16 * ROGERIUS Epiſcopus Caſſanenſis an. 1345. menſe Maii Ind XIV. cum Franciſco Cuſentino, Jo. Roſſanenſi Archiepiſcopis, Chriſtophoro Umbraticenſi, Senatore Marturanenſi, & Fr. Thoma Strungulenſi Epiſcopis indulgentiam conceſſit Eccleſiæ diœceſis S. Marci. Documentum alibi retulimus. XVIII

* Ex Appendice.

17 DURANDUS in eodem ſolutionum lib. ſub Clemente VI. die 3. Novembr. 1346. XIX.

18 ROGERIUS Quatrimanus nobilis Cuſentinus Epiſcopus fuit Caſſanenſis, obiit ann. 1348. ex Reg. Vatic. XX

19 JOANNES de Papaſidero ex Canonico Cathed. & Papæ Sacellano in demortui Rogerii locum electus Epiſcopus à Clemente VI. anno 1348. 16. Kalend. Febr. pontif. 6. cujus electio extat in Reg. Vat. ep. 75. fol. 66. memoratur anno 1354. in Reg. Regeſt. Neapolitano. XXI



20 PETRUM de Judice nobilem Amalphitanum Caſſanenſem fuiſſe Epiſcopum anno 1374. ſcribit Marinus Frizia lib. 1. de Subfeudis, tametſi in monumentis Vaticanis ejus electio non extet. XXII.

21 (1) ANDREAS anno 1378. 19. Martii ſolvit ſolitum ſubſidium ſacro Senatui in ſæpe citato lib. ſolut. Prælat. in qua ſolutione fit mentio Guini præanteſucceſſoris. XXIII

22 CAROLUS *b* 1386. 6. Julii ſolvit, intruſus ab Pſeudopontifice Clemente VII.

b Omittendus ut intruſus. XXIV

23 ROBERTUS de Judice nobilis Amalphitanus ab Urbano VI. electus, cui ſucceſſit Nicolaus. Roberti meminit Franciſcus de Petris lib. 2. hiſt. Neapol.

24 NICOLAUS obiit ann. 1392. XXV.

25 PETRUS ex Archidiacono eligitur per obitum Nicolai à Bonifacio IX an. ſalutis 1392. translatus deinde eſt ad Eccleſiam Marſicenſem 1399. XXVI.

26 PHOEBUS à ſancto Severino Clericus Tricaricenſis electus in ſucceſſorem Petri à Bonifacio IX. ann. 1399. Kal. Novemb. annos præfuit quatuor, cumque nec bene, neque laudabiliter in hac adminiſtranda Eccleſia ſe geſſiſſet, ab eodem Bonifacio omni regimine, & adminiſtratione privatus eſt ann. 1404. quid autem de ipſo ſit factum, non exprimitur in lib. Proviſ. Prælatorum, ubi hæc narrantur. XXVII.

27 MARINUS Scannaforcie nobilis Neapolitanus in privati Phœbi locum Epiſcopus delectus eſt XXVIII.

(1) Stephanus Baluzius in ſuis ad Vitas Paparum Avenionenſium notis t. 1. col. 1110. dum profert proceſſus, & depoſitiones in cauſa electionis Urbani VI. de an. 1378. 18. April. pluries ex iiſdem meminit Epiſcopi Caſſanenſis, quem modo Martinum, modo Marinum nuncupat, qui ſane ipſi Urbano Pontifici proximè inſerviebat, ejuſque certè familiaris erat, cum eidem ambaxiatas, ut ibi loquitur, redderet, & ab eodem acciperet electo jam Pontifice. Inquit etiam ibi, quod tunc ipſe Marinus ſe etiam, ſed falſo, denominaret Apoſtolicæ ſedis Camerarium. Sed ideo, reor, *falſo* dicit ſcriptura, quia apud Urbanum ita ſe gereret, quem nulliter electum, & Bartholomæum Barenſem tantum nuncupabant factionis contrariæ viri. An autem revera Marinus ſit huic ſedi adjudicandus, atque explodendus Andreas, fortaſſe ab Antipapa intruſus, videant eruditi.


eſt ab ipſomet Bonifacio 3. Kal. Octobr. 1404. pauloque poſt ſecuta Pontificis morte munus conſecrationis haud potuit obtinere, Innocentius VII. ſucceſſor benigne illum eo in Sacerdotio confirmavit, & conſecrari mandavit 3. Id. Novemb. ejuſdem anni. Exceſſit ſub Martino V.



B

XXIX. 28 ANTONELLUS de Geſualdo Neapolitanus Sanſonetti Compſæ ſecundi ex Antonella Porcelletta Domicella nobiliſſima filius, Monachus monaſterii ſanctæ Catharinæ Beneventanæ Diœceſis Ordinis Cœleſtinorum juris utriuſque Doctor inſignis ſucceſſit Marino ad hanc inſulam vocatus à Martino V. dum eſſet Mantuæ 9. Kal. Decemb. 1418. ſedit annos decem.

XXX 29 GUILLELMUS translatus ab Eccleſia Arauſicenſe ad Caſſanenſem die 16. Martii 1428. exceſſit anno 1432.



C

XXXI 30 BELFORTIS Spinellus de Juvenatio Nicolai Gojæ Comitis, & Magni Neapolitani Regni Cancellarii ex Simeona della Marra filius, vir in Regia curia non ſolum ob generis nobilitatem, ſed ob præclaram liberalium artium eruditionem, ſummamque peritiam rerum illuſtris; ingens enim à majoribus auctus ſpiritu, occaſionibus variis explicuit; ſub Ladislao, Joannaque Regibus apud diverſos Chriſtianos Principes, tum in Concilio Conſtantienſi, & ad Martinum V. Pontificem obivit Legationes, quibus bene geſtis maximam ſibi conciliavit gratiam, & apud omnes exiſtimationem collegit, & munus Camberlani accepit, quod aliquot annos geſſit laudatiſsimè; ſed cum deinde animum ad Eccleſiaſticam vitam ſpopondiſſet, Eugenius IV. qui probè hominem noverat, illum Caſſanenſi Epiſcopatu ornavit die 13. Maii 1432. aliiſque opimis Sacerdotiis locupletavit, adeout inter ejus ævi Præſules tum paternis, tum Eccleſiaſticis redditibus ditiſsimus exiſtimaretur. Summa is prudentiæ laude præfuit, laboreſque in ea moderanda Eccleſia cum Proepiſcopo ſuo partitus eſt ſeptem annorum flexu, translatuſque eſt ad titularem Sebaſtenſem pridie Id. Decembris 1439. Venetiis mortalitatem exuit die 13. Septembris 1440. ubi jacet, ſuum condidit teſtamentum die 12. Auguſti, ſuamque locupletiſſimam bibliothecam Collegio Spinellorum Paduæ ab ſe exædificato legavit, addito ditiſsimo cenſu mille quingentorum aureorum, quem à Rep. Veneta perpetuò emerat eidem perſolvendum, quod de

D

A jurepatronatus Spinellorum à Luca fratre ſuo deſcendentium, & poſt ipſos, ad ſucceſſores Jordani Card. Urſini, & Franciſci Urbis Præfecti ſuorum ex Bartholomæa germana ſorore nepotum eſſe conſtituit. Evexiſſet digniſsimus is Præſul ſuam ſortem ad auguſtiores apices, niſi in medio honorum curriculo excitatus fuiſſet Joannæ Reginæ obitu, & Regni rerum turbatione, quibus ad nauſeam ſtomachatus, in tranquilliorem portum apud ſapientiſsimam Rempub. ſe ſe receperat.

31 JOACHIMUS Suhare Hetruſcus ex oppido Petiliani olim Epiſcopus Suanenſis, mox Cannenſis ad hanc Caſſanenſem Eccleſiam translatus eſt prid. Id. Decemb. 1439. XX XII.



32 JOANNES FRANCISCUS Bruſatus Veronenſis ex favore Bartholomæi Roverellæ Card. cujus erat ex ſorore nepos, evaſit Epiſcopus Caſſanenſis Pio II. Pontifice ſedente anno 1463. 18. Kal. Septembr. pauloque poſt translatus eſt ad Archiepiſcopalem ſedem Nicoſienſem. Romæ obiit an. 1477. ſepultus in Eccleſia S. Clementis prope Patruelis tumulum: Viſitur adhuc ex candido marmore nobile ſepulchrum cum inſcriptione, ejus virtutes referente in hunc modum. XX XIII.

Sedente Sixto IV.

Joanni Franciſco Bruſato patria Veronenſi I.V. Conſulto Bartholomæi Rovellę Card. Raven. nepoti ex ſorore, Antiſtiti Caſſanenſi, & in Nicoſienſi Archiepiſcopatu translato compluribus Legationibus, & Apoſtolicis & Regiis functo, doctrina gravitate, moribus & multis operibus admirandis clariſſ. Vixit ann. xliv.

Florius Roverella nepoti ex teſtamento P.

33 BARTHOLOMÆUS Podius *a* Lucenſis ex ea nobili gente natus, quæ militum Duces, Senatores, alioſque Epiſcopos protulit, & heroes. Inſignis is utriuſque juris laureatus, cæteraque literatura præclarus ſub Sixto IV. variis functus muneribus, electus eſt Caſſanenſis Epiſcopus 1477. & Rhegius conſiliarius, conſultiſſime hanc Eccleſiam per aliquot annos adminiſtravit: mortalitatem exuit anno 1485. dum pro Romana Sede in Eccleſiaſtica ditione Gubernatoris munere fungeretur. XX XIV.

a De eo Gamurrinus de Familiis tol. 3. p. 497. Mand.



34 MARTINUS Tomacellus Neapolitanus XX XV.

Ba-

Baptiſtæ filius, avitæ nobilitatis fulgore, & propria virtute clarus ab Innocentio VIII. Pontifice creatus eſt Epiſcopus anno 1485. Carus fuit Ferdinando Regi, filioque Alphonſo II. cujus inaugurationi Neapoli interfuit die 2. Maii 1494. Cæterum hujus Epiſcopi acta, obitus dies, annuſque me latent.

XXXVI. 35 DOMINICUS Card. Jacobatius *a* hanc habuit aliquando Eccleſiam commendatam, quam ad favorem Chriſtophori nepotis libere dimiſit anno 1523.

a De quo Ciaconius Oldoinit. 3. col. 183.


XXXVII 36 CHRISTOPHORUS Jacobatius *b* Romanus patruo Card. ſucceſſit anno 1523. die 24. Martii. Is Jacobo patre natus, patrui Card. ampliſſimi contubernio uſus, ab ipſo virtutem, animi magnitudinem, prudentiam, pietatemque ſedulo didicit, adeoque illius virtutis diligens ſpeculator, & imitator fuit, ut per omnes ordinum gradus ad ſummum apicem immortalitatis gloriæ ipſe, quemadmodum ille conſcenderit. Commendabili enim quadam bonorum ſerie primum Vaticanæ Baſilicæ Canonicus Leonis X. liberalitate fuit, deinde patruo reſignante Caſſanenſis Epiſcopus à Clemente VII. delectus, in eo munere, ita pietatem divinique honoris zelum coluit, ut Paulus III. ſtatim atque ad Pontificatum evectus, illum ſuum Datarium, ac Sacri Palatii Auditorem conſtituit, ac mox Presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ creaverit, magno cum optimorum virorum cum Caroli V. Imperatoris delectu, apud quem familiæ ſuæ, ac Dominici Cardinalis memoria, qui ejuſdem Imperatoris benevolentiam irrequietis obſequiis ſibi, ſuiſque reconciliaverat, inter clariſſimos ſemper habitus eſt. Quem idem Paulus ad ipſum Cæſarem anno 1538. ſuum de latere Legatum miſit, ut apud eum tranſigeret de reddenda pace cum Franciſco Gallorum Rege. Vix honorifice hac Legatione perſunctus ad Curiam reverſus, Umbriæ, ac Peruſiæ altera Legatione 1539. cohoneſtatus eſt, quam cum æquiſſime ac candide moderaretur, anno 1540. die 7. Octobris mortalitatem explevit, ibidem conditus jacet ſenator æterna memoria dignus, de quo hæc leges in noſtris ad Ciaconium notis, ubi alia offendes bonæ memoriæ ſuaviſſimi amici noſtri Andreæ Victorelli, qui ſub Innocentio X. Romæ ætatis ſuæ 84. Canonicus Patavinus fato ceſſit, maximo de ſe apud literatos omnes deſiderio relicto. At de hac nobili Jacobatia familia legendus eruditus Advocatorum Decanus, & Archivii Apoſtolici Molis Hadrianæ Præfectus Carolus Cartharius in Syllabo Advocatorum Sacri Conciſtorii, ubi plura ſtrictim recenſuit lectu digniſſima.

b De quo idem Ciaconius t. 3. col. 608



XXXVIII 37 DURANTES de Durantibus Brixienſis Epiſcopus Algarenſis, ad Caſſanenſem Eccleſiam translatus die 11. Febr. 1541. à Paulo III. à quo paulo poſt Senatoria purpura donatur, à Julio vero III. anno 1551. ad patriæ iedem Brixienſem perductus Caſſanenſem dimiſit, obiitque anno 1558. de quo vide quæ de ipſo ſcripſimus in 4to. in ſerie Brixienſium Epiſcoporum.

38 BERNARDUS de Michelozzis nobilis civis Florentinus in Familiam Mediceam cooptatus à Leone X. Bernardus Medices cognominatus eſt, Forolivienſis ab eodem Pontifice Epiſc. delectus an. 1516. quem poſt annos tres reſignavit ad favorem Leonardi Medices, ab eoque deceſſit anno 1519. Manſit deinde Bernardus apud Leonem, Clementemque VII. & charus habitus, ſub Paulo III. apud Carolum V. aliquando fuit, à quo præſentatus ad hanc Caſſanenſem Eccleſiam, ad eam translatus eſt à Iulio III. die 23. Octobr. 1551. ubi ſedit annos plus minuſve duobus, ac pene capularis ſenex vitam liquit. In ſerie (1) Forolivienſium Epiſcoporum tom. 2. noſtro pag. 585. num. 43. diximus Bernardum hunc filium fuiſſe Auſonii Medices, ſed hallucinati ſumus, ut poſtea vidimus ex monumentis Florentinis; Bernardus enim iſte Michelozzi de Michelozzis filius fuit, non Antonii, qui pater fuit alterius Bernardi Medices Forolivienſis itidem Epiſcopi nepotis Leonardi, non Bernardi. Corrigenda erunt ea errata, ac reſtituendus Bernardus iſte ſuæ Michelozzæ familiæ, tametſi cognomen tulerit de Medicis, cujus meminit Petrus Monaldus; *Dell' Origine delle famiglie Fiorentine*, in deſcriptione Michelozzæ familiæ. XXXIX.



39 JOANNES ANGELUS Cardinalis Mediceæ ille idem qui Summus Eccleſiæ Pontifex renunciatus, Pius IV. dictus eſt, ex Archiepiſcopo Raguſino, evaſit Caſſanenſis adminiſtrator die 1. Martii 1553. prius Raguſina Eccleſia reſignata, quam Julius III. Sebaſtiano Portico Lucenſi Cardinalis familiari eodem die contulerat. Per ſeptem annos per conſultiſſimos Vicarios Caſſanenſem ſumma cum pietate adminiſtravit, quam deinde Pontifex factus ingentibus gratiis cohoneſtavit. XL

c De quo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 916. & 265.

40 MARCUS Sitticus Altaemps *d* Germanus ex Comitibus de Altaemps; Theodori, & Claræ Mediceæ filius Pii IV. ex eadem ſorore Clara nepos, Eques S. Jacobi Hiſpaniarum belli paciſque rebus clariſſimus, Epiſcopus Caſſanenſis à Pio creatus die 29. Maii 1560. & ab eodem poſt legationem ad Ferdinandum Cæſarem, Diaconus Card. S. Angeli electus 1561. die 26. Feb quo an. die 11. Decembris Caſſanenſem Eccleſiam reſignavit, nec multo poſt ex Presb. Card. duodecim Apoſtolorum Conſtantienſis in Germania Epiſcopus S. Joannis Lateranenſis Archipresbyter, Capranicæ Gubernator, Piceni, ac mox Concilii Tridentini Legatus, & ſub Gregorio XIII. Presbyter Card. S. Clementis, & S. Mariæ Tranſtiberim, Presbyterorum primus obiit Romæ anno ſalutis 1595. die 15. Kal. Martii ætatis ſuæ 62. & in Eccleſia ſui tituli in ſacello ab eo ædificato, & dotato ſepultus fuit. Marci erga Deiparam Virginem pietatem, ac devotionem meminit Hippolytus Marracciùs libro, quem Purpurani Marianam atticulavit. XLI

d De eo idem Ciaconius t. 3. col. 911.

41 JOANNES BAPTISTA Sorbellonus Mediolanenſis, Joannis Petri, & Eliſabeth Rainoldi filius, Joannis Antonii Epiſcopi Card. Oſtienſis germanus frater, Pii IV. Pontificis mox conſobrinus, ab ipſo ex præfecto Caſtri S. Angeli Caſſanenſis Epiſco- XLII.

(1) Bernardus hic Medices cum altero priori Bernardo Forolivienſi ab Ughello confuſus, deceptionis cauſa fuit ipſi Ughello. Quod ſi referatur cum altero Bernardo n. 46 ejuſdem Catalogi, nil eſt, quod errandi occaſio interceſſerit. Prior enim ille Bernardus de Michelozziis fuit, non iſte Caſſanenſis, de quo cum ipſe Ughellus agit, hic enarrata reformando etiam habitur. Poſterior Forolivienſis Mediceus ſit, & hic ſanè Caſſanenſis: & hæc æquius concordent cum enarratis à Petro Monaldo in deſcript. Michelozziæ familiæ. *Lucentius*.

Epiſcopus creatus eſt die 11. Decembris 1561. Pręfuit ann. 18. eoqúe munere ultro ſe abſolvit anno 1580. Vicarium habuit in Caſſana Eccleſia moderanda Joannem Franciſcum Gabrii, ſtrenuiſſimi Militum Ducis fratris ſui filium, qui florenti ętate mortalitatem explevit in Romana Curia utriuſque Signaturæ Referendarius. Gabrii immortales animi dotes, egregiaque ſacinora ſtrictim recenſuit Petrus Creſcentius in Amphiteatro Romano parte prima.



XLIII. 42 **TIBERIUM** Carrafam Neapolitanum Epiſcopum Potentinum, Gregorius XIII. ad hunc Epiſcopatum evexit die 6. Joanuarii 1579. exceſſit circa annum Dom. 1588. Hujus meminit marmorea inſcriptio eccleſiæ S. Catharinæ à Formelo in ſacello Carrafæ familiæ appoſita.

Deiparæ, Thomæque Angelicæ, atque Catharinæ utrique Galeottus Carrafa legavit majorum ſuorum virtute claras, Tiberius Carrafa Caſſani Antiſtes, hæc quæcunque cernuntur, ut fierent, familia Carrafiana confirmavit, ac Monaſterium piam virorum voluntatem expenſis, ut adimplerentur curavit. Anno ſalutis MDLXXXX.



XLIV 43 **AUDOENUS** Undovicus Cambro Britannus Oxonienſis Academiæ alumnus, qui à puero ad diem extremum uſque integer vitæ, ſceleriſque purus conſtanti fide habitus eſt, quamobrem è toto Regno ob ſchiſma Regium, ac mutatam Religionem profugus, Regina Eliſabetha rerum potiente in Belgium primum, mox in Italiam ſeceſſit, ubi gratiam apud Principes maximos promeruit, ac variis pro Catholica Religione ſunctus muneribus, nominatione Philippi II. Hiſpaniarum Regis deſignatus Caſſanenſis Epiſcopus, à Sixto V. Pont. Max. cujus erat utriuſque Signaturæ Referendarius, electus, ſedere cœpit die 3. Februarii 1588. Romæ conſecratur, nec diſcedere permiſſus, ad Helvetios Apoſtolicus Nuncius à Gregorio XIV. miſſus; ſub Clemente VIII. Romam regreſſus præclaro ſac nori adhibitus Apoſtolicus viſitator declaratur, qui cum Pontificis juſſu illam morum cenſuram in Eccleſiaſticos omnes feliciter extenderet, morte pulſatus ex hac mortali luce migravit anno exilii 36. Epiſcopatus 7. ſalutis humanæ 1595. die 14. Octobris. Jacet in Æde s. Thomæ Cantuarienſis Anglicani Collegii, cujus fundamenta jeceſat; hoc ad tumulum in pavimento ex marmore

A habet epitaphium, quod quis, qualis, quantuſque fuerit egregius Præſul, legentibus indicat.

D. O. M.

Audoeno Undovico Cambro Britanno I.V.D. ac profeſſori Oxonii in Anglia, ac Regia Duaci in Flandria Archidiacono Hannoniæ, & Canonico in Metropolitana Cameracenſi, atque Officiali Generali, utriuſque Signaturæ Referendario, Caroli Cardinalis Borromei Archiepiſcopi Mediolanenſis Vicario Generali, Gregorii XIII. & Sixti V. in Congregatione de conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium à ſecretis, Epiſcopo Caſſanenſi, Gregorii XIV. ad Helvetios Nuncio, Clementis VIII. Apoſtolicæ viſitationis in alma Urbe adjutori, Anglos in Italia, Gallia, ac Belgio omni ope ſemper juvit, atque ejus in primis opera hujus Collegii, ac Duacenſis, & Rhemenſis

B *fundamenta jecit. Vixit ann. lxi. menſes ix. dies aiix. exul à patria xxxvi. Obiit xiv. Octob. M. D. XCV. Ludovicus de Torres Archiepiſc. Montis Regalis Amico Poſuit.*

(" *JULIUS Caracciolus, nobilis Neapolitanus* XLV
" *Tranenſis Archiepiſcopus ad Caſſanenſem Cathedram tranſiit retento ſibi titulo prioris die 8. Januarii 1597. Hic ex lapſu memoriæ à noſtro Ughello omiſſus, de eodem agit in Tranenſibus, ad Caſtrenſem Eccleſiam translatum dicit, cum exſcribere Caſſanenſem debuiſſet, quæ ex actis Conſiſtorialibus candide excerpſimus.* Lucentius.)

44 **BONIFACIUS** Cajetanus a Honorati Sexti Ducis Sermonetæ ex Agneſina Columna filius Caſſanenſi Sacerdotio donatus 8. Novembris 1599. ex Flaminiæ Præfecto à Paulo V. creatus eſt Presb. Card. titulo s. Pudentianæ anno 1606. ad Archiepiſcopalem Tarentinam ſedem translatus die 22. Aprilis 1613. Romæ mortalitatem explevit 8. Kal. Iulii 1617. ſepultus in familiæ ſuæ nobili ſacello apud s. Pudentianam è regione Henrici Cardinalis patrui. XLVI

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 4. col. 49.

C 45 Fr. **DEODATUS** de Arze Ordinis Minorum de obſervantia, natione Hiſpanus, divini verbi inſignis declamator poſt Bonifacium inauguratus eſt à Paulo V. die 27. Januarii anno 1614. ſub eodem Paulo exceſſit 1617. Hujus cum laude meminit noſter Hippolitus Marraccius in Bibliotheca Mariana, & in Marianos Præſules, ubi opuſcula de Conceptione B. Virginis, ejuſdemque expectatione partus à devotiſſimo Præſule conſcripta commemorat. XLVII.

46 a **PAULUS** Palumbus Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, & Epiſcopus Veſtanus ad hanc ſedem translatus eſt die 17. Aprilis 1617. Rexit diutius Eccleſiam iſtam, quoad confectus ſenio, cum ingentibus curis minùs ſufficerent ævi vires (eſt enim Caſſanenſis Diœceſis amplitudo haud poſtrema in Neapolitano Regno) æquam humeris, ac longe mitiorem provinciam ſubiit, nempe Ariani ſedem an. 1647. quo antequam ſe transferret, in Caſſanenſi Diœceſi ſpiritum poſuit, in qua moderanda D viſus eſt nullam optimi Antiſtitis partem prætermiſiſſe, de quo legendus Silos lib. 8. par. 2. Annal. Cleric. Reg. XLVIII.



47 **CAROLUS** Carafa, Neapolitanus Præ- XLIX.

po-

poſitus Generalis Clericorum Regularium Theatinorum, vir natalibus pietate, & doctrina commendandus, qui ad præſentationem Catholici Regis eligitur Caſſanenſis Epiſcopus die 24. Aprilis 1648. ab Innocentio X. Papa, cui librum de Duello, ac juſta ſui defenſione tuſè, eruditè ac doctè à ſe compoſitum dicaverat. Vivit digniſſimus Præſul adeò omnibus bonis charus, & gratus, ut nihil in eo facilè poſſint deſiderare.

A D D I T I O.

„ *Tranſlatus eſt Gregorius (perperam Carolum* „ *appellat Ughellus) Carrafa ad Archiepiſcopatum* „ *Salernitanum 23. Junii 1664.*

L. „ *Fr. ILDEPHONSUS de Balmaſeda, Hiſpanus, in* „ *diœceſi Cordubenſi nobili loco natus, Ordinis S.* „ *Auguſtini, S. Theologiæ magiſter, ac Regis Catho* „ *lici Concionator, Eccleſiæ Caſſanenſis Paſtor eli-* „ *gitur 16 Junii 1670. tranſlatus deinde ad Gerun-* „ *denſem in Catalonia 25. Septembris 1673.*

LI. „ *JO: BAPTISTA del Tinto, Carmelita, è Tra-* „ *nenſi Archiepiſcopo ad hanc ſedem traductus eſt* „ *16. Septembris 1676. Obiit eadem anno 1684.*

LII. „ *Fr. FRANCISCUS Seguegros, nobilis Hiſpa-* „ *nus Tudenſis diœceſis, Ordinis Eremitarum S.* „ *Auguſtini, S. Theologiæ Magiſter, obitis Ordinis* „ *ſui compluribus muniis, ad hanc Cathedram e-* „ *vectus eſt die prima Aprilis 1686. Vitam cum mor-* „ *te commutavit Neapoli menſe Majo 1691.*

LIII. „ *Fr. VINCENTIUS de Magiſtris, Neapolita-* „ *nus, Ordinis Prædicatorum, ornatur hac infula* „ *die 24. Maii 1692. Mortem oppetiit menſe Junio* „ *1705.*

LIV. „ *NICOLAUS Rocco, Epiſcopus Ravellenſis, &* „ *Scalenſis, ad Caſſanenſem mitram tranſiit 25. Fe-* „ *bruarii 1707.)*

CATACENSES

EPISCOPI.



CATACIUM parva, & Mediterranea eſt Civitas Calabriæ, quæ inter Crotonienſis, & Locrenſis terminum, & Albim amnem edito ſalubrique, & natura, atque opere munito ſita loco ſexto à Mari jonio milliari, aeris inſuper temperie, ſituſque amœnitate coaluit ſic, ut hac tempeſtate inter primarias Calabriæ Urbes connumeretur. Hanc antiquam Græcorum Coloniam fuiſſe, ſcribit Solinus, amplam evaſiſſe ex ruinis Magnæ Græciæ à Saracenis factis, indeque Catanzarium dictam ab ipſo montis faſtigio ubi ſitum, Catazorios græcè, latinè cacumen, & culmen interpretatur. Alii volunt poſt devaſtatam à Mauris Calabriam à Flagitio Nicephori Conſtantinopolitani Cæſaris copiarum Duce in trium montium planitie conditam, dictamque Catanzanum à verbo Græco, quod ſignificat ſedeo, quod hæ condendæ Urbis loco delecto hic conſederint. Hic omnis generis verſicolores ſerici panni texuntur, quibus conficiendis maxima textorum, & teloniorum copia in ea eſt. Habitatur nunc à familiis Regii fiſci codice deſcriptis

A 2296. fidelium animæ recenſentur du[illegible] lia. Epiſcopatum in novam hanc Ur[illegible] lit Leo Grandi Magnæ Græciæ Epiſcopus [illegible] driano Pontifice circa annum Domini 793. Epiſcopi vero qui in ea floruerunt ab ipſa inſtitutione [illegible] Paſchalis II. uſque tempora, eorum nomina, [illegible] que omnino perierunt. Cathedralis Baſilica Deiparæ Virgini Aſſumptæ, Diviſque Apoſtolis Petro, & Paulo dicata, præclaræ ſtructuræ eſt, quam numeroſus ac decens clerus exornat; hanc volunt Calixtum II. Papam conſecraſſe anno 1122. 5. Kal Januarii, ſed gratis videtur aſſertum; cum ex Actis Calixti apud Baronium, alioſque haud colligi poſſit, Calixtum Calabriam adiiſſe unquam; fortaſſe eo vivente Pontifice, eodemque anno conſecrata fuit Eccleſia hæc, ut infra dicemus. Ad me nunc quod attinet, in ea Baſilica quatuor ſunt dignitates, Decanatus, Cantoratus, Archidiaconatus, Theſaureriatus, officium Perſonatus. Capellanus major unitus cum Pœnitentiaria; Canonici quatuorde-
B cim, præter hos alii Presbyteri, pluresque Clerici, & præterea Magiſtri cæremoniarum, & Muſices, atque Clerici Seminarii alumni. Hic aſſervantur reliquiæ inſignes S. Irenii & Fortunati, & corpus S. Vitaliani Epiſcopi Capuani hujus civitatis tutelaris, cujus natalis 16. Julii ſummo apud illos cives honore, ac lætitia colitur, quo die reliquiæ ipſius ſolemni ritu per Urbem circumferuntur. Sunt in hac civitate virorum cœnobia novem, Sanctimonialium quatuor, Confraternitates Laicorum novem, mox pietatis, & pauperum Hoſpitale. Diœceſis Catacenſis finitur ab Oriente mari Jonio, & Diœceſi Belliſcaſtrenſi, à meridie eodem mari, & Diœceſi Squillacenſi, ab Occaſu Diœceſi Neocaſtrenſi, à Septentrione vero Coſentina: Sunt in hac Catacenſi Diœceſi octo Oppida inſignia, in quibus Epiſcopus præter Vicarium Generalem qui in Urbe reſidet, habet Vicarios Foraneos, qui in cauſis civilibus ad certam ſummam cognoſcunt, in criminalibus vero tantum inquirunt. Ex pagis quidem unus dumtaxat eſt in
C agro Catacenſi Gallianum appellatus, ſecundo ab hac civitate milliario alens animas 600. cum una Parochiali Eccleſia. In eodem agro ſunt duæ Abbatiæ, altera S. Leonardi, cujus Abbas dicebatur Archimandrita, unita Collegio Societatis Jeſu; altera S. Maria de Serapotamo unita menſæ Epiſcopali. Oppidum primum eſt Taberna, decem paſſuum millibus à Cathanzario ſitum in valle quadam non longe à montibus Sila nuncupatis Regi immediate ſubjectum, diſtributum in quinque Parochias, quæ ſingulæ ſingulos aut plures habent Presbyteros. Sunt in eo tria virorum Monaſteria Dominicanorum, & Franciſcanorum, tum Obſervantium, tum Cappucinorum, duo Monialium. Hoc Oppidum volunt incolæ trium Tabernarum urbem fuiſſe olim Epiſcopalem, de qua Divus Gregorius loquitur epiſt. 35. lib 2. ſed hæc longe diverſa eſt ab hoc Tabernenſi Oppido, cum ea fuerit, de qua ibi Gregorius, haud longe à Veliternenſi civitate ſita, nunc Ciſterna vocatur, quæ cum deſolata eſſet
D ejuſdem Epiſcopalem ſedem cum viciniori Veliternenſi Epiſcopatu univiſſe Sanctus Pontifex, ad Joannem Veliternenſem Epiſcopum, non Squillacenſem, ut gratis quidam contendunt, ſcribens clare oſtendit. Tertio ab hoc Oppido milliario eſt Abbatia S. Mariæ de Peſaca Ord. S. Baſilii Clerico ſæculari commendari ſolita, Sanctorum reliquiis, & populi concurſu celebris, cujus Abbas Archimandrita vocatur, qui bis in anno obedientiam Epiſcopo ſolemnem præſtat, feſto nimirum die Sanctorum Innocentium, & Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, quibus diebus Epiſcopus Abbatiam viſitat. In Agro Tabernenſi ſunt octo pagi, ipſi oppido ſubjecti, cum totidem Parochiis. Secundum Oppidum hujus Diœceſis eſt Sibaris Squillaci Principi ſubjectum; abeſt à Cathanzaro ſex millia paſſuum, animas mille ſeptingentas, & Parochias ſeptem continens, quarum una eſt Collegiata titulo S. Mariæ Catholicæ cum Canonicis undecim, comprehenſis

cri-

tribus dignitatibus Archipresbytero, Cantore, & Theſaurario, eſt in eo Oppido Xenodochium, & Dominicanorum Monaſterium. Tertium Oppidum eſt Cropani, abeſt à Cathanzario millia paſſuum quindecim, alit animas duo millia, ubi Collegiata eſt Eccleſia duodecim ornata Canonicis, quibus tres dignitates præſtant, Archipresbyter, Cantor, & Theſaurarius, qui omnes hebdomadatim animarum curam gerunt; in ipſo autem Oppido duo tantum Cœnobia Franciſcanorum, & Hoſpitale ſunt. Altero ab Oppido milliario Abbatia eſt S. Laurentii, olim Cœnobitarum Divi Baſilii, nunc in commendam ſolita conferri. Quartum Oppidum eſt Tagaritii decimo à Cathanzario milliario ſitum Bellicaſtrenſi Domino ſubjectum, alit animas ſexcentas ſupra mille: eſt in eo Collegiata Eccleſia cum tribus dignitatibus & 9. Canonicis, qui omnes per hebdomadas animarum curam habent: duo ſunt ibi virorum cœnobia, alterum Dominicanorum, alterum Franciſcanorum tertii Ord. & Xenodochium pro peregrinis. Quintum Oppidum S. Petri octavo à Cathanzario milliario animas habet 960. Sextum Oppidum Selliæ dicitur, alit animas 1270. & Parochialem habet Eccleſiam cum Archipresbytero, Cantore, & Theſaurario, ibi eſt cœnobium Franciſcanorum. Septimum Oppidum Gimiliani, habet animas 1390. abeſt à Cathanzario paſſuum millia ſex: diviſum eſt in duas partes, quarum una appellatur Motta ſuperior, altera inferior, & unaquæq; ſuam habet Parochialem Eccleſiam. In ſuperiore autem Motta eſt Monaſterium Dominicanorum, in inferiori S. Nicolai olim S. Benedicti in commendam conferri ſolitum. Octavum & poſtremum hujus Diœceſis Oppidum eſt Roccæ Fellucæ, nunc penè dirutum, ſubditum in temporalibus Epiſcopo Neocaſtrenſi, in ſpiritualibus vero Epiſcopo Catacenſi, abeſt à Cathanzario paſſuum millia tria, habet duas Eccleſias Parochiales, & cœnobium Franciſcanorum Conventualium: unus autem Parocorum Foraneus Vicarius eſt, cui ſubſunt pagi quatuor unus Latinorum, reliqui tres Græcorum Albanenſium, qui ob Sacerdotum Græcorum defectum reguntur à Latinis: In univerſum autem tota Diœceſis Catacenſis continet Oppida octo, pagos 14. in quibus Collegiatæ tres, Parochiales una & triginta, virorum cœnobia duodecim, ſanctimonialium duo, Abbatiæ tres, Xenodochia quatuor, Laicorum ſodalitia ſupra triginta. Menſæ Epiſcopalis redditus ſunt ſingulis annis ſcutata illarum partium 1500. taxatur verò in libris Cancellariæ Apoſtolicæ flor. 50. Cæterum antequam Catacenſium Epiſcoporum ſeriem demus lectorem duximus admonendum, chronicam illam auctore Rogerio Diacono Canonico Catacenſi ad Guillelmum Comitem ſcriptam, quæ Mſ. circumfertur ſub titulo *Trium Tabernarum Chronica, & quomodo Cathacenſis civitas fuerit ædificata, quando Goffridus illuſtris Catacenſis comes pro reſtauratione, & ædificatione Trium Tabernarum Epiſcopatus Græca undique, & vetera coadunavit ſcripta, & privilegia*, omnino ſuppoſitam, & commentum eſſe, cum in ea plura gratis, & falſa videantur connexa ab auctore, qui vel ad ſuam illuſtrandam exornandamque patriam, vel ad laudem ingenii fabulas elegantes illas adornavit, & inſtruxit. Nam quæ tradit de Epiſcopatu trium Tabernarum, ſeu Triſchine omnino falſa ſunt, nec congruunt cum epiſtola ſupra citata S. Gregorii ſcripta ad Joannem Epiſcopum Viliternenſem de unione Eccleſiæ Trium Tabernarum propè Veliternas, quæ nunc Ciſterna vocatur, de quibus Tribus Tabernis loquitur Cronologia Petri Opmari fol. 484. ubi floruit anno Chriſti 316. Sanctus Felix; & epiſt. S. Gregorii refertur à Gratiano 17. q. 1. cap. 49. c. *Poſtquam hoſtilis impietas*, ubi gloſſæ duæ expreſſæ de Tribus Tabernis Veliternanis loquuntur. Quod vero ſpectat ad Epiſcopum Squillacenſem, cui Sanctus Gregorius ſcribit epiſt. 25. li. 2. in ea non habetur unio Eccl. Tabernenſis cum Squillacenſi, ſed Eccl. Luſitanæ Urbis ab hoſtibus deſtructæ, quæ creditur fuiſſe prope Squillacium, ea conditione, ut ſi contingeret reſtaurari ad priorem Epiſcopatum Luſitanæ rediret. Quæ autem tradit Chronica de adventu Callixti II à Calabria omnino falſa videntur, nam ut ex Baronio, & aliis habemus Callixtum II. bis Beneventum, ſemel Salernum uſque Trojam, nunquam vero Calabriam adiiſſe, & paulo poſt bello Aſiatico intentum Romam rediiſſe, Conciliumque Laterani congregaſſe. Cum autem Rogerius Comes Siciliæ, Calabriam occupaſſet, jam à Guillielmo Duce Pontificis auctoritate pollentem arma in Rogerium movere conſtituens, Salernum adiit, ſed infirmitate compulſus Romam regreſſus eſt, miſitque Ugonem Cardinalem ad Rogerium, ut arma deponeret, & pacem cum Guillelmo firmaret, nec pax facta fuit, nec Rogerius ab armis ſe abdicavit, ſed totam Calabriam occupavit, adeo ut Guillielmus privatus Salerni vitam agens obierit an. 1127. quibus etiam conſtat ſuſpectam eſſe bullam in Catacenſi Eccleſia marmore inciſam, qua dicitur Eccleſiam illam à Calliſto fuiſſe conſecratam, maximè cum characteres illi (ut quidam ejus civitatis vir eruditus, & venerabilis antiquitatis peritus affirmavit) antiqui non ſint, nec illius ſæculi in marmore exarati. Nec minus ſuſpecta eſt alia ejuſdem Calliſti bulla, in ea Chronica conſcripta, unionis ſcilicet Tabernæ, & Squillacis Epiſcopatuum, & iterum Tabernæ, & Cathanzarii, ann. 1121. ponitur unio Tabernæ cum Squillacenſi Epiſcopatu, ac ſtatim tradit Epiſcopum proprium reſtitutum fuiſſe Tabernæ, cui ſubierit Cathanzarium; deinde ſequenti anno Tabernam uniit Epiſc. Catacenſi, quod veriſimile non eſt, cum prius aſſeruerit reſtitui Epiſcopatum Tabernarum, quia auctus fuerat ſufficienti populo pro aſſignanda Diœceſi, & ipſius Parochia. Subſcriptio Calliſti in ea bulla longe diverſa eſt à forma, quam ipſe cæteriq; Romani Pontifices ubiq; & ſemper uſi ſunt, cum ibi ſubſcriptus legatur, *Ego Calliſtus Eccleſ. Catholicæ Pontifex*, cum debuiſſet ſubſcribi Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Datum habet bulla Lateran. per manus Chryſologi Card. 18. Kal. Febr. Indict. 14. Dominicæ Incarnat. 1121. potificatus D. Calliſti Papæ II. anno ſecundo; ſed anno 1121. ab incoronatione, Calliſti fuit Pontificatus tertio. Porro inſpectæ fidei, ut diximus Chronica, ac Calliſti Bullas, quæ in iis continentur, hic exſcribendas duximus, ut cuiq; liberum ſit, quod placuerit arbitrari.

Incipit Chronica Trium Tabernarum, & quomodo Catacenſis civitas fuerit ædificata quando Goffredus Ill. Catacenſis Comes pro reſtauratione, & ædificatione Trium Tabernarum Epiſcopatus Græca undique, & vetera coadunavit ſcripta, & privilegia.

Ego quidem, magne Gulielme, Rogerius quamvis Diaconus, & Canonicus indignus, tuo tamen pater, & S. Mariæ Catacenſis Eccleſiæ Omnipotentis Dei Genitricis auxilio confiſus, tuiſq; precibus & juſſionibus devictus, quod præcipis, & rogatus aggredior, ita, & tu vel ut promotor tuis precibus apud Deum me adjuvare non deſiſtas, quatenus Chriſto Duce, veritate comite, amoleque devicto ad hujus opuſculi explementum fidei tenere proficiſcar.

Incipit explanatio Chronicæ, ut ſequitur.

PER illud itaque tempus cum tota Calabria, & Lucania provincia Conſtantinopolitano ſubdita erat Imperio, omnes Eccleſiæ, & Epiſcopatus ipſius provinciæ Metropolitanæ Eccleſiæ Rheginæ ſubjacebant. Metropolitanus vero Rhegii per vim ac Dominium Græcorum à Conſtantinopolitano Patriarcha conſecrationem habebat, & ut facilius Caſſanenſis Eccleſiæ, quæ caput videtur eſſe omnium Eccleſiarum Lucaniæ Græcorum veteri auctoritate uſque in præſentem diem ipſi Reginæ Metropoli debitam perſolvit obedientiam.

In illis vero diebus in Provincia Sicilia, modicum Chriſtianitatis vigebat, idcoque ipſorum Saracenorum perfidia in Calabros & Lucanos Chriſtianos quam maximè ſæviebat. Erat autem quædam civitas

tunc

tunc temporis juxta mare Adriaticum ſita, in ſinu ipſius maris quod inter Scillacum, & Crotonem continetur, quæ Græcorum vocabulo Treſchinez nominabatur; tres enim generationes hominum in eadem civitate erant. Unde quaſi Patrimonii dignitate unaquæq; generatio ſeparatim ſibi tabernaculum conſtruxerat, unde locus ille Tres Eccleſiæ uſque modo nominatur: hæc vero civitas, à Scillacenſi flumine uſque ad flumen Corgi in planitie ſupremæ maritimæ conſtituta erat; Epiſcopus autem civitatis ejuſdem ſecundum ſuam conſuetudinem per unamquamque iſtarum Eccleſiarum trium, unoquoque feſtu ibat, illuc multitudo iſtarum trium generationum confluebat: Eratque civitas illa inter Calabros præpotens, & populata, undequaque muris, vel turribus minimè munita, & quamvis non eſſet munitionibus undequaque circumdata, populata tamen præ cæteris Calabriæ, & Lucaniæ civitatibus ipſius ſæculi, Saraceni, non modo dicas faciebant deprædationes Calabrorum, ſiquidem, & Lucanorum.

Creſcente autem peccato, & iniquitate Deus Omnipotens nec ſævitiam Saracenorum, Cretenſium, & Cartaginenſium, ſeu Africanorum ipſum Calabriæ, & Lucaniæ populum flagellari permiſit ipſoſque Saracenos ſecundum Omnipotentiæ ſuæ diſpoſitionem quamvis per multa milliaria, & longiſſima terrarum ſpatia, & maris diſtarent, ſuper vindictam prædicti populi Calabriæ, & Lucaniæ unanimes fecit, adeo quod uno eodemque termino, & anno à Cretenſi Inſula, & Carthagine, ſeu Africa, ad devaſtandam Calabriam, Lucaniamque confluerent, multitudo ſiquidem Cretenſium, Saracenorum multo navigio per Africum mare properans in littore Brazzani applicuit ibique Caſtrum oppugnantes vi acceperunt, plurimaſque ſtrages hominum, facientes, caſalia & oppida quæque uſque, prope Rhegium igne ſuccenderunt. Oh! quantus dolor erat inter eos videre tanta mala, exinde capta non modica præda.

Civitatem, quæ modo Hieracium appellatur, navigantes venerunt, ipſamque capientes multa mala, & deprædationes fecerunt, ſimiliter, & Stilum in totam deſtruxerant, plurimaſque ſtrages hominum facientes, adeoque Epiſcopum prædictæ urbis captivum duxerunt, & per totam illam maritimam quoque deprædarunt minime reſiſtentes. Scillacum vero quod juxta mare, tam germinari locum circumtum undique ex ſe, & rupe undique munita fuerat, nullo modo lædere potuerunt, Exinde vero per Palæopolim, quæ modo funditus vaſtata Roſcella vocitatur tranſeuntes, vamque barbaricè populantes, ut mos eſt piratarum, hac & illuc diffuſi alii naves in ipſo littore cuſtodientes, maxima pars eorum Montana traſcendit, ibique quoddam fortiſſimum oppidum nomine Tirialum oppugnaverunt, & maxima vi capientes, totum deſtruxerunt, adeo quod Epiſcopum dictæ urbis interfecerunt, & ſic ad ſuas naves redeuntes, & navigantes ab Treſchinez civitatem applicuerunt, quod cum multitudo civitatis ipſum conſpiceret, quamplures fugam inierunt, alii vero quibus fortiter obſtiterunt, & quamvis contra Saracenos plurimum repugnantes viriliter obſtiterunt, poſtremo tamen qui fugere non potuerunt, una eademq; ſententia ſub ipſo Saracenis gladio perierunt.

Diruta eadem igitur civitate, & quoniam maximè inde prædam capientes, nil ibi prætre cadavera occiſorum, & diruta ædificia, quæ in hodiernum diem apparent relinquentes, per inſulam Crotonis, nemini parcentes, in Crotonica Simpertum irruerunt, ubi cum nullum reſiſtentem inveniſſent, civitatem deſtruxerunt; irruerat autem timor eorum per univerſam Maritimam maris Adriatici. Idcirco ipſi Calabri ſuas civitates & oppida relinquentes, ſylvas & montes petebant alii in foraminibus petrarum, alii in rupibus montium, propter Saracenos, receptacula faciebant.

Hierapolim vero, quæ modo Strongilum dicitur, & palatia quæ ſub caſtro S. Mauri diruta ſunt, ab ipſis Saracenis deſtructa fuiſſe Græcorum ex hiſtoriis legitur, & ut brevius dicam cum ad Rhegium uſque Tarentum (præter Scillacum) perveniſſent, & invaſiſſent, innumerabili præda eorum Cretenſes navigia onerata conſpexiſſent, quia ſic divina voluntas ultro diſpoſuerat, ſecundis ventis Cretam Inſulam cum infinita prædatorum multitudine reverſi ſunt, iram, & non modicum fletum dantes eodem anno, eodem termino, quo præd. Cretenſes Saraceni Cartaginenſes cum multitudine navium per Oceanum mare diſcurrentes à Rhegio uſq; Salernum multo pejora totam Lucaniæ maritimam deprædati ſunt, civitates oppida, caſtra, & caſalia igne, & gladio vaſtantes innumerabilem prædam aſportaverunt: civitas vero Rhegienſis, neque à Cretenſibus, neque à Cartaginenſibus, ſeu Africanis, tam fervente perſecutione nullam penitus moleſtiam ſentit.

Hi ſunt Epiſcopatus qui ſub ipſa perſecutione deſtructi fuere à parte maris Oceani, Epiſcopatus Vibonis, Taurinæ, Nicoteræ, Amantez, Agelli, Scaleæ, & Seſti, quod modo Capacium vocatur, deſtructa fuit etiam S. Euſemia maximamque prædam inde facientes, totum Monaſterium deſtruxerunt, & uſque ad hodiernum diem apparent veſtigia ejus, exinde capta Siſania, quæ Neocaſtrum nunc vocitur, totum deſtruxerunt, & veſtigia ejus uſque ad hodiernum diem apparent.

Hi ſunt Epiſcopatus à parte maris Adriatici, Epiſcopatus Buſſani, Hieraci, Stili, & Treſchinæ, Crotonis, & Hierapolinos, quæ ſunt Strongilum, & Galenorum quod antiquitus vocabatur Modipodium, & nunc eſt Roſſanum, & ut dictum eſt nullus remanſit integer Epiſcopatus præter Scillacum, & Rhegium, qui Epiſcopatus, propter perſecutionem, & populorum defectionem per multa tempora propriis Epiſcopis caruerunt. Conſtantinopol. vero Imperium, nullum poterat præparare adjutorium propter Cretenſium, & Saracenorum obſtaculum.

Illo itaque tempore accidit, quod Epiſcopus Scillaci ab uxore Archipresbyteri gravi crimine diffamatus erat, & quod in domum dicti Archipresbyteri ſæpe ire ſolebat, qua de re Archipresbyter turbatus mortem Epiſcopo non erubuit cogitare, ſed quadam die ad ipſum perrexit deprecanſque illum plurimum, ut domum ſuam ire dignaretur, Epiſcopus precibus acquieſcens in domibus Archipresbyteri ſecurus intravit, Unde impius Archipresbyter venenum bibere obtulit, qui cum guſtaſſet ſtatim ſtupefactus, cecidit mortuus, moxq; igitur in vegetem incluſit, & per magnam rupem illum præcipitavit, non poſt multum temporis quæſitus eſt Epiſcopus, & taliter, ut prædiximus interfectus inventus eſt, quod cum clamor tanti ſceleris ante præſentiam Benigniſſimi Papæ Pelagii perveniſſet, contriſtatus eſt valde, & cives Scillacenſes intollerabiliter, atroceſque judicavit; Ideo quia jam alium interfecerunt ſuum Præſulem, unde idem Papa Pelagius Capitulum inde fecit, quod ſi placet audiatis.

Epiſcopalis dignitas civitati ſubtrahitur, quæ ſuos Præſules interemit, itaque nos Scillacii cædes Pontificum geminata cum horrendo crimine, & ferocitate confundit, ut diu conſtitutis noſtræ deliberationis excitaret, dum in genere quemque patrocinalibus exemplis deteſtemur, Antiſtitem Eccleſiarum, ut cum quo deſtitutum, non uſque adeu judicaremus derelinquendum quapropter veluti jam uſum, conſuetudinemque ſacrilegam declinantes, cateuas religioni duximus conſulendum, ut Parochiæ noſtræ ab intrinſecus poſitis Sacerdotibus gubernarentur, quæ ibidem commanentes ferro didicit necare paſtores, inauditoque facinore, quod in illis provinciis nunquam legitur accidiſſe, quæ continuis bellorum diverſiſque incurſionibus affliguntur, ut aliqua reperta ſit civitas, quæ Præſides miniſtrantes ſibi Chriſtianam fidem, ſicut perſecutores proſterneret. Curandum eſt igitur, ut funeſta pernicies ceſſatione propriorum Antiſtitum, atque ita ſaltim funeris tantis materia ſubtrahatur, ſi iniqua hic poſſit acerbitas perpetrari, conſiſtens ibidem, & perſona defuerit eoque modo, ut illa civitas dum iniquos diſſentiat non habebit, ab huiuſmodi temeritate deſiſtat, vel aliis imitandi con-

tagia dira non præbeat exemplum, egeat Epiſcopalibus ſubſidiis ſibimet aliunde peſandis, quæ ſacramenta in ſuo gremio eſſe collocata fuſo crudeliter maculavit ſanguine, dignitatemque in utroque eſt notione plectenda ſive inſtituto domeſtico, ſeu furiis incitata hæc commiſit exterius præbeat, ergo dilectio veſtra in hoc ſtatu poſitæ miniſterium viſitationis Eccleſiæ, aut conveniendo pariter, aut viciſſim, prout qualitas rerum cauſaque propoſcerit divina miniſteria repræſentet, ne cum evitemus zizaniam dominica videamur præterire fragmenta.

Poſt aliquantum vero temporis audiens hęc Grimoaldus Princeps Beneventi, qui in tota Apulia, Campania, & Terra Laboris, & Principatus dominabat, multitudinem ſui exercitus coadunavit, & ſuper terram Tanenſi, & Baſilicata pervenit. Civitas autem Tanenſi, & Baſilicata, quæ prædictorum Saracenorum ſævitiæ non ſenſerant ſub dominio Conſtantinopolitani Imperatoris perdurabant, Baſilicata vero imperio alia dicuntur; cum autem præfatus Princeps illuc cum ſuo exercitu perveniſſet ſine gladio, & civitatem Tanenſim, & Baſilicatam ſuſcepit, venitq; in provinciam Terræ Laboris, & Lucaniæ, & invenit omnes prædictas civitates funditus à Saracenis deſtructas, reſidui quoque Calabri, & Lucani, qui Saracenorum evaſerant inſaniam non jam in maritimis manebant, tutiſſima, & montium devia abrupta habitacula ſibi fecerunt, & quia ipſi in rebus bellicis penitus erant rudes, ipſe princeps cum ſuo exercitu totam Calabriam, & Lucaniam provinciam ſecurè perluſtrans, & facillimè ſubjugans Beneventum reverſus eſt: mox vero Romam properans totas Calabriæ, & Lucaniæ Eccl. Gregorio Papæ contribuit; ſed antea, ut ſupradictum eſt, propter vim, & dominium Gręcorum omnes Eccl. Conſtantinopolitano Patriarchæ, cui ſubditæ erant, mox univerſali Eccl. Romanæ debitam reverentiam præbebant; Eccleſiarum vero curam, & Calabriæ, & Lucaniæ reſiduas plebes ipſius provinciæ, donec Deo miſerante multiplicarentur vicinis pontificibus, qui præfatam non ſuſtinuerunt perſecutionem gubernandam mandarunt, & hæc pręſertim Scillacenſi Præſuli, qui quidem, quia alios Scillacenſes Præſules interemerant, ut plurimum Stili, & Tabernæ morabatur, unde ab incolis, & Stilenſis, & Tabernenſis Epiſcopus vocabatur; epiſtolam vero quam Gregorius Romanus Pontifex Joanni Scillacenſi [a] Epiſcopo ſcripſit, ſi placet audietis.

[a] Veliternenſi.

Poſtquam hoſtilis impietas diverſarum civitatum, ita (peccatis facientibus) deſolavit, ut reparandi eas ſpes nullo modo populo deficiente remanſerit, maxima cura conſtringimur, ne defunctis aliis Sacerdotibus, reliquæ nullo Paſtoris moderamine gubernante per invia fidei hoſtis callidi rapiantur (quod abſit) inſidiis. Hujus rei ergo ſollicitudine ne ſæpe commoniti hoc noſtro ſedet cordi conſilium, ut vicinis eas mandaremus Pontificibus gubernandas: ideoque fraternitati tuæ veram gubernationem Tabernenſium Eccleſię prævidimus, illarumque Eccleſiarum Sacerdos rectè (Chriſto adjuvante) poſſit reſiſtere, quæque tibi de ejus patrimonio, vel Cleri ordinationem, ſeu promotionem vigilanti, & canonica vera viſa fuerit, diſpone, quippe ut Pontifex propriam liberam habens ex præſenti noſtra permiſſione licentiam.

Poſt aliquantum vero temporis mortuo Beneventano Principe, Nicephorus qui Conſtantinopolitanum Imperium adeptus erat, audiens quod Grimoaldus Princeps Beneventi qui terram Calabriæ, & Lucaniæ ſui ipſius Imperii invaſerat, mortuus eſſet, Jordanum magiſtrum militiæ ſuæ conſuluit, cujus conſilio multitudinem armatorum coadunare fecit, datis ſumptibus ex Imperiali diſpendio, navigiiſq; armatis ipſum Jordanum ad quendam, & ſubjugandam Calabriam Lucaniam tranſmiſit; dederat autem præfatus Imperator huic Jordano ex latere ſuo, & ad juſtitiarias, & conſiliaria prędictum Joannem Andream Caradiſium ejuſdem Camerarium, & alium nomine Pomperium; qui non poſt multos dies per tanta æquora Crotonem pervenit, ſed cum univerſi Calabri didiciſſent, quod Conſtantinopolitanus Imperator ad ſuſcipiendam eorum provinciam ſuum exercitum tranſmiſiſſet, non parvo repleti gaudio: certatim undique concurrentes ſeſe prędicto Jordano unanimiter dedere, quod Jordanus pacifice ſuſcipiens, & confortans, Rhegium pervenit, deinde vero circumiens omnem Calabriam & Lucaniam provinciam conſueta tributa ſuſcepit, & Conſtantinopolim miſit, ut omnes Calabrorum civitates reædificaret, mandans ne jam in maritimis, ſed in tutiſſimis locis eaſdem tranſmutaret, & dignitates, & proprios terminos unicuique reſtitueret, quod audientes Tabernenſes qui à Treſchinez propter Saracenos aufugerant, & quod apud eos Scillacenſis Epiſc. propter metum civium, ut plurimum morabatur, & tantummodo Parochiam à Scillacenſi flumine uſque ad flumen Bordum viſitare conſueverat, hoc ut proprium eorum civitatis ſibi dari petierunt, aſſerentes ſe olim propter Epiſcopum apud Treſchinez habuiſſe, eo quod Epiſcopus certo ſolemni die ſolemniter ſibi celebrare conſueverat multiplicati erant valde; ſibi in montanis arcem fabricaverant tutiſſimo loco, quam quidem Tabernam uſque ad pręſentem diem nominant. Jordanus autem videns eam fortiſſimam, & populo refertam tantum ſibi privilegia donavit, & eo magis quia Scillacenſis Epiſcopus apud eos morabatur; qui quidem Epiſcopus, dum Jordanus apud Tabernam maneret mortuus eſt, & ſic jam petitione populi, & Cleri electionem Pompejum, qui ſecum à Conſtantinop. venerat in Eccleſia Trium Tabernarum Pręſulem vice mortui elegit, eumque à Stephano Rhegienſi Archiepiſcopo conſecrari fecit, totamque Parochiam, à Crogi flumine uſq; ad flumen Bordum, ubi donavit Scillacenſi autem, qui ut prædixi à Saracenis vaſtati non fuerunt ſuam Dięceſim etiam abſente Epiſcopo, ut nuper retinebant. Jordanus vero omnes Epiſcopatus Calabriæ, & Lucaniæ reformavit, & unicuique Eccleſiæ ſicut antiquitus ſua inſtituta confirmavit, juſſitque ut Epiſcopus Scillacenſis ſuam Diœceſim ſurſum à Tabernenſium finibus impoſterum gubernaret, & hac lege, & privilegiis ſancivit, ut quod nulli modo Epiſc. apud Scillacium commorari valebant: Epiſcopus vero cum apud Tabernam plurimis annis vixiſſet, illam Diœceſim diu abſque ulla calumnia gubernavit, poſt cujus obitum Tabernienſes ſponte ſibi elegerunt Nicolaum Mauritium, & quamvis hæc ignoraret Imperator, illi tamen proprium Epiſcopum habere conabantur, ne turpiter in poſterum Scillacenſi Præſuli ſubjacerent, etiam cum nunquam Scillacium perveniſſet, nec totam illius Diœceſim viſitaſſet, vix eis in Epiſcopatu multis annis ſub Mauritio Imperatore, cujus Imperatoris præcepto Epiſcopatus Palatiorum, quæ ſub caſtro ſancti Mauri diruta fuerunt apud Roſſanum tranſmutatum eſt, Epiſcopatus Roſſani diviſus eſt, in terram Roſſii, & Hieraci; ſed quia occaſionibus ſe præbet, qualiter ſub Monomachio Imper. per Flagitium Calabrię Straticotum Catanzarii civitas fuerat conſtituta recitabo: Imperante igitur Monomachio, & Flagitio ſtraticoto Calabrię procurante non ſolum Saraceni, Siculi, & Brogiſta, & Almares omni anno in provinciam Calabriæ venientes, aliquando furtim, aliquando palam caſalia quæq; & ſuburbia, quæ minus munita fuerant, deprædabantur, videns autem Flagitius perditionem Calabriæ populorum, coadunatis omnibus caſalibus civitatem conſervare diſpoſuit, ſed hæc ſine Imperatoris præcepto non fuit auſus. Miſit autem Nuncios ad Imperatorem, qui & perditionem populorum & ſuam diſpoſitionem intimarent, & civitatem fabricandi licentiam poſtularent; providerat autem hæc Flagitius pro civitate conſtruenda optima loca Chriſchia, quæ inter Limacum, Caſtrum, & Taber. ſunt, & duo eminentia, quæ Græco vocabulo Pazzanum, & Catanzarium nominabantur, hæc loca elegerat, ſed in quibus iſtorum trium locorum civitates conſtruere dubitabant, & voluntatem, & præceptum Imper. poſtulabant; miſerat autem Imperator perſcriptum, & nomina diſculpta in pergameno introitus, & exitus locorum iſtorum fertilitatem aquarum, & nemorum, cum, Imperator omnes nuntios Flagitio remiſit, & in loco qui vocabatur Catanzarium

civitatem ædificaret. Suſcepta igitur Imperatoris licentia, & poteſtate Flagitius omnia caſalia, quæ circumquaq; diffuſa erant, in loco qui Catanzarium vocabatur coadunari præcepit; Catanzarium civitatem, quæ uſque modo eſt, ædificavit. venientes poſtmodum homines civitatis ejuſdem, à Flagitio petierunt, quomodo ipſa civitas nominaretur; Flagitius autem qui illam Catanzarium in ſuis literis nominaverat, ipſo vocabulo ipſam nominare præcepit. Catanzarium Græce, Latine cacumen inferius dicitur, in qua civitate fabricavit Flagitius quandam Eccleſiam S. Michaelis, quam dedicavit Stephanus Archiepiſcopus Rhegienſis cum ſuffraganeo ſuo Baſilio Geneſio qui apud Tabernam erat electus Epiſcopus, qui in Parochia Tabernæ, & civitate Catanzarii, & in Eccleſia conſtituta erat; juxta illam vero Eccleſiam Flagitius conſtruxerat domum ſuam, & prætorium; ibi enim univerſi Calabri, & Lucani judicabantur.

Poſtquam autem Dux Rogerius regnum ſtabilivit, Epiſcopatum Amanteæ apud Tropeam tranſmutavit Taurinæ, & Vitonis apud Miletum tranſtulit, & de duobus unum ſtabilivit. Parochias vero quas olim Scillacium habuit nonnullis privilegiis ſtabilivit, ſed eas, multaſq; dignitates Scillacenſi Epiſc. adhibuit,

Quo tempore Leontius quidam Archipresb. Simeri Epiſcopalem dignitatem adeptus eſt, iſque à Rogerio Archiep. Rhegienſi conſecratus eſt, qui cum nec Scillacium, nec Tabernam adire vellet apud Simarum morabatur, ibique domum ſibi, & Eccleſiam fabricavit, libros, privilegia, & paramenta ſecum tranſtulit, Parochias vero raro viſitabat. Unde quamplurimi Simarinum Epiſc. nominabant, & ſic vixit in Epiſcopatu annis multis, poſt cujus obitum elegerunt Andream Cathezujum, qui poſt multum in electione obiit plenus dierum, eodem verò tempore Guilielmus de Altavilla tria caſtra, ſcilicet Roccam fallutam, Tireolum, & Amatum, quæ in ſuo dominio erant vicinis Epiſcopis obedire fecit, Amatum, & Tiriolum Hennio Neocaſtrenſi Epiſcopo ad obediendum cohibuit.

Jordanus autem Capiciolus, qui Tabernam regebat triginta ſcillanos, & molendinum, & vineas, & terras Eccleſiæ in manus ſuas ſuſcepit, jura Epiſcopalia in ſuo proprio dominio tenuit: Guilielmus verò Carbonellus omnia privilegia Eccleſiæ, quæ apud Simarum Caſtrum Leontius Epiſcopus coadunaverat, & villanos 30 & molendinum, & vineam, & terras, & omnia Epiſcopalia jura Petro Scillacenſi dedit, à quo accepit annulum, & coppam argenteam.

In illis itaque diebus Goffredus Illuſtris Catacenſis comes Radolfi comitis Roritelli filius, ſuos Barones coadunare præcepit, & cum eis ſermonem habuit dicens, non eſt bonum nos habere Urbem ſine Epiſcopatu, mittamus ergo nuntios ad Dom. Apoſtolicum Papam Gelaſium humiliter deprecantes, ut in noſtra Urbe Latinum Epiſcopum habeamus, tempore namque erit, cum omnes Parochiani latini ſimus, & Græcum petamus. Placuit enim ſermo, & conſilium Comitis univerſis Parochianis, & Baronibus, miſeruntque Nuntios ad Papam Gelaſium, qui ultra montanas receſſerat partes; cum autem illuc perveniſſent nuntii, Papam Gelaſium invenerunt defunctum, & Papam Calixtum II. in Apoſtolica Sede conſtitutum, cui nuntii, & univerſa verba, & petitionem Comitis, & cæterorum Parochianorum narraverunt, & ut hæc dignaretur Apoſtolicus, ſuppliciter petierunt: Apoſtolicus ſiquidem Calixtus ſapienti conſilio atq; prudentia cum eiſdem nuntiis Card. S. Praxedis Deſiderium nomine Calabriam tranſmittit, ſi ille Epiſcopatus tantum poſſeſſiones haberet, ut Epiſcopus Latinus ibi honeſte vivere poſſet. Univerſa igitur opportunitas rei, à ſupradicto Cardinali diligentiſſimè conſpecta, & tam opulentiſſima reperta, ut populo ipſo Eccleſię concordanti Joannes Cathanzarii fuit electus, & apud Romam eidem Calixto Papæ præſentatus, quem bon. mem. Papa Calixtus benigniſſime ſuſcipiens conſecravit, & ſibi Parochiam proprio ſigillo confirmavit.

Poſt aliquantum verò temporis fel. mem. Calixtus in Calabriæ partes venit, ut inter D. Rogerium Regem, (erat Rogerius Rex comes pater Regis Rogerii, qui tunc comes erat) & inter Guilielmum Ducem, qui tunc comes Siciliæ erat, fędus reformaret & pacem; in littore ſanctæ Euſemiæ applicuit, exinde Neocaſtrum tranſiens Catanzarium pervenit, in qua civitate, quandam Eccleſiam, quam comes Rodulfus Roritellus, & Comitiſſa fundaverunt in honorem B. Mariæ cum Epiſcopis, & Cardinalibus conſecravit: Deinde Dominus Apoſtolicus Calixtus venit, ibidemque Joannes Catacenſis Epiſcopus fuit, & iterum de ſua Parochia requiſivit privilegia, namque græca, & antiquiora, quæ Flagitius Straticotus Eccleſiæ Tabernarum conceſſerat à Crogi flumine uſque ad flumen Bordam requirebat. Audiens autem Apoſtolicus Calixtus, quod Epiſcopus Joannes diviſiones, & terminos ſuæ Parochiæ ita evidenter nominando petierat certiſſimam rei veritatem, & hoc cognoſcere cupiens omnes fere Calabros Epiſcopos, & Abbates apud Cotronem coadunare juſſit, mandans præcepta Scillacenſi Epiſcopo Petro, Ugoni Rubeo, & Henrico Neocaſtrenſi, ut hi tres neceſſario adſint, & ſi aliqui contra tenerent: huic examinationi interfuit Dominus quippe Calixtus, & Joanni Epiſcopo Catacenſi pręcepit, ut duodecim idoneos Presbyteros teſtes antiquiores, qui rem certè ſcirent, eligeret, & ſic ipſe Apoſtolicus concederet, & confirmaret; Joannes ſiquidem Catacenſis Epiſcopus cum præcepto Domini Papæ non ſolum duodecim, ſed & plures digniſſimos Presbyteros elegit in Parochia ſua, & in conſpectu Domini Papæ, cæterorumque Epiſcoporum, & Cardinalium, atque honoratorum præſentavit, ſed Dominus enunciavit dicens: Videte patres, ut hoc juraturi ſitis certiſſimi ne ſuaſione filii Goffredi comitis, aut fratris noſtri Joannis Catacenſis Epiſcopi, aut cujuſlibet alterius promiſſione, ut mercede ducti, falſum aliquando proferatis, quod ſi facietis, ut hæc leviter cenſerimus non minimum detrimentum veſtro Epiſcopo, & Eccleſiæ ipſius inducetis, voſque perpetuo anathemati ſubjacebitis, Presbyteri verò qui teſtes extiterant reſponderunt; nequaquam pater hoc falſum teſtimonium dicturi venimus, cum pro certo ſciamus, quia apud verum, & juſtum judicem, non ſolum de omni noſtro opere, ſed de omni verbo rationem reddituri ſumus. Unus autem iſtorum nomine Calochius Presbyter cognominatus Macantius de Simero ante omnes ſe præferens, qui erat Græcus, Latina tamen lingua eruditus in conſpectu Domini Papæ ita dixit: Pater Sancte, primus ego jurabo, ſi veſtra Sanctitas præceperit, quia Parochia Trium Tabernarum durat à flumine Crogi, uſque ad flumen Bordum, cui Papa, cur te primum contuliſti, cum antiquiores te hic adeſſe conſpiciamus; ille reſpondit, quia patrem habeo Archipresbyterum familiarem, atque miniſtrum Domini mei Baſilii Trium Tabernarum Epiſcopi, qui me ſecum quaſi ſcolarem habebat, & quandocumque ipſe Epiſcopus per ſuam Parochiam pergebat, illuc pater meus ſecum ducebat: recordor namq; quod Neocaſtrenſis Epiſcopus apud prædictum flumen venit & quandam Eccleſiam ſancti Gregorii ibi voluit ædificare, quod cum Dominus meus Baſilius Geneſius Trium Tabernarum Epiſcopus audivit, illuc feſtinanter properavit, & quod aliquod jus illuc Neocaſtrenſis Epiſcopus non haberet oſtendit, & ſic ille Neocaſtrenſis Epiſcopus confuſus inde diſceſſit, & Domin. meus Baſilius ipſam poſtmodum Eccleſiam ædificavit, hoc oculis meis vidi, & veritatem hanc eſſe noſco, ſi veſtra Sanctitas jus tenetur affirmare ſunt qui facto ſedent, necnon ex circumſtantibus multis, qui hoc certiſſimè noverunt, & huic dedicationi interfuerunt. Videns autem Apoſtolicus aſſertionem hujus Presbyteri variis indiciis roboratam, hunc primum, poſtea reliquos ad Sancta Dei Evangelia jurare fecit, quod Trium Tabernarum Diœceſis durat à flumine Bordo, uſque ad flumen Crogi hi ſunt qui poſt hunc in conſpectu Domini Papæ juraverunt, & hoc idem indicaverunt, de Catanzaro Presbyter. Gregorius Ruſpa, Presbyter Leo Munda, Presbyter Leo Criſafi, Presbyter Baſilius Gamiſſus, Presbyter le de denariis, Archipresbyter Gregorius Criſafi, judex, qui cognominatur Catarus, & Presb. Baſilius de Taberna, Presbyter

Joannes Archipresbyter, & Presbyter Baſilius Calaris; cum iſti juraſſent, Papa Calixtus Joanni Epiſcopo Catacenſi totam ſuam Parochiam reformavit, ne aliquis deinceps non poſſet judicio totius curiæ, & Apoſtolicæ auctoritatis aliter judicare.

Hæc ſunt nomina eorum qui huic examinationi interfuerunt: Gregorius Archiepiſcopus Sanctæ Severinæ, Actius Epiſcopus Crotonenſis, Epiſcopus Neocaſtrenſis, Epiſcopus Inſulanus, Cardinalis Galterius, Epiſcopus Barenſis, Epiſcopus Aquinenſis, Joannes Epiſcopus Hieracenſis, Vmbertus Abbas S. Eufemiæ, Jambricus Longionenſis, Rocherius, Abbas Gregorius: Epiſcopus verò Scillacenſis videns, quod hæc privilegiis ſuæ ipſius Eccleſiæ, & Diœceſi derogarent nullo modo his rebus aſſentire voluit, ſed ſine licentia Summi Pontificis, cæterorumque Epiſcoporum Crotonem diſceſſit.

Si quis novitate hujus latinitatis ſeu cauſalitatis ſuper hoc aliquod reprendere voluerit, vel impugnando dubitaverit, hiſtoriam prius in chronica Græcorum librorum, quæ continet diligenter addiſcat, & tunc ſe non plenius intellexiſſe conſpiciat, quod incaute redarguere volebat. Hactenus chronica. Bulla Callixti ita ibi exſcripta eſt, ejuſdemque farinæ eſt Chron. relatæ.

CALIXTUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili Fratri Joanni Trium Tabernarum Epiſcopo noſtris per Dei gratiam manibus conſecrato, ejuſque ſucceſſoribus Canonicis inſtituendis in perpetuum. Et Synodalium decretorum authoritas, & Pontificalium geſtorum ſeries manifeſtat, ſæpè Sedis Apoſtolicæ licuiſſe disjuncta conjungere, & ſedes & Eccleſias pro ratione temporum commutare. Olim ſiquidem Trium Tabernarum Eccleſia, & ſedes, & propria proprium cognoſcitur Epiſcopatum habuiſſe; ſed propter Saracenorum violentiam, Epiſcopalem Sedem conſecrare non potuit ad Romanam Eccleſiam pro habendo Epiſcopo confugiat. Unde univerſarum per Urbem Eccleſiarum Romana Mater Eccleſia, Eccleſiæ Squillacenſi eam conjunxit. Sanè temporibus noſtris divinæ placuit Majeſtati locum illum miſericorditer viſitare, & Cleri, & populi multitudine reparata in ſtatum priſtinum reſtaurari. Nos itaque divinæ cooperatores exiſtere gratiæ cupientes, habito noſtrorum fratrum conſilio per cariſſimum fratrem noſtrum Deſiderium Cardinalem Presbyterum direximus ad partes illas totius rei opportunitate diligenter inſpecta, & populi petitione, & Cleri electione, & Comitis, cæterorumque honoratorum conſenſu, & in ea Epiſcopum noſtris per Dei gratiam manibus conſecravimus; Apoſtolica igitur authoritate præcipimus, ut prædicta Trium Tabernarum Eccleſia proprium deinde Epiſcopum habeat, cujus diſpoſitione, & providentia juxta Sanctorum Patrum inſtituta per Omnipotentis Dei gratiam gubernetur. Porrò tibi, tuiſque civibus, cariſſime frater Epiſcope Joannes, eandem Parochiam confirmamus cum oppidis, villis, & pertinentiis ſuis, Taberna, Catanzario, Rocca, Tiriolo, & Sellia. confirmamus etiam tibi donum glorioſi Comitis Goffredi, *ſcilicet Villanos, & Molendinum, quod & quæ Guhelmus Carbonellus in prædicti Cardinalis manu Eccleſiæ dedit. Item ex dono Joan. Capicoli villanos 30. tum 700. modiis terræ, & 5000. pedum vinearum, quæcunque præterea Eccleſia veſtra liberalitate Principum, collatione fidelium, vel aliis juſtis modis in præſenti poſſidet, aut in futurum largiente Domino poterit adipiſci, firma ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant: Decernimus ergo, ut nulli hominum facultas ſit hanc noſtram Epiſcopalis dignitatis reſtitutionem mutare, vel ſæpe dictam Eccl. temerè perturbare, poſſeſſiones ejus auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed integra ſerventur, tam ſuis quàm Clericorum, & pauperum uſibus profutura. Si quis igitur in futurum Eccleſiaſtica, vel ſecularis perſona hanc noſtrę Conſtitutionis pag. ſciens contra eam venire tentaverit, niſi cum ſatisfactione congrua ſe emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat; qui verò præmiſſis paruerit, fructum hic bonæ actionis percipiat, & apud diſtrictum Judicem particeps æternæ pacis interveniat. Amen.*

Ego Calixtus Catholicæ Eccleſiæ Pontifex.
Ego Vitalis Albanus epiſcopus.
Ego Bonifacius presb. Eccleſ. tit. S. Marci.
Ego Joannes presb. Card. tit. S. Cęciliæ.
Ego Theobaldus presb. Card. tit. S. Praxedis.
Ego Petrus S.R.E. presb. Card. S. Suſannæ.
Ego Deuſdedit presb. Car. tit. S. Laurentii in Lucina.
Ego Joannes presb. Card. tit. S. Griſogoni.
Ego Amico presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem.
Ego Petrus presb. Card. tit. S. Marcelli.
Ego Segizzo presb. Card. tit. S. Sixti.
Ego Robertus presb. Card. tit. S. Sabinæ.
Ego Addo Diac. Card. tit. SS. Sergii & Bacchi.
Ego Romanus Diac. tit. S.^{tæ} Mariæ in Porticu.
Ego Jonathas Diac. Card. Ss. Coſmæ, & Damiani.
Ego Gualterius Diac. Card. tit. S. Theodori.

Datum Laterani per manus Griſogoni S. R. E. Diac. Card. & Bibliothecarii 18. Kal. Febr. Indict. 14. Dominicæ Incarnationis 1121. Pontificatus verò Domini Calixti Papæ II. anno 2.

Nunc ſeriem Epiſcoporum Eccleſiæ Catacenſis explicabimus ex diverſis monumentis, utcumque potuimus collectam.

1 LEO Grandi Magnæ Græciæ Epiſcopus tran- I.
ſtulit epiſcopatum in novam hanc Urbem Catanzarii ſub Adriano Papa anno 783. ut produnt memorię ejuſdem eccleſiæ; qui autem poſt hunc eam rexerint eccleſiam, non habentur, neque nomina ad poſteros devenere ob continua fere bella ſub Græco Imperio, quæ in hac Provincia fuere.

2 JOANNES Capellanus, poſt tot ſæcula re- II.
peritur hujus eccleſiæ Catacenſis epiſcopus ſub Paſchale II. anno 1107. Vixiſſe hunc, referunt monumenta hujus eccleſiæ, in epiſcopatu annis triginta, quo fortaſſe vivente Goffredus Comes Catanzarii donavit. Defenſam Alli eccleſiæ Catacenſi anno 1130. quo etiam Pontificatu à quibuſdam refertur, ſed gratis, Catanzarium veniſſe Calixtum, & eccleſiam Catacenſem, & cathedralem conſecraſſe: cujus conſecrationis Bulla legitur in marmore exarata in ea eccleſia, tamen ut diximus nuperrima videtur, & omnino ſuſpectæ fidei, quam hic exſcribere viſum eſt, ut ipſe lector videat quam diverſa ſit forma ejuſdem, ab aliis Summorum Pontificum diplomatibus in aliarum eccleſiarum conſecrationibus deſcriptis; ſed quod mihi mirum videtur, Romanæ eccleſiæ Cardinales poſt Abbates ſcripti videntur: Goffredus Meſſanæ Epiſcopus hic ſubſcriptus mortuus erat, & Guillelmus eidem ſucceſſit circa annum Domini 1120. ut Rocchus Pyrrhus tradit in deſcriptione Meſſanenſis eccleſiæ; Petrus qui ſe Squillacenſem epiſcopum ſubſcripſit, hoc anno 1122. Panormitanus erat Archiepiſcopus ad eam ſedem translatus à Calixto, ut idem tradit Pyrrhus: Agrigentinus epiſcopus hac tempeſtate, vel Albertus, vel Walterius florebat, nec Vellardus nominatus in ea tabula: Gerardus Potentinus Epiſcopus memoratus in ſubſcriptis epiſcopis jam ad cœlos evolaverat, & eidem ſucceſſor fuit Manfredus an. 1119. quomodo ſanctus iſte Gerardus ann. 1122. potuerit conſecrationi eccleſiæ Catacenſis adeſſe, dicant, qui bullam exarari fecerunt eo in marmore. Suſpicantur nonnulli hoc tempore juſſu, & auctoritate Calixti Cathedralem hanc Catacenſem Eccleſiam conſecratam fuiſſe, non vero ab ipſo Pontifice, qui tunc Lateranenſi Concilio celebrando intentus Romæ agebat, unde factum, ut poſt aliquot ſecula creditum ſit, Calixtum ipſum illam conſecraſſe, ad cujus memoriam poſteris imbuendam, confectam fictamque ſequentem bullam in marmore exarari juſſerunt, & in Cathedrali affigi paulo ante annum 1500. in hunc modum.

CALIXTUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Univerſis Eccleſiæ fidelibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Notum ſit omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ fidelibus, atque Orthodoxis hoc præſens ſcriptum quandocunque cernentibus, vel legentibus, ſeu audientibus, quod nos præſentia noſtra quarto Epiſcopatus noſtri, anno vero ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo vigeſimoſecundo, Indictione quintadecima, reformandæ pacis cauſa inter Guglielmum Ducem Italiæ, & Rogerium Siciliæ Comitem partes Calabriæ adventaſſe, & Neocaſtrum præfata cauſa per quindecim dies moram feciſſe, & inde per Catanzarium reditum habuiſſe, ibique Eccleſiam in honorem ſanctæ Mariæ Matris Domini, & Apoſtolorum Principum Petri & Pauli cum pluribus Epiſcopis, & Cardinalibus noſtris, quorum nomina ſubſcripta ſunt, propriis manibus per Dei gratiam dedicaſſe, & caput & dignitatem Epiſcopatus totius Parochiæ, & pertinentiæ Trium Tabernarum ipſi Eccleſiæ conceſſiſſe, & confirmaſſe, cui quidem Eccleſiæ, ex parte, & auctoritate Dei, & Beatæ Mariæ Genitricis ejus, Apoſtolorum Principum Petri & Pauli, aſſenſu & confirmatione Epiſcoporum, & Cardinalium, qui inibi nobiſcum interfuerant, tale munus miſericordiæ, & remiſſionis contulimus, & conceſſimus, ut omnes, quorum corpora in cœmeterio ejuſdem Eccleſiæ ſuo voto ſepeliuntur, niſi in excommunicatione, & abſque confeſſione morerentur, ab omnibus peccatis ſuis ipſa hora abſolverentur, & extorres Infernalium cruciatuum, & perpetuæ gehennæ redderentur, & primæ reſurrectionis participes noſcerentur. Addidimus, quod auta Dei, & conſenſu Epiſcoporum, & Cardinalium, & auctoritate Apoſtolicæ dignitatis, & Eccleſiaſticæ poteſtatis, ut omnes qui ad annualia feſta dedicationis præfatæ Eccleſiæ, quæ per octo dies celebranda decrevimus, ſcilicet a feſtivitate Innocentium uſque ad eorundem octavas devotè venirent, unam annum remiſſionis criminalium peccatorum, & tertiam venialium, cum confeſſi eſſent, vel infra octavam confiterentur, ſupradicta auctoritate conſequerentur, & obtinerent. Univerſos autem, qui eidem Eccleſiæ ſuas eleemoſynas largiti, & largiturì ſunt, ipſamque defenſuri, ſive augmentaturi, nec minuituri, ex parte Dei, & auctoritate ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, & Apoſtolorum Principum Petri & Pauli, & nos benedicimus, ac in noſtris orationibus recipimus.

† *Ego Calixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Lambertus Oſtienſis epiſc.*
† *Ægidius Tuſculanus epiſc.*
† *Ego Creſcentius Sabinenſis epiſc.*
† *Ego Petrus Portuenſis epiſcopus.*
† *Ego Vitalis Albanenſis epiſcopus.*
† *Ego Barienſis Archiepiſcopus.*
† *Ego Rodulphus Rheginus Archiepiſcopus.*
† *Ego Gregorius S. Severinæ Archiepiſcopus.*
† *Ego Fulco Aquenſis Archiepiſc.*
† *Ego Goffredus epiſc. Meſſanæ.*
† *Ego Vellardus Agrigentinus epiſcopus.*
† *Ego Rainaldus Militenſis epiſc.*
† *Ego Angerius Cathacenſis epiſcopus.*
† *Ego Henricus epiſc. Neocaſtri.*
† *Ego Petrus Squillacenſis epiſc.*
† *Ego Radulphus Marturani epiſc.*
† *Ego Petrus Malven. epiſc.*
† *Ego Joannes Anglonca. epiſc.*
† *Ego Girardus Potentiæ epiſc.*
† *Ego Joannes Catacenſis epiſc.*
† *Ego Villelmus Albertinen. epiſc.*
† *Ego Policronius Genicocaſtren. epiſcopus.*
† *Ego Gervaſius Umbriacen. epiſc.*
† *Ego Geromius Geracen. epiſc.*
† *Ego Nicolaus S. Angeli Militenſis eccleſiæ Abbas.*
† *Ego Hubertus S. Euſemiæ Abbas.*
† *Ego Lambertus magiſter Hierimit.*
† *Ego Rogerius S. Juliani Abbas.*
† *Ego Bonifacius Presbyt. Cardinalis tit. S. Marci.*
† *Ego Benedictus Presb. Card. ſancti Petri ad Vincula tit. Eudoxiæ.*
† *Ego Joannes Presbyt. Card. tit. s. Cæciliæ.*
† *Ego Divizzo presb. Card. ſanctorum Silveſtri, & Martini tit. Equitii.*
† *Ego Theobaldus presb. Card. tit. Pamachii.*
† *Ego Creſcentius Presb. Card. tit. ſanctorum Marcellini, & Petri.*
† *Ego Deſiderius Presb. Card. tit. S. Praxedis.*
† *Ego Petrus presb. Card. tit. S. Priſcæ.*
† *Ego Deuſdedit presbyt. Card. tit. ſancti Laurentii in Damaſo.*
† *Ego Gregorius Presb. Card. tit. ſancti Laurentii in Lucina.*
† *Ego Joannes presbyt. Card. tit. s. Griſogoni.*
† *Ego Amico presb. Card. tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem.*
† *Ego Sigizzo presb. Card. tit. S. Sixti.*
† *Ego Petrus presbyt. Card. tit. S. Marcelli.*
† *Ego Robertus presb. Card. tit. S. Sabinæ.*
† *Ego Romoaldus Diac. Card. ſanctæ Mariæ in Via Lata.*
† *Ego Aldo Diac. Car. ſanctorum Sergii & Bacchi.*
† *Ego Petrus Diaconus Card. ſancti Adriani.*
† *Ego Romanus Diac. Card. ſanctæ Mariæ in Porticu.*
† *Ego Jonathas Diac. Car. SS. Coſmæ, & Damiani.*
† *Ego Henricus Diac. Card. S. Theodori.*

Datum Catanzarii per manum Griſogoni S. R. E. Diac. Card. ac Bibliothecarii 5. Kal. Januarii, Ind. 15. Anno Dominicæ Incarnationis 1122. Pontificatus vero Dom. Calixti II. Papæ anno quarto.

Hoc eodem anno eademque tempeſtate Callixtus Romæ Concilium maturabat. Abſurdum videtur, ut Abbates ante R. E. Cardinales ſubſcribant, & annus 1122. fuit pontificatus Callixti tertius, electus eſt Summus Pontifex ann. 1119. die 1. Febr.

Cæterum Joannis Epiſcopi obitus dies, & annus ignorantur.

III. 3 N. . . . Catacenſis Epiſcopus, qui B. Joachim Abbatem circa annum Domini 1168. ſacris initiavit, nomen tamen illius non exprimitur in vita ejuſdem.

IV 4 BASSOVINUS, vel BUSIANUS an. 1200. hujus Eccleſiæ erat Epiſcopus, quo anno Comes Richardus donavit Eccleſiæ Catacenſi Judaicam pro anima Agnetis Palmariæ uxoris ſuæ. Ferunt hunc in Epiſcopatu vixiſſe annis quadraginta; ſub Alexandro III. Epiſcopatum iniiſſe opus eſt aſſerere.

V. 5 ROBERTUS Catacenſis Epiſcopus florebat anno ſalutis 1217. eo enim anno de conſenſu ſui Capituli Eccleſiam ſanctorum Trium Puerorum ſere dirutam, una cum pertinentiis ſuis, quæ quondam Græcorum Monachorum Cœnobium fuerat, contulit Petro Abbati, ac Monachis s. Mariæ de Aquaviva Ord. Florenſis; donationem confirmavit Honorius III. Papa 5. Kal Martii pont. ſui an. 3. ſal. 1219. diploma extat in Regeſt. Vatic. fol. 225. in hæc verba,

Abbati & Conventui Monaſterii Aquævivæ de Ord. Florenſi. Cum venerabilis frater noſter Cataten. Epiſcopus, Capituli ſui accedente conſenſu, ſanctorum Trium Puerorum Eccleſiam deſolatam monaſterio veſtro vicinam, quæ quondam Græcorum fuit monaſterium, vobis intuitu contulerit pietatis, ſicut in inſtramento exinde confecto, nobiſque præſentato plenius continetur, ac idem Epiſcopus per ſuas literas poſtulaverit factum hujuſmodi auctoritate ſedis Apoſtolicæ confirmari. Nos veſtris, & ejuſdem Epiſcopi precibus inclinati, de benignitate, ac gratia ſpeciali, ne ſoli donationi præd. videamur inviti, præfatam Eccleſiam, ſicut eam juſtè, ac pacifice poſſidetis, & memoratum continet inſtrumentum vobis, & per vos monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, cujus inſtrumenti tenorem de verbo ad verbum duximus præſentibus inſerendum. Tenor autem ejus eſt talis. In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis Amen. Anno ab Incarnatione Verbi Dei 1217. Menſe Auguſti, Indictione quinta. Robertus Dei gratia Ca-

tacen. Epiſcopus dilectis in Chriſto fratribus Donno Petro venerabili Abbati Aquævivæ, quæ quondam Monacaria dicebatur, & ſucceſſoribus ſuis, eorumq; Fratribus in perpetuum. Paſtoralis miniſterii debito mancipati neceſſariò ſollicitudinis Apoſtolicæ formam cogimur imitari, curantes ad ędificationem commiſſæ nobis Eccl. non ſolum plantare in diœceſi noſtra virtutis exemplum, ſed & rigare plantatum, donec Deus plantatis, rigatiſque perfectionis tribuat incrementum; quia qui plantat, & qui rigat, & ſimilitudine intentionis, & pietate operis unum ſunt, idem agunt, cum otioſum ſit ſtudium rigantis, niſi præceſſerit officium plantationis, & rurſum ſupervacuè in plantatione ſudatum ſit, cui rigationis beneficium non ſucceſſit. Hoc itaq; diſcretionis oculo præcedente per Dei gratiam greſſus noſtros, ſic proſequi noſtræ vocationis opus intendimus, ut & pium prędeceſſorum noſtrorum propoſitum attendamus, accepturi ſicut confidimus, illorum mercedem operum, quorum addiderimus in perfectiori ſufficientia complementum. Hinc eſt, quod exponente te, præſcripte venerabilis Abbas Petre, cum Monaſterium tuum opportuna prædiorum utilitate ſufficienter non fuerit ordinatum, Fratres, qui ad Dei ſervitium congregantur in eodem multis rerum penuriis, & difficultatibus atteruntur, in ſuo jam propoſito vix ſubſiſtunt, & quia ſpiritualis hæc ſtructura diſſolvitur, niſi citius ſubventione temporalium fulciatur, nos licet immeriti agentes in hac pontificatus ſpecula vices Chriſti, qui quamvis rerum ſit Salvator, & operum, ſpecialiter tamen in omni ſuorum ſacramento dictorum, ſalutem prætulit animarum, cognita ſervorum Dei neceſſitate, tam gravi materia moti, cauſæ pauperum pia liberalitate duximus ſuccurrendum, illorum æmulantes Apoſtolicam caritatem, quas unicuique juxta quod ſingulis erat diſtribuiſſe legimus, & pro fidelium ſalute ſuas etiam impendiſſe. Longa igitur deliberatione cum noſtris Fratribus habita, Deo, ſicut credimus, inſpirante, zelo ejus, & reſpectu devotionis, & Religionis tuæ, Fratrumque tuorum, pro noſtrorum quoque remedio peccatorum, communi conſilio, & conſenſu, unanimi noſtra, & noſtri Capituli voluntate conceſſimus, & concedimus tibi jam dicto venerabili Abbati Petro, tuiſque ſucceſſoribus, Fratribus, & monaſterio Aquævivæ in perpetuum Eccl. ſanctorum Trium Puerorum ſitam in tenimento Barbari, quondam Monaſterium, licet irreligioſum vicinitate ſæcularium perſonarum; ſed nunc funditus deſolatum, atque deſtructum, de quo, cum ſit loco veſtro vicinum, penuria monaſterii, & fragilitas ſtatus veſtri remedium conſequetur, & ſufficiens fulcimentum. Ipſam ergo Eccleſiam ſanctorum Trium Puerorum cum omnibus tenimentis, obedientiis, & pertinentiis ſuis, hominibus, molendinis, aquis, ſilvis, vineis, & virgultis offerimus, damus, atque concedimus tibi, & ſucceſſoribus tuis, ac Fratribus veſtris ad opus & ſubventionem, ſuſtentationemque jam dicti Monaſt. Aquævivæ in perpetuum, ſimiliter concedentes, ut nunquam teneamini tu, & ſucceſſores tui Monaſterium ibi conſtruere; ſed ipſa omnia plenè, liberè, pacificè, & quietè pro ſuſtentatione, ut jam diximus monaſterii Aquævivę poſſideatis in Grangiam, & poſſeſſionem veſtram, ſicut de veſtra, & ſucceſſorum veſtrorum fuerit voluntate, ſalvo cenſu unius unciæ auri ad pondus Catanzarii, quem inde annuatim Eccl. noſtræ in feſto, vel circa feſtum Aſſumptionis Beatæ Mariæ ſemper Virginis perſolvetis. Nihil itaq; temporalis, aut ſpiritualis juris, & ditionis, nihil proprietatis & conſuetudinis nobis, ac ſucceſſoribus noſtris, & Catacen. Eccleſiæ reſervamus in ipſa Eccl. ſanctorum Trium Puerorum, & tenimentis, ac pertinentiis ejus, ſeu in obedientiis ſuis, & tenimentis, ac pertinentiis earum præter orationum veſtrarum participium, & annuum cenſum dictæ unius unciæ auri, ſed omnia plenè, liberè, & abſolutè offerimus, damus, atq; concedimus vobis, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum ad opus, ut diximus, & ſubventionem ſuſtentationemq; monaſterii Aquævivę, quę quondam Monacaria dicta eſt. Decernimus equidem attentiſſime prohibentes, ut nulli de ſucceſſoribus noſtris, aut de Catacen. Capitulo liceat pro his omnibus à Prælato, vel Fratribus ipſius monaſterii Aquævivæ quicquam ſub obtentu conſuetudinis, vel alio quovis modo exigere, vel auferre, aut de rebus ipſis aliquid extorquere. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona Catacen. Diœceſis hujus noſtræ oblationis, donationis, & conceſſionis paginam ſciens, contra eam venire tentaverit, & ſecundo tertiove commonita minimè reſipuerit, excommunicationi ſubjaceat, eamque ſe ſacramenti corporis, & ſanguinis Jeſu Chriſti tamdiu eſſe cognoſcat, donec exceſſum ſuum digna, congrua, & plena ſatisfactione corrigat, & emendet, nihilominus eadem pagina, & eiſdem oblatione, donatione, & conceſſione noſtris firmis in perpetuum permanentibus, & illæſis, ad quarum perpetuam memoriam, & inviolabile firmamentum præſens privilegium vobis fieri fecimus, & impreſſione ſigilli noſtri, ac ſubſcriptione manus propriæ roboratum, ſubſcriptionibus quoq; Canonicorum noſtrorum juſſimus communiri. Anno, menſe, & Indict. prætitulatis.

B *Ego Robertus Catacen. epiſcopus propria manu ſubſcribens prædicta confirmo.*
Ego Bartholomæus cantor Catacen. concedo.
Ego Raynaldus Archidiaconus concedo.
Ego Joannes Odonis Catacen. canonicus.
Ego Michael Catacen. canonicus concedo.
Ego Leo Catacen. canonicus concedo.
Signum manus Joannis de Alferio Catacen. canonici.
Ego Guarinus Catacen. canonicus concedo.
Signum manus Alexandri canonici, & theſaurarii Catacen.
Ego Placidus Catacen. canonicus concedo.
Ego Fortunatus Catacen. canonicus concedo.
Ego Gratia Catacen. canonicus concedo.
Ego Nicolaus de Panormo Catacen. canon. concedo.
Ego Neocoſtrus Catacen canonicus concedo.

Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis infringere, vel ei &c. uſque contraire. Si quis autem &c.

Datum Later. 5. Kal. Martii anno ſecundo.

C Porro hoc cœnobium Aquævivæ in Diœceſi hac Catacenſi exſtructum fuit à B. Joachino Abbate Florenſi, ubi floruit Petrus ejus diſcipulus morum, & vitæ ſanctimonia illuſtris, de quo in Actis ejuſdem Beati clara memoria extat. Ad hæc Roberti Epiſcopi tempora ſpectare videtur Lucæ Archiepiſcopi Cuſentini reſcriptum in cauſa Monaſteriorum Patiri Roſſanenſis, & ſancti Juliani hujus Catacenſis Diœceſis, ſcriptum ann. 1222. in hæc verba ex tabulario Patiri.

Lucas Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus.


Præſenti ſcripto notum facimus, quod cum de mandato Apoſtolico, quod recepimus, porrigentibus illud venerab. Archimandrita, & Conventu Patiri citaviſſemus venerab. Abbatem & Conventum ſancti Juliani Catacenſis Diœceſis, ut venirent eis reſponſuri ſuper quodam tenimento in Inſula Cutroni, quo ſe conquerebantur injuſte deſtitutos ab ipſis, & venire, ſeu reſponſalem idoneum mittere noluiſſent, unde D propter ipſorum contumaciam dedimus illud tenimentum Archimandritæ & Conventui Patiri cuncta ſervanda; qui utique tenimentum illud noluerunt adire ob timorem comitis Stephani de Cutrono, qui dicebatur monaſterium ſancti Juliani ſuper eodem tenimento velle defendere, ac fovere; pars autem monaſterii S. Juliani veniens infra annum ad pręſentiam noſtram altera parte præſente purgavit innocentiam ſuam præſtito juramento, quod operam non dederat, neque cum eodem Comite tractaverat, qualiter pars Patiri tenimentum prædictum ſecundum noſtram ſententiam adire non poſſet, & paratum ſe dixit ad reſpondendum de ipſo tenimento coram nobis, & ita recuperavit ejuſdem tenimenti poſſeſſionem. Cumque civitas ipſa Cutroni revocata fuiſſet in demanium Imperiale, & per Dom. Michaelem de Roſſano Camerarium Calabriæ monaſterium Patiri recuperaſſet tenimentum illud, ſicut oſtendebat ex quodam inſtrumento ſollemniter inde facto, & Gręcè ſcripto, & tam

A *ab ipſo Domino Michaele, quam à probis hominibus Cutroni ſubſcripto, in quo fiebat mentio, quod in privilegio fel. mem. Dom. Regis Rogerii monaſterio Patiri conceſſo continebatur illud tenimentum certis finibus terminatum, & quod nuper de mandato Imperiali revocaverat ipſe Camerarius omne demanium Imperiale Cutroni, & omnia, quæ dederat comes Raynerius Marchiſottus, & comes Stephanus filius ejus, & hujuſmodi revocationis occaſione prædictum tenimentum monaſterio Patiri per juſtitiam reddidiſſet, de ſententia dedimus, ut pars Patiri oſtenderet nobis illud mandatum Imperiale ſi poſſet. Oſtendit autem quaſdam literas Imperiales apertas cum ſera cera bullatas, quibus mandabatur Juſtitiariis, & Camerario Calabriæ, ut non moleſtarent monaſterium Patiri in poſſeſſionibus, hominibus, & omnibus quæ pro juſtitia felicium Regum, progenitorum ſuorum poſſidendique omnia in eiſdem literis apertis ipſi monaſterio Imperialis auctoritas confirmabat; parte vero S. Juliani proponente, & probare volente, quod pars Patiri violenter invaſerat prædictum tenimen-* B *tum Inſulæ, quod per noſtram reſtitutionem, ſicut prædictum eſt, pacificè poſſidebat, eiiciens inde habitatores, & diruens Eccleſiam, & ædificia in eo conſtructa, & obiiciente, quod ad generales illas literas non debuit prædictus Dominus Michael abſente parte ſancti Juliani ſpoliare ipſam tenimento prædicto, cum nullum ſuper hoc recepiſſet Imperiale mandatum, & petente cum inſtantia reſtitui ſibi per nos tenimentum ablatum, & juſtitiam de illata violentia fieri; cum non debuiſſet pars, derelicto foro Eccleſiaſtico poſt litem conteſtatam, ad ſæcularem curiam de ipſo tenimento recurrere, oportuit nos ſuper plenè deliberare. Habita itaque deliberatione cum viris prudentibus pro eo quod prædictum tenimentum videbatur ex inſtrumento confecto auctoritate Imperiali mandatum, quod utique mandatum oſtendi non potuit, & inſpectione privilegii Domini Regis Rogerii præceſſiſſe, ſicut ipſe in eodem inſtrumento referebat, ſuperſedendum duximus, conſulentes partibus, ut ſicut melius expedire viderent, ad Papalem, vel Imperialem curiam* C *recurrerent, & inde ſuam congruentius juſtitiam poſtularent.*

Actum Cuſentiæ 27. Junii 10. Indict. præſentibus nobiſcum Domino Michaele Decano, Guillelmo Girardo, & Dragone Canonicis Eccleſiæ noſtræ, impreſſione ſigilli noſtri, & tam noſtra, quam ipſorum ſubſcriptione munitum.

† *Lucas Dei gratia Cuſentinus Archiepiſc. ſubſc.*
† *Ego Michael Cuſentinus canonicus.*
† *Ego Guillelmus Cuſentinus canonicus ſubſcripſi.*
† *Ego Gerardus Cuſentinus canonicus. . . . .*

VI. 6 Fr. FORTUNATUS Ordinis Minorum exceſſit hujus Eccleſiæ Epiſcopus ſub Innocentio IV. circa annum Domini 1252. is Eccleſiam ſanctiſſimæ Trinitatis Fratribus ſui Ordinis donavit.



VII. 7 JACOBUS Abbas de Petraficta Peruſinæ Diœceſis Catacenſi Epiſcopatu condecoratus eſt ab Innocentio IV. ann. 1252. quem commendat idem Pontifex Decano, & Capitulo Catacenſi. Dat. Peruſii 5. Kal. Septemb. an. 10. epiſt. 85. fol. 204. Reg. Vatic. Is poſtquam benè hanc adminiſtraſſet Eccleſiam, ſenio gravatus in manibus Clementis IV A onus dimiſit, & Viterbii paulò poſt mortalitatem explevit Gregorio X. ad clavum ſedente, qui Capitulum Catacen. admonuit, ut diſcretum, & dignum ſibi paſtorem eligeret, ut in eodem Regeſt. Vatic. ep. 44. fol. 146. ſub Dat. Lugduni 5. Id. Septemb. pontif. 3.

VIII. 8 NICOLAUS Jacobo ſucceſſit electus à Capitulo, à Gregorio X. confirmatus 1275. longo annorum ſpatio in hac dignitate vixit, optimique Paſtoris laudem tulit.

IX. 9 Fr. JACOBUS Ord. Minorum alumnus Catacenſem Eccleſiam regendam accepit circa annum Dom. 1305. ſedit ann. 3. & mortuus eſt Clemente V. Pontifice.

X. 10 Fr. VENUTUS de Nicaſtro ejuſdem Ordinis Minorum religioſus Petri comitis Catacenſis Capellanus defuncto Jacobo ann. 1309. in diſcordia ſimul cum Gualtero ejuſdem Eccl. Archidiacono; ſed cum Magiſtri Provincialis ſui Ordinis licentiam, aut conſenſum impetrare non poſſet, idque B malis artibus effinxiſſet, conſecratus eſt à ſuo Metropolitano Rhegino, ob id vocatus eſt in judicium à Clemente V. Pontifice. Sed cum lis protraheretur, Clemens defunctus eſt, & apud Joannem XXII. ſucceſſorem iterum lis æſtuavit, quo tempore per vim Gualterus Epiſcopatu ac bonis Venutum expoliavit, qui eum ad Pontificem proclamaſſet, ſuadente juſtitia legitimus Catacenſis Præſul declaratus, in eoque dignitate confirmatus eſt ann. ſalutis 1325. à primæva electione anno decimoſexto. Rem totam narrat idem Joannes Pontifex ſuis in literis ad eundem Venutum datis, quas hic exhibendas curavi ex Vat. Reg. tom. 2. ep. 1101. an. 9. pont. ejuſdem.

Venerabili Fratri Venuto Epiſcopo Catacen.

Dudum pro parte Procuratoris Generalis Fratrum Ord. Minorum coram fel. record. Clemente Papa V. prædeceſſore noſtro propoſito, quod olim Eccleſia Catacen. per obitum bon. mem. Jacobi Epiſcopi Catacen. vacante, ac à dilectis filiis Capitulo ejuſdem C *Eccleſiæ duobus in eadem Eccleſia, una de te, reliqua de dilecto filio Gualterio tunc Archidiacono, nunc Decano ejuſdem Eccleſiæ electionibus in diſcordia celebratis, tu dictum Gualterium electioni de ſe factæ renunciare coegeras per potentiam ſæcularem, teque iterato eligi à præfatis Capitulo ejuſdem Eccleſiæ Catacen. temerè procuraras, ac per literas Provincialis dicti Ordinis, quæ falsò fabricatæ fuerant, ut dicebatur, te licentiam conſentiendi electioni hujuſmodi habere prætendens, electionem tuam hujuſmodi per Metropolitanum loci feceras confirmari, & ſubſequenter tibi munus conſecrationis impendi, idem prædeceſſor dilecto filio noſtro Arnaldo ſanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali commiſit, ut de præmiſſis omnibus, & quibuſdam aliis ſe plenius informaret, & hujuſmodi informationem ſibi referret, per cujus informationem ſe abſente non vocato, apud ſedem Apoſtolicam, receptam, & relationem ipſius ſibi factam, idem prædeceſſor motus, te ſuper præmiſſis etiam ſuper eo, quod dicebaris excommunicatus,* D *& ſic ligatus divina officia celebraſſe, ac celebrare temerè te immiſcuiſſe, & immiſcere eiſdem citari fecit, ut certo termino coram eo perſonaliter compareres recepturus quod juſtitia ſuaderet. In quo termino cum propter impotentiam tui corporis te à perſonali comparitione hujuſmodi per procuratorem idoneum legitimè excuſaſſes, idem prædeceſſor venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Cuſentino, & S. Marci, & Meliten. Epiſcopis ſuis dedit literis in mandatis, ut ipſi, vel duo, aut unus eorum vocatis, qui evocandi forent, ſuper contentis in citatione prædicta inquirerent diligentius veritatem, & quæ invenirent, in ſcriptis redigi facientes, ea ſub eorum incluſa ſigillis ſibi fideliter deſtinarent, præfixo tibi certo termino competenti, quo legitimè te Apoſtolico conſpectui præſentares, recepturus ſuper præmiſſis quod juſtitia ſuaderet. Demum verò eodem Archiepiſcopo Cuſentino ſuper dicto negotio, de quo, ut dicebat, inquiſierat, præfato prædeceſſori per ſuas literas referente,*

idem

idem prædeceſſor præfato Cardinali commiſit hujuſmodi negotium agendum, & etiam referendum, coram quo per procuratorem dictorum Fratrum quibuſdam productis, & per procuratorem tuum nonnullis exceptionibus exhibitis contra ea, & aliquali habito in cauſa ipſa proceſſu, tandem præfato prædeceſſore viam univerſæ carnis ingreſſo, nobiſque ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumptis, ſicut per te fuit expoſitum coram nobis, præfati Capitulum te in Epiſcopatu, ac bonis omnibus ad Epiſcopalem menſam Catacen. ſpectantibus ſpoliatum, dictumq; Gualterium in Catacen. Epiſcopum de facto eligere præſumpſerunt, teq; propterea ad ſedem Apoſtolicam recurrente, Nos venerab. Fratri noſtro Epiſc. Martoranen. noſtris dedimus literis in mandatis, ut ſibi per evidentiam facti, vel aliàs ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii conſtaret præfatos Catacen. Capitulum dictum Gualterium in Catacen. Epiſcopum elegiſſe, teque dict. Epiſcopatu, & bonis omnibus ad dictam menſam ſpectantibus ſpoliaſſe, & planè conſtitueret, & faceret ipſius Epiſcopatus poſſeſſione gaudere, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, quodque dictum Capitulum, ac per Procuratorem dictos Gualterium, & nonnullas alias perſonas eorumdem Capituli, ut perſonaliter Apoſtolico conſpectui certo termino ſe præſentarent ſuper præmiſſis de juſtitia reſponſuri auctoritate Apoſtolica citare deberet, dictuſque Epiſc. Martoranen. juxta dictarum noſtrarum literarum formam cognito de præmiſſis, & ſententialiter reſtituit ad Epiſcopatum prædictum citando præfatos Capitulum, & perſonas juxta earundem literarum noſtrarum continentiam, cumque tu realiter propter potentiæ ſecularis objectum, ad d. Epiſcopatum plenè reſtitui non valeres, ad ſedem dictam iterum recurrens à nobis humiliter poſtulaſti, ut te ad Epiſcopatum prædictum, quo ſpoliatus extiteras planè reſtitui faceremus. Verum pro parte Fratrum d. Ordinis intruſio, ac excommunicatio, & apoſtaſia, & nonnulla alia contra te replicata, & propoſita, coram nobis & fratribus noſtris in Conſiſtorio extiterunt, noſque cauſam hujuſmodi bon. mem. Beringario Epiſc. Portuen. commiſimus audiendam, & nobis poſtmodum referendam, coram quo tam te, quàm Angelo Pallicio Canonico Catacen. Gualterii & Capituli perſonaliter citatorum, quorum procurator erat, ad hoc ſpecialiter conſtitutus, necnon Procuratoribus d. Ordinis, & Capituli prædictorum comparentibus, exhibitis quoq; productis, & factis hinc inde in eadem cauſa coram d. Epiſcopo Portuen. quæ partes ipſæ exhibere, producere, & facere voluerunt, dum idem Epiſcopus Portuen. intenderet ad faciendum nobis relationem hujuſmodi, diem clauſit extremum, noſque ſibi venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Prænest. in eadem cauſa ſubrogavimus auditorem, coram quo te, & Procuratoribus comparentibus ſupradictis, & per eum proceſſibus ſuper præmiſſis habitis recenſitis, nobiſq; & dictis Fratribus noſtris ſuper præmiſſis per eundem Epiſcopum Prænest. facta relatione fideli, volumus, & mandamus, reſtituendum te fore ad plenam, & pacificam poſſeſſionem præfati Epiſcopatus Catacen. ac jurium ejus, teque reſtituimus ad illa, decernentes tibi de fructibus, medio tempore perceptis, ex eo, & qui percipi potuerunt, vel eorum æſtimatione de bonis hujuſmodi tibi ſubtractis integram ſatisfactionem impendi, dantes tibi nihilominus licentiam ad dictam Catacen. Eccl. redeundi. Nulli ergo &c. noſtrorum voluntatis & mandati, reſtitutionis, & conſtitutionis, & conceſſionis, &c.

Datum Aven. Kal. Martii anno nono.

Obiit Venutus extremis annis Benedicti XII. Papæ. Quo Præſule Petrus Ruffus in Cathedrali ædificavit ſacellum S. Vitalliani ubi ejuſdem divi tutelaris tum & Irenei, & Furtunati ſacra lipſana repoſita ſunt.

XI. 11. Fr. PETRUS Salamia Ordinis Prædicatorum concionatur facundus, & inſignis Theologus per obitum Venuti ad Catacenſem Epiſcopatum aſſumptus eſt à Clemente VI. anno 1343. 6. Kalend. Decembr. exceſſit anno 1368.

12 NICOLAUS ANDREAS Aprutinus Vaticanæ Baſilicæ Canonicus immediatè ſucceſſit Petro ad hanc dignitatem vocatus ab Urbano V. anno 1368. (1) 10. Kal. Martii ann. 6. vix annum in administratione complevit, & appoſitus eſt ad patres ſuos. XII.

13 ALPHONSUS, ſeu ARNULPHUS Lancianenſis Eccleſiæ Præpoſitus ab eodem Urbano V. creatur Catacenſis Epiſcopus 10. Kal. Martii anno ſalutis 1369. pontif. ſui 7. Hic ſub Urbano VI. ſpoliorum collectur evaſit in Cuſentina Provincia, fato functus eſt ſub Boniſacio IX. circa annum Domini 1398. XIII.

14 THOMAS Romanus patria, ad Catacenſem ſedem evectus eſt ab eodem Boniſacio IX. ann. 1398. 6. Id. Decembr. proque Nicolao, Alphonſoque prædeceſſoribus ſuis Apoſtolicæ Cameræ debitum ſolvit. Deceſſit ann. 1421. ex lib. oblig. XIV.

15 PETRUS Epiſcopus Inſulanus huc transfertur 6. Id. April. 1421. ſedit uſq; ad annum 1435. XV.

16 Fr. ANTONIUS de Ipſigio Ordinis Minorum ſuffectus eſt eodem an. 1435. 7. Kal. Septemb. obiit ann. 1439. XVI.

17 NICOLAUS Palmerius Siculus Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini per ea tempora inſignis Theologus, Catacenſis effectus eſt Epiſcopus ab Eugenio IV. ann. 1440. die 11. Januarii, ſedit annos aliquot, ac liberè ceſſit, deinde anno 1455. factus eſt Epiſcopus Hortinus. Romæ obiit 1467. vide ſeriem Hortinorum Præſulum primo noſtro tom. ubi de eo plura offendes. XVII.

18 RICCIARDUS Romanus Nicolao ſucceſſit, mortuus eſt ann. 1450. XVIII.

19 PALAMIDES Abbas S. Petri ad Aram de Neapoli Ord. S. Auguſtini Canonicorum Regularium hunc Epiſcopatum à Nicolao V. obtinuit 10. Kal. Febr. 1450. mortem obiit ann. 1467. XIX.



20 JOANNES Geraldinus nobilis Amerinus juris Pontificii peritiſſimus, poſt longam in Romana Curia moram in Abbreviatoratus munere exercendo, ad hunc Catacenſem Epiſcopatum aſſumptus an. 1467. Alphonſi Regis Neapolitani, & Ducis Calabriæ major Capellanus, atque ad Pontificem Max. pro iis Orator, prudentiſſimi viri laudem tulit. Archidiaconatus Amerini, & Sacerdotii gentilitii Geraldinorum fundator, poſt ritè & ſanctè hanc adminiſtratam Eccleſiam ann. 21. è vivis exceſſit anno 1488. In Eccleſia S. Franciſci, ſacelloque ſuorum gentilium ſub marmoreo ſimulachro, hoc diſtichon inſculptum legitur. XX

Conſtrati & grarri & tibi Gerardino Joannes.
Præſul apud Calabros hoc Catacenſis opus.
MCCCCLXXVI.

Porro Joannes in Tabernæ nobili ſuæ Diœceſis oppido Collegiatam Eccleſiam S. Mariæ de Pompiniano eo erexit ann. 1477. ut ex ſequenti documento elicitur, quod aſſervatur in tabulario ejuſdem Eccleſiæ.

Joan-

(1) Fortaſſe ſcribendum an. 1367. Siquidem Nicolaus hoc anno die 5. Julii adfuit Epiſcopo Vigilienſi Eccleſiam S. Adveni conſecranti, ut in Vigilienſibus diximus.

Joannes Geraldinus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Cataceu.

Univerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis ſalutem.

A *Paſtorale officium debitam curam circa gregem ſibi commiſſum adhibere conſuevit, ut ejus provida ſollicitudo paſtores, & cuncta recte diſponat, & Eccleſiarum regimen magnificare honoribus cupiat, & prodeſſe. Cum igitur pro reformandis moribuſque Clericorum, & ſtatu Eccleſiarum viſitationem faceremus in noſtra Diœceſi perſonali præſentia nos contulimus ad terram Tabernæ, ejuſque diſtrictum conſiderantes terram ipſam pluſquam mille focularia ſeu habitationes obtinere, & quaſi rurali more audire divina, & Eccleſiaſtica Sacramenta, quod in grave opprobrium nobilium civium dictæ Terræ, & populi continuo vertebatur, ſupplicatione nobis facta per devotum populum, & clerum dictæ Terræ, ut dignaremur in ipſa terra in loco magis idoneo conſtituere, & facere de novo unam Collegiatam Eccleſiam, in qua continuatis diebus Miſſarum ſolemnia celebrentur, & Veſperæ decantentur more aliarum Eccleſiarum Collegiatarum noſtræ Diœceſis, quoniam parati erant ipſi populi, & Parochiani præſtare oblationes, & decimas infraſcriptas pro ſuſtentatione Rectorum, & Canonicorum dictæ Eccleſiæ. Nos itaque recte penſantes, quod non debet reprehenſibile judicari ſi ſecundum mutationem temporum ſtatuta quoque varientur Eccleſiaſtica, & humana in melius tamen, & utilius, priores obſervantias, rectiuſq; mutando. Advertentes autem noſtræ mentis circa curatas Eccleſias dictæ terræ Tabernæ, ejuſq; diſtrictus, elegimus pro devotione populorum, & Clericorum dictæ terræ erigere, præfigere, & facere in Collegiatam Eccl. Capellam, ſive Eccleſiam curatam S. Mariæ de Pompiniano, quæ in præſentiarum habet Dei providentia, & gratia, Parochianos, ſeu focularios ducentos, & ultra, ipſamque Eccl. auctoritate noſtra ordinaria conſtituimus, & fecimus Collegiatam, in qua crevimus, elegimus, ac præfecimus in Cantorem, & perſonatum venerab. & honeſtum virum Dom. Franciſcum Marincolum de Taberna, qui debeat habere, & percipere duplum more Cantorum aliarum Eccleſiarum Collegiatarum noſtræ Diœceſis de omnibus obventionibus, & juribus dictæ Eccleſiæ, necnon fecimus, & ordinavimus in eadem Eccleſia infraſcriptos Canonicos, videlicet D. Aaron Marincolum, Dominum Brunorum Longum, & Dominum Garrettum Moniticem, qui Canonici debeant percipere, & habere ſimplum, ſeu unicam portionem pro quolibet, & tenore Præſentium, eoſdem Cantorem, & Canonicos tanquam idoneos bene meritos, & condignos in dicta Eccleſia canonice per noſtrum annulum inveſtimus, eiſque dictam Eccleſiam gratiosè conferimus modo quo ſupra concedimus, & donamus, & in poſſeſſionem, vel quaſi inducimus corporalem, cum omnibus obventionibus, decimis, & redditibus & proventibus ſuis. Ita tamen, quod pro jure Corredi dictæ Eccleſiæ Cantor prædictus, & quilibet ejus ſucceſſor in futurum ſolvat anno quolibet nobis, & noſtris ſucceſſoribus, ſeu noſtræ majori Eccl. Catacen. carlenos tres pecuniæ uſualis, & unuſquiſq; Canonicus prædictus, & eorum ſucceſſores ſolvant unumquemque carlenum unum cum dimidio pro jure Corredi ut ſupra, & promiſerunt ipſi Cantor, & Canonici omni tempore in futurum pro ſe, eorumque inſtitutionis officiis ſucceſſoribus, in manibus noſtris more Eccleſiarum Collegiatar. noſtræ Diœceſis die quolibet conſtituto ipſi Eccleſiæ S. Mariæ de Pompiniano perſonaliter deſervire, tam in Veſperis, quam in Miſſa, quarum in omni alia celebratione divinarum, & jura, & ornamenta, ac alia ſcilicet libros, & alia bona ipſi Eccleſiæ facta, & facienda, regere, manutenere, & conſervare diligenter, & ipſam Eccleſiam defendere. Ipſi quoque populi, & Parochiani dictæ Eccl. promiſerunt ſimiliter in manibus noſtris ſolvere, tradere, eiſdem Cantori, & Canonicis dictæ Eccleſiæ præſentibus, & futuris annis ſingulis pro decimis, & oblationibus frumenti tumulum unum pro quolibet habentem parolam bonum, & pro eo, qui non habet paro-*

A *lam bonum dare frumenti tumulum medium ad generalem menſuram dictæ terræ Tabernæ de tali genere frumentorum, quæ colliguntur, & habentur in maſſariis, & domibus ſuis, ſeu induſtriis, & operum eorum datur, & promiſerunt dare, & ſolvere in feſto Paſchæ anno quolibet grana decem pecuniæ uſualis pro quolibet Parochiano, ſeu foculario, & ita ad majorem cautelam omnes prædicti Clerici, & laici, qui ſupra promiſſores ſunt promiſſiones ut ſupra ſponte, & voluntarie ad ſancta Dei Evangelia in manibus noſtris juraverunt obſervare, & efficaciter adimplere, dantes, concedentes eiſdem Cantori, & Canonicis licentiam, & poteſtatem in dicta Eccl. collegiata S. Mariæ Miſſas, & divina officia celebrandi, baptizandi, deſponſandi, confitendi, & pœnitentias injungendi, & alia ſacramenta conficiendi, jura & fructus dictæ Eccleſiæ percipiendi, & alia faciendi, quæ alii cantores, & canonici Eccleſiarum collegiatarum noſtræ Diœceſis fuerunt, & ſoliti ſunt facere tam de conſuetudine, quam de jure. Mandantes, & decernentes ſub pœna*

B *excommunicationis omnibus, & ſingulis, tam clericis, quam laicis dictæ terræ Tabernæ, ejuſque diſtrictus, ut dictos ſuperius nominatos habeant, teneant, reputent, & tractent tanquam veros cantores, & canonicos dictæ collegiatæ Eccleſiæ, & eiſdem reſpondeant de fructibus, redditibus, oblationibus, decimis & aliis juribus, & proventibus dictæ Eccleſiæ, obediant, pareant efficaciter, & intendant. In cujus rei teſtimonium, & jura, evidentiam, certitudinem, ac ipſorum cantoris, & canonicorum cautelam, ac perpetuam firmitatem has noſtras collationis, & ordinationis noſtras ſibi exinde fieri fecimus, noſtro ſigillo pontificali pendente, Signo, & ſubſcriptione noſtræ manus propriæ communitas, & roboratas.*

Datum Tabernis in dicta Eccleſia collegiata ſub anno Domini 1477. die vero 14. menſ. Julii, 10. Ind. ſub pontificatu Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & Domini noſtri Dom. Siſti divina Providentia Papæ IV. anno ejus ſexto.

C *Joannes Geraldinus Epiſcopus Catacen. qui ſupra manu propria.*

21 STEPHANUS Goffredus a Vaticanæ Baſilicæ Canonicus electus eſt Epiſcopus ab Innocentio VIII. die 9. Januarii ann. 1489. exceſſit ann. 1505. XXI


a Gottifredus, nobilis Romanus [illegible].

22 EUANGELISTA Tornafranza Catacenſis ex Vicario Generali Neapolitanæ Eccleſiæ electus patriæ Antiſtes ann. 1505. Obiit anō. 1523. XXII.

23 ANTONIUS de Paula Calaber, civis Catacenſis olim Monachus S. Mariæ de Curatio, tunc Epiſcopus Neocaſtrenſis, huc tranſlatus ab Hadriano VI. die 24. Julii an. 1523. ſedit an. 7. ac liberè reſignavit ad favorem CARD. DE VALLE, qui paulo poſt cum regreſſu nuncium remiſit. XXIII

24 HIERONYMUS de Paula Antonii ſuperioris nepos per ceſſionem Card. de Valle, ab Eccl. Neocaſtrenſi ad hanc tranſitum fecit die 4. Maii 1530. ſedit ann. 1. & menſ. plus minus 2. XXIV XXV.

D



25 ANGELUS II. Geraldinus de Amelia Joannis ſuperioris nepos celebris Juriſconſultus cedente Card. de Valle, qui per obitum Hieronymi ex regreſſu hæc obtinerat Eccleſia, electus eſt Catacenſis Epiſcopus à Clemente VII. die 3. Julii 1532. XXVI

lau-

laudatiſſimè annis ſex in ea ſedit, ac nnere ſe exſolvit an. 1536. è vivis exemptus eſt in patria annns natus 77. ad cujus tumulum Ameriæ in ſacelln S. Antonii Eccleſiæ S. Franciſci hoc extat epitaphium. A

D. O. M.

Angelo Geraldino Pontifici Cataceaſi, qui ſanctiſſimè vixit annos lxxvii. Sfortia patruelis filius, in eodem Sacerdotio ſucceſſoe patruo optimo memoriæ cauſa fecit anno MD. XLIV.

XXVII. 26 ALEXANDER Card. Ceſarinus *a* factus eſt adminiſtrator per ceſsionem Angeli die 4. Maii an. 1536. onere ſe exſolvit die 8. Auguſti ejuſdem anni.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 609.



B

XXVIII. 27 SFORTIA Geraldinus vir ſingulari prudentia, & in rebus agendis dexteritate clarus ad hanc Eccleſiam promotus eſt à Paulo III. die 8. Auguſti 1536. præfuit ſummè laudatus an. 14. Romæ deceſſit an. 1550. in patriam delatus in cathedrali humatus eſt: ſepulchri ejus inſcriptio talis eſt.

D. O. M.

Sfortiæ Gerardino Pontifici Catacenſi religioſiſſimo. Joannes fratri de ſe optimè merito poſuit. Vixit an. xliv. menſ. vi. obiit pridie Kal. Martii MDL.

C

XXIX. 28 ASCANIUS IV. ex Geraldina gente Catacenſis Epiſcopus, ad hanc dignitatem promotus die 19. Martii 1550. dum Flaminiæ Prolegatus, & Apoſtolicus Referendarius eſſet. Hic Tridentino Concilio interſuit, & inter Patres Juriſprudentiæ clarus laudem tulit egregiam, unde ad Eccleſiam ſuam rediens ingenti zelo exurſit, & ad normam ejuſdem Eccleſiam ſibi concreditam viginti annos laudatiſsimè rexit, ubi obiit anno 1570.

XXX. 29 Fr. ANGELUS Hornbonus Averſanus Ord. Minorum diſtrictioris Obſervantiæ vir morum probitate, & Theologicorum ſtudiis notus à Pio V. electus eſt Epiſcopus die 12. Aprilis, translatus deinde eſt ad Archiepiſcopalem ſedem Tranenſem anno 1572.


XXXI. 30 OCTAVIANUS Moricenus Peruſinus ſucceſsit Angelo die 19 Junii 1572. Deceſſit an. 1582.

XXXII. 31 NICOLAUS de Horatiis Bononienſis. Alexandri filius à Gregorio XIII. Epiſcopus delectus eſt die 12. Januarii 1582. munus conſecrationis accepit à Card. Paleotto Archiepiſcopo Bononienſi, cujus erat generalis Vicarius. E vivis eximitur an. 1607. 11. Julii, jacet in cathedrali, in qua ex marmore hæc legitur inſcriptio. D

Sacellum hoc ſancti Fortunati, ejuſque ſacris reliquiis dicatum Nicolaus Horatius J. U. D. Bononien. ac Dei, & Apoſt. Sedis gratia Epiſcopus Catacen. religionis ergo exteuendum atque ornandum curavit, annuis redditibus, ac perpetuis auxit, aramque perpetuo privilegio ad animas hac luce perfunctas Miſſarum ſacris ſingul. ſingulas à piacularibus pœnis liberandis erectam rite conſecravit xi. Kal. Febr. MD. XCV.

XXXIII. 32 JOSEPH Piſviglius *b*, Ord. S. Franciſci Generalis Miniſter, hanc ſuſcepit Eccleſiam an. 1607. quam ad annum uſque 1618. adminiſtravit.

b Piſculius, patria Melphienſis dictus à Chartario in Athle. Rom. Mandiſ.



33 FABRITIUS Caraccinlus Piſquitius Neapolitanus Catacenſibus datus eſt Epiſcopus à Paulo V. anno 1619 die 7. Januarii, inde translatus eſt ad Oppidenſem eccleſiam 7. Novembr. 1629. XXXIV.



34 Fr. LUCAS Caſtellinus nobilis Faventinus, Ordinis Prædicatorum in ſacris literis eruditiſſimus ſummuſque Theologus, ſui Ordinis Procurator, Vicariuſque Generalis, dignitatem Epiſcopalem, vel reluctans adeptus eſt die 7. Novembr. 1629. ſacra donatus fuit inauguratione ſui Epiſcopatus, miniſterio Antonii Barberini Card. S. Honuphrii, Urbani VIII. Pont. Max. fratris: Catanzarium ſtatim profectus, & ſolemni ritu ingreſſus, ingenti cura, ac ſollicita ſedulitate quatuordecim menſes hanc rexit Eccleſiam, fato functus eſt Januario menſe, anno 1631. ſepultus in cathedrali: plura ſui ingenii reliquit monumenta, quæ typis mandata tanti Præſulis memoriam perennabunt. Scripſit namque *de electione, & confirmatione Prælatorum quorumcumque, præſertim Regularium, Elucidarium Theologicum de certitudine gloriæ ſanctorum Canonizatorum ad Urbanum VIII. De Inquiſitione miraculorum in ſanctorum Martyrum canonizatione, ad Bernardinum Cardinalem Spadam. De dilatione in longa annorum tempora magni arduique negotii canonizationis SS. Diſputationes Theologicas, in quibus ſelectas difficultates de ſacramentis, præſertim de certa qualitate verborum, forma ſacramenti pœnitentiæ, ejuſdemque fructu, & adminiſtratione*, nondum editus quod ſciam: multa alia nedum completa opera conſcripſit, quæ mihi antequam Roma digrederetur pro ſua humanitate communicavit: ejus ſuaviſſimæ memoriæ plura me debere profiteor, qui me ſingulari beneficentia proſequutus eſt, atque ad hoc qualecunque opus perficiendum addidit animum. In hunc autem vota noſtra feruntur, ut propter innumera ejus merita, & eximiam vitam, quam duxit digniſſimam, in cœlis regnet cum Chriſto in æternum. XXXV.

35 CONSALVUS Caputus nobilis Neapolitanus, Paſchalis Petrellæ, & Sacci Domini, ac Iſa- XXXVI.

bellæ



bellæ Iſolanæ filius, celebris juriſconſultus, & Epiſcopus S. Marci. cujus virtute allectus Urbanus VIII. ei contulit Catacenſem Epiſcopatum die 8. Auguſti 1633. quo die, & anno ceſſit priori Eccleſiæ, & loco, & novi Sacerdotii ſuſcepit adminiſtrationem. Indefeſsè aliquando jura & bona illius, ac forti animo adeo ſubſtinuit, ut cum Regiis miniſtris non ſemel decertare non dubitaverit. Serpentem per civitatem aliquorum occultè Judaizantium ſectam ſollicita indagatione extirpare curavit, ſed cum experientia docente didiciſſet fortiori brachio reſervatam fore, ſacroſanctam Romanæ Inquiſitionis Congregationem certiorem fecit, & auxilium petiit, quæ ad evellendas, reſecandaſque putridas radices, ne tota corrumperetur maſſa, conſultè Bartholomæum Criſchonum impigrum tunc Umbraticenſem, mox Caſertanum digniſſimum Epiſcopum delegavit; qui cum Conſalvo, ef fugata larva, Catacenſem civitatem ab omni labe expurgavit. Interea Conſalvus, miſerabili caſu, ex immani terræmotu, civitatis penè ruinam propriis uſurpavit oculis; reſtituit, & exornavit, plura ſacra indumenta, & candelabra, aliaq; argenteo vaſa eidem dono dedit. Redditus Eccl. vel in pauperes vel in exornanda Cathedrali. & Epiſcopio conſumpſit, ubi tandem perfunctus boni Paſtoris officio naturæ ſatisfecit die 19. Novembris 1645. Fratrem habuit Petrum Paulum Epiſcopum Larinenſem in ipſo ætatis flore prædefunctum, & Franciſcum Petrellæ Marchionem, & Bellivederi Dominum, cujus etiam patruellis fuit Andreas Caputus Epiſcopus Litterenſis, de quo egimus tomo 6. in Epiſcoporum illius Eccleſiæ ſerie, ubi de hac familia aliqua enarravimus.

XXXVII. 36 FABIUS Olivadeſius Civis Catacenſis olim Lavellinus Epiſcopus, mox Bovæ, ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 10. Septembris 1646. ſedit plus minus annis decem, obiit die 10. Novemb. 1656.



XXVIII 37 Fr. PHILIPPUS Vicecomes Mediolanenſis olim Eremitarum S. Auguſtini emeritus Generalis, vir nobilis, doctus, probus, ac præcipua morum ſuavitate amabilis, hoc anno 1657. die 16. Aprilis Catacenſi Epiſcopatu donatus eſt ab Alexandro VII. Pont. Maximo, conſecratus die 6. Maii in Eccleſia

A S. Auguſtini à Bernardino Cardinali Spada: cujus laudes, inclytamque virtutem poſteri enarrabunt: nos verò peroptamus ut eundem Dominum, & amicum noſtrum ſemper proſperet Chriſtus Jeſus, Neſtoreoſque concedat annos.

A D D I T I O.

(„ Obiit Philippus in ſuæ ſponſæ gremio an. 1664.
„ Laudatur à Picinello in Athen. Litterat. Mediola-
„ nen. p. 195.
„ AGATIUS de Summa, Epiſcopus Geruntinen- XXIX.
„ ſis, & Cariatenſis, translatus ad Eccleſiam Ca-
„ tacenſem 28. Aprilis 1664. ſui deſiderium reliquit
„ die 1. Octobris 1671.
„ CAROLUS Sgombrini, Bellicaſtrenſis Antiſtes, XL
„ huc translatus eſt 8. Februarii 1672. Occubuit
„ menſe Octobri 1686.
„ FRANCISCUS Gori, nobilis Senenſis, J. U. XLI
„ D. & patriæ Eccleſiæ Præpoſitus, hanc Eccleſiam
„ ſuſcepit adminiſtrandam die 7. Julii 1687. Tran-
„ ſiit deinde ad Sueſſanam an. 1706.
B *„ JO. MATTHÆUS Vitellonus, Faventinus,* XLII.
„ cùm Militenſi, ac deinde Viterbienſi Epiſcopis Vi-
„ cario munere deſerviſſet, Catacenſis Epiſcopus
„ eligitur 11. Aprilis 1707. Defunctus menſe Julio
„ 1710.
„ EMANUEL Spinellus, Caputaquenſis, Cle- XLIII.
„ ricus Regularis Theatinus, S. Theologiæ Lector,
„ & aliquot Ordinis ſui gradus feliciter emenſus,
„ hac infula dignatus eſt 17. Septembris 1714.)

CROTONIENSES

EPISCOPI.

C



CROTO maritima eſt Urbs longe nobiliſſima, ac vetuſtiſſima, Magnæ quondam Græciæ, nunc ulterioris Calabriæ nomen retinens, Regi immediate ſubjecta, amœniſſimo ac ſaluberrimo loco ſecus mare ſita. & antiquis Hiſtoricis ac Poetis ſummis laudibus celebrata. Hanc, ut Ovidius in xv. Metam ſcribit, Hercules condidit, cujus generoſa profectò ſoboles Crotoniatæ fuerunt. Nulla enim gens Græcas, aut Italiæ, aut, ut breviter dicam, totius Terrarum Orbis tantum robore corporis, & athletica virtute gloriæ reportavit, nulla plures habuit victores Olympicos. Attylus Crotionata cum tribus continuis Olympicis viciſſet Stadio, Diaulo, & Doliſco ſtatuam meruit, hunc perpetua virginitate fuiſſe præditum Plato in 8. de legibus tradit. Eſt autem Diaulus curſus reciprocus in ſtadio, hoc eſt, quod ſtadium bis currendo quis metitur. Delicus vero eſt ſpatium duodecim ſtadiorum, vel, ut ait Suidas xxiiii. Fuit & Ægon athleta robuſtiſſimus à Theocrito poeta celebratus, qui octuaginta ſolus devoravit panes & tauros currendo ſuperans, his viventibus ungulas avellebat, eoſque humeris tollens puellis donabat. Fuit & Milo humani roboris miraculum Pythagoræ diſcipulus, qui, ut ait Plinius. taurum quatrimum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occidit, & humeris ſublatum ſtadii ſpatio ſuſtulit, eumque eodem die totum ſolus comedit, cuius rei meminit etiam Cic. & Athænæus. Idem in diſco, ſeu clypeo un-

cto,

cto, ita ſtabat, perinde ac ſtatua plumbo affixa, ut omnes irruentes, trudenteſque educere inde nitentes derideret: idem malum Punicum manu ſic continebat, ut nec conantibus eripere permitteret, nec ipſe premendo collideret: idem alligata fronti chorda anhelitum continebat, & capitis venas ita ſanguine replebat, ut chordas diſrumperent; idem biduo Athenis Lacedæmonem cucurrit ſtadia mille ducenta quadraginta. Merito itaque eum præter memoratos authores Pauſanias Philarcus, Pindarus, Strabo, & B Baſilius tantopere extollunt. Crotoniata etiam fuit Phaylus tribus Olympionicis celeberrimus, Ariſtophani poetæ laudatus, victor pentathlo, hoc eſt quintuplici certamine, hoc eſt diſco, curſu, ſaltu, lucta, & pugilatu. Saltavit pedes quinquaginta ſex, jecit diſcum pedes 95. & in unius Olympiadis ludis ſeptem Crotoniatæ fuerunt, qui reliquos Græcos ſtadio ſuperarunt, ut Strabo ſcribit. Erat ergo Croto patria Olympionicon, quorum apud Græcos, ut ait Cicero in orat. pro Flacco, prope majus, & glorioſius decus erat, quam Romæ triumphaſſe. Tanto igitur robore præditi Crotionatæ facile patriam, & opum, & Imperii amplitudine florentem reddiderant. Nam cum centum Crotoniatarum millia duce Milone trecenta Sybaritarum millia trucidaſſent, quemadmodum Diod. & Theodat. authores ſunt, tantum ſibi potentiæ pararunt, ut Urbs haberet murum in circuitu patentem duodecim M. P. cunctis vero finitimis circum Orientalis, & Occidentalis Calabriæ populis imperitarent. Multa de præclaris Reipubl. Crotoniatarum inſtitutis, Ariſt. in polit. commemorat. Armavit quandoque Croto adverſus Locros Cleonymo Duce centum triginta millia hominum. Verum ex clade quam ad Sagram fluvium habuerunt, ut ait Srabo, tanta fuit occiſorum multitudo, ut non multo ulterius tempore perduraverint. Attamen Dionyſio Tyranno fortiter reſtiterunt ſoli Crotoniatæ, ait Herodot. lib. 7. Græciæ periclitanti auxilium una navi tulere duce Phæilo viro ter pythionico, hoc eſt, Pythiorum ludorum victore adverſus Perſas. Quamobrem Alexander Magnus, ut ait Plutarcus, exuviarum Perſicarum partem Crotonem tranſmiſit. Verum cum poſtea Crotoniatæ Sybaritarum in luxum dilapſi eſſent, eorumque dux purpurea veſte indutus aurea corona redimitus, albiſque calceis calceatus Urbem luſtraret, veterem diſciplinam, & potentiam amiſerunt. Itaque poſt vaſtationem à Pyrrho illatam vix pars dimidia Urbis habitata eſt, & flumen quod medio Oppido fluxerat extra frequentia loca præterfluebat. Ergo in bello Punico ſecundo Urbs Croto, ut ait Livius, ſuperioribus cladibus afflicta adeo jam armis, viriſque defecerat, ut omnis ætatis minus viginti millium civium ſupereſſent. In eo bello Senatus Romanus, populus Carthaginenſibus favebat, quod reliquis fere hujus tractus Urbibus commune erat. Tandem Romanis victoribus deducta eo Colonia eſt, ut ait Livius lib. 4. de bello Macedonico, atque ex eo tempore quievit uſque ad Totilam Gothorum Regem, à quo cum obſiderentur Crotoniatæ, tandiu tamen in fide Imperii perſtiterunt, quouſque Juſtinianus Imperator ex Græcia auxilium iis miſit, ut tradit Procopius lib. 3 de bello Goth. Nec verò tantum fortitudine, ac robore corporis, ſed & pulchritudine præſtabant Crotoniatæ. Erat apud eos Templum Junonis Laciniæ cunctis circum populis venerandum, & ſanctum, ut muliebrem picturam, quam abſolutiſſimam dicarent, Zeus in pictorem accitum quævis pulcherrimarum Virginum, puerorumque corpora pacto ex nudis pueris eorum fratribus in paleſtra argumento, opus perficere curarunt, quod cunctis Scriptoribus celebratum eſt. Philippus Butagides Olympionicus Crotoniata Cyrenem veniens, cum omnium illic Græcorum ſpecioſiſſimus eſſet, ob eximiam corporis ſpeciem ſacrificiis, & hoſtiis ad ſepulchrum ejus oblatis honoratus eſt, ut ait Herod. Ac ne corporis tantum bonis abundaſſe Crotonia-

A tas exiſtimes, philoſophia etiam, & doctrinis omnibus Inſignes fuerunt. Floruit enim Crotone diu celeberrimum illud ampliſſimumque gymnaſium Pythagoræ, & Pythagoreorum, à quibus Italicum philoſophiæ genus nuncupatum eſt, ut tradit Auguſt. lib. 8, de Civit. Dei. Unde complures prodiere Philoſophi illuſtres, quorum pluſquam viginti Crotone natos memorat Jamblicus. In primis vero Alcmæon Pythagoricus philoſophus, & medicus præſtantiſſimus, qui primus invenit fabulas Æſopicas, quibus mutorum animalium colloquia inducuntur, ut Iſid. tradit in lib. Etymolog quod Æſopus eas maxime illuſtravit: idem Alcmæon primus exiſtrionum aggredi auſus eſt. Crotoniata etiam fuit Hierophantes Pythagoræ diſcipulus, qui ſcripſit de Regno, cujus ſententiæ extant apud Stobæum: item Zaleucus Philoſophus, & Legiſlator, qui ut ait Lucianus, cum lege caviſset, ut mœchi vivi cremarentur, ipſeque poſtea fratris uxorem polluiſse deprehenſus, orationem tam luculentam

B habuit, ut cives remittere pœnam vellent, at ille magnitudinem culpæ intelligens, in ignem ultro inſiliit. Fuit & Democides, Medicus Crotonienſis, qui cum Darium Perſarum Regem lethali morbo laborantem perſanaſset, aureis ab eo compedibus donatus eſt, & à Regiis uxoribus ſingulis ſingulas phialas aureas auro plenas accepit. Fuit & Orpheus Crotoniata poeta Epopæus, ait Suidas, ideſt qui vera non ficta ſcripſit. Sed longum ſit enumerare omnes Philoſophos Crotoniatas. Illud ſatis ſit admonuiſſe novem Crotonitas mulieres, præter cæteras doctrina excelluiſse, ut Jamblicus tradit, adeo ſcilicet, & viri, & mulieres in hac Urbe philoſophiæ, ac litterarum ſtudio ſe totos dederant; in qua Pythagoræ in diſciplinis ſucceſsor fuit Ariſteus Crotoniata, qui ſeptem vixit generationes eodem Jamblico authore. Cum igitur tot, tantiſque viris, atque rebus omnibus Croton floruerit, jure illud apud Græcos pervulgatum proverbium eſt, eum qui Crotoniatarum poſtremus eſt, aliorum Græco-

C rum primum eſſe. Vetus quoque proverbium alterum uſurpari ſolebat, Crotone ſalubrius, quod inde ortum eſt, ut ait Strabo, quia locus ipſe ad ſalubritatem, & bonam valetudinem aptiſſimus videretur præ multitudine athletarum, & victorum Olympicorum. Itaque Crotone, & Locris peſtilentia, ac terræmotu nunquam laboratum eſſe Plinius eſt author. Crotoniatæ quondam, ait Cicero, florebant omnibus copiis, & in Italia imprimis beati numerabantur. Excellebat Croto, ait Theocritis interpres, omnibus Italicis Urbibus fortitudine, & cæteris omnibus quæ ad fœlicitatem pertinent. Unde proverbium tritum erat, alias Urbes ſi ad Crotonem conferantur vanas, nihilque eſſe. Nunc ea Urbs antiquo ſplendore penitus amiſso, habitatur familiis in regio codice deſcriptis 1368. animæ recenſentur 4000. At ea dumtaxat munera retinet, aeris ſalubritatem, & ſoli fertilitatem, eſt enim ſolum hoc felix, & amœnum, & amplum non vaſtis rupibus, non ſtagnis impeditum, ſed aut

D campeſtre eſt aut amœnis collibus diſtinctum. Cerealium inaudita fœcunditas, ac bonitas, arva inſuper locave herbida ſunt, & paſcua armentorum gregumque pabulis accommodata. Cingitur & Urbs vivis, ac perſpicuis fontibus, & hortis irriguis. In molendis frugibus piſtrinis utuntur. Fit hic ſimilago triticea, & globuli probatiſſimi, ac figlina opera non vulgaria; fiunt & vina clara. Naſcitur in Crotoniata agro rubrica fabrilis, & cappares laudatiſſimi. Fit ſeſama, & goſſipium oritur, & herba quæ maſticen fundit. In Urbe autem ipſa anniverſariæ nundinæ celebrantur, plures in ea ſunt familiæ nobiles genio, & ingenio præſtantes, quæ ſedilem habent, ſub D. Areopagitæ tutela & ſigno. De hujus Civitatis origine, rebus geſtis, viriſque illuſtribus nuper librum edidit Jo. Baptiſta Nola Molisi ejuſdem Urbis patritius. Cæterum Petro Apoſtolorum Principe per finitimas civitates Evangelium promulgante, ut quidam volunt, Crotonia-

tæ fidem Chriſti hauſere, alii vero à S. Dionyſio A Areopagita illuc tranſeunte, Crotoniatas fidem primo ſuſcepiſſe narrarunt. Conſtans enim fama eſt apud Crotoniatas Areopagitam Romam petentem Crotoneum divertiſſe, & Crotoniatas ad Chriſtum convertiſſe; quocirca Crotoniatæ in ſigno Civitatis ipſiùs S. Dionyſii effigie utuntur, cujus feſtum cum octava celebrant, ac velut ſuum Divum tutelarem, primumque Epiſcopum venerantur, & colunt. Fides autem ſive à Petro, ſive à Dionyſio proſeminata de ſævientibus Tyrannis non niſi Conſtantini Magni temporibus coaleſcere cœpit, cum reddita Eccleſiæ pace D. Silveſter Papa, ut cæteris Italiæ Urbibus, Crotoni creditur proprium attribuiſſe Paſtorem. Igitur Crotonienſis Epiſcopatus antiquiſſimus eſt ab ipſis Apoſtolicis temporibus, ſuoſque Præſules habuit, tametſi nulla illorum extet mentio ante annum 537. Joannes enim Crotonienſis Epiſcopus ſub Vigilio Papa floruit, Petrus ſub Agathone ſextæ Synodo Conſtantinopolitanæ interſuit anno 680. & Theoſimas pariter B Crotonenſis Epiſcopus Nicenæ adſuit Synodo ſub Adriano Papa: pauci deinde diſcriminatim Epiſcopi hujus Sedis reperiuntur ad annum uſque noſtræ ſalutis milleſimum, deinceps quaſi continuata ſerie eorum nomina habentur Rheginæ Eccleſiæ ſuffraganei. Cathedralis Baſilica titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ, ſub cujus & Sanctorum Dionyſii, & ſociorum tutela ea civitas conquieſcit, in nobiliori civitatis parte ſita, nobili ſtructura in tres partes diſtincta, cum choro, tum ſacra, & Sacrario ſacris veſtitibus ſufficienter referta eſt; in ea Sacræ Deiparæ imago miraculis clara, quam inter columnas vocant: à D. Dionyſio illic ex Oriente aſportatam ferunt illam D. Evangeliſtam Lucam depinxiſſe: exornatur autem ſex dignitatibus Archidiaconatus, Diaconatus, Cantoratus, Archipreſbyteratus, qui onus Pœnitentiarii ſuſtinet, Theſaurariatus, & Primiceriatus, unde viginti cum iiſdem Canonici ſunt, 12. Capellani Preſbyteri, nec C non Clerici Seminarii duodecim, aliique minoris generis Clerici, qui divinum penſum perſolvunt. In civitate Parochiæ olim erant duodecim, nunc ad quinque redactæ ſunt, quo Parochi ſuſtentari commodiùs queant, ſinguli ex Cathedrali Sacramenta ſuis Parochianis eis adminiſtrant. Virorum unum eſt dumtaxat Monaſterium Conventualium S. Franciſci, ubi quieſcit corpus B. Pyrrhi ejuſdem Ord. Cænobitæ; item unum Sanctimonialium, Xenodochium unum pro infirmis curandis. Ædes Epiſcopales nobiles ſunt, & commodæ haud procul à Cathedrali. Diœceſis Crotonienſis peranguſta eſt, atque uno fere conſtat pago Vibio & tuguriorum 25. ſunt tamen prope, & extra civitatem tria virorum Cœnobia, & quatuor laicorum ſodalitates, & Oratoria. In Oppido Papanichiæ hujus Diœceſis præter Eccleſiam Latinorum eſt alia Eccleſia, in qua Græcus Sacerdos more Græco ſacra facit uſque in hodiernum diem. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt 2000. ducatorum illarum partium, in libris Fiſci Apoſtolici taxatur ad flor. 50. D Epiſcopi, qui in hac Sede floruerunt, hi tantum à nobis ſunt obſervati.

I. 1 S. DIONYSIUS Areopagita Pauli Apoſtoli diſcipulus Athenienſis Epiſcopus, meritò primus Crotonienſis Præſul dicendus eſt, quando in eam Urbem (ut ferunt indigenæ) dum illac pertranſiret, & Romam petens, ut Apoſtolorum martyrio ita monitus ab Evangeliſta Joanne intereſſe deberet, fideles confirmavit in fide, jam diù vel ab ipſis Apoſtolis, vel ab eorum diſcipulis diſſeminata. Crotonem igitur, ut fert traditio, ingreſſus, apud ipſam per aliquot moram traxit, & à Chriſti fidelibus acclamatus Epiſcopus eſt, qui cum Eccleſiam confirmaſſet, relicto coadjutore iter proſequutus, collacrymantibus cunctis, qui eum deinde ſumma veneratione coluerunt. Cæterum Crotoniates, ut fidem facerent poſteritati, Dionyſium ſuum fuiſſe primum Epiſcopum, ſacellum in Cathedrali ſuo nomini dicarunt, ubi Deiparæ Virgini ſacram ad vivum depictam imaginem, quam ex Oriente ſecum detulerat, & in amoris pignus Crotoniatibus dono dederat, ſumma religione collocarunt, eundemque Divum ſuum tutelarem fecerunt: quamobrem ejus ſimulachrum in Cathedra ſedens, & Civitatem in manibus tenens, Urbis extare voluerunt nobile ſignum, ſub quo hæc verba leguntur. *Sum ſignum, & Præſul Dionyſius Epiſcopus Crotonis*. Maneat igitur Dionyſium à Paulo Apoſtolo Athenienſem primum fuiſſe ordinatum Epiſcopum, mox à Crotoniatibus acclamatum Antiſtitem, inde anno Chriſti 98. ut omnes fere Galli Scriptores affirmant, à Clemente I. Papa Lutetiæ Pariſiorum creatum Pontificem, ubi pro Chriſti fide glorioſam palmam ſuſcepit martyrii anno ætatis circiter 120. ſalutis humanæ circiter 120. Nec admirationem hoc ipſum iis commovebit quos primigeniæ Chriſti Eccleſiæ mos haud omnino latuerit. Siquidem ut non ſemel diximus cum ea Chriſti exordia non uſquequaque operariis abundarent, fiebat, ut unus, idemque, cujus pietas perſpecta eſſet, ad plures deinceps Eccleſias prædicationis gratia deſtinaretur, illæque ſive converſionis inde auſpicatæ nobilitatem, ſive memori menti, gratoque animi in auctorem ſuæ ſalutis futuræ, illum ipſum ſuum Apoſtolum, Epiſcopumque appellarent; quod Dionyſio apud Crotoniates eveniſſe credendum eſt. Adventaſſe Dionyſium in hanc Urbem Athenis Romam petentem commemorat Baptiſta Mant. in ejus vita iis verſibus.

Jam ratis Auloni radens freta proxima curſum
Vertit ad Hydruntem, Borea ſpirante, Tarentum.
Labitur, apparetque Croton & cæt.

Cœterum poſt receſſum Dionyſii, ducentorum propemodum annorum hiatus Crotonienſium Epiſcoporum abrumpit ſeriem; tametſi conſtet pro tempore ſibi invicem illius Eccleſiæ Præſules ſucceſſiſſe, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.

2 FLAVIANUS vixit ſub Vigilio Papa anno 537. (1) II.

3 JOANNES Flaviani ſucceſſor. (2) III.

4 THEODOSIUS (3) hujus Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino Papa I. anno 649. IV.

5 PETRUS ſexto Concilio Conſtantinopolitano interſuit celebrato ſub Agathone Papa an. 680. V.

6 THOSINUS natione Græcus hanc adminiſtrabat Eccleſiam anno 790. („ *Memoratur in Concilio Oecumenico VII. an. 787. ibique appellatur* VI.
„ *Theotimus.*

„ *NICEPHORUS in Concilio Conſtantinopolitano anno* 870.) VII.

7 N. . . . cujus nomen ignoratur Epiſcopus erat eo tempore, quo civitas eſt à Saracenis capta; quamobrem cum in Cathedrali ſe recepiſſet, ab iiſdem Chriſtiani nominis inimicis cum Clero ſuo, & populo gladio occubuit, ut in Martyrologio Calabriæ habetur cap. 35. VIII.

8 PHILIPPUS Græcus Epiſcopus Crotonienſis interſuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. anno 1179. IX.

9 N. . . Innominatus Crotonienſis Epiſcopus ſubſcripſit privilegio Innocentii Papæ III. ad favorem Eccleſiæ S. Petri de Bolvenda Panormitanæ Diœceſis ann. 1199. apud Rocchum Pyrrhum notitia p. Sicilienſium Eccleſiarum. X.

10 JOANNES Crotonienſis Epiſcopus vir magni nominis ſub Honorio III. floruit, qui illum anno 1217 in Epirum legavit ad Theodorum Angelum Comnenum Ducem ut cum eo ageret de libertate do- XI.

(1) Haud extare potuit Flavianus an. 537. ſi vivebat Vigilii Papæ temporibus, qui degit Pontifex ab an. 540. ad 555. Præfatus verò annus erat primus Sylverii Papæ. Fortaſſe ex Typographi incuria error in deſcribendo annorum numero irrepſit.

(2) Diris ſacris dum devovet Vigilius Papa an. 551. Mennam, Theodorum, aliosque Epiſcopos Joannes, ſeu Jordanus adeſt Cotonenſis Epiſcopus. Hunc ſane Joannem cenſemus fuiſſe, & pro Crotonenſis Cottonenſis ſcriptum, & his ſane extabat ſub Vigilio Papa, quem una cum Scyllaceo. pro[illegible], aliiſque Epiſcopis ſecut ts eſt Conſtantinopolim. *Laurentius*.

(3) Hic à Carolo à S. Paulo in Geographia ſacra perperam adnumeratur inter Cortonenſes Etruriæ Epiſcopos.

donanda Joanni Columnæ tit. S. Praxedis Card Legato, qui à Theodoro per inſidias captus iojuſtè detinebatur in vinculis, dans ei ſuis literis in mandatis, ut Ducem à vinculo excommunicationis abſolveret, ſi obedientem, & propenſum in Romanam Eccleſiam inveniret. Hæc cum Epiſcopus ad votum Pontificis eximiè egiſset, Cardinalis liber evaſit, ac Theodorus diris abſolutus, ad Curiam remeavit, & prudeutis viri laudem tulit ſ. Hujus rei hiſtoriam narrat Rayoaldus Odericus Baronii continuator 13. tom. Annal. Eccleſ. ex literis Honorii, quæ extant in ejus regeſto. Præſuit deinde Joannes ſuæ Eccleſiæ ad aonum uſque 1229. & ad arctiorem vitam anhelans obtenta ab Honorio miſſione 8. Kal. Octob ut literæ ad eum datæ narrant, quæ extant in Reg. Vatic. num. 140. p. 27. Pontiſ. 4. onus liberè dimiſit, & monaſticam vitam amplexus bono fine quievit.

XII. 11 N. . . . Joanni ſucceſſit; hujus nomen, & acta non extant, memoratur in Reg. Vat. epiſt. 615. ſol. 22. Regeſt. Vatic. an. 5. Honorii III. qui Epiſcopo Crotonienſi, & Abbati Cryptæ Ferraræ commiſit, nt Græcorum Monaſteria viſitent, ac reforment. Incipit *ne vina* &c. Dat. Later. 6. Idus Maii. Diù poſt obitum hujus Epiſcopi hæc Eccleſia paſtore vacavit, quam Maurus quidam presbyter per ſæcularem potentiam occupavit; tandem ab Innocentio IV. deturbatus de Sede, is, qui modo ſequitur, canonicè conſtitutus eſt Epiſcopus, ot ex epiſtola ejuſdem Innocentiii perſpicuum eſt tenoris ſequentis ex Regeſt. Vatic. epiſt. 165. anni 12.

Joanni de Averſa miniſtro in Calabria Ord. Minorum.

Cum ſicut intelleximus Crotonen. Eccleſia tanto tempore jam vacavit quod ad Sedem Apoſtolicam eſt ejus proviſio devoluta, nos volentes eidem Eccleſiæ, ne damnum ex longa vacatione ſuboat, de paſtore idoneo celeriter providere, diſcretioni tuæ de fratrum noſtrum conſilio per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, dilectum Filium Magiſtrum Nicolaum de Durachio Cameræ noſtræ Clericum in Latina, & Græca lingua peritum, virum utique litteratum, providum, & diſcretum, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectum eidem Eccleſiæ authoritate noſtra in Epiſcopum præficias, & paſtorem, amoto exinde Mauro Presbytero, qui pro ipſius electo ſe gerit, & per ſæcularem potentiam ſe in illa procuravit intrudi; vel ſi poſt inhibitionem factam à nobis, ne vacantibus Eccleſiis Regni Siciliæ provideretur de paſtoribus ſine noſtro beneplacito, & mandato præfatæ Eccleſiæ per electionem, vel poſtulationem, ſeu per quemcuaque aliam modum fuerit de ipſo proviſum. Contradictores, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Anagniæ 4. Nonas Septembris, anno 12.

XIII. 12 M. NICOLAUS de Dyrrachio Innocentii IV. Cameræ Clericus, vir doctus Græcis, Latiniſque literis eruditus, ab ipſo delectus eſt hujus Eccleſiæ Præſul anno 1254. cujus memoria extat in Reg Vatic ejuſdem Pontificis. Hic ſub Alexandro IV. Nuncius fuit ad Imperatorem Conſtantinopolitanum anno 1261. ut ex litteris ejuſdem obſervavimus in Archivio Pontificio Molis Hadriaoi.

XIV. 13 JOANNES obiit anno 1346.

XV. 14 GUILLELMUS ex Canonico, & Cantore Eccleſiæ Venuſinæ poſt mortem Joannis à Clemente VI. Crotonenſis Epiſcopus declaratus eſt anno 1346. 2. Id Novemb. ex Reg. Vatic. epiſt. 36. ſol. 33. ann. 4. de quo mentio etiam in Regeſt. Neapol. brevis Pontifex fuit, mortouſque eſt ann. 2. ab ejus Epiſcopatu.

XVI. 15 NICOLAUS Melopere Caoonicus Coſentinus Crotonenſium Epiſcopus electus eſt ab eodem Clemente VI. anno 1348. 6. Non. Novemb. cujus electio extat in Regeſt. Vatic. epiſt. 173. pag. 78. ann. 7. mortem obiit 1358.

XVII 16 Fr. BERNARDUS de Agrevolo Ord. Prædic. vir egregiè doctus meruit ad hanc inſulam ſublimari ab Innocentio VI. anno 1358. 9. Kal. Febr. ex Regeſt. Vat. epiſt. 17. pag. 21. ann. 6. ſedit laudatiſſimus Præſul, omnibuſque carus ad annum uſque 1365. quo mortalitatem explevit, qoi ad Crotonenſem Eccleſiam exornandam, amplexandamque nihil non fecit.

17 Fr. JOANNES Ord. Minorum delectus eſt Epiſcopus ab Urbano V. an. 1365 Non. Septemb. quid de eo dicendum non habemus, oiſi tantum ex Reg. Vatic. ejus electionem commemorare. XVIII

18 RAYNALDUS obiit anno 1401. XIX.

19 ANTONIUS patria Spoletinus præficitur in demortui loco Raynaldi à Boniſacio IX an. 1402. 15. Kal Decemb. ex lib. oblig Prælat. XX

20 LAURENTIO electo Crotonenſi indulget Greg. XII. ut conſecrationis munus à quovis Catholico Epiſcopo recipere valeat an. 1410. Præfuit annis plus minus 17. ac liberè reſignavit Martino V. ſedente anno 1427. XXI.

21 JORDANUS de Lavello ex Archidiacono renunciatur Epiſcopus à Martino V. anno 1427. die 24. Septembris. fato functus eſt anno 1439. XXII.

22 JOANNES de Voltis Epiſcopus Geruntinus translatus ad Cotronenſem 26. Maii 1439 obiit eodem anno. XXIII

23 GALEOTTUS Quatrimanus nobilis Canonicus Cuſentinus, prudentia, & legali ſcientia clarus, ex electo Geruntino renunciatus eſt Crotoni Antiſtes ab Eugenio IV. anno 1440. die 27. Januar. Hic adhuc electus interſuit pactis, quæ inter Alphonſum Regem, & Cuſentinam Civitatem firmata ſunt anno 1441. die 7. Auguſti, quibus ſubſcripſit una cum Bernardo Caracciolo Archiepiſcopo Cuſentino, & Antonio de Cardeis Biſinianen. Epiſcopo. Sedit plus minus anois 4. exceſſit anno 1444. XXIV

24 Fr. CRUCHETTUS, vel Crucettus de monte S. Petri Ord. Minorum antea Epiſcopus Inſulanus ad hanc Eccleſiam translatus eſt 6. Kalend. Februar. 1445 inſtat pro decimis eccleſiæ ſuæ debitis apud Regem Neapolis anno 1451. exceſſit anoo 1457. XXV.

25 GUILLELMUS de Franciſcis Neapolitanus juris utriuſque celebris Doctor deligitur Epiſcopus die 5. Octob. ann. 1457 ex Conſiſt. XXVI

26 JOANNES ANTONIUS Campanus, qui ſui ſæculi omnium variè literatorum egregiam laudem tulit, à Pio II. Crotonienſis Epiſcopus renunciatus eſt circa annum 1460. translatuſque inde eſt ad Aprutinam Eccleſiam aono 1463. de quo vide tom. noſtrum 1. in Epiſcopis Aprutinis, ubi plura de hoc laudatiſſimo viro ſcitu digniſſima leges. XXVII.

27 MARTINUS ſucceſſit Campano an. 1463. 15. Kalend. Januarii, cujus mentio extat in Regeſt. Neapol. ann. 1464. Obiit 1465. XXVIII.

28 ANTONIUS Caſarus Canonicus Salernitanus in locum demortui Martini Crotonenſis Epiſcopus creatus eſt à Paulo II. 1465. 3. Kalen Decemb. ex lib. prov. Prælat. Hic Regius fuit conſiliarius, & cum ſediſſet ann. 10. eo munere ſe abſolvit. XXIX.

29 BERARDUS florebat in hac Eccleſia an. 1475. hujus meminit Reg. Regeſt. Neapol. obiit in fine aoni 1480. XXX

30 JOANNES tunc electus Sarnenſis Crotonenſis fit Epiſcopus per obitum Berardi 16 Febr. 1481. Romæ deceſſit an. 1496. die 25. Novembris, ut in Actis Conſiſt. & in Diariis Alexandri VI. notatur. XXXI

31 ANDREAS della *a* Valle Romanus Baſilicæ Vat. Canonicus creatur Epiſcopus Crotonenſis ab Alexandro VI. anno 1496. die 5. Decemb. ſedit ad annum uſq; 1510 *b*. nunc tumque remiſit cum regreſſu. Sub Leone X. evaſit S. R. E. Card. habuitque commendatas aliquando Cajacenſem, Gallipolitanam, Neocaſtrenſem, Umbraticenſem, Valvenſem, Sulmonenſem Eccleſias. Mortuus Romæ eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus anno 1533. ſepultus in Aracælana eccleſia, majorumq; ſacello. XXXII.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 150.

b 1508. quo die 24. Febr. ad Militenſem Eccleſiam tranſiit. Vide t. 1. in Militenſ.

XXXIII. A 32 ANTONIUS Luciferus nobilis Crotonenſis Archidiaconus ex reſignatione Andreæ, patriæ evaſit Epiſcopas circa annum 1510. dum diu Proepiſcopus eandem eccleſiam conſultè adminiſtraſſet. Hic ad eccleſiam ſuam exornandam, amplificandamque nihil non fecit; quamobrem veterem jam ſenio ſatiſcentem demolitam, nova, ac nobili molitione ex parte complevit, in eaque ſacellum ædificavit, ut familiæ ſuæ decus eſſet, & monumentam. Epiſcopalem domam, Palatium dixeris, reparavit, vel potius à fundamentis reædificavit, ubi pluribus in locis inſignia ejus gentilitia ſpectantur. Fuit Antonius omnium ſcientiarum genere ornatus, munificentia in pauperes illuſtris, è vivis exemptus eſt extremis diebus Leonis X. Papæ anno 1521. in ſacello Cathedralis conditúsab ſe exædificato. Eo defuncto Andreas Card. de Valle ab Hadriano VI. iterum hanc eccleſiam commendatam habuit die 4. Septembris 1522. qaam poſt duos annos cum regreſſu dimiſit ad favorem ſequentis.

XXIV. B 33 JO: MATTHÆUS Luciferus Antonii ſuperioris ex fratre nepos. Cathedralis Archidiaconus Epiſcopus Umbraticenſis, à Clemente VI. renunciatus eſt patriæ Antiſtes die 14. Novemb. 1524. excelſi animi vir fuit, & in expediendis conſiliis ſumma prudentia clarus, potens in opere, & ſermone, adeo ut in illa Regni devolatione, dum Lautrechus armorum Franciſci Francorum Regis ductor, Regnam invaſerat, regiamque Neapolim ſumma diligentia exercitibus circumſederat, Regnum invaſiſſet, non ſolam Crotonienſem urbem, ſed ex finitimia multas ſuo conſilio, & opera, in fide, & devotione Caroli V. Imper. illibatas ſervaverit, unde gratiam Regiam promeruit, & plura pro patria, pro familia, eccleſiaque ſua nobiliora retulit privilegia, & inter Regios conſiliarios ipſe eſt annameratus. Sedit probus Præſul annis 25. meritis, laudibuſque gravis, deceſſit an. 1551. ſepultuſque eſt in cathedrali, ſuæque familiæ ſacello prope Antonium patruum ſuum prædeceſſorem.

XXV. C 34 Fr PETRUS PAULUS Caporellas *a* Potentinus Ordinis Conventualiam S. Franciſci, inſignis literaturæ vir, à Carolo V. Imperatore vigore concordati denominatus eſt Epiſcopus Crotonenſis, confirmatur à Julio III. Pontifice die 26 *b*. Septembria 1552. exceſſit anno 1556.

a De eo Vvaddingus de ſcript. Ord Min. *b* 28. Septemb.

XXVI. 35 FRANCISCUS Aguirre Hiſpanus ſucceſſit Caporello die 10. Decembr. 1556 *c*. vir doctus & eruditas; Concilio Tridentino aſſedit, inter Patres laudatiſſimè ſenteotias dixit. *Hanc eccleſiam* rexit annis octo, in qua defunctus eſt cum eſſet Regius conſiliarius anno 1564.

c An 1557. 20. Decemb. ex Actis.

XXXVII. 36 ANTONIUS Sebaſtianus Minturnus antea Epiſcopus Ugentinus ad hanc ſedem translatus 13. Julii 1565. Præſul ſanè ſive verſu, ſive proſa eruditiſſimus adeo ut inter ſui ævi doctos viros merito ſit connumeratus: plura reliquit ſui ingenii monumenta, quæ partim tenentur à doctis, partim Romæ latebant apud bon. me. Card. Montalium Sixti V. nepotem. At non minori diligentia, & ſollicitudine eccleſiam ſibi commiſſam ſartam tectam ſervavit. & pietate ad exemplum futurorum rexit eximiè annis novem. Exceſſit circa ann. Dom. 1574. D in Cathedrali humatus, relicto pietatis ſuæ in Deiparam Virginem documento, ut quolibet die Sabbathi in ejus honorem parvam Officium à D. Auguſtino concinnatum, cum Lauretanis Litaniis devotè in Cathedrali celebrarentur. Porrò ad ejus ſepulchrum in cathedralis ſacello, ubi Crotoniates Epiſcopi terræ mandantar, hoc poſt ejus obitum inſcriptum fuit cœnotaphium ab Andrea de Nola Moliſio Patritio Crotoniate.

Tergemino Minturne potens idiomate Præſul,
Heu pietas ceſſus; Heu decus omne ſiles!
Minturne venerande jaces, hac conderis urna,
Pontificale decus, Pontificalis honos
Doctorum exemplar vatum, tu norma coruſcas,
Et Graja, & Latia, clare Poeta, Lyra.
Te lugent cives orant pectore tinto,
A *Atque rogo pyræ triſtia thura ferunt,*
Certatimque viri extollunt tot carmine laudes,
Et quia tum claræ ſunt monumenta togę.
Hęc illi ad tumulum referunt, Divoſque precamur,
Luceat ut cineri lux ſine fine tuo.

XXXVIII 37 CHRISTOPHORUS Bororal *d* Hiſpanus ſucceſſit Minturno die 12. Auguſti 1574. ex ſua pietate, montem Pietatis Crotoni ad ſublevandam egenorum paupertatem inſtituit, fato functus eſt anno 1578.

d Bernardo e Ole 18 Aug. ex Actis.



XXXIX. 38 MARCELLUS Majorana Neapolitanus ex Clerico Regulari Theatino ad hanc Eccleſiam regendam aſſumptus eſt die 6. Octob. 1578. ſedit ann. 3. translatuſqae eſt ad Acerranum Epiſcopatum, de quo ibi plura de laudatiſſimo Præſule diximus.

XL. 39 JOSEPH Faraonius Meſſanenſia, Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis, huc translatus eſt die 11. Novembris *f* 1580.

f 15 ſe. 29. Novemb. ex Actis.

XLI. 40 MARIUS Bologninus Cajacenſis ex Lancianenſi Archiepiſcopo delectus eſt Epiſcopus Crotonenſis ann. 1588. mox evaſit Salernitaous Archiepiſcopus. Vide to. 6. in ejus Eccleſiæ Archiepiſcoporum ſerie, ubi plara.

XLII. C 41 CLAUDIUS de Curtis nobilis Cavenſis infula Crotonenſi exornatus eſt à Clemente VIII. per Philippi II. Hiſpaniarum Regis præſeotatiooem die 11. Novembris 1592. Laudabili vitæ exemplo tres haud completos annos hanc rexit Eccleſiam, & jacet in cathedrali ſacello Beatiſſimæ Virgini Mariæ ſacro.

XLIII. 42 Fr. JOANNES Lopez Hiſpanus Ordinis Prædicatorum nobilis alamnus, concionator egregius, ac Theologica facultate clarus, pietate tamen, & religione longè clariſſimus, Crotonenſis Epiſcopus delectus anno 1595. Parochiales Eccleſias ad ſeptem in civitate reduxit. Montem pietatis auxit, cathedralem eccleſiam mirificè exornavit, omniaque egit, quæ boni Paſtoris viderentur officia, & cum annos quatuor ſediſſet ad Monopolitam Eccleſ. translatus eſt die 25. Novemb. 1598. eo deinde abdicato Sacerdotio 1608. reverſus in Hiſpaniam, inter ſui Ordinis fratres vitam ſanctiſſimam egit. Obiit Valliſoleti in patria anno 1632. D ſepultus apud ſuos Dominicanos; plura poſt ſe ingenii ſui monumeota reliquit, quibus clariſſimam ſuæ virtutis ſibi æternam peperit ſamam.

XLIV 43 THOMAS à Montibus Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, germanus frater Alexandri Achajæ Marchionis præclari ingenii, ac virtutis viri, in cujus gratia, atqae etiam ob ſua merita virtutum à Philippo II. Rege præſentatus delectus eſt hujus eccleſię Pontifex à Clemente VIII. die 15 *g*. Febr. 1599. Romæ inauguratus, eam curam, ut Joſeph Siloſ ſcribit, impigrè, atque inſigniter novus Antiſtes complexus, nihil habuit antiqaias, quam ſuas oves inſpicere, conſilio, & ope adeſſe, ſi quæ lapſa in eccleſiæ ac morum cultu videretur, inſtaurare, convellere ſtirpitus vitia, communem pietatem expolire, ac formam quandam ſanctioris vitæ, cum in clerum tum in reliquos cives inducere; cujus quidem actuoſioris zeli ſtu-

g die 15. Febr.

diia

diis in morum conformationem extant ad huc in ea civitate veſtigiis. Sedem ad decennium procuravit conſtanti quidem tenore recti, ac ſancti. Floruit potiſſimum eo Rectore cleri diſciplina, ac divini cultus mundities. Tum quæ boni Præſulis partes ſunt, eccleſiæ patrimonia fovere inopes, hoc ipſe egregiè, ac liberaliſſimè præſtitit, partito cum pauperibus cenſu, quorum deinde lachrimis, ac ſenſu parentatum honeſtiſſimè Thomæ fuit. Nullæ ſiquidem celebrantur ſplendidius exequiæ, quam quas pauperes lugent. Crotone clauſit extremum diem 4. Decembris 1608. depoſitus eſt in eccleſia ſancti Franciſci Aſſiſienſis extra civitatem poſita, corpus deinde ab Alexandro fratre tunc Pontificiæ claſſis triremium Præfecto, Neapolim delatum, in ſacello, tumuloque majorum ad S. Severini reconditum.



XLV. 44 CAROLUS Catalanus a Patritius Averſanus Antonii Regii conſiliarii filius, Philippi III. ſacellanus, electus eſt Crotonis Epiſcopus anno 1611 b. obiit Neapoli anno 1622. ſepultuſque eſt in eccleſia ſancti Joſephi. Inſignia Catalanæ gentis Leo eſt aureus cum palla argentea in manibus in parma rubea.

a De eo Regius in hiſt. Cler. Regul. Minist. Infirm. p. 318 Mandoſi. b An. 1620. 26. Nov. ex Actis.

XLVI. 45 DIDACUS Cavella c de Vacca, Hiſpanus, Card. Zappatæ Proregis Neapolitani in paucis charus, hunc Epiſcopatum ſuſcepit anno 1623. d Urbano VIII. Pontifice, iniit poſſeſſionem menſe Aprili ſequentis anni. Mortem oppetiit menſe Decemb. 1625. in cathedrali conditus, probi Paſtoris apud ſuos Crotonienſes fama relicta.

c Cavena de Baca dicitur in Actis. d Die 20. Novemb.



XLVII. 46 NICEPHORUS Meliſſenus Comnenus ex Archiepiſcopo Naxienſi ad hanc Crotonenſem eccleſiam tranſlatus eſt ab Urbano VIII. anno 1628. die 29. Maii. Natus Nicephorus eſt Neapoli patre Theodoro Aeni Deſpota, in Oriente Dynaſta ex Byzantinorum Cæſarum ſtirpe oriundo, bellica virtute, & rebus geſtis adverſus Turcas maxime illuſtri; Nicephorus cum à pueroamœniores literas avidius imbuiſſet, Romam progreſſus, in Divi Athanaſii Græcorum Collegio, Philoſophicis, ac Theologicis ſtudiis aſſiduo labore operam dedit, & lauream promeruit, quibus addidit Græcæ linguæ ornamentum, quam Neapoli publice profeſſus eſt, & cum integer vitæ, ſceleriſque purus, doctrina mirabilis, & religione conſpicuus eſſet, à Paulo V. Pontifice in Orientem ad rem Chriſtianam pro-

A pagandam ablegatus fuit, quo cum acceſſiſſet, eo munere ita ſancte, ita perbelle functus eſt, ut innumeras pene refractarias oves, ad paſcua ſalutis, atque adeo ipſum Conſtantinopolitanum Patriarcham orthodoxæ fidei contumacem, ad Eccleſiæ unionem reduxerit, quamobrem Paulus illum conſtantem hominem, atque intrepidum Archiepiſcopum Naxienſem, & Apoſtolicum in Oriente Viſitatorem declaravit, qui cum Pontificio juſſu illam provinciam ſuſcepiſſet, non tam commiſſo ſibi gregi, quam aliis hac illac diſperſis Chriſti fidelibus operam ſuam præſtitit, & omnium gratiam promeruit; cum autem indignationem Turcarum incurriſſet, illum poſt vincula, & carceres probatum, liberum dimiſiſſet, ab Oriente digreſſus in Europam ſe ſe recepiſſet, primum Galliam petiit, ibi nonnullos magni nominis hæreticos, qui ex fama eum agnoverant, de rebus fidei exorta inter eos diſputatione ſumma ſui nominis fama doctiſſimè confutavit. Orator erat, & Verbi Dei concionator B eximius, unde Maria Medicea Gallorum Regina, & Regens illum audire ex ſuggeſtu optavit, nec ſine ſua, ſuorumque admiratione Paulum prædicantem propemodum audivit. Semel & iterum tentatus, ut in Gallia vitam traduceret, regiam munificentiam probaturus, cum gratias egiſſet, in Hiſpaniam profectus eſt à Philippo III. humaniſſime exceptus, multiſque honorum, & laudum titulis, ac proventibus cumulatus Romam rediit Gregorio XV. Pontifice, à quo inter Latinos Præſules recenſitus, quo è vivis ſublato, iterum Hiſpaniam redire cogitur ab Urbano VIII. Gregorii ſucceſſore, iis litteris in forma Brevi eximie Regi Philippo IV. commendatus.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecto nobis in Chriſto filio PHILIPPO IV. Hiſpaniarum Regi Catholico.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, &c. Qui ab Orientalibus Imperatoribus genus ducere credi C *tur, Venerabilis frater Nicephorus Meliſſenus, & Comnenus, Archiepiſcopus Naxiæ, cum non minus quam gentilium Principum trophæa exornant vincula, & calamitates, quibus ejus pietatem ferocientes Turcæ in Oriente multarunt. Cum enim Conſtantinopoli per duodecim annos contra Schiſmaticorum portenta pugnaſſet, diſtringens gladium illum ancipitem, quod eſt verbum Dei, duos Patriarchas compluresque alios Chriſtianos, ſub Catholicæ Eccleſiæ ditionem redegiſſe fertur. Ob merita tam præclara catenis onuſtus, barbarorum hoſtium crudelitatem proprii corporis ſuppliciis, rapacitatem vero gentis ſuæ patrimoniis explevit. At enim cum adeo conſtanter pro Catholica Religione propugnaſſet, voluit etiam de Catholica Majeſtate mereri. Hæc omnia cum Regiæ Philippi III. Parentis tui literæ teſtentur, qui propterea Siculo ſtipendio Archiepiſcopi hujus miſerias conſolatus eſt; decrevimus eum Apoſtolicis literis commendare Majeſtati tuæ. Pergratum ergo nobis accidet, ſi virum hunc paternorum etiam meritorum ma-* D *gnitudine Hiſpano Regi commendatum, regali patrocinio teges, eumque ad Epiſcopale aliquod in Regnis tuis Sacerdotium provehi curaveris. Virtuti enim & pietati regalis beneficentia opem feret, Pontificiæ vero charitati non leve ſolacium pariet. Diligimus enim Præſulem hunc, cui Parentem, & Uxorem Majeſtatis tuæ per honorifica dediſſe ſcimus fidei defenſæ, & regalis benevolentiæ promeritæ teſtimonia. Negotium hoc agenti Venerab. fratri Julio Epiſcopo Gravinenſi, fidem haberi cupimus à Majeſtate tua, cui Apoſtolicam benedictionem impartimur.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, &c. die 27. Aprilis 1624. pontificatus noſtri anno primo.

Joannes Ciampolus.

Iis igitur commendationibus, & propriis virtute ad Crotonenſem cathedram meruit Nicephorus à Catholico Rege Summoque Pontifice ſublimari, ubi per ſeptennium præter animarum ſalutem Cathedralem jam vetuſtate fatiſcentem à fundamen-

tis excitavit, ſupra Templi majorem portam hæc ſpectantur inſculpta verba.

Nicephorus Meliſſenus Commenus Archiepiſcopus Naxien. Epiſcopus Crotonen. Regiuſque Conſiliarius.

Supremum Templo impoſuiſſet lapidem, cùm à Deo evocatus vitam cum morte commutaſſet die 5. Feb. 1635. conditus in Epiſcopio ſacello Deiparæ Virgini dicato, quod columnam appellant, relicta ad eccleſiæ uſum ſacra, & pretioſa ſuppellectili, & calice vere regio, quem à Philippo Rege dono acceperat. Hic innocentis vitæ animique candoris præcipue fuiſſe narratur, tantæ autem liberalitatis, & munificentiæ in omnes, præcipue in eos, quos magis verecundia, quam indigentia premit, ut in hoc genere mira de eo fama traduxerit ad poſteros. Ejus memoriæ Joan. Baptiſta Urſua Neapolitanus, Societatis Jeſu ſequens inſcripſit cœnotaphium.

Nicephorus Byzantinus ob Cæſaribus Theodori Meliſſeni, & Comneni Magni in Oriente Dynaſtæ, qui victricibus Jo. Auſtriaci excitus armis xxv. mille peditum, equitum ter mille Bellum adverſus Turcas, auſpiciis ſuis ſuſtinuit biennio, ſperatoque fruſtratus auxilio probata ſuis fide, virtute hoſtibus, benignitatem Philip. Regis Hiſpan. II. expertus Neapoli non ante animis quam vita cecidit, filius patres ferens, referenſq; ſpiritus ſtudio diſpari Humanæ Divinæque præſidio doctrinæ, & Grææ monimento linguæ, inſignis à Paulo V. miſſus in Orientem ad rem Chriſtianam propugnandam, provehendam, egregia inter facinora Conſtantinopolitanum Patriarcham diu contumacem ad Romani revocavit obſequium Pontificis; quod ob ejus meritum à Paulo V. Archiepiſcopus renunciatus Naxienſi amplo titulo exiguo publicæ, privatæque rei emolumento; Hinc à Gregorio XV. inter Latinos recenſitus Epiſcopos Madriti à Philipp. Reg. Hiſp. IV. Verbis, muneribuſque acceptus ampliſſimis, Crotonenſi inſignitus Epiſcopatu majorem ſe magno probavit munere, vita functus anno æt. lvi. ſal. hum. MDCXXXIII.

Habuit Nicephorus patruum Macarium Epidaurenſem Archiepiſcopum, qua pace qua bello illuſtrem, qui ſub Pio V. contra immaniſſimum Turcarum tyrannum cum fratre Theodoro arma movit. Jacet Neapoli cum eodem ante aram maximam Eccleſiæ ſanctorum Petri & Pauli Græcorum, ubi legitur cœnotaphium græcis caracteribus in marmore ſculptum.

Μακάριος Ἀρχιεπίσκοπος Ἐπιδαύρου
ἀπὸ Βυζαντίων αὐτοκρατόρων [illegible]
Ἐκ τοῦ περιφανεστάτου Μελισσηνῶν καὶ Κομνηνῶν οἴκου.
καὶ
Θεόδωρος αὐτάδελφος
Δεσπότης, Αἴνου, Ξάνθης, καὶ ἑτέρων πολιχνίων ἐν Θρᾴκῃ.
ἔτι δὲ
Σάμου, Μιλήτου, Ἀμβρακίας καὶ Μεσσηνιακόλπου ἐν Πελοποννήσῳ
[illegible],
οὗτοι
Νικητικοῖς Ἰωάννου Αὐστριακοῦ ὅπλοις
ἐν ναυμαχίᾳ προτραπέντες,
Στρατιᾶς ἐξ ἰδίων πολιχνῶν καὶ πόλεων συλλεχθείσης
Πεζῶν μὲν εἰκοσιπενταχιλίων, ἱππέων δὲ τρισχιλίων
Πόλεμον κατὰ Τούρκων διετῆ
ἰδίοις στρατεύμασι [illegible]
Τῆς δ' ἐλπιζομένης βοηθείας ἀποτυχόντες,
δειχθείσης ἰδίοις πίστεως, ἐχθροῖς δυνάμεως,
Φιλίππου δευτέρου τοῦ ἱσπανῶν βασιλέως εὐεργεσίᾳ,
Παραδόντες ἐν Νεαπόλει,
Οὐ πρότερον ταῖς ψυχαῖς ἢ τῷ βίῳ κατέπεσον.
Θεόδωρος [illegible] Μαρτίου ἔτει σωτηρίῳ
α. φ. πβ.
Μακάριος δωδεκάτῃ Σεπτεμβρίου, ἔτει σωτηρίῳ,
α φ π ε.

Hoc Latinè verſum ſic proloquitur.

Macarius Archiepiſc. Epidauren. Byzantinis ab Cæſaribus ex præclariſſima Meliſſenorum, & Comnenorum familia, & D. Theodorus germanus frater, Deſpota Æni, Xanthæ, aliorumque oppidorum in Thracia, itemque Sami, Mileti, Ambraciæ, Meſſenique ſinus in Reg. Pelop. Jacent hic, qui victricibus Joannis Auſtriaci armis in navali bello exciti lecto ex oppidis, urbibuſque ſuis exercitu Peditum xxv. millium, & equitum ter millium Bellum adverſus Turcas biennio ſuis ſuſtinuerunt auſpiciis, ſperatoque fruſtrati auxilio, probata ſuis fide, virtute hoſtibus Philippi II. Hiſpaniarum Regis munificentiam experti Neapoli non ante animis, quam vita ceciderunt, Theodorus viii. Kal. Aprilis anno ſal. hum. MDLXXXII. Macarius pridie Idus Septemb. anno ſal. hum. MDLXXXV.

Nicephori item germanus frater fuit Demetrius Meliſſenus Commenus in Belgio militum Tribunus, claſſis tormentariæ Generalis Præfectus, Iluæ mortuus ann. 1635. poſt triremium Promontorii Corſici naufragium. Nec minus Emanuel Meliſſenus Nicephori, & Demetrii ex ſorore nepos Ord. Calatravæ eques militari gloria effulſit cum in Catalaunia, tum in Neapolitano Regno, ubi ſupremus militum Protribunus & Marchionis titulo à Philippo IV. Hiſpaniarum Rege ob res præclare geſtas fuit condecoratus: fato ceſſit Neapoli anno 1657. Porro de Apibus, & Tintinnabulis, quæ tanti Præſulis gentilium ſtemma cum bicipiti Aquila decorant, adjecta carmina accinuit idem Joannes Baptiſta Maſculus Neapolitanus Societatis Jeſu nobilis poeta.

De Apibus.

Dicite cur Hyblæ colles, & Hymettia rura,
Hunc circunfuſæ deſeruiſtis Apes?
Scilicet hic melius componere mella licebit,
Gentis ubi æterno flore vireſcit honos.

De Tintinnabulis.

Quid ſibi depoſcant hæc æra ſonantia quæris,
Quæ circumtexti ſtemmatis orbis habet?
Scilicet haud ſat erat famæ tuba garrula tantis
Laudibus, hæc etiam dulcius æra ſonant.

Cæterum poſt Nicephori funus, duo fuerunt viri digniſſimi ad hanc Crotonenſem Eccleſiam à Catholico Rege Philippo IV. deſtinati; Franciſcus Domingeuz Gallecus Hiſpanus Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Salamanticenſis Scoti Cathedræ moderator, qui antequam ab Urbano VIII. confirmaretur, quietis religioſæ gratia onus ſubire noluit, obiitque Matriti anno 1639. apud ſuos ſepultus; alter poſt hunc Petrus Ribadeneria ejuſdem Ordinis doctus alumnus extitit, qui ad Inſulas Crotonenſes deſignatus, gratias agens, in Ordine ſuo ad vitæ exitum uſque Deo ſervire maluit, quam Epiſcopali honore decorari, mortuus anno 1642. 20. Auguſti. Jacet in communi Fratrum Oſſuario Matriti ad ſancti Philippi.

47 Fr. JOANNES Paſtor Hiſpanus Ordinis Minimorum Verbi Dei concionator inſignis poſt trium annorum ſpatium vacuam Crotonenſem cathedram accepit, ad eam dignitatem vocatus à Philippo IV. Rege, confirmatus ab Urbano VIII. ann. 1638. 6. Auguſti, pergit probus, doctuſque re, & cognomine paſtor, boni Præſulis partes adimplens, quem Deus diu incolumem ſervet. XLVIII.

A D D I T I O.

(„ *HIERONYMUS Carrafa Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, ſacræ Theologiæ nobilis profeſſor, defuncto Paſtori ſubrogatus eſt 31. Martii 1664. Obiit anno 1683. menſe Octobri.* XLIX

„ *MARCUS de Rama, Hiſpanus, Ordinis S. Auguſtini, renunciatus eſt Crotonienſis Epiſcopus die 22. Maii 1690. E vivis abiit menſe Auguſto* „ *1709.* L.

MI-

LI. „ *MICHAEL Guardia, Neapolitanus, J.U.D. Pœnitentiarius, & Parochus in Neapolitana Eccleſia, Crotonenſi clavo admovetur 4. Febru. 1715. defunctus menſe Octobri 1718.*

LII. „ *ANSELMUS de la Prana, Hiſpanus, Ordinis Monachorum S. Benedicti, poſt plures Ordinis ſui adminiſtratas præfecturas, hujus Eccleſiæ Rector ordinatur 2. Octobris 1719.)*

HIERACENSES
EPISCOPI.



HIERACUM Calabriæ ſuperioris, ſeu ulterioris vetuſtam civitatem ab Aſceria alite, vulgo Falconem appellant, cujus augurio conditam olim fuiſſe, ſic denominatam ſcribũt. Edito, ſaluberrimoq; ac natura munitiſſimo loco ſita eſt haud procul ab antiqua Locrenſium urbe, ex cujus ruinis creditur incrementa ſumpſiſſe, inter duos amnes Meritum & Rovitum quarto à freto milliario, exuberans aquarum optimarum ſcaturiginibus, & Balneis humanorum corporum ſalubritati apprime utilibus; Marchionatus titulo inſignis, & mille & triginta familiis habitata in Regii fiſci codice deſcriptis. C Fiunt Hieracii figlina opera nobilia, fit & ſericum & oleum optimum, legitur manna, naſcuntur cappares, reuponticum, goſſypium, ſeſama. Exciduntur lapides molares, magneſia, ſilex cotes, & rubrica fabrilis. Epiſcopatus Hieracenſis autem Græci quondam ritus & obedientiæ fuit uſque ad annum Dom. 1467. quo abdicatis Græcorum ritibus, Romanæ Eccleſiæ cæremonias cepit, procurante id Athanaſio Calceopilo Conſtantinopol hujus ædis Epiſcopo, qui cum aliis Græcis Concilio Florentino adfuerat. Antiquus eſt Hieracenſis Epiſcopatus, cui unitus fuit Locrenſis, ſiquidem conſtat Epiſcopali fulſiſſe dignitate uſque ad annum 330 nunc ſuffraganeus eſt Rhegino Archiepiſcopo. Cathedralis Baſilica titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ antiqua & nobili ſtructura conſpicua eſt; multorum Sanctorum reliquiæ in ea ſervantur, præſertim Dominicæ Crucis, veſtis Deiparæ Virginis, Thomæ & Simeonis Apoſtolorum, Stephani Protomartyris, D Petronillæ, Mariæ Ægyptiacæ, Julitis, Agathæ, Gervaſii, Felicis, Hippolyti, Moſis. & capitis Jo. Baptiſtæ; eſt & B. Virginis imago magna religione ab indigenis culta. Clerus ſatis numeroſus eſt, viginti quatuor Canonicorum, in quibus Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Primiceratus, Decanatus, Protonotariatus, Theſaureriatus, Cantoratus, Magiſtri cæremoniarum dignitas pereminet. His accedunt quadraginta ferè alii Presbyteri, & Clerici Seminarii alumni duodecim, qui divinis inſerviunt. Præter Cathedralem in civitate, & ſuburbiis Parochiales Eccleſiæ duodecim, duo virorum Cœnobia, totidem Sanctimonialium Ord. S. Baſilii. Xenodochium unum, laicorum ſodalitia decem. Ex Hieracenſi Urbe fuit S. Antonius D. Baſilii Monachus, cujus feſtum agitur 10. Kal. Septem. & B. Jejunius ejuſdem Ordinis, & B. Venera Virgo, cujus feſtum agitur 5. Kal. Auguſt. Diœceſis patet in longitudinem milliaria fermè 40. A lunæ cornieolatæ formam referens, ad Orientem enim in Jonium mare cadit ſinum efficiens Hieracenſem, ab Occidente Apenninos habet montes, à Meridie ad Turrim Brutianam protenditur, à Septentrione Caſtro Vetrio terminatur, tota fere conſpicua Hieraci commorantibus. Pagi Hieracenſi Civitati ſubjecti ſunt ſex Ardurium, S. Nicolai, Bombilium, Cannolum, Partileola, & Antonimina. In hac ora ab hoc agro uſque ad Coryntum promontorium, & alibi Novilunio terra evomitur, Maramuſcam vocant, ceu cum à talpis mota aſſurgit, quæ ſine aqua cocta fit lubrica, fabrilis optima. Oppida & Caſtra hujus Diœceſis ſunt Caſtrum Vetrium Caulonia olim dictum, quæ fuit Urbs antiquiſſima, & clariſſima, quaſi Aulonia, hoc eſt florida ab Achivis conditoribus appellata, Virgilio, & Horatio celebrata, & bello Annibalis Inſignis, patria Diconis, qui, ut ait Pauſanias, victorias reportavit multiplices, quinque in ludis Pythicis, tres ab Iſthmicis, quatuor ex Nemeis. & B Olympicam unam. Habet collegiatam Eccleſiam cum Parochiis novem, tribus virorum Cœnobiis, uno ſepto Sanctimonialium, commenda Ord. Hieroſolymitani, & octo beneficiis ſimplicibus. Hic in Templo D Hilarionis ejus brachium aſſervatur. Rocella olim ampliſſima, cuius Ovid in Metamorph. meminit, atque hic mare coralliferum eſt. Bianchum cum caſali Caſſignani, & cum duobus Parochialibus, Clero numeroſo, & duobus Abbatiis. Hic vinum bonitate mirificum naſcitur album, & auſterum. Condojannes cum caſali Cimine titulo Marchionatus, inibi ſunt tres Parochiæ, & duo Regularium Cœnobia: hoc antiquam Uriam ab Idomenio conditam quidam eſſe ſuſpicantur. Jojoſa gentis Caracciolæ Marchionatus, ubi ſunt duæ Parochiales, & unum virorum Cœnobium. Agnopterea cum Caſalibus Maronis, Sancti Joannis, Mamoia Agnane. Sidernum. ubi duo Parochiales Eccleſiæ, unum virorum Monaſterium, cum pluribus beneficiis ſimplicibus. Crepacordium cum C Caſali ſanctæ Agathæ. Bovalina ubi tres Parochiales, & Cœnobium Franciſcanorum; aer hic ſaluberrimus eſt, vinum optimum, legitur manna, naſcitur gypſum, & rubrica fabrilis, & athilapis, proveniunt tubera, naſcuntur cappares, fit goſſypium & ſeſama, extant & perpulchra pabula, ubi medicarum herbarum ſponte naſcentium copia eſt ingens. A Leucopeta autem uſque ad Conitannem in Montibus, & convallibus paſſim vagantur, & capiuntur apri, cervi, capreæ, meles, ſciuri, lutres, martes, linces, viverræ, iſtrices, lepores, herinacei, & teſtudines terreſtres; paſſim naſcuntur cappares, vitex, oleander, terebintus, tamarix, lentiſcus, & ſiliqua ſylveſtris. In univerſum autem ſunt in hac Diœceſi oppida, & Caſtra fere 30. Parochiales Eccleſiæ 45. Laicorum Sodalitia 60. Abbatiæ inſignes quinque commendatæ: prima S. Philippi de Argiro annui redditus aureorum 800. ſecunda S. Nicomedis Mamolæ Ord. S. Baſilii cum Monachis Græcis, & Græcum D ritum obſervantibus, habet annuos aureos 1200. tertia S Nicolai de Butramo, S. Mariæ de Piliano, & S. Mariæ de Cannis habens annua ſcuta 700. Capellæ Præſepii S. Mariæ Majoris de Urbe propius annexa; quarta S. Nicolai de prato ſcutorum annuorum 270. olim 600. quinta S. Mariæ de populo annuorum aureorum 600. Virorum Cœnobia diverſorum Ordinum duodecim, Sanctimonialium unum. Annuus proventus Hieracenſis Epiſcopatus ad ſummam ſcutorum Regni trium millium pertingit, taxatur vero in libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 66. cum dimidio. Series autem Hieracenſium Præſulum ſequens eſt, quam uberiorem fortaſſe dediſſemus, ſi nobis illius Eccleſiæ monumenta non defuiſſent.

1 BASILIUS primus eſt, qui in hac Eccleſia reperiatur Epiſcopus circa annum Domini 330. Adfuit Chalcedonenſi Concilio ſub Leone I. Pontifice. Ei epiſtolas ſcripſit Cæleſtinus Papa de Epiſcopo I.

rum electione. Ab iſto autem Baſilio ad Leontium per ſeptingentos annos Epiſcoporum nomina interierunt.

II. 2 LEONTIUS à Clero electus confirmationem obtinuit à Cęleſtino II. Papa anno 1138. Eccleſias S. Philippi, ac Divi Hieronymi condidit, ejus atque Rogerii Comitis liberalitate imagines in Cathedrali Eccleſia pie expreſsæ viſuntur. Sediſſe ferunt dypticæ hujus Eccleſiæ ann. 40.

III. 3 EUSTASIUS civis, & Theſaurarius Cathedralis vocatus ad inſulam à Canonicorum Capitulo, confirmatus eſt ab Alexandro III. Pontifice anno 1178. Privilegia olim à Nicolao Calabriæ Juſtitiario, & Bono Hieraci conſiliario Eccleſiæ S. Philippi aſſerta in dubium revocata roboravit, & cum ſediſſet ann 16. bono fine quievit.

IV 4 NICOLAUS natione Græcus ſubſtituitur defuncto Euſtaſio anno 1194. ad quem Innocentius III. epiſtolam ſcripſit adverſum Marcualdum diris innodatum.

V. 5 BARTONULPHUS Græcus Monachus Monaſterii de Gala Meſſanenſis Diœceſis Ord. S. Baſilii, per Græcorum violentiam in Hieracenſi Eccleſia ſe intruſit circa annum Domini 1250. ſed deturbatus eſt de ſede ab Innocentio IV. circa an. 1253. cujus mentio in ejuſdem Pontificis regeſtis habetur.

VI. 6 M. LEO Hieracenſis Eccleſiæ Archidiaconus, doctus, ac præcipua vitæ munditia pollens, in deturbati locum Bartonulphi ab Innocentio IV. deligitur Epiſcopus anno 1253. & G. Syracuſano, ac Thomæ Marturanenſi Epiſcopis ab eodem Pontifice commendatur, Vatic. Regeſt. 15. Kal. Decemb. ann. pontif. 12. Capuæ ſcriptis, legitur fol. 581. epiſt. 260. octo annos ſedit Leo, adeo eximia fama virtutis, ut pro ſancto à pleriſque habeatur, jacet in Cathedrali, quem volunt, bullas more Pontificum plumbo ſignaſſe.

VII. 7 PAULUS Leoni ſuffectus ab Alexandro IV. anno 1260. Monaſterium S. Nicomedis ſibi ſubjectum gratiis nobilitavit, cujus induſtria Decimæ, juraque vectigalium caſtrorum ſibi obnoxiorum per Carolum primum Regem Hieracenſi Eccleſiæ fuerunt reſtitutæ. Sedit omnibus carus, laudatuſque Paſtor ann. 19.

VIII. 8 JACOBUS hujus nominis primus inſtituti S. Baſilii, & Abbas S. Philareti ſpectatæ vitæ morumque gravitare clarus hujus Eccleſiæ Præſul declaratus eſt à Martino IV. 1579. ſacratas virgines Cœnobii Sanctorum Coſmæ, & Damiani Monialium S. Veneris ob commoditatem loci, diſciplinamque monaſticam ſervandam perpetua unione connexuit. Studioſè pièque hanc rexit Eccleſiam ann. 24. ac beato fine quievit anno 1303.

IX. 9 BARLAHAM primus per obitum Jacobi adlectus eſt Epiſcopus anno 1303. Hieracenſem Eccleſiam ſingularibus beneficiis nobilitavit, cui Robertus Rex Crypterenſis agri decimas reſtitui præcepit. Præfuit ann 9.

X. 10 JOANNES Tirſeus Abbas S. Philippi Ord. S. Baſilii à Clero electus, confirmationem obtinuit à Clemente V. anno 1312. ejus pietate ductus idem Robertus Rex plura privilegia Cathedrali Eccleſiæ, & Epiſcopio aſſeruit. Diuturniori mora hanc adminiſtravit Eccleſiam, exceſsit anno 1345.

XI. 11 NICOLAUS Epiſcopus Bovenſis, ad hanc Eccleſiam translatus defuncto Joanne anno 1342. confirmatur à Clemente VI. 6 Kal. Julii, rejecta electione à Capitulo celebrata in perſona Andreæ Hieracenſis Eccleſiæ Primicerii, qui paulo poſt evaſit Epiſcopus Bovæ, ut in Regeſt. Vatic. legitur in epiſt. 26. pag. 127. pontif. 1. Brevis Pontifex fuit Nicolaus.

XII. 12 BARLAHAM a, in Regeſt. Vatic. Bernardus dicitur de Seminaria ex Monaco S. Baſilii de Capreſino Militenſis Diœceſis deligitur Hieracenſis Epiſcopus eodem anno 1342. 6. Non. Octob. ita in eodem Reg. Vatic. epiſt. 72. fol. 16. p. 2. anni p. pontif. Clementis. Præfuit ann. 4.

a De quo Joannes ... in Calabria illuſt. ... Mandaj.

A 13 Fr. SIMEON Conſtantinopolitanus ejuſdem Baſiliani Ordinis Monachus evaſit Epiſcopus die 4. Auguſti 1348. à Clemente VI. poſtquam Diœceſanam Synodum celebraſſet, & annis 18. cum fama virtutum ad Tebanum Sacerdotium translatus eſt ab Urbano V. anno 1366. ex Regeſt. Vatic. XIII.

14 NICOLAUS Mele civis Hieracenſis ex Teſaurario Cathedralis à Capitulo vocatus eſt ad inſulam, quam illi jure aſſeruit Urbanus V anno 1366. 3. Non. Auguſt. ſui pontif. 5. Hic fuit eccleſiaſticæ libertatis acerrimus vindex, probuſque vir, ſed cum teterrimum ſchiſma in Romana Eccleſia irrepſiſſet, partes Clementis VII. Pſeudo-Pontificis fovit, quamobrem ab Urbano VI. Epiſcopatu multatus inglorius obiit, ſepultuſque eſt in Cathedralis ſacello Corporis Chriſti. XIV.

15 JACOBUS ab Urbano VI. electus eſt Epiſcopus anno 1382. paſtoralem curam eximiè ſuſtinuit annis omnino 18. è vivis exemptus eſt 4. Non. Junii 1400. jacet in Cathedrali. XV.

B



16 ANGELUS de Tuſo nobili familia natus, Averſanæ Eccleſiæ Decanus ex virtutum merito, quibus apud omnes gratiam meruerat à Boniſacio IX. datus eſt ſucceſſor Jacobi anno ſal. 1400. 3. Non. Julii. Annis 19. ſumma cum laude prudentiæ hanc ipſam adminiſtravit Eccleſiam, plura bona prædeceſſoribus incuria ab Eccleſia divulſa recuperavit, eccleſiaſticam diſciplinam paulo ſolutiorem adſtrinxit, ſummumque zelum in populo ſibi commiſſo regendo, tuendoque explicuit. Mortem obiit Hieracii Non. Maii diuturniori morbo vexatus ann. 1419. ſepultus in Cathedrali conlachrymantibus cunctis. XVI.

C

17 PAULUS vir pietate commendabilis jam in Archiepiſcopalium Miniſteriorum curſu Siponti præclarè verſatus à Martino V. ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 28. Julii 1419. illam rexit ann. 10. iterumque translatus evaſit Archiepiſcopus Rheginus anno 1429. XVII.

18 AMONIUS Cantor Biſinanenſis ſucceſsit Paulo die 13. Maii 1429. Obiit anno 1444. Nonis Maii ſepultus in Cathedrali. XVIII

19 GREGORIUS Dioſitanus civis & Primicerius Hieracenſis hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit 6. Idus Julii 1544. probatæ vitæ Præſul ſedit ann. 17. è vivis abiit 3. Non. Aug. die lunæ 1461. ſepultus in Cathedrali ad pedes imaginis S. Chriſtiantæ. XIX.

D

20 ATHANASIUS Calceophilus Conſtantinopolitanus Abbas S. Mariæ de Patiro, & de Arca creatus eſt Hieracenſis Epiſcopus anno 1461. quo ſedente anno 1472. ſublato Græco ritu, Oppidenſis Eccleſia perpetua unione coivit cum Hieracenſi, quam deinde diſſolvit poſt annos multos Paulus III. Papa. Mortuus eſt Athanaſius anno 1497. XX

✠

TROI-




XXI 21 **TROILUS** Carraſa Neapolitanus Malitiæ filius nobili proſapia uatus, ſed longè virtutibus nobilior, quibus meruit ex Epiſcopo Rapollano ad has Eccleſias efferri die 27. Novemb. 1497. Sedit in his Eccleſiis ann. 7. M. 3. D. 10.

XXII. 22 **OLIVERIUS** Carraſa *a* præclari oominis S. R. E. Cardinalis hanc habuit Eccleſiam commendatam anno 1505. quam liberè eodem anno dimiſit.

a De quo Ciaconius Oldoinus tom. 3. col. 1097.

XXIII. 23 **JACOBUS** Conchilles Hiſpanus inſignis Theologus à Jolio II. electus eſt Hieracenſis & Oppidenſis Epiſcopus die 23. Februar. 1505 Neapoli conſecratus poſt annos omnino tres ad Catanenſem in Sicilia Epiſcopatum translatus eſt redeunte anno 1509. e quo translatos deinde eſt ad Illerdenſem Eccleſiam io Hiſpania. Regius fuerat Capellaous, & Abbas S. Luciæ de Milaſio teſte Pyrrho in notitia Catanenſis Eccleſiæ. De Jacobo legendus etiam eruditus amicus noſter Jo. Baptiſta de Groſsis de Epiſcopis Catanienſibus pag. 237.



XXIV 24 **BANDINELLUS** Saulus *b* Januenſis Epiſcopus Melivetanus huc trauslatus 23. Febr. 1509. mox creatus Card. à Julio II. ſub Leone X. hos Epiſcopatos amiſit, ot noo ſemel diximus anno 1571.

b De eodem Ciaconius t. 3. col. 297.

XXV. 25 **FRANCISCUS** Armelliuus *c* Medices Cardinalis Peruſinus ſactus eſt harum Eccleſiarum commendatarius anuo 1517. Exceſsit ann. 1519. de quo alibi.

c De eo pariter Oldoinus ibid. col. 370.

XXVI 26 **ALEXANDER** Card. Cęſarinus *d* admioiſtrator adlectus eſt anno 1519. eodem anno reſignavit cum regreſſu.

d De quo citatus Ciaconius tom. 3. col. 404.



XXVII. 27 **HIERONYMUS** Planca Romanus ex Archiepiſcopo Amalphitano die 15. Juoli 1519. ad has Eccleſias translatus. Romæ obiit 21. Auguſt. 1534. ſepultus in Eccleſia S. Mariæ ad Minervam, de quo vide Amalphitanorum Archiepiſcoporum ſeriem noſtram: eo defuncto ratioue regreſſus Alexander Card. Cęſarious iterum has adminiſtravit Eccleſias ad annum uſque 1536. quas liberè reſignavit die 28. Jaouarii, quo à Paulo III. Oppidenſis Eccleſia à Hieracenſi disjuocta, proprium deinceps unaquæque habnit paſtorem.



28 **TIBERIUS** Mutua Romanus S. Mariæ in via lata, mox Vaticanæ Baſilicæ Canonicus Hieracenſis Epiſcopus ſublectus eſt die 20 Februar. 1538. Hanc Eccleſiam admiuiſtravit ad annom uſque 1552. deinde ad Epiſcopatum Aſſiſienſem translatus eſt, de quo in primo noſtro tomo. XXVIII.

29 **ANDREAS** Candidus Syracuſanus Hieroſolymitani Ord. eques, iuris utriuſque doctor inſignis, Epiſcopalem hauc diguitatem obtinuit à Julio III. die 9. Martii 1552. iu ea dignitate ſanctè vixit, pauperes ſovit, vitia repreſſit, eaque omuia egit, quæ booi Paſtoris propria eſſe viderentur. Quievit in Domino 8. Id. Septemb. 1574. ætatis ſoæ 60. io Cathedrali ſepultus. XXIX



30 **OCTAVIANUS** Paſqua *e* Januenſis Simeonis Paſquæ Cardinalis ex ſratre nepos ſub Pio V. ac Gregorio XIII. utriuſqun Signaturę Referendarius, poſt Andreæ exceſſum adlectus eſt Antiſtes die 17. Septem. 1574. vir ſuit eruditus, ac veneraudæ antiqoitatis diligens perſcrutator, ſuorum Anteceſſorum exquiſita diligentia expiſcatus eſt memoriam, & brevem Catalogum conſcripſit, eodemque ſtudio Rhegienſium Archiepiſcoporum contexuit ſeriem: alia quoque ſcripſiſſe ferunt: ſedit integra nominis ſama anuis 17. è vivis exemptus eſt die 8. Jauuarii 1591. in Cathedrali prope prędeceſſores ſuos ſepelitur. XXX

e De eo Oldoinus in Athen. Ligust. Mendoſ.

31 Fr. **VINCENTIUS** Bonardus, *f* Romanus, Ord. Præd. Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter, ad hanc Cathedralem promotus eſt die 20. Martii 1591. ſcripſit vir doctus de virtute Agnus Dei tractatum, & poſt ſedem anoorum decem, deceſſit die 11. Martii ann. 1601. XXXI.

f De quo Mandoſius in Bib. Rom. Cent. 2. n. mag. 26.

32 **HORATIUS** Matthæus *g* Romanus, præcipua oobilitate clarus Clementis VIII. domeſticus XXXII.

g De hoc idem Man-

Præ-

doſius vol. 1. p. 26. Prælatus, ab ipſo Hieracenſi Epiſcopatu donatus die 19. Nov. 1601. Nuntii munere ſunctus apud Venetam Rempublicam, Neapoli deſunctus eſt die 13. Junii 1622. ibique ſepultus.

XXXIII. 33 ALEXANDER Boſchius Booonienſis, Marii filius, juris utriuſque Doctor publice io patria jus humanum interpretatus ex Protonotario Apoſtolico, & Neapolitanæ Eccleſiæ Vicario Epiſcopus Larinienſis, mox Hieraceoſis pronunciatus à Gregorio XV. anno 1622. ſub quo tum & Urbano VIII. urbis Viceſgerens fuit, Epiſcopale onus dimiſit aooo 1624. Parmæ Apoſtolicus Vicarius, deſunctus vita eſt ann. 1629. ibique jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Reverendiſſimo D. Alexandro Boſchio Bononienſi, qui primum Carinulę, deinde Hieracenſis Epiſcopus Viceſgerentis in Urbe aliiſque in Apoſtolicæ Sedis obſequio, muneribus cum laude perfunctus, Parmæ demum Vicarius Apoſtolicus, obiit Ann. Salutis MDC. XXIX. ætatis ſuæ lxi. ſexta die Junii. Dioayſius Boſchius frater mæſt. Poſuit.

XXXIV. 34 STEPHANUS de Roſis Cataceoſis utriuſque Sigoaturæ Referendarius electus die 24. Januarii 1624. morte præveotus breviſſimus Pontifex fuit. Obiit die 15. Aug. ejuſdem anni.

XXXV. 35 JOANNES MARIA Bellettus *a* à Polono Vercelleoſis Diœceſis, juris Doctor, inſignia Theologus, & in omniom ſcientiarum genere eruditus olim Apoſtol. Auditor in Poloniæ Regno, die 26. Januarii 1625. ad hanc Eccleſiam ab Urbano VIII. vocatua. Exceſſit 24. Februarii ſequentis anni. Scripſit librum, Diſquiſitiones Clericales; opus ſane Eccleſiaſticis, tum ſecularibus, cum Religioſis valde utile.

a De eo Refeattur in Syllabo Script. Pedemontan.

XXXVI. 36 LAURENTIUS Tramullus Ligur Sarzanenſis Hieraceoſis adlectus eſt Epiſcopus die 16. Septemb. 1626.

A D D I T I O.

(„ Laurentius Tramaldus, è Portu Venere Januenſis diœceſis Ligur, J. U. D. huic Eccleſiæ prę„ fectus eſt 16. Septembris 1628. Cardinalis S. Sixti „ Epiſcopi Montisfiaſconenſis Vicarius generalis „ cum fuiſſet, ac Auditor ejuſdem, dum eſſet Viter„ bii Vicelegatus, Nuncius Apoſtolicus Venetiis, & „ Protheſaurarius generalis. Munus item Vicarii „ generalis Nunciaturæ obierat Neapoli, ubi de„ functus eſt anno circiter 1649.

XXXVII. *„ MICHAEL Angelus Vincentinus, Reatinus, „ J. U. D. & patriæ Cathedralis Canonicus, hac mi„ tra ornatur 2. Maii 1650. quam dimiſit quietis per„ cupidus menſe Decembri 1670.*

XXXVIII. *„ STEPHANUS Sculcus, Crotonienſis in ter„ ra Papanici ortus, J. U. D. & profeſſor, & „ Spoliorum Commiſſarius in regno Neapolitano, re„ nunciatus eſt Hieracenſis Antiſtes 22. Decembris „ 1670. Spoliatus deinde dignitate ſuis ita exigen„ tibus demeritis per Breve ſanctiſſimi an. 1686.*

XXXIX. *„ THOMAS Caracciolus, Neapolitanus, Con„ gregationis Caſſinenſis Monachorum S. Benedicti, „ ſacræ Theologiæ Doctor, & Lector, hoc Sacerdo„ tio inſignitur 28. Aprilis 1687. Biennio nondum „ exacto metam vivendi attigit 31. Martii 1689.*

XL *„ DOMINICUS Diez, nobilis Averſanus, J. V. „ D. & in Curia Neapolitana pauperum patronus, „ & Fiſcalis, ac deinde Archiepiſcopi Cuſentini ge„ neralis Vicarius, ad hanc Cathedram aſſumptus „ eſt 7. Novembris 1689. Vivit adhuc, diuque vi„ vat Optimus Præſul.)*

A

NEOCASTRENSES EPISCOPI.



NEOCASTRUM, volgo *Nicaſtro*, ulterioria Calabriæ Mediterranea eſt Civitas ſeptimo
B à mari milliario edito penſili loco ſita, olim *Sicania* dicta, fontibus rivisque affluena, anniverſariia nundinis celebris, habitata familiia ex Fiſci Regis Codice nungentis viginti duobus, & tres circiter mille aoimas continet, ſub temporali dominio Principis de Caſtiiione. Hnjus Urbia ager, & frumenti, & aliarum frugum ferax, & paſcuus. Sunt pulchra limonum, citrorum, & malorum aoreorum nemora. Abundat omnis generis fructibus & oleo, vino, & meile præclaris. Naſcitur, & rubrica fabrilis, & tuoipanus. Extant ſylvæ glandiferæ, polcherrima aucupia. Eſt io agro hoc pagus S. Blaſii, Turres, Antoninus in Itinerario meminit, ubi mel laudatiſſimom, & balnea ſulphurea ſaoandis corporibus idonea. Pietatem Chriſtianam hanc Civitatem didiciſſe à Stephano Rhegino Epiſcopo, S. Pauli diſcipulo piorum coojectura eſt, à qno ferunt, & proprium accepiſſe paſtorem. Ejus ſucceſſorum oomina, & acta non habemus ad aonum uſque 1094 Veterem Cathedralem Eccleſiam
C D. Petro Apoſtolorum Priocipi ſacram Comitis Dracoois Calabriæ Ducis filia Aumburga anno Domioi 1100. pia liberalitate uoa cum Epiſcopio extra Urbem fundavit, Ricardua Comes ejus frater dotavit. Hanc conſecratam volunt anno 1123. in Apoſtolnrum Petri, & Pauli natalitiis die, io primiſqoe ipſis veſperis omnes Diœceſis Sacerdotes perſonaliter adeſſe, pullumque gallinaceum ſinguli offerre, atque Epiſcopo, qui & ipſa die omnibus victum præbet, obedientiam, & reverentiam pręſtare tenentur, ac plurimum Synodalia Diœceſana legi mos eſt, & ſi opus fuerit innovari. Abbates etiam, & Beneficiati jus canonicum ſolvere, ot antiquo more taxatum reperitur, & debent & ſolent. Cathedrale hoc Templum permagnificum erat, quod cum frequentes terræmotus non ſemel quaſſaſſent, tandem eadem vi uua cum ipſa Civitate coilapſa anno 1638. Jo. Thomas Perroous generoſi animi Præſul in medium Civitatis traoſtulit, religioſoque ſuo ſomptu oovam una cum Epiſcopio
D magnificentius exædificavit, ad cujus memoriæ perennitatem ex marmore ſupra turres majores hujuſmodi legentibus proſtat inſcriptio.

Petro & Paulo Apoſtolorum Principibus dicatam Cathedralem, ab Agarenis dirutam, ab Amburga Rogerii Normanni nepote anno MC. refectam, ſummorum Pontificum Marcelli II. & Innocentii IX. Præſulatu decoratam, & anno MDCXXXVIII. cum civitate terræmotu collapſam, Jo: Thomas Perronus Roſſanenſis Jo. Laurentii filius avitæ pietatis æmulator, & Urbani VIII. benefactoris ſui monita celeri exequutus obſequio, in commodiorem locum, nobilioremque formam proprio ære tranſtulit, fundavit, ditavitque anno ſal. MDC. LII. Præſulatus ſui iv.

Eccleſiæ hujus ad divinum cultum ſubſellia ſatis numeroſus Clerus adimplet, ubi ſex digoitates,

qua-

quarum prima eſt Decanatus, Archidiaconatus, Cantoratus, Theſaurariatus, Capellani majoris, & Pœnitentiarii, ac quatuordecim Canonici numerantur. Capellani ſtipendiarii 14. quorum capellas Canonici ex cujuſdam Epiſcopi inſtitutione in titulum obtinent. Capellani titulares 20. & Clerici Seminarii alumni duodecim. In civitate Eccleſiæ præter Cathedralem tres, Monialium cœnobium unum, hoſpitalia pauperum duo, & laicorum ſodalitia novem; Diœceſis plura oppida, & pagos continet, in quibus tres Epirotis incoluntur, qui tamen à Latino Sacerdote latino ritu ſacra accipiunt, & more Romano vivunt. Oppidum maximum eſt, quod Maidam vocant, quatuor Eccleſias Parochiales habet, in his ſunt Capellæ dotatæ 19. Presbyteri plus minus triginta, Clerici minores multi, animæ vero fidelium recenſentur 1970. Hic etiam eſt ſeptum Sanctimonialium ſub Regula S. Baſilii militantium; vivunt in eo clauſtro plures virgines ſacro velamine inſignitæ.

Fereletum Ducatus titulo clarum duas habet Parochiales Eccleſias cum Capellis dotatis quatuor, laicorum ſodalitia quatuor, animæ fidelium in eo degentium 1700. Tertium oppidum eſt Marcellinaſe cum ſua Parochiali Eccleſia, xenodochio, & laicorum ſodalitiis quatuor, incolæ 1000. Quartum oppidum Teriolum unam habens parochialem animas 700. Quintum eſt caſale Miliarinæ cum ſua parochiali habitatum incolis 600. Sextum eſt caſale Curſalis ſub oppido Maidę habens parochialis illius curæ Præpoſitos Presbyteros duos, ſubjectos incolas 300. Octavum eſt caſale ſancti Petri ſub ditione ejuſdem oppidi Maide cum ſua parochiali, & incolis 700. Nonum eſt caſale Viringhæ eidem oppido Maidæ ſubjectum, cum ſua parochiali habente fidelium animas 800. Decimum eſt oppidum Montis Sori. ubi Eccleſia parochialis, & animæ fidelium 130 Undecimum caſale Seræ ſtructæ Feroleti, ubi ſub una Parochiali cenſentur animæ 600. Duodecimum S. Blaſii Neocaſtrenſis ditionis, ubi parochialis una, & cœnobium Fratrum Minimorum, xenodochium unum, fidelium animæ 2400. Decimum tertium eſt caſale Zangarone ſub ditione Neocaſtrenſi, ubi Albanenſes degunt Latino ritu ſacra ſumentes: in eo ſunt animæ fidelium 400. Decimumquartum eſt caſale Viriæ, degunt ibi Albanenſes Latino ritu 148. Decimumquintum eſt caſale Amati, in quo Græci, & Itali promiſcui habitant Latino ritu ſacra ſumentes 500. In univerſum autem civitas, & diœceſis Neocaſtrenſis habet parochiales Eccleſias 24. Parochos 37. Capellas dotatas 65. Eccleſias ſimplices dotatas 18. quarum ſervitio addicti ſunt Presbyteri plus minus 117. Diaconi, & Subdiaconi 13. Clerici 130. ex his rurſus 5. ſunt Archipresbyteri, & ſex Vicarii foranei. Abbatiæ in commendam dari ſolitæ octo in hac Diœceſi ſunt. Prima Sanctorum quadraginta Martyrum, 2. S. Michaelis Archangeli, 3. S. Mariæ dello Scabelle, 4. Sanctorum Philippi, & Jacobi. 5. Sanctorum Anargyrorum, id eſt Sanctorum Coſmæ, & Damiani. 6. S. Mariæ de Cana. 7. S. Mariæ de Carra, 8. Sancti Nicolai de Fragiano. Continet præterea hæc Diœceſis Sanctimonialium ſepta duo, hoſpitalia octo, laicorum ſodalitia 50. Fidelium animas populo urbano, & Diœceſano comprehenſo plus minus 12700. Populus univerſus Catholicus, aut Latinum ritum ſervans, aut certè ab eo non abhorrens. Epiſcopus Neocaſtrenſis ſuffraganeus eſt Archiepiſcopi Rhegini, cujus menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ex frumento ſeſè colligitur, & aſcendit ad ſcutata illarum partium 2500. taxatur verò in libris fiſci Apoſtolici ad floren. 100. Neocaſtrenſium Præſulum ſeriem, quam vides noſtro non vulgari labore conatuque ex variis monumentis eruimus, jejunam tamen, cum documenta vel caſu igne conſumpta, vel in ipſis civitatis ruinis non ſemel à terræmotu excitatis deperdita fuerint.

I. 1 HENRICUS Neocaſtrenſis primus eſt eorum, de quibus in monumentis extet memoria. Interfuit is anno 1094. conſecrationi Eccleſiæ S. Stephani de Boſcho in Calabria die 15. Auguſti celebratæ Archerio Archiepiſcopo Panormitano aſſiſtentibus Truſtino Tropeienſi An. Catacen. Theodoro Squillacen. & Goffredo Militen apud Rocchum Pyrrhum in notitia Caranenſis Eccleſiæ. Hujus item gratia, & rogatu Amburga Rogerii Ducis Calabriæ neptis Draconis Comitis filia veterem Cathedralem ab Agarenis jamdiù deſtructam magnifico ſumpeu à fundamentis reſtituit, ac ſimul cum Riccardo Comite fratre dotavit anno 1101. ut proximo monumento oſtenditur è cartulario ipſius Eccleſiæ deprompto.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

*Ego Riccardus Comitis Dragonis filius, atque Roberti Guiſcardi totius Calabriæ, & Apuliæ, ac Siciliæ Ducis incliti, atque filii ejuſdem Rogerii, & ipſius hæredis Dapifer præſentem vitam labilem cognoſcens, & caducam, & dies hominis ſuper terram more florum citò deficere, ad ſupernæ vocationis bravium optans pertingere, neceſſarium duxi, ut ex his, quæ à ſummo Patrefamilias temporaliter poſſidenda ſuſcepi, æternæ felicitatis gaudia mihi ſtudeam comparare, ſed quamvis ab omnibus, ut ait Apoſtolus, bonum ſperare debeamus, potiſſimum tamen ſanctam Matrem Eccleſiam tenemur venerari, à cujus uberibus fidei & religionis Chriſtianæ doctrinam ſugimus, in cujus gremio coaluimus, à qua etiam noſtræ Redemptionis ſacramenta ſuſcipimus. Proinde præſentibus, & futuris notificandum exiſtimo, atque ad ſubſtentandum poſterorum memoriam hoc ſcriptum relinquo, quod ob meorum, patriſque mei Dragonis, necnon mei etiam patrui Roberti Guiſcardi bon. mem. Ducis, filiique ejus Dom. mei Rogerii dilectiſſimi, ipſiuſque Roberti Ducis Reverendiſſimi hæredis, & venerabilis Comitis Rogerii avunculi mei, atque ſororis meæ Amburgæ, aliorumq; parentum meorum ablutionem delictorum, & ut eam in Chriſto æternam mereamur vitam obtinere, Riccardus Comitis Dragonis filius 1101. anno ab Incarn. Domini noſtri Jeſu Chriſti Indictione nona B. Petri Apoſtolorum Principis Epiſcopatui, atque Henrico ipſius Eccleſiæ Cathedræ præſidenti, omnibuſque ejuſdem ſucceſſoribus, quæ Eccleſia ſub Neocaſtro in honorem, & nomine ipſius B. Petri à ſorore mea Amburga fundata eſt, totam terram, quæ continetur infra diviſionem Alimaatiæ, & Neocaſtrum, cujus ſcilicet diviſio eſt à portu Fici uſque ad diviſam de Androna, & uſque ad locum, qui dicitur Campitello, & inde uſque ad ſepulchrum Dicellini, & uſque ad ſanctum Paulum, & uſque ad pendentem aquam, ac inde ad rubeam terram, ut procedit aqua uſque ad duos montes, & ad nudum montem, ubi diviſa eſt mutata, & inde ad Coropetia, & uſque ad Pulveracchium cum ſilva, & aquis & mari, & omnibus pertinentiis ſuis, atque cum omnibus liberis hominibus, ac mulieribus, qui in prædicta terra morabantur, & modo ſunt exiſtentes, vel in poſterum fuerint permanendi, & eodem modo cum villanis, & filiis eorum, & filiabus, tam uxoratis, quam non uxoratis cum omnibus poſſeſſionibus eorum; quam terram, & quos villanos ſoror mea Amburga vivens tenuit, & ego poſt ejus obitum in Neocaſtro, & de Neocaſtri territorio poſſidebam conſilio, aſſenſu, & auxilio Domini mei Ducis Rogerii, aliorumque parentum, & amicorum eorum, ac omni penitus contentione ſummota integrè conceſſa Neocaſtrenſi Epiſcopatui in perpetua hæreditate poſſidenda. Sed quoniam mundanis omnino carere nequibam; quatuor partes de prædicta terra panis, & vini me vivente, ad neceſſarios uſus meos retinui, conceſſi equidem, ut quintam partem de omnibus aliis hujus terræ redditibus, & tam liberorum, quam villanorum præfatus Epiſcopus poſſideat, atque poſt meum obitum, ſi Eccleſia anteponatur indonata, quatuor partes, quas mihi retinueram, in pace habere, & quoniam hujus vitæ pertimens exitum in cæleſti Regno mihi, & parentibus meis locum deſiderio adipiſci, finem meum volens expectare anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo primo, Indictione

quartadecima, quatuor partes, quas in meis uſibus retinueram cum omnibus aliis ſupradictis dono, & concedo antedictæ Eccleſiæ, ac Epiſcopatui liberè, & abſolutè, ut in perpetuum ab omni calumnia immunis, prædicta hæc omnia hereditario Jure poſſideat, hanc ego donationem ſigillo meo conſigno, & confirmo, præſentibus iſtis ſubſcriptis teſtibus, hæc ſigna ſubſcripta facientibus.

† *Ego Riccardus Dapifer hujus ſupradictæ donationis largitor manu mea propria hoc ſignum feci.*

† *Ego Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ hujus doni adjutor, & teſtis hoc ſignum feci.*

† *Ego Simon Comitis Rogerii filius, & heres hoc ſignum feci.*

† *Signum Rogerii Regitanenſis Archiepiſcopi.*

† *Ego Ugo de Claromonte hoc ſignum feci.*

† *Ego Rogerius Roberti Ducis filius & hoc ſignum feci.*

† *Ego Saſſa Caſſanenſis Epiſcopus, & Papæ Vicarius teſtis ſum.*

† *Ego Dragus Fr. Alexandri hoc ſignum feci.*

† *Ego Alphanus Caſſanenſis hoc ſignum feci.*

Ego Robertus Rigitanus Canon. hoc ſignum feci.

† *Ego Alexander nepos Riccardi Dapifer hoc ſignum feci.*

Memoratus Henricus cum aliis teſtibus ſubſcriptis in privilegio, ſeu potius donatione bonorum, quæ Fulco de Balberg Chriſtodulo Siliciæ, ſic vocatus, dono dederat Monaſterio & eccleſiæ Patiri Roſſanenſis diœceſis confirmato ab Hugone, & Alexandro fratribus de Claromonte ann. 1112. in hæc verba ex Patiri tabulario.

† *Ego Hugo de Claromonte hoc ſignum feci filius Alexandri.*

† *Ego Alexander frater ejus hoc ſignum feci.*

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo duodecimo Indictione quinta Menſe Martio.

Ego Hugo de Claromonte filius Alexandri, & fratres mei propter remiſſionem omnium parentum noſtrorum peccaminum, & meorum, donū quod Fulco de Balbeverig Chriſtodulo Siciliæ caſale ſancti Appollinaris cum terris & vineis, & cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ ſicuti Aſchitinus Parcellus in una nocte, & in una die ibi senuit, dedit, & conceſſit remota omni calumnia perpetuo concedimus ſibi, & ut eccleſia Beatæ Dei Genitricis Mariæ quæ appellatur Græco vocabulo Neaodigitria, & Bartholomæus ſuique ſucceſſores Patiri ſupradictæ Eccleſiæ; ut firmiter admodum & perpetualiter teneant: ſicut ſupradictus Chriſtodolus ammiral. ſupradictæ Eccleſiæ dedit, & conceſſit, volumus et obnixe firmamus. Si quis autem hujus confirmationis noſtræ violator exiſterit ſtimulis diaboli agitatus gladio anathematis percutiatur, & uſque ad exitum mortis communione careat A.

† *Ego Richardus Dapifer manu mea hoc ſignum feci.*

† *Ego Henricus Neocaſtrenſis Epiſcopus hoc ſignum feci.*

† *Ego Michael.*

† *Ego Serlo de Muntina hoc ſignum feci.*

Anno 1122. dicitur interfuiſſe conſecrationi eccleſiæ Catacenſis, quo anno conſecrata refertur Cathedralis Neocaſtrenſis.

II. 2 GUIDO ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato anno 1179.

III. 3 BOEMUNDUS teſtis privilegii Henrici VI. Imper. Eccleſiæ, ac Monaſterio Florenſi conceſſi anno 1195. Idem ſubſcripſit conſecrationi eccleſiæ S. Petri de Balnea Panormi anno 1199. 5. Kalen. Junii ex tabulis à Roccho Pyrrho allatis notit. 1. Sicilienſium eccleſ.

IV. 4 ROGERIUS hujus eccleſiæ Epiſcopus memoratur in monumentis Archivii Regii Neapol. 1202. extat epiſtola Innocentii III. ad ipſum fortè ſcripta, qua dat facultatem recuperandi bona illius eccleſiæ minus legitimè à prædeceſſoribus alienata.

V. 5 THADDÆI Epiſcopi Neocaſtrenſis mentio

A extat in tabulis conſecrationis eccleſiæ Cuſentinæ ann. 1222. 3. Kalend Febr. apud Jacobum Græcum in genealogia Joachini Abbatis.

6 G. . . . quendam electum Neocaſtrenſem à Canonicorum Capitulo anno 1236. de qua VI.
electione Gregorius IX. certior factus ad Archiepiſcopum Cuſentinum literas ſcripſit præcipiendo, ut electum examinaret, cumque, ſi tanti muneris idoneum inveniret, facultatem confirmandi dedit, ita in epiſt. 241. fol. 186. Reg. Vat. an 9. an vero confirmatus, vel reprobatus fuerit, non conſtat.

7 SAMUELI Neocaſtrenſi Epiſcopo ſcribit Innocentius IV. Id. Octob. pontif. 12. qui fuit ſal. VII.
1254. ut premente paupertate, mutuum accipere valeat. Epiſt. eſt 226. fol. 277. Regeſt. Vatic. ejuſdem anni.

8 LEONARDUS à Capitulo concorditer electus ob eximias ejus animi dotes, confirmatus à VIII.
Clemente IV. Pontifice anno ſal. 1266. Id. Octob. pontif. 2. ex Regeſt. Vat. ep. 132. fol. 99. Poſt annum
B ſecundum à ſuo regimine, defuncto Bartholomæo Pignatello Archiepiſcopo Meſſanenſi, à Capitulo in Archiepiſcopum poſtulatus anno 1268. ſed morte præventus, à Pontifice Summo eodem Clemente IV. confirmari non potuit, Regeſt. Vatic. epiſt. 72. fol. 159. ann. 3. Gregor. X.

9 ROBERTUS Neocaſtrenſis Epiſcopus ſimoniacè in hac eccleſia ſe intruſerat defuncto Leonar- IX.
do, ac diu pro epiſcopo ſe geſſit, quamobrem à Nicolao III. Pontifice epiſcopatu abrogatus eſt, ut ex literis ejuſdem ad Tancredum ſucceſſorem datis licet proſpicere. Roberti meminit idem Nicolaus III. in epiſt. ad Biſinianenſem & Marturanenſem Epiſcopos, memoratur etiam à Fazelo lib. 2. dec. 2. rerum Sicilienſium; interfuit Panormi coronationi Petri Aragonei Siciliæ Regis.

10 TANCREDUS de Monte Fuſculo Ordin. X.
Minorum in Roberti è Pontificia ſede dejecti locum ſubrogatus anno 1279. Idib. Maii, pontificatus Nicolai III. anno 2. ut ex ſequenti epiſt. Reg. Vatic.
C num. 60.

Venerabili Fratri Tancredo de Monte Fuſculo Epiſcopo Neocaſtren.

Licet immeriti præſidentes, circa curam omnium eccleſiarum, ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, juxta paſtoralis officii debitum crediti nobis Dominici gregis cuſtodiam utiliter gerere divina cooperante clementia ſtudemus. Dudum ſiquidem intellecto quod Robertus, qui pro Neocaſtren. Epiſcopo ſe gerebat ſimoniacum habuerat ingreſſum, bona Neocaſtren. eccleſiæ dilapidabat, & enormiter conſummabat, quodque incontinentiæ vitio laborabat, & ſuper his & aliis gravibus, & enormibus exceſſibus erat publicè diffamatus, ipſum auctoritate literarum noſtrarum citari fecimus, ut coram nobis certo termino perſonaliter compareret, prout præmiſſorum qualitas exigeret recepturus, ei nihilominus omni alienationis genere interdicto, ſicut in eiſdem literis plenius continetur. Eodem itaque Roberto coram nobis, licet poſt præfixum ſibi terminum, generaliter comparente ſu-
D *per præmiſſis, tam per nos, quam per alios ex Fratribus noſtris incepimus inquirere diligenter, & tandem idem Robertus liberè in noſtris manibus honori, & oneri ceſſit ſpontaneus, ne forſan compelleretur invitus, nos autem ceſſionem hujuſmodi admittentes, proviſionem ejuſdem eccleſiæ illa vice nobis duximus reſervandam, decernentes ex tunc irritum, & inane ſi ſecus à quoquam ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Et tandem paterna volentes ſollicitudine præcavere, ne ipſa eccleſia diſpendia prolixæ vacationis incurreret, ad perſonam tuam cum habearis virtute laudabilis, religionis claritate conſpicuus, præclarus meritis, & alias in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus, noſtræ conſiderationis aciem extendentes, ſperantes quoque quod eandem eccleſiam ſalubri, dante Domino, regimine gubernabis, ipſaque utilis præſidio munita Paſtoris, optatis affluet incrementis, te Fratrem Minorum Ordinis profeſſorem, eidem eccleſiæ de Fratrum no-*

ſtrorum conſilio in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, tibique munus conſecrationis per Venet. Fratrem noſtrum Portuen. Epiſcopum fecimus exhiberi. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus à Domino devotè ſuſcipiens ſic curam & adminiſtrationem præfatæ eccleſiæ diligenter gerere ſtudeas, & ſalubriter ac utiliter proſequaris, quod ipſa ſub tua vigilantia votivis amplietur commodis, & in omnibus divina cooperante clementia, proſpere dirigatur. Tuque noſtram & dictæ Sedis gratiam exinde, tanquam benedictionis & obedientiæ filius, uberius conſequi merearis.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Idib. Maii, anno ſecundo.

Poſt annum ſeptimum à ſua præfectura Tancredus poſtulatur in Archiepiſcopum Hydruntinum eodem anno à Capitulo, per Martinum IV. non admittitur: vivebat anno 1286. quo Panormi adfuit inaugurationi Jacobi ex Aragonenſibus Siciliæ ſecundi Regis die 2. Febr. qua de re ab Honorio IV. Epiſcopatu multatus eſt eodem anno, ut Lellus narrat in hiſt. Archiepiſcoporum Montis Regalis, inde reſtitutus ſub Bonifacio VIII. deceſſit anno 1299. Hujus etiam meminit Pyrrhus in Chronologia Regum Siciliæ.

XI. 11 NICOLAUS ex Abbate S. Trinitatis de Mileto Ordinis ſancti Benedicti defuncto Tancredo eligitur Neocaſtrenſis Epiſcopus à Bonifacio VIII. an. 1299. 8. Id. Novemb. ex Reg. Vatic. ep. 393. fol. 224. ann. 5. Obiit Nicolaus circa annum Dom. 1320.

XII. 12 Fr. PETRUS de Scalea Ordinis Minorum anno 1320. in locum defuncti Nicolai ſucceſſit. Vacante enim hujuſmodi Eccleſia tres fuerunt in diſcordia electi, inter hos Fr. Petrus de Scalea, is Minorita, licet à paucioribus electus, dum tamen reliqui cauſam proſequerentur in Curia, conſecratus fuit ab Archiepiſcopo Rhegino Metropolitano, & Epiſcopatu donatus eſt. Qua autem ratione id factum voluit ſcire Pontifex ſcriptis literis ad Guillelmum de Balacto Archidiaconum Forozalienſem civitatis Beneventanæ in Regno Neapolitano Rectorem, ex quibus univerſa deſumi poteſt electionis, & conſecrationis hiſtoria. Literæ extant in Reg. Vat. ann. 5. Joannis XXII. fol. 1546. quarum tenorem ſe vidiſſe etiam teſtatur noſter doctus Wadingus to. 3. Annal. Minorum. Cæterum Petrus brevi tempore hanc rexit eccleſiam, cum anno 1323. in hac eccleſia, qui mox ſequitur, reperiatur Antiſtes in lib. oblig. Memoratur Petrus in Reg. Reg. Neapol. an. 1322.

XIII. 13 AMBROSIUS electus 1323. Deceſſit 1333.

XIV. 14 Fr. JOANNES de Preſcoa Ordinis Minorum ſucceſſit Ambroſio anno 1333. 14. Kalend. Aprilis à Joanne XXII. ad hanc dignitatem vocatus ex Reg. Vat. ep. 779. anni 17. ejuſdem Papæ.

XV. 15 NICOLAUS Neocaſtrenſis Epiſcopus executor literarum Aymerici Card. Apoſtolicæ Sedis Legati in utriuſque Siciliæ Regno, ad favorem Epiſcopi Tropejenſis datarum anno 1344.

XVI. 16 MANFREDUS.

XVII. 17 ANGELUS ſucceſſor Manfredi memoratur in lib. Obligat. In vivis erat anno decimo Urbani VI. die 20. Aprilis, ſalutis vero 1387.

XVIII. 18. JULIANUS anno 1388. die 20. Januarii, & anno 1389. Kalend. Maii in lib. Obligationum Fuit is Urbani VI. Nuncius in Regno Sardiniæ ann. 13. pontif. ejuſdem.

XIX. 19 JACOBUS electus 1390. ſolvit ſolitum ſubſidium Sac. Collegio, die 22. Aprilis, & recognovit pro Angelo antepræceſſore, & Manfredo præantepræceſſore ſuo ex lib. Oblig. ſub Bonifacio IX. cujus annus obitus memoratur 1394. in iiſdem libr. Inveni quemdam Caroluccium in hac Eccleſia intruſum à Clemente Antipapa anno 1391.

XX. 20 ROBERTUS Maaz ex Canonico Eccleſiæ Neocaſtrenſis præficitur in Epiſcopum anno 1394. 4. Non. Maii, ex eodem lib. Quatuor fere annos hanc rexit Eccleſiam, & ab eodem Pontifice (cauſa non exprimitur) Epiſcopatu amotus eſt ann. 1398.

21 JACOBUS Epiſcopus Teleſinus huc tranſlatus anno 1398. 14. Kalen. Aug. ex lib. Proviſ. Prælat. fortaſſis morte præventus Gentili ſequenti locum reliquit. XXI

22 GENTILIS ab Epiſcopatu Marſorum ad Neocaſtrenſem tranſlatus legitur à Bonifacio IX. anno 1398. 2. Idus Octob. in eodem Oblig. lib. Interfuit Concilio Piſano anno 1410. & teſtis fuit teſtamento Landulphi Cardin. Maramauldi Conſtantiæ anno 1415. 18. Octob. tranſlatus ad Eccleſiam Sveſſanenſem anno 1418. XXII.

23 PAULUS obiit 1431. XXIII



24 JOANNES de Paganis nobilis Canonicus Neapolitanus, utriuſque Juris Doctor illuſtris, electus anno 1451. 5. Kalend. Junii, ex Actis Conſiſt. Hic Capellam, ut vocant, in Cathedrali fundavit, ac dotavit, cujus præbenda inter quatuordecim Canonicos diſtribueretur, dummodo ibidem per ipſos divina quotidie agerentur; hactenus Capella Epiſcopi nominatur. Obiit vero Joannes anno 1451. & in Cathedrali tumulatus fuit. XXIV


25 ROBERTUS ſucceſſor datus eſt Joanni anno 1451. Idibus Octobris. XXV.

26 PETRUS de Sonnino Epiſcopus Geruntinus tranſlatus ad hanc eccleſiam anno 1489 die 29. Januar. exceſſit anno 1490. ex Actis Conſiſt. XXVI

27 ANTONIUS Lucidus Neapolitanus Epiſcopus Nicoterenſis huc tranſlatus per obitum Petri an. 1490. 8. Feb. Obiit circa finem anni 1494. XXVII.

28 BARTHOLOMÆUS de Luna evaſit Epiſcopus Neocaſtrenſis die 29. Julii 1495. factuſque eſt Arcis S. Angeli de Urbe Præfectus ab Alexandro VI. in qua ex morbo gallico mortalitatem explevit die 26. Octobris 1467. ſepultus in Eccleſia ſanctæ Mariæ Tranſpontinæ. XXVIII.

29 FRANCISCUS de Roccamura in Neocaſtrenſi Eccleſia & Præfectura Adrianæ molis ſucceſſit Bartholomæo die 27. Octob. 1497. Romæ deceſſit anno 1504. XXXI.



30 NICOLAUS Capranica Romanus Apoſtolicus, XXX.

licus Secretarius, ac Baſilicæ Vaticanæ Canonicus ſit Epiſcopus Neocaſtrenſis die 18. Decembr. 1504. Interſuit Lateranenſi Concilio anno 1512. Mortuus eſt an. 1517. Acta Conſiſt.

XXXI. 31 ANDREAS Cardinalis de Valle *a* hujus eccleſiæ adminiſtrator adlectus eſt die 28. Septemb. 1517. octavo menſe ab adminiſtratione eam cum regreſſu dimiſit. De quo alibi plura diximus.

a De quo Ciaconius Oldoinus tom. 3. col. 150.


XXXII. 32 ANTONIUS de Paula, Calaber, civis Catacenſis, Monachus, & Abbas ſanctæ Mariæ de Curato Ordinis Ciſtercienſis à Leone X. Epiſcopus Neocaſtrenſis creatus anno 1518. die 18. Maii munus conſecrationis accepit die 24. ejuſdem menſis ab Andrea Card. de Valle una cum Mario Mapheo Aquinatenſi, & Camillo Parcario Aprutinen. in ſuo privato ſacello, præfuit in hac eccleſia annis tribus, deinde ab Adriano IV. translatus eſt ad eccleſiam Catacenſem anno 1523. die 24. Julii. Acta Conſiſtor.

XXXIII. 33 HIERONYMUS de Paula Antonii ſuperioris nepos, patruo ſucceſſit an. 1523. die 24 Julii, quem item conſecravit die 17. Januar. 1524. Andreas Cardin. de Valle. Hujus eccleſiæ curam geſſit ann. ſeptem, deinde Catacenſis evaſit Præſul ann. 1530. 4. Maii, de quo ibi.

XXXIV. 34 JOANNES PETRUS Riccius Meſſanenſis Archimandrita Epiſcopus declaratus eſt Neocaſtrenſis à Clemente VII. die 24 Maii 1530 cum retentione Archimandritatus, quem obiiſſe eodem anno die 20. Auguſti ſcribit Maurolycus lib 6. hiſt. Siciliæ, de quo legendus Rocchus Pyrrhus in notit. 1. Archimandritatus Meſſanæ. Sed cum reperiſſemus in Diariis 4. Junii quendam fuiſſe conſecratum Epiſcopum hujus eccleſiæ, opus eſt aſſerere, vel Ricciam ante menſem Junii obiiſſe, vel nondum conſecratum epiſcopatui renunciaſſe.

XXXV 35 PHILIPPUS electus Neocaſtrenſis die 4. Julii in Sacrario Eccleſiæ ſanctæ Mariæ ſuper Minervam conſecratus eſt à Joanne epiſcopo Minervino eodem anno 1530. poſt ejus obitum eccleſia hæc per regreſſum ad Cardinalem de Monte rediit, quam cum deinde ceſſiſſet, ſequens Nicolaus declaratus eſt Neocaſtrenſis Epiſcopus.

XXXVI. 36 NICOLAUS itaque Rhegitanus renunciatus eſt Epiſcopus die 16. Febr. 1533. Brevis Pontifex fuit, quippe qui nondum ſeptimo exacto menſe ab auguratione mortalitatem explevit.



XXXVII 37 PAULUS Capiſuccus, *b* Romanus, patre Cincio, matre Hieronyma de Lenis natus, clarus ſanguine, clariſque virtutibus ſucceſſit Nicolao die 7. Novembris 1533. de quo in genealogia ejus familiæ Romæ typis edita anno 1653. hæc ſcripſimus. Natus eſt Paulus anno Domini 1479. vir literarum ſcientia, vitæ integritate, omniumque virtutum cumulo plane mirabilis, Vaticanæ primum Baſilicæ Canonicus fuit, deinde Romanæ Rotæ Auditor, ac Decanus, Concilio Lateranenſi ſub Julio II. interfuit, Signaturæ gratiæ Præfectus, Epiſcopus Neocaſtrenſis. Quatuor Summorum Pontificum, Leonis X. Adriani VI. Clementis VII. ac Pauli III. Urbis Vicarius generalis, pro quibus etiam variis legationibus functus eſt. Perusinos tumultuantes frænavit, & ad Romanæ Eccleſiæ obedientiam ſua dexteritate reduxit: ſua quoque auctoritate, & in rebus agendis prudentia Venuſinum Comitatum diſcordiis æſtuantem, & rebellantem compoſuit, & ad priſtinum quietis candorem traduxit Paulo III. Pontifice. Cum Henricus VIII. Angliæ Rex Catherinam Auſtriacam legitimam uxorem repudiaturus eſſet, ac Regina ad Romanum Pontificem Clementem VII. appellaſſet, Pontifex cauſam hanc totam Paulo tunc Rotæ Auditori cognoſcendam ipſique demum Pontifici referendam, & explicandam commiſit. Carolum V. Imperatorem Romam advenientem Pauli III. Pontificis nomine, Paulus extra Urbem excepit, multiſque aliis honoribus ſub eodem functus, ſub quo Romæ defunctus eſt 8. Idus Auguſti, 1539. magno omnium luctu funus ejus curatum eſt, & corpus inductum in Baſilicam Liberianam, in D. Franciſci antiquo Capiſuccorum familiæ ſacello, cum hoc elogio à Joanne Antonio Cardinali Capiſucco nepote appoſito, conditum eſt.

b De eo Mandoſius Cent. 1. n. 85. & Oldoinus in Athen. Auguſt.

D. O. M.

Paulo Capiſucco Epiſcopo Neocaſtrenſi, Vicario Papæ, Rotæ Auditori, ſubſignandiſque gratiæ reſcriptis Præpoſito, pluribus legationibus perfuncto.

Jo. Antonius Cardinalis S. Pancratii patruo benemerenti poſuit.

Obiit annum agens lx. viii Id. Auguſti MD. XXXIX.

Cæterum Paulum virum ſummis honoribus dignum vocat ſuis in epiſtolis Jacobus Cardinalis Sadoletus. De hac vero inſigni Capiſuccorum familia egimus in ejus genealogia Romæ typis evulgata; ſed prærerea, quæ ibi ſcripſimus, alia vetuſtiora illius nobilitatis monumenta ad noſtram deinde pervenerunt notitiam: etenim ex tabulario Eugubinæ Civitatis publicum inſtrumentum ab autographo exſcriptum vidimus, in quo memoratur Petrus Capiſuccus Sedis Apoſtolicæ Legatus ſub Calixto Secundo, & Joannes ejus frater anno Domini 1122. Incipit inſtrumentum in hæc verba: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen. Menſe Auguſti & anno ejus Filii Dei 1122. & tempore Calixti Papæ, & Henrici Regis in Civitate Gubia: cartula venditionis quam ego Raynerius . . . . . D. Petri Sedis Apoſtolicæ Legati facio tibi Leoni Ingonis de Vinea, quam &c.* In fine autem: *Completa eſt hæc cartula in hoſpitio ſupradicti Petri Legati in teſtimonio Joannis Capiſucchi fratris ipſius, & Perelli filii dicti Joannis de Roma, & Nuccioli qui eſt Comes filius Monaldi, & Guido pariter filius dicti Nuccioli, &c.* In Archivio vero fabricæ majoris eccleſiæ Urbevetanæ in originali expenſarum libro legitur Nicolaus Capiſuccus urbis Romæ Camerarius anno Dom. 1325. & in alio publico documento penes Reverendiſſimum P. Raymundum Capiſuccum ſac. Apoſtolici Palatii Magiſtrum, memoratur Nicolaus Tranſmundi Capiſucci de Regione Campitelli ſub anno 1301. Joannes Capiſuccus unus fuit ex Romanæ Reipublicæ reformatoribus anno 1361. ut habetur in monumento Urbani Archivii: in alio quoq; publico inſtrumento tabularii eccleſiæ ſancti Angeli in foro Piſcium de Urbe habemus Jacobellam Capiſuccum fuiſſe Dominum Caſtri Turris Candulphorum an. 1389. Jacobellus iſte antea hoc eſt anno 1375. unus fuerat ex tribus munus Senatorium exercentibus in alma urbe Roma. Vetuſta hæc familiæ hujus nobilitatis fragmenta, quæ latebant, mihique obſcura erant, longe antiquiorem illius originem, claritatemque profecto demonſtrant.

38 MARCELLUS Cervinus *c* de Monte Politiano Etruſcus Pauli III. à ſecretis Neocaſtrenſis epiſcopus declaratus eſt die 18. Auguſti 1539. abſens optime rexit annum unum, & ad eccleſiam Regii Lepidi in Longobardia translatus die 27. Septembris anno 1540. mox Cardinalis creatus Epiſcopus Eugubinus evaſit, ac tandem ſuis exigenti- XXXVIII

c De quo Ciaconius Oldoinus t. 3. col. 668. & 797.

bus

bus meritis Summus Eccleſiæ Pontifex renunciatus A eſt ſub nomine Marcelli II. anno 1555. cujus exaggeratas virtutes, prudentiam, pietatem, ac vitæ ſanctimoniam penè omnes ejus ævi hiſtorici pleoius enarraruot, & nos de eo, ejuſque virtutibus egimus io Rhegii & Eugubii Epiſcopis, tum & in notis ad Ciaconium.

XXXIX. 39 JACOBUS Cardinalis Sabellus a factus eſt hojus Sedis adminiſtrator aono 1540. Decem aonos per alios rexit, eamque cum regreſſu dimiſit anno 1554.

a De eo idem Ciaconius t. 3. col. 673.



XL. 40 MARIANUS Sabellos anno 1554. die 10. Novembris Epiſcopi Neocaſtrenſis dignitatem Julio III. concedente aſſequitur, anno verò 1556. die 6. Febr. cum Engubino Sacerdotio illam commutavit. Tunc Eccleſia Neocaſtrenſis ad Jacobum Card. Sabellum jure regreſſus rediit, quam iterum adminiſtravit ann. quatuor, iterumque reſignavit. De Mariano vide Eugubinorum Epiſcoporum noſtram ſeriem io tom. 1.



XLI 41 JOANNES ANTONIUS Fachinettus b Bononienſis ex Præfecto Parmenſi fit Epiſcopus Neocaſtrenſis die 26. Jan. 1560. ac munus illud cum laude adminiſtravit oſque ad annum 1565 qnotranslatus eſt ad Hieroſolymitanum Patriarchatum, & apud Rempnb. Venetam Gregorii XIII Pontificia Maximi Apoſtolicus Nuncirs fuit, à quo S. R. E. Presb. Card. tit. SS. Quatuor Coronatorum creatus anoo 1583. ac taodem ſumma ſac. Collegii conſenſione in Romaoum Pontificem adſcitur in quo Pontificatu Ionocentii IX nomen aſſumpſit, cujus vitam, & resgeſtas inter cæteros ſcripſit Ciaconius.

b De eo Ciacon. Olduini tom. 4. col. 49 & 183.




XLII. 42 FERDINANDUS Spinellus Neapolitanus ſummo loco natus patre Ferdinando Duce florente ætate ex profana militia ad Eccleſiaſticam vocatus Neocaſtrenſis Epiſcopus eligitur 23. Septembris 1575. poſt annos ſeptem ad Policaſtrenſem traductus 1581. Neapoli obiit, jacet in eccleſia ſanctæ Catherinæ de Formello hoc inſculpto epitaphio.

Ferdinando Spinello Ferd. Ducis filio poſtremo tractanti arma tribunatus militum à Philippo II. Hiſpaniarum Rege delatas eſt ſacram militiam adeunti Neocaſtrenſi primum deinde Policaſtrenſi à Gregorio XIII. Pont. Max. Carolus Spinellus major nata contra votum ſuperſtes fratri unanimi F. C.

XLIII. 43 ALEXANDER Ravalius an. 1582 die 26. Januar. Greg. XIII. Neocaſtrenſis Epiſcopatus poſſeſſionem apprehendit. Defunctus eſt 1585.

XLIV. 44 Fr. CLEMENS Bontedotio c de Montefalco Ordinis Minorum Generalis Mioiſter Neocaſtrenſem eccleſiam aſſequitur mandante Sixto V. Papa B die 23. Jnnii 1585. de quo In Diariis Fr. Clemens de Moote Falco Ordinis Minorum Conventualinm Generalis, qni delapſus ex equo confractus eſt h umeris, & oon poteſt equitare electus eſt Epiſcopus Neocaſtrenſis cum reſervatione penſionis pro Card. ſanctorum Quatuor. Vita ſunctus eſt circa annom 1594.

c Bontedutus, de quo Jacobillus in Bibl. Umbriæ p. 90. & Franchinus in Bibliosophia p. 149. Mandoſi.



C

XLV. 45 PETRUS FRANCISCUS Mentorius d Romanus, Marchionis Conſtantini filius nobilitate generis, & moribus clarns, ad hanc dignitatem vocatus à Clemente VIII. anno 1594. die 3. Febr. præfuit huic Eccleſiæ annis 26. ac ſub Gregorio XV. liberè nuncium remiſit. Fuit Avenionis Prolegatus, & in Germania Apoſtolicus Nuncius, & Sacelli Pontificii unus ex aſſiſtentibus ſub Vrbano VIII. ſub quo vita exceſſit. Ejus legitur ſententia de meritis B. Andreæ Corſini Epiſcopi Feſulani inter Divos referendi apud Epiſcopum ſancti Severi poſt vitam eiuſdem Sancti.

d De eo Mandoſius in Bibl. Rom. vol. 2. p. 258.

XLVI 46 FERDINANDUS Confalona Neapolitanus electus die 19. Aprilis 1621. cum tres omnino annos Pontificiom munus in hac eccleſia geſſiſſet, inter vivos eſſe deſiit anno 1624.

XLVII. 47 Fr. BALTASSAR Bolognettus e Bononiæ Senatoria familia natus Ord Servorum Generalis, à D Gregorio XV cujus erat familiaris, & charus perpetuns Xenodochii S. Spiritus io Saxia Commendator, tum & Protonotarios Apoſtolicus creatua, ad purpuram ab eodem promovendns, ni feſtina Pontificis mors honorem meritis ejus clariſſimis abſtuliſſet. Porpureum addictum pileum in viridem ei commutavit Urbanus VIII dum in Ferdinandi demortui locum Epiſcopum Neocaſtrenſem illum declaravit anno 1624. die 11. Martii. ludentis fortunæ vim lubenti animo amplexus, poſt ſuam inaugurationem ad eccleſiam ſuam profectus, eam ſumma animi moderatione optime rexit annis ſex, & menſes aliquot, ac quietè diem ſnum obiit menſe Septembri 1629. ſepultus in veteri Cathedrali.

e De eo Saulnier in opere de Capite ſac. ordinis S. Spiritus p. 59. Mandoſ.

XLVIII. 48 ALEXANDRUM Caſtracanum Vincentii filium nobilem Faoenſem ex utriuſque Sigoaturæ Referendario, & Card Vicarii in Vrbe Locumtenente civili Urbanus VIII. ad Neocaſtrenſem evexit

ſedem anno 1629. die 7. Novembris, & ad Ducem Sabaudiæ Sedis Apoſtolicæ Nuncium miſit. Elapſo triennio ſpoliorum Collector in Luſitania fuit, cum prius Neocaſtrenſem epiſcopatum libere dimiſiſſet; ubi variantis fortunæ ludibria expertus, vix mortem evaſit propria in domo fame periturus, ni piorum hominum exquiſita diligentia illum liberaſset, adduxiſſetque in Caſtellæ Regnum. Romam reverſus Fanenſis patriæ Epiſcopus declaratus eſt 1643. 22. Junii ubi poſt aliquot annos mortuus eſt, & in Cathedrali ſepultus.

XLIX 49 JOANNES BAPTISTA Curialis à Siderone, Hieracenſis Diœceſis, Neocaſtrenſem eccleſiam adeptus eſt ab Urbano VIII. anno 1632. 3. Nonas Julii. Sedit plus minus annis tribus, mortuus eſt anno 1635.

L. 50 DOMINICUS Ravenna, Romanus, ſucceſſit Curiali die 16. Febr. ann. 1635. Sedit annos duos, menſes aliquot. Obiit anno 1637.



LI. 51 MARCUS ANTONIUS Mandoſius *a* nobilis Romanus celebris in Urbe cauſarum patronus ab Urbano VIII. anno 1637. die 7. Septembris delectus eſt Epiſcopus Neocaſtrenſis, conſecratus ab Urbe diſceſſit, initaque Præfectura, dum vigilanti cura gregem ſibi commiſſum paſcere ſtuderet, terræmotu civitatem pene collapſam propriis uſurpavit oculis. Ille divinitus ſervatus, qua virtute, qua conſtantia attritos caſus acerbitate populos juverit, & depreſſos extulerit apud Agatium de Summa in hiſtorica narratione terræmotus Calabriæ candide conſcripta legitur, adhucque viget memoria. Ablatus eſt nondum ſecundo exacto anno ab auguratione ſua, ſalutis vero 1639. vel ex ipſo mœrore in civitatis vaſtatione concepto, vel ex inclementia Cœli, & in ruinoſa veteri cathedrali humatus, cujus memoriæ Joannes Baptiſta ejus genitor, & Marcellus frater ex marmore ad ſepulchrum hocce incidi curarunt cœnotaphium.

a De hoc gentili ſuo Mandoſius in Bibl. Rom. Cent. 2. num. 54.

D. O. M.

Marco Antonio Mandoſio Patritio Romano, qui cauſis in Urbe patrocinandis ſumma ingenii, & eloquentiæ laude floruit, mox ad Neocaſtrenſes infulas evectus terræmotu patrum memoria longe maximo regionem vaſtante ſervatur ipſe inter collapſæ urbis ruinas incolumis ea; clade hoſpitali civium conſuluit, moxque nobilium diſſentientium fœderatis ſubinde ſimultatibus, poſtremo curandæ ovium ſaluti ærumnis diu perfunctus peracerbo omnium ſenſu ac lacrymis elatus. Joan. Baptiſta Mandoſius pater, Marcellus frater filio & fr. benemerenti mœrentes poſuerunt an. Dom. MDC. XLI.

LII. 52 JOANNES THOMAS Perronus, nobilis Roſſanenſis, ærumnoſam, ac pene deſolatam Eccleſiam regendam ſuſcepit ab Urbano VIII. Pont. Max anno 1639. die 11. Aprilis, ad quam cum acceſſiſſet, invicta virtute, animo nobili, proprio ſumptu novam Cathedralem intra urbis mœnia, & Epiſcopium cœpit ædificare, & jam abſolutam cernunt Neocaſtrenſes, & nomen Perronis, piam liberalitatem, virtutemque eximiam deprædicant, quem non ſolum erga materialem cultum virum indefeſſum, ſed & in Eccleſiaſticis muneribus ſedulum



miniſtrum, & erga divinũ cultum ferventiſſimũ nemo eſt qui nõ agnoſcat, cujus laudes poſteri nõ tacebunt.

A D D I T I O.

(,, Diebus, ac meritis onuſtus naturæ debitum
,, perſolvit Perronus die 16. Novembris 1677.
,, FRANCISCUS Tanſius, Patritius Mathera- LIII.
,, nus. Hic primum à Simeone Caraſa Archiepiſco-
,, po Meſſanenſi, ad munus Advocati Fiſci illius per-
,, ampla diœceſis evocatus, Vicarii generalis etiam
,, vices ſæpius laudabiliter geſſit. Aliquando ad Pa-
,, triam reverſus, ibidem brevi tempore moraturus,
,, ut interim cæteris dignitate præcelleret, à Joanne
,, Baptiſta Spinula tunc Archiepiſcopo Matherano,
,, poſteà Jannenſi, ac S. R. E. Card. titulo S. Cæciliæ
,, nuncupato, Vicarii generalis honore decoratus
,, extitit. Meſſanam inde rediens, defuncto Archie-
,, piſcopo, vigentibus tunc Meſſanæ motibus, ad re-
,, gendam diœceſim Catholico Regi ſubjectam, Vi-
,, carius generalis delectus fuit; atque tunc hujus
,, viri charitas præcipuè enituit, cum plurimis elar-
,, gitis ſcutorum millibus Xenodochium in Civitate
,, Melatii pro alendis, curandiſque Hiſpanis Mili-
,, tibus infirmis, aperuit. Compoſitis tandem Meſſa-
,, næ tumultibus, Neapolim ſe tranſtulit, ubi re-
,, nunciato illius Civitatis Vicariatu, ſibi à Cardi-
,, nali Caracciolo Archiepiſcopo oblato, dum poſt tot
,, peractos labores, ab omni penitùs ambitione a-
,, lienus conquieſcere curabat, à S. M. Innocentio
,, XI. Neocaſtrenſi Eccleſiæ, anno 1680. die 22. Ja-
,, nuarii, quamvis invitus præficitur. Romam pro-
,, indè profectus, ibidemque conſecratus, Neoca-
,, ſtrum ſucceſſivè ſe contulit, ibique Eccleſiam
,, Cathedralem ab Epiſcopo prædeceſſore ferè abſo-
,, lutam, perfecit, ac in ea totum chorum cum ſacra-
,, rio exornavit. Eccleſiaſticam Immunitatem invi-
,, cta conſtantia perpetuò defendit, ac gregi ſibi credi-
,, to, poſt quàm vigilanti Cura ſingulari animi mode-
,, ratione, prudentia, atque charitate, annis ſupra
,, duodecim præfuiſſet, ſeptuagenario major 1692.
,, die 3. Maii ab hac vita migravit, ejuſque Cadaver
,, in Eccleſia Cathedrali tumulatum fuit.
,, NICOLAUS Cyrillus, Neapolitanus, J.U. D. ex LIV.
,, patriæ Metropolitanæ Canonico, Procuratore Fiſ-
,, cali S. Officii, & curiæ Archiepiſcopalis judice Ordi-
,, nario, creatus eſt Neocaſtrenſis Præſul 7. Julii
,, 1692. Defunctus eſt menſe Januario 1708.
,, JOANNES Caraſa, Clericus Regularis Thea- LV.
,, tinus, ſacræ Theologiæ Lector, divini verbi præ-
,, co, ac Viceprœpoſitus domus S. Sylveſtri in monte
,, Quirinali de urbe, huic Eccleſiæ præficitur 8. Ju-
,, nii 1718 annoque vix exacto deceſſit Neapoli men-
,, ſe Auguſto 1719.
,, DOMINICUS Angelettus, è Monte Peluſio, J. LVI.
,, U.D. ſubſtitutus deinde eſt 2. Octobris 1719.)

NICOTERENSES

EPISCOPI.

NICOTERA ulterioris Calabriæ civitas eſt in extremis propè Italiæ finibus Siciliam ſpectans, in excelſo, ſalubrique loco ſita, & mari imminens. Hanc olim Medamam fuiſſe dictam Bar

rius

rius affirmat. Fuit Medama Locrorum ædificium, & emporium celebre, cui Lipirenſes inſulæ objacent, ut Strabo, & Plinius tradiderunt. Antoninus Auguſtus in itinerario Nicoteram ponit (vigeſimo quinto à Vibone milliario. Ex quo apparet Nicoteræ nomen jam primum impoſitum fuiſſe à victrici aliqua claſſe, quæ in Italiam reverſa urbem hanc Nicoteram, hoc eſt victricem, & illi finitimam Tropeam à reverſione militum dixerit, quos identidem colonos, atque accolas reliquerit. Ex hac urbe vir fuit Stephanus Philippus, qui ſcripſit de ventis. Hic ſerica, & lina clara fiunt; non longè autem ab urbe ſtatio eſt fida navigiis, inde Metaurus amnis navigabilis mari adhibetur, cujus meminit Strabo. Nicoteram non ſemel a Saracenis dirutam fuiſſe ſcribit Freccia de ſubfeudis. Etenim cum inter Boemundum, & Rogerium Guiſcardi filios ob Principatus ambitionem grave bellum eſſet exortum, Rogerius Comes ad dirimendam nepotum diſcordiam Apuliam ſeceſsir, Cuſentiam Calabriæ urbem a Rogero deficientem debellatis Cuſentinis ad deditionem coegit: interim Benavir Saracenus ingenti claſſe Nicoterum Calabriæ oppidum ſtatim cepit, ſpoliatumque funditus delet. Iterum Saraceni è Tuneto magna claſſe inſtructa ſolventes, littoralibus Siciliæ locis infeſtatis Calabriam invaſere, ubi 28. die Junii Nicoterum urbem ex improviſo invadunt, capiunt, ac ingenti (virorum, mulierum & omnium rerum adducta præda incendunt, & Tunetum, unde venerant, redeunt: hæc ſub Roberto Guiſcardo. Noſtris vero ferè temporibus a Turcis capta, ac pene deſolata fuit civitas hæc, paulatim deinde priſtinum ſuum recepit ſplendorem, hodieque quingentas familias alit, animas vero bis mille continet. Nicoterenſis Eccleſia admodum antiqua eſt (etenim nongentis quinquaginta abhinc annis quidam Sergius Epiſcopus Nicoterenſis interfuit Synodo Nicænæ ſecundæ ſub Adriano Papa anno Chriſti 787) memoratur etiam Epiſcopus Maſſæ Nicoteranæ a Gregorio Magno in epiſt. 40. Ind 14 ad Rufinum Epiſcopum Vibonenſem de Presbytero ibidem ordinando, cum Epiſcopus pro quibuſdam culpis in pœnitentiam deputatus eſſet, nec ullus illic eſſet Presbyter qui ſacra poſſet Miſſarum ſolemnia celebrare. Illam poſt multa ſæcula iterum ad Cathedralis dignitatem in gratiam Henrici de S. Severino civitatis Dom. Bonifacius IX. Pontifex evexit a Rhegienſi juriſdictione divulſam, eidemque Archiepiſcopo Rhegino ſuffraganeam conſtituit anno 1392. 3. Kalen. Septemb. Itaque cum eidem civitati propriam, peculiaremque Diœceſim attribuiſſet, ut deinceps Epiſcopus jus divinum diceret per bullam decrevit, quæ extat in lib. de diverſis formis in Vatic. Archivio fol. 4. ann. 3. pontificatus ejuſdem. Parochialem ſanctæ Mariæ Aſſumpr. dicatam eodem die in Cathedralem erexit, octo Canonicos una cum dignitaribus, & præeminentiis, privilegiis Canonicorum dedit. Sita eſt Baſilica hæc in ipſa civitate nova amplaque ſtructura ex Epiſcoporum, populorumque civitatis pia liberalitate de novo exædificata, in eaque ſacris hodie miniſtrantium numerus ferè viginti, in primis autem duodecim Canonicorum, ex quibus quatuor dignitate eminent. Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Decanus, Cantor, Theſaurarius, Capellani duo titulares, & alii Sacerdotes. Ex dignitatibus Archidiaconus totius civitatis animarum curæ præeſt adjuvantibus illum in ſacramentorum adminiſtratione etiam reliquis Canonicis. Cantor chorum, & divina dirigit officia. Decanus promulgat excommunicationes, & mandata Apoſtolica. Theſaurarius curam habet ſacræ ſuppellectilis. Nullæ quod ſciam extant in hac Baſilica Sanctorum reliquiæ ob Turcarum deprædationes, & incendia. In civitate parochialis eccleſia præter Cathedralem nulla. Virorum Cœnobia erant quinque, Sanctimonialium unum, quinque. Confraternitates, & unum Hoſpitale. In eccleſia autem Beatæ Mariæ quieſcit corpus B. Pauli Sinopolitanis Minoritæ. Diœceſis Nicoterenſis anguſta eſt, oppido enim uno Phlocaſtro appellato, & quinque pagis conſtat, in quibus totidem parochiales eccleſiæ, totidemque Rectores, præterquam in oppido Phlocaſtri, in quo tres Rectores curam exercent. Pagorum nomina ſunt Commerionum, Prietonum, Caloplironum, Vatunum, Carinetum, & Madaranum, ac S. Nicolai ſunt in agro Phlocaſtri. Erant in hac tota Diœceſi una cum Civitate virorum Cœnobia quinque, unum Dominicanorum unum Cœleſtinorum, & tria Franciſcanorum Obſervantium, & Cappuccinorum. Sanctimonialium unum duntaxat in civitate. Beneficia ſimplicia quatuor, hoſpitales domus duæ, Laicorum ſodalitia in ſingulis Parochiis ſingula ad honorem Sanctiſſimi corporis Chriſti. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum regni 1500 taxatur vero in libris cameræ Apoſtolicæ ad florenos 33. ÷ 3. Epiſcopi autem, qui in hac ſede floruerunt ex Actis conſiſtorialibus eruti hi ſunt à Bonifacii IX. inſtitutione, uſque ad noſtram ætatem.

1 Fr. JACOBUS è civitate S. Angeli Lombardorum (r) Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini vir I.
inſignis doctrina, & pietate primus dignus habitus eſt, ut à Bonifacio IX. Pontifice huic eccleſiæ præficeretur in epiſcopum ann. 1392. 17. Kal. Septemb. quot annos in ea dignitate conſumpſerit, vel quo anno obierit, non conſtat.

2 PETRUS Jacobo defuncto, vel ad aliam dignitatem promoto ſucceſſit, obiit ſub Joanne XXIII. circa annum Domini 1415. II.

3 Fr. CLEMENS Neapolitanus Ordinis Carmelitani ad hanc eccleſiam traductus eſt ab eodem Joanne XIII. anno 1415. 4. Kal. Maii, dum Triburghi Conſtantienſis Diœceſis commoraretur: mortuus eſt, vel ad aliam tranſlatus eccleſiam circa annum Domini 1423. III.

4 FLORIDATIUS electus à Martino V. 4. Kal. Febr. 1432. IV

5 FRANCISCUS hujus eccleſiæ Pontifex, ſucceſſit anno ſalutis 1452. obiit anno 1460. V.

6 PETRUS Balbus Venetus ſucceſſit Franciſco ann. 1461. die 15. Febr. VI.



7 FRANCISCUS Brancia civis Amalphitanus Monachus Ordinis Ciſtercienſis huic Eccleſiæ præficitur in paſtorem Non. Julii 1452. ex lib. obligat. In viviserat anno 1471. die 5. Januar. ind. 4. exceſſit circa annum ſalutis 1475. VII.

8 NICOLAUS de Guidiccionibus nobilis Archidiaconus Lucenſis an. ſalutis 1474. in gratiam Ferdinandi Regis delectus eſt Nicoterenſis epiſc. obiit ann. 1487. de quo Card. Papienſis in epiſt. VIII.

9 ANTONIUS Lucidus Neapolitanus electus 6. Idus Febr. 1487. 4. Nonas Junii tranſlatus inde eſt ad Neocaſtrenſem Eccleſiam anno 1490. IX.

10 ARDUINUS Pantaleonus Canonicus X.

(r) Toppius in Bibl. Neapol. pag. 108. conatur oſtendere contra Ughellum Jacobum hunc non fuiſſe è civitate S. Angeli Lombardorum, ſed S. Angeli in Apulia ulteriori. Quod ut probet, veridicum adducit inſtrumentum ſtipulatum 1314. die 14. Octob. in quo nominatum *Fr. Jacobus de Urſa Prior loci Civitatis S. Angeli Ord. Erem. S. Aug. &c.* & hunc F. Jacobum de Urſa vult creatum fuiſſe in decrepita ætate 1391 primum Epiſcopum Nicoterenſem. Bone deus! Quando 1314. Jacobus Urſa Prior extabat, ſaltem in ætate 24. annorum conſtitutus eſſe debebat: additis itaque 78. nempè à 1314 uſque ad 1392. conficiunt ſummam 102. Quis credat ſenem ... ultra deſignatum primum Epiſc. Nicoteren. incertum igitur ſit, è quanam civitate fuerit Jacobus noſter: & certum, quod non fuerit Jacobus ille de Urſa. *Gandolphus*. Diſſert. de 200. Script. Aug. p. 190. ubi plura de Jacobo.

Paduanus electus die 8. Febr. an. 1490. ſedit annos multos, & cum eſſet annorum 75. ſibi coadjotorem dari petiit ann. 1517.



XI. 11 JULIUS CÆSAR de Januario Neapolitanus Jacobi Antonii Nicoteræ Comitis ex Iſabella Origlia filius, Annibalis Primi Nicoteræ Comitis frater electus coadjutor ſupradicti Epiſcopi Nicoterenſis cum ſpe futuræ ſoccesſionis anno 1517. 2. die Decembria, demortuoque ſucceſſit, ſedit ad annum uſque 1530. quo defunctus eſt.

XII. 12 PRINCIVALLIS de Januario Julii Cæſaris frater ſucceſſit, adlectuſque eſt die 5. Decembris 1530.

XIII. 13 CAMILLUS de Januario Neapolitanus hujus Eccleſiæ Epiſcopus obiit anno 1542.

XIV. 14 JULIUS de Januario Camilli frater germanus ſucceſſit, electus 15. Martii 1542. cum diſpenſatione ſuper bigamiam, triginta omoino annos ſedit, defunctus eſt anno 1573.

XV. 15 LEONARDUS Liparolus Maſſæ Lubenſis civis Juriſconſultus celebris evehitur ad Nicoterenſe Sacerdotium ann. 1573. die 13. Martii, exceſſit anno 1578. de quo Julius Cæſar Capaccius in Hiſt. Neap.

XVI. 16 LUCAS ANTONIUS Reſta de Montagnana Hydruntinus, Epiſcopus Caſtrenſis huc translatus die 11. Auguſti 1578. inde Andrenſis evaſit anno 1582.



XVII. 17 OCTAVIANUS Capice Neapolitanus die 27. Maii 1582. traductus ad Epiſcopatum Nicoterenſem. Laudatur à Clemente VIII. publico in Conſiſtorio tanquam de Romana Eccleſia benemeritus ob immenſam pecuniam libere eahibitam, dum Clemens Ferrarienſem expeditionem meditaretur. Legendus Campanilis in deſcriptione Capiciæ familiæ, ex qua fuit etiam Vincentius Gallipolitanæ Eccleſiæ Præſul, aliique Prælati, de quibus ſuis in locis.

18 CAROLUS Pintus Salernitanus, Julii Cæſaris ex Marina Samudia filius ad Nicoterenſem Eccleſiam aſsumptus anno 1616. vir æque generis nobilitate, vitæ innocentia, ſingulari prudentia & zelo, præſertim in Eccleſiaſticis diſciplinis clarus. Eo Præſule Nicotera die 20. Junii 1638. à Turcis capta, ac miſere pene deſtructa, boniſque omnibus ſpoliata, maximaque pars civium in ſervitutem abducta, tunc Caroli pietas, & amor in omnes eximie illuxit, cujus memoria apud Nicoterenſem Clerum, populumque in benedictione eſt. Patruum habuerat Matthæum Ord. Minorum diſtrictioris obſervantiæ virum clariſſimum, ac præcipua bonitate admirabilem. Salamanticæ defunctum à Philippo III. Hiſpaniarum Rege, cujus erat carus, non ſine lachrymis deſideratum, cujus virtutem, pietatemque imitatus Carolus, Præſul evaſit omni laude digniſſimus. Sedit omnibus gratus annos 26. fatoque functus eſt anno 1645. XVIII

19 CAMILLUS Baldus in Urbe cauſarum optimæ famæ procurator, antiquuſque Curialis, ac Pontifici Innocentio X. notus, à quo nec cogitans hujus Eccleſiæ eligitur Epiſcopus die 6. Martii 1645. Obiit vix quinto elapſo à ſua inauguratione anno, & in Cathedrali humatus jacet. XIX.

20 LUDOVICUS Centoflorenus a è nova Civitate Diœceſis Firmanæ Lucii filius, frater Conſtantii, Innocentii X. Pont. Maximi Aulę Præfecti, vir nobilis, & omnigenæ eruditionis excellens, auctor Lauretani, Conciliique Tridentini Clypeorum adverſus hæreticorum ſagittas, in Alma Urbe cauſarum patronus, invitus ab eodem Innocentio Pontifice ad Epiſcopatum hunc traducitur die 2. Maii anno 1650. Poſt ſuam inaugurationem valedicens amicis ad Eccleſiam ſibi commiſſam properavit, ſolemnique ritu cœpit boni paſtoris verbo, & opere illam adminiſtrare, pauciſque menſibus eo in munere laudabiliter perſunctus, laboribus morte præventus raptus eſt ex hac mortali vita, in Cathedrali non ſine lachrymis Nicoterenſium terræ mandatus eſt, ejuſque illic virtutes pio Præſule dignæ ut ſimul illuxere, interiere ſimul, ego enim amico chariſſimo, ac ſemper mihi memorando, grati animi elogium ſcripſi. XX

a De eo Marracius in Bibl. Mar. par. 1. p. 54. & Calogerius in Memor. Ill. Recin. p. 143. Mandoſ.

21 HERCULES Coppula Gallipolitanus electus anno 1651. XXI.

22 FRANCISCUS Cribarius promotus anno 1658. XXII.

ADDITIO.

„ *Franciſcus Cribarius, Cuſentinus, J. V. D. ac Rector parochialis Eccleſiæ S. Nicolai in Arcionibus de urbe, promotus eſt 6. Maii 1658. obiitque 3. Martii 1667.*

„ *JO: FRANCISCUS Biancolella, nobilis Averſanus, J. U. D. & Patriæ Cathedralis Canonicus, ſublectus eſt 22. Auguſti 1667. Brevis pontifex deceſſit menſe Februario 1669. nefariè interemptus, ut habetur ex Bulla Clementis IX. in ejus interfectores in ultimo tomo Bullarii Romani.* XXIII

„ *Fr. FRANCISCUS Arrigus, Siculus, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, S. Theologiæ Lector, & curatus parochialis Eccleſiæ S. Andreæ de Frattis de Urbe, cujus cœnobii fuerat etiam Superior, præfectus eſt huic cathedræ 6. Octobris 1670. E' vita migravit menſe Novembri 1690.* XXIV

„ *BARTHOLOMÆUS de Ribero, Hiſpanus, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum, S. Theologiæ Magiſter, & Lector, Vicarius, & Procurator generalis totius Religionis ſuæ, & Congregationis ſacrorum rituum Conſultor, Arrigo ſucceſſit 12. Novembris 1691. Vale dixit huic ſæculo menſe Decembri 1702.* XXV.

„ *ANTONIUS Mauſo, Tricaricenſis diœceſis, J. U. D. Protbonotarius Apoſtolicus, Canonicus, & Vicarius generalis Cathedralis Eccleſiæ Mileitanæ, aliàs Canonicus Eccleſiæ Anglonenſis,* XXVI

&

„ *& Subcollector generalis Nunciaturæ Neapolitanæ, decoratur hac infula 2. Octobris 1703. Poſt decennium bene adminiſtratæ provinciæ occubuit menſe Novembri 1713.*

XXVII. „ *Fr. JANVARIVS Matthæjus, diœceſis Militenſis, ac Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, ad hanc ſedem evehitur 10. Januarii 1718.*)

OPPIDENSES

EPISCOPI.

OPPIDUM, Mediterranea eſt ulterioris, ſeu ſuperioris Calabriæ Civitas Comitatus titulo inſignis, ad radices Aſprimontis conſtituta, loco ſalubri, natura & arte munito ſita, ob eamque (ut quibuſdam placet) Opedum ab ope incolis danda nuncupata. Eſt autem duobus amnibus Trecoſio, & Madema, vallibuſque amœnis undique cincta. Hic nobiles Nundinæ quotannis celebrantur. Ager cuncta neceſſaria incolis præbet, nam frumenti, & aliarum frugum ferax eſt, & paſcendis gregibus aptus, & irriguus, ubi Regia equorum armenta æſtivo tempore pabulantur. Fit ibidem oleum, vinum, & ſericum nobile. Habitatur porro familiis in Regii Fiſci codice deſcriptis 800. animæ verò fidelium bis mille recenſentur. Epiſcopatus Oppidenſis Græcus olim fuit, cujus ſedem à Sixto IV. Papa an. 1472. cum Hieracenſi conjunctam uno & eodem ſub Antiſtite fuiſſe, quam deinde Paulus III. ab eadem Hieracenſi diſtinxiſſe anno 1536. Acta Conſiſtorialia habent. Latet hujus Epiſcopatus prima inſtitutio; tamen fuiſſe antiquum inter recentiores perantiquę traditionis conjecturam faciamus licet. Suffraganeus eſt Oppidenſis Epiſcopus Archiepiſcopi Rhegini; etenim vel à B. Stephano primo Rhegienſi Antiſtite, vel ab ejus ſucceſſoribus primum lac pietatis hæc civitas ſuxit, Deiparæque Virginis Aſſumptæ Templum ſtructuræ nobilis extruxit, quod Cathedralem vocant. Sex Dignitatum gradibus Baſil. hæc condecoratur Archidiaconatu, Decanatu, Cantoratu, Theſaurariatu, Archipresbyteratu, qui curam animarum exercet, & Cimeliarca, quibus adduntur quatuordecim Canonici cum ſuis præbendis, quarum una eſt pœnitentialis, & cum minorum gentium Clericis, qui illic divinas laudes perſolvunt. Præter Cathedralem in hac civitate ſunt Parochiales Eccleſiæ duę, tria erant virorum Cęnobia, & unum Sanctimonialium, Sodalitates una in Cathedrali inſtituta, quæ octo Virgines nubiles dotat, & aliæ quatuor diverſis in locis erectæ, unumque Xenodochium ad pauperes recipiendos. Diœceſis ad quadraginta milliaria extenditur, complura Oppida, & pagos continet, ex his quidam Græcæ originis incolas olim habebant, qui Latinum ritum ſuſcepere, cum populus omnis ad Latinos ritus, & cæremonias recipiendas ſponte conſpiraſſet. Inter Oppida Latinorum celeberrimum eſt Terranova, origine vetuſtum, ſed poſt Calabriæ vaſtationem ſexcentis, amplius ab hinc annis novis colonis ſuſceptis ſic appellatum. Nunc Ducali titulo, & anniverſario emporio ac ſerici copia clarum. Gaudet hoc Oppidum jucundo proſpectu ſubjacentis agri, vini, lini bigeni, maſculi ſcilicet, & fœminei, Cannabis copia, & aucupiis faſianorum, alitumq; nobilium, ac ferarum venationibus opulenti. Sunt in agro Terrę novæ pagi Regicorum, Leonũ, Martini, Creſtori, Vaſonum, Radicina Rotrinorum Bracatum, Cortiladum, Galatonum, Scroſonium,

Italia Sacra Tom. VIII. Par. II.

A Melochium, Caſtellacium. In ipſo autem Oppido Terræ novæ in Templo D. Catherinę ſunt inſignes reliquię, duæ ſcilicet ſpinæ coronæ Dominicæ, & fruſtulum ligni Crucis. & Columnæ, in qua Chriſtus Dominus flagris cæſus fuit, Matthæi Apoſtoli, Blaſii, Chriſtophori, & aliorum Sanctorum. Tres ibidem ſunt Eccleſiæ Parochiales. Virorum Cęnobia quatuor, & in his unum Cœleſtinorum opulentum, tum & copioſum, alens familiam Religioſorum Patrum, qui divinum cultum, ſacraſque cæremonias accuratè, & piè non ſine nobili canentium concentu obeunt. Inſignis etiam locus hujus Diœceſis eſt Comitatus S. Chriſtinæ, qui ſuas habet nobiles Eccleſias, & juxta mœnia nobile Minorum Obſervantium Cœnobium, & ſodalitia quædam Laicorum. In agro autem civitatis Oppidenſis ſunt pagi Varapodum, Oppido par Crotonum, Theſillicum, Meſinadum, Sargonadum, ubi olivæ amygdalarum magnitudinem exæquant. In eadem pene Diœceſi eſt Conſolatum, Oppidum Baronale, ubi eſt cœnobium B Cappucinorum, item Synopoli Oppidum penſili loco in radice Appennini ſitum, unde fuit B. Paulus Minorita, cujus corpus (ut diximus) Nicoteræ quieſcit. Epiſcopatus cenſus cum duorum millium, & trecentorum ſcutatorum illarum partium ſummam efficiant, taxatur in libris Cameræ Apoſtolicæ flor. 33. ÷ 3. Epiſcopi hujus Sedis, quos jam inde expiſcari potuimus uſque ad hæc noſtra tempora ſequentes ſunt.

1 N. . . (1) (nomen non exprimitur) Epiſcopus Oppidenſis. Vivebat ann. 1301. memoratur in Regeſt. Caroli II. Arch. Reg. Neapol. *ſcriptum eſt Thomæ Scillato Iuris civilis profeſſoris Magiſtri rationalis. Cum nuper de ordine noſtro proceſſerit, ut quædam tranſlationes in medicina fiant de Græco in latinum per venerabilem Patrem Epiſcopum Oppidenſem, & provideremus etiam, quod eidem Epiſcopo, qui pauper eſt, pro expenſis ſuis exhibeantur unciæ auri quatuor, & uni ſcriptori ſuo, qui cum eo valebit, ad hæc ſimiliter exhibeantur in menſe quolibet tareni* C *auri octo &c.* Quis vero fuerit, vel quando ad hanc dignitatem vocatus fuerit, vel obierit mihi incertum. I.

2 GREGORIUS ex Cantore Eccleſiæ Hieracenſis defuncto Epiſcopo à Capitulo poſtulatus, confirmatur à Benedicto XII. Papa anno 1338. facta prius diligenti Inquiſitione per Epiſcopum Melphienſem in hac re Apoſtolicum delegatum. Sedit annis decem. II.

3 BARNABAS Monachus, & Abbas S. Marię de Trivento Ord. S. Baſilii in loco defuncti Gregorii à Clemente VI. fit Epiſcopus Oppidenſis anno 1349. 15 Kal. Maii ex Reg. Vat. E. 199. fol. 119. ann. 7. ejuſdem Pontificis, quatuor annos in ea dignitate vixit, obiitque anno 1352. III.

4 NICOLAUS ex Archidiacono Oppidenſi ejuſdem Eccleſiæ evaſit epiſcopus anno 1352. 8. Kal. Decembr. ex Indulgentia Clementis VI. ut habetur in Reg. Vat. ep. 38. fol. 23. ann. 10. IV

5 SIMEON Oppidenſis Epiſcopus obiit ann. V.
D 1394.

6 JOANNINUS de Malatacchis Eccleſiæ Tropejenſis Cantor per Bonifacium IX. creatus Oppidenſis Epiſcopus anno 1394. 3. Non. Junii ſedit ann. 6. & defunctus eſt, apud ſuam eccleſiam ſepultus, ex lib. Oblig. Prælator. VI.

7 SIMEON Cervus de Juvenatio præficitur hic in locum Joannini anno 1400. 15. Kal. Septemb. ex eodem libro. VII.

8 ANTONIUS de Caroleis nobilis Cuſentinus proxime poſt Simeonem hanc ſuſcepit Eccleſiam à Martino V. ann. 1424. 10. Kal. Auguſt. translatus ad Biſinianenſem Eccleſiam anno 1429. ubi exceſſit anno 1448. Jacet in eccleſia S Franciſci de obſervantia ubi ad tumulum legitur epitaphium. VIII.

9 THOMAS tranſlato Antonio ſucceſſit ann 1429. die 11. Decembris, poſt paucos menſes IX.

S 3 tranſ-

(1) *Stephanus, ut vocatur in Bulla Indulgentiæ an. 1295. ab XI. Epiſcopis conceſſa Eccleſię B. Philippi in Cella, quam legere licet apud Collectores Actorum 25. Maii t. 5. pag. 172.*

X. tranſlatus eſt ad Strangulanenſem Eccleſiam.

10 VENTURELLUS Nobiel de Cornero frater Archixenodochii S. Spiritus in Saxia ad hanc ſedem promotus eſt 15. Martii ann. 1430 ab Eugenio IV de quo hæc pauca in actis Conſiſtor.

XI 11 Fr. HIERONYMUS Neapolitanus Ord. Eremitarum S. Auguſtini factus epiſcopus Kal. Septembris anno 1449. à Nicolao V. cujus in græcis(1) literis præceptor fuerat, de eo Bartholomæus *a* Bergomenſis in ſupplemento, quem virum philoſophica, ac Theol. facultate inſignem fuiſſe ſcribit; edidiſſe vero aliqua ſui ingenii monumenta aſſerit doctus Herrera in Alphabeto Auguſtiniano. Rexit Oppidenſem hanc Eccleſiam ad ann. uſque 1472. quo ex hac mortali vita diceſſit, quo defuncto, ſublatoque ritu Græco Oppidenſis epiſcopatus perpetua unione coluit cum Hieracenſi.

a Philippus.

XII. 12 ATHANASIUS Caliophilus, Conſtantinopolitanus, Epiſcopus Hieraeenſis, Oppidenſem etiam Eccleſiam regendam ſuſcepit ann. 1472. obiit 1497.



XIII. 13 TROILUS Carrafa Neapolitanus epiſcopus Rapollanus tranſlatus ad Hieracenſem, & Oppidenſem Eccleſias die 27. Novemb. 1497.

XIV. 14 OLIVERIUS Card. Carrafa *b* Archiepiſcopus Neapolitanus harum eccleſiarum adminiſtrator anno 1505. reſignavit eodem anno cum regreſſu.

b De quo Ciaconius [illegible] col. [illegible]

XV. 15 JACOBUS Conchilius Hiſpanus Sacræ Theologicæ doctor eximius, regiuſq; Capellanus, Hieracenſis, & Oppidenſis electus epiſcopus die 23. Febr. 1505. poſt ſedem annorum quatuor tranſlatus eſt ad Catanenſem eccleſiam in Sicilia ann. 1509.



XVI. 16 BANDINELLUS Saulus *c* Januenſis ex epiſcopo Melivetano huc tranſlatus die 23. Febr. 1509. creatus deinde S. R. E. Card. à Julio II. purpura deinde, ac dignitatibus privatus, à Leone X. paulo poſt reſtitutus eſt.

c De quo idem Ciaconius [illegible] col. 197

XVII 17 FRANCISCUS Armellinus *d* Cardinalis Peruſinus ex privatione Bandinelli has ſuſcepit eccleſias in adminiſtrationem anno 1517. Romę obiit 1519.

d De quo pariter Ciaconius tom. 3. col. 179.

XVIII 18 ALEXANDER Card. Ceſarinus *e* fit harum eccleſiarum adminiſtrator anno 1519. eodem anno eas reſignavit cum regreſſu.

e De eo citatus Ciaconius t. 3. col. 404.

19 HIERONYMUS Planca Archiepiſcopus Amalphitanus huc tanslatus die 15. Junii 1519. XIX.

20 ALEXANDER *f* Card. Ceſarinus ratione regreſſus iterum harum Eccleſiarum adminiſtrationem cepit anno 1534 illas rexit annis duobus, eamque iterum reſignavit die 28. Januarii 1536. quo à Paulo III. Oppidenſis eccleſia poſt annum ſexageſimum octavum à Hieracenſi disjuncta, proprium deinceps habuit epiſcopum.

f Hic idem qui ſupra.


21 PETRUS ANDREAS *g* de Ripantibus, Prior Jeſii, electus Epiſcopus Oppidenſis die 28. Januarii 1536. Exceſſit Romæ die 2. Septemb. eodem anno, & ſepultus fuit in eccleſia S. Mariæ ad Minervam. XX

g De eo Baldaſſinus in hiſt. Æſina, p. 173. Mandoſ.

22 ASCANIUS Ceſarinus Romanus ex illicito concubitu natus poſt exceſſum Petri Andreæ ſublectus eſt Oppidenſis epiſcopus die 20. Februarii 1538. Munus conſecrationis accepit Romæ die 3. Maii 1540. ab Alphonſo Epiſcopo Papæ Sacriſta, ſeditque uſque ad ann. 1542. quo è vivis exceſſit. XXI.

23 FRANCISCUS de Notucis Archidiaconus Militenſis hujus Eccleſiæ creatur epiſcopus die 5. Julii 1542. obiit 1548. XXII.

24 Fr. THOMAS Caſella Roſſanenſis Ord. Præd. vir inſignis, epiſcopatu S. Leonis primum donatus eſt, ex quo ad hunc Oppidenſem tranſitum fecit die 7. Maii 1548. deinde tranſlatus ad Cavenſem ann. 1550. de quo vide tom. 1. inter Cavenſes Epiſcopos. XXIII



25 VINCENTIUM Spinellum Neapolitanum virum nobilitate generis, morum integritate, ac prudentia longe clariſſimum ad Oppidenſem cathedram, Julius III. Pontifex evexit anno 1550. die prima exeuntis Septembris. Bene ac utiliter ille rexit eccleſiam annis undecim, illamque reſignavit anno 1561. Vixit deinde in patria ad annum uſque 1568. ſepultuſque eſt in eccleſia S. Petri de Majella cum hoc epitaphio. XXIV

D. O. M.

Vincentio Spinello I. V. D. Marini F. Oppiden. Epiſcopo, Fabricæ S. Petri de Vrbe Generali Commiſſario in Regno Neapol. Regio Capellano majori, viro in tuenda genuit. conſtanti, atque in rebus agendis ſolerti, qui majora ſtuduit mereri, quam adipiſci, quique jam ſexagenarius mortem obiit die 15. ... Ann. MDLXVIII. Julius Spinelius fratri amantiſſimo memoriam P.

26 THEOPHILUS Gallopus Tropejenſis creatus die 10. Martii 1561. obiit 1567. XXV.

27 JOANNES Marius Urbinas ſucceſſit die 3. Septemb 1567. tranſlatus ad Militenſem ann. 1574. Vide Militenſium Epiſcoporum noſtram ſeriem in tom. 1. XXVI

28 SIGISMUNDUS Mangiaruna Calaber de Po- XXVII.

(1) Non extitit præceptor Nicolai V. in Græcis literis, ut ſcribit Ughellus, ſed in ſpeculativis ſcientiis eum potius erudivit. Nam literas Græcas nonniſi ſenex [illegible] edidicit. *Gandolphus* diſſert. de 200. Script. Auguſt. p. 178. ubi plura de Hieronymo.

Poliſtruna ad hanc ſedem fuit adlectus die 29. Maii 1573. mortalitatem explevit anno 1583. de quo Marafiottus lib. 2. de antiquitate Calabriæ.

XXVIII. 29 ANDREAS Canutus *a* Picenus ex Oppido S. Elpidii Oppidenſis prononciatur epiſcopus die 25. Novemb. 1583. Romæ deſonctus eſt anno 1605. tumolatus in eccleſia S. Catherinæ de Funariis, ubi ex marmore hæc inſcriptio legitur.

a De quo Medus l'a in Memor. hiſt. S. Elpidii p. 103. & 108. Mandiſ.

Hic habitabo quoniam elegi eam. Andreas Canatus ex Sancto Elpidio Picenus, Epiſcopus Oppidenſis. Obiit ann. Domini MDCV. ætatis ſuæ lxviii.



XXIX. 30 JULIUS Ruffus Neapolitanus electus die 12. Septemb. 1605. Mortem oppetiit 1609.

XXX 31 ANTONIUS Ceſonius ſucceſſit an. 1609. 2. Decemb. obiit anno 1629.

XXXI 32 FABRITIUS Caracciolus Epiſcopos Catacenſis ad hanc Eccleſiam tranſlatos die 18. Januarii 1630. Exceſſit anno 1631.

XXXII. 33 JO: BAPTISTA Montanus nobilis Archidiaconus Piſaorenſis præficitur ab Urbano VIII. die 9. Januarii 1632.

ADDITIO.

(„ *Obiit menſe Majo 1662.*

XXXIII. „ *PAULUS de Diana Pariſias, Rhegienſis, „ patriæque Metropolitanæ Canonicus, ſubleƈtus „ eſt 12. Martii 1663. è vivis abiit menſe Novem- „ bri 1673.*

XXXIV. „ *VINCENTIUS Ragaus, Neapolitanus, Or- „ dinis ſancti Benedicti Congregationis Caſinenſis, „ S. Theologiæ Doctor, huic Eccleſiæ præfectus „ eſt 19. Februarii 1674. Vitam finivit 1693.*

XXXV „ *Fr. BERNARDINUS Plaſtcau, de Fuſ- „ caldo Cuſentinæ diœceſis, Ordinis Minimorum „ S. Franciſci de Paula, renunciatus eſt Oppiden- „ ſis Antiſtes 25 Januarii 1694. Diem clauſit ex- „ tremum 1696.*

XXXVI. „ *BISANTIUS Phili de Altamura, J. U. D. ad „ hanc ſedem promotus eſt 27. Januarii 1698. tranſ- „ latus deinde ad Hoſtunenſem 11. Aprilis 1707.*

XXXVII. „ *JOSEPH Placidus de Pace, Neapolita- „ nus, ornatus eſt hac infula 8. Junii 1707. Ad „ ſuperos evolavit menſe Januario 1709.*

XXXVIII „ *JOSEPH MARIA Perimezzi ex E- „ piſcopo Ravellenſi, & Scalenſi Op- „ pidenſis declaratus eſt „ 29. Februarii „ 1714.)*

†.

SCYLLACENSES,

SEU

SQUILLACENSES

EPISCOPI.



SCYLLACIUM (vulgo *Squillaci*) Mediterranea eſt Civitas Calabriæ ulterioris, Borgiæ familiæ Principatus titulo ſubjecta, habitata familiis in Fiſci Regii codice deſcriptis 470. Novo ſedet loco ab antiqua Urbe, quæ à Strabone, & Solino Scyllacius, à Plinio Scillarius appellatur, cujus Virgilius in 3. & ejus commentator Servius meminere. Hanc enim Ulyſſes, Caſſiodoro teſte, condidit. Poſtea Athenienſes huc Coloniam deduxere. Exin Crotoniatis, poſtea Dionyſii opera Locrenſibus paruit. Romanorum demum Colonia fuit, ut ait Paterculus. & Caſſiodoro Patritio cive, Senatore, ac Scriptore celeberrimo ſub Theodorico, & Alarico Gothorum, & Italiæ Regibus maximè floruit. Fuit enim Caſſiodorus, & agendo, & ſcribendo ſui ævi Princeps, quippe ad totius Italiæ Præfecturam evectus, & plurimis eruditione, ac pietate refertis libris in omne ævum clarus, ſed & eo clariſſimus, quod ſæculi honoribus contemptis in Monaſterium Claſſenſe ſe abdidit, ubi ſanctè exceſſit annum agens ætatis ſuæ 94 Eſt autem Scyllacium tertio à mari milliario ſitum loco edito. & natura munito, atque undique rupibus vallatum, ſitum inter duos amnes qui ſubtus urbem coeunt, quæ cauſa fuit, ut in calamitate illa, quam ante annos 650. univerſa Calabria, & Lucania ab Agarenis, & Mauris acceperunt, nil adverſi Scyllacium pertulerit. Robertus Normandus capta urbe Rhegio Scyllacium invaſit, fruſtraque oppugnavit: Caſtrum vero pro mœniis ad obſidionis commoditatem erexit. pulſis Scyllacenſes duobus Rheginis viris principibus, libertate donati Rogerium evocant. ſe ſe urbemque dederunt, Calabria tota in Normanorum poteſtatem redacta. Idem Robertus Scyllacium, ejuſque Comitatum Rogerio fratri conceſſit, ut Siculus ſcribit lib. 9. Hic anniverſariæ nundinæ celebrantur. Fiunt vina Caſſiodoro meritò celebrata, item mel, oleum, linum: ſunt & fodinæ auri, & argenti, item marmoris. gypſi, lapidis ſpecularis, alabaſtritis, ſeu aluminis ſciſſilis. Fit goſſypium, ſeſama, & oriza, triticumque laudatiſſimum. Proveniunt vitex, tamarix, terebintus, oleander. Cæterum illud conſtat Scyllacium Chriſtianam fidem ſuſcepiſſe à primis illis temporibus, quibus aliæ Brutiorum finitimæ urbes illam receperunt. ſuoſque Præſules habuiſſe, tametſi nulla illorum extet mentio ante annum 540. primus namque Scyllacenſis Epiſcopus, cujus ad nos pervenit memoria, Zacharias eſt qui Romanæ Synodo, ſub Vigilio Papa interfuit. Item ſub Symmacho Papa Gaudioſus Scyllacenſis Epiſcopus floruit, & Paulus Scyllacicus Epiſcopus ſextæ ſynodo habitæ apud Conſtantino

polim

polim adſuit. Sanctus vero Gregorius ſcripſit epiſt. 23. lib. 1. Indict. 9. ad Joannem Epiſcopum Luſitanæ civitatis, eum Scyllatinum Cardinalem conſtituit, ad quem tunc Epiſc. Scyllatinum idem ſcribit Gregorius ep. 23. lib. 7. Ind. 1. Poſt hunc nulli reperiuntur hujus Eccleſiæ Epiſcopi uſque ad annum 1096. atq; adeo Scyllacenſis Eccl. pauperrima erat, & Latino viduata Præſule, ut penè deſolata jacebat, cujus miſeriæ Rogerus Normannus Siciliæ Comes, Dominuſq; Calabriæ compatiens, provehendæ pietatis adjutrices admovit manus, & illic Epiſcopalem ſedem ab Urbano II. inſtituendam curavit, ipſeq; ædificato templo D. Virginis Aſſumptæ, adauctoque invidioſis opibus quo pro cathedrali uterentur futuri Epiſcopi. Scyllacenſis igitur Epiſcopatus, quaſi nova inſtitutione revocatus Comitem Rogerium agnoſcit fundatorem, qui illum opibus ac divitiis locupletavit, territorium ac diœceſim diſtinxit: Romanus vero Pontifex Rheginæ Metropoli proximè ſubjecit. Cenſus annuus epiſcopalis menſæ nunc etiam ducatorum Regni 2600. ſummam efficiunt, taxaturque in lib. fiſci Apoſtolici flor. 166. Cathedralis, ubi corpus ſancti Agatii, & fruſtula Dominicæ Crucis, aliaque Sanctorum lipſana aſſervantur, quinque dignitatibus fulget Decanatus, Cantoratus, Archidiaconatus, Theſaurariatus, & Archipresbyteratus cum quindecim Canonicis, aliiſque minorum gentium Clericis. Parochiales Eccleſiæ decem extant Scyllaceo, quatuor ibi Religioſorum monaſteria numerantur, duo Sanctimonialium, & aliud Mulierum pœnitentium, laicorum confraternitates quatuor, xenodochium & Clericorum ſeminarium. Animæ intra civitatem 3000. recenſentur. Diœceſis triginta ſeptem oppida continet, conſtatq; Parochiis 45. è quibus 12. Archipresbyterum habent: harum quatuor à Turcis anno Dom. 1595 ſolo æquatæ ſunt. Pagi autem Scyllaceni agri ſunt Stalatum à ſtaliazo, Stylum cum promontorio ejuſdem nominis, olim, ut fertur, ſedes Epiſcop. in cujus eccleſ. eſt B. Gorgonii corpus. In hoc agro ſponte proveniunt tubera, & aſparagi omni anni tempore, intyborum autem campeſtrium fimbriæ dulces ſunt. Reliqui pagi ſunt Montaurum, ubi D. Pantaleonis fruſta quædam aſſervantur, Gaſparinæ, ſancti Viti, ubi ſanctorum Viti ipſius, & Modeſti, & Creſcentiæ corpora ab incolis jacere dicuntur; Lucenadum, Olivadum, Centracum, Palermitum, ubi marmor effoditur, alia Amoronum, Florum & Borgia. Sunt & in Scyllatico agro caſtaneta mortalium uſui, & porcis alendis opportuna. Haud longè à Stylo oppido eſt Joannis Abbatis D. Baſilii Monachi cognomine Terreſtri, ideſt meſſoris, templum, ubi ipſius corpus quieſcit, qui B. Nili coævus & amicus fuit. Ejus feſtum agitur 6. Kalen. Martias. Hic etiam BB. Bartholomæi, Nicolai, & Baſilii Monachorum corpora jacere dicuntur. Haud procul hinc eſt pagus Guardavallis Guillelmi Sirleti Card. eruditorum patris natalibus nobilis. Epiſcopi qui jam inde à ſecunda inſtitutione in hac ſede floruerunt, ſunt qui ſequuntur, quos ex diverſis ſcripturis monumentiſque expiſcati ſumus.

IV. 1 ZACHARIAS (1) Squillacenſis Epiſcopus Romano interfuit Concilio ſuo Vigilio Papa anno 442. Porro Zachariæ & ſequentium Epiſcoporum acta adeo obſcura ſunt, ut vix aliquorum nomina retineamus. Nullæ apud hanc Eccleſiam cæteraſque ſcripturæ, nulla monumenta ſunt, quæ priſcum ejus ſtatum referant, unde cogimur aliquando Epiſcoporum ſeries nudas exhibere.

I. 2 GAUDENTIUS hujus Eccleſiæ Epiſcopus Romæ præſens fuit ſynodo celebratæ anno 465. ſub Hilario Papa.

II. („ *N. . . . .*
III. „ *N. . . . Nomen horum duorum Epiſcopo-*
„ *rum ignoratur, quos tamen inter Gaudentium,*
„ *& Zacchæum interceſſiſſe, atque à Scyllacenſibus*
„ *perpetua ſui nominis injuria interfectos nos docet*
A „ *Gelaſii Papæ Epiſtola ex decreti 2. par. cauſ. 25.*
„ *q. 2. can. 25. Epiſtolam hic recitare fas erit.*
„ Ita nos Scyllanorum cædes geminata pontifi-
„ cum horrendi criminis atrocitate confudit, ut
„ diù conſtitutio noſtræ deliberationis hæſitaret,
„ dum & ingerere quempiam parricidialibus e-
„ xemplis deteſtaremur antiſtitem, & Eccleſiam
„ utcumque deſtitutam, non uſque adeo judicare-
„ mus relinquendam. Quapropter jam velut uſum
„ conſuetudinemque ſacrilegam declinantes, nos
„ eatenus religioni duximus conſulendum, ut pa-
„ rochiæ veſtræ ab extrinſecus poſitis ſacerdotibus
„ gubernentur: quæ ibidem commorantes ferro
„ didicit necare paſtores, inauditoque facinore:
„ quod etiam in illis provinciis nuſquam prorſus le-
„ gitur accidiſſe, quæ bellorum continuis, diver-
„ ſiſque incurſionibus affliguntur, ut aliqua ſit re-
„ perta civitas, quæ præſules miniſtrantes ſibi fi-
„ dei Chriſtianæ ſacramenta ſine perſecutore pro-
„ ſterneret. Curandum eſt igitur, ut funeſta per-
B „ nicies, ceſſatione propriorum ſanetur antiſtitum:
„ atque ita ſaltem furoris tanti materia ſubtraha-
„ tur, ſi in qua hæc poſſit acerbitas perpetrari,
„ conſiſtens ibidem perſona defuerit: eoque modo
„ vel illa civitas (dum in quos deſæviat non habe-
„ bit) ab hujuſmodi temeritate deſiſtat, vel aliis
„ imitandi contagia dira exemplum non præbeat.
„ Egeat ergo Epiſcopalibus ſubſidiis ſibimet aliun-
„ de penſandis, quæ ſacram in ſuo gremio colloca-
„ tam fuſo crudeliter maculat ſanguine dignita-
„ tem: quæ in utroque hac eſt ultione plectenda,
„ ſive inſtinctu domeſtico, ſeu furiis incitata hoc
„ committit exterius. Præbeat ergo dilectio veſtra
„ in hoc ſtatu poſitæ miniſterium viſitationis Ec-
„ cleſiæ, & aut conveniendo pariter, aut viciſ-
„ ſim, prout qualitas rerum cauſaque popoſcerit,
„ divina miniſteria repræſentet ingratis: ne cum
„ devitamus Zizaniam, dominica videamur præ-
„ terire frumenta.)

3 JOANNES olim Luſitanæ deſtructæ civitatis Præſul, evaſit Scyllitanus Epiſcopus, cui ſcribit Divus Gregorius Papa Epiſtolas 25. lib. 2. ep. 38. Ind. 9. eodemque lib. ep. 38. Ind. 10. imponens eidem viſitationem Eccleſiarum Tauriatinenſis, & Turitanæ, & ep. 33. lib. 7. Ind. 1. an. Chriſti 598. de oppreſſione Monachorum Caſtellienſis Monaſterii. V.

(„ *Eidem D. Gregorius præcipit, ne Afros, aliofque incognitos homines ad Clericatum ſuſcipiat*
„ *ex Decr. diſt. 98. c. 3. De eodem Gratianus decret.*
„ *2. p. can. 7. q. 1. c. 42. quem non è Luſitana, ſed*
„ *Liſſitana in Illyrico civitate ab hoſtibus pulſum*
„ *Scyllacenſi Eccleſiæ tunc temporis vacanti Grego-*
„ *rius præeſſe voluit. Eidem Gregorius Epiſt. 33.*
„ *l. 7. ind. 1. præcipit, ut poſſeſſiones ipſi ab Abba-*
„ *te cujuſdam monaſterii donatas fabricandæ Ec-*
„ *cleſiæ prætextu ſtatim reſtitueret, cum res mona-*
„ *ſterii nullo titulo poſſint ſegregari. Fragmentum*
„ *pariter epiſtolæ præfati Gregorii eidem Joanni*
„ *datæ edidit Baluzius Miſcel. c. 5. p. 688.*
„ *AUGUSTINUS Squillacinus appellatur in* VI.
D „ *Concilio Lateranenſi an. 649.)*

4 PAULUS ſubſcripſit Concilio ſub Agathone Pontifice congregato anno 680 Poſt hunc per quatuor integra ſæcula hujus eccleſiæ Epiſcoporum nomina deſiderantur, quorum major pars Græci fuere. VII.

(„ *DEMETRIUS Scyllacii Epiſcopus reperitur* VIII.
„ *deſcriptus in Pſeudoſynodo Photiana, & in Con-*
„ *cilio Conſtantinopolitano an. 870.)*

5 THEODORUS Meſimerius natione Græcus, Epiſcopus Scyllacenſis incertum quo anno fuerit deſignatus, interfuit dedicationi eccleſiæ S. Mariæ de Turri juxta Eremum S. Brunonis una cum Archerio Archiepiſcopo Panormitano, Goffrido Militenſi, Turſteno Tropejenſi, & Henrico Neocaſtrenſi Epiſcopis. En documentum conſecrationis. IX.

In

(1) Corrigendus Zacharias ex Baronio an. 553 n. 100. & dicendus Zachæus, qui anno præfato ſubſcripſit Conſtituto Vigilii Papæ de tribus Capitulis, itemque in eo ſubſcripſit pro Valentino Sylvæ Candidæ Epiſcopo, qui à Gothis amputatus manibus ad id impotens erat. Item eidem Vigilio præſens erat, dum Conſtantinopoli ſententiam ferret in Theodorum Cæſarien. an. 551. adeoque quarto loco reponendus eſt in hac ſerie.

In nomine Dei æterni Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Anno ab Incarn. Domini 1093. Indict. 2.

Cum ego Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ pro Dei amore, & animæ meæ remedio, & pro ſalute animæ Roberti Guiſcardi fratris mei glorioſiſſimi Ducis Apuliæ & Calabriæ, & pro remedio fratrum meorum, atque omnium parentum, & uxorum mearum vellem dedicari facere ad honorem Dei, & B. Mariæ, & B. Joannis Baptiſtæ Eccleſiam de Heremo, quæ ſita eſt inter Arenam, & oppidum, quod dicitur Stylum ſuper territorio dicti oppidi Stili per venerabiles & ſanctiſſimos Patres Panormitanenſem Archiepiſcopum, & Militenſem, Tropejenſem, Cataneuſem, atque Squillacenſem Epiſcopos; collaudantibus iiſdem ſanctis Patribus, dedi Beato Patri Brunoni A. magiſtro ejuſdem Eremi ſibi, & ſucceſſoribus ſuis Monaſterium ſanctæ Mariæ de Arſuſia cum omnibus pertinentiis ſuis. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti 1094. menſe Augaſti, feſto B. Mariæ Aſſumptæ. Ego Alcherius Nil. . . . . . . Archiepiſcopus Panormitanus conſecravi Eccleſiam iſtam in nomine Dei, & B. Virginis Matris Mariæ, & Joannis Baptiſtæ in præſentia Militenſis, Tropojenſis, Neocaſtrenſis, Cataneuſis, Squillacenſis Epiſcoporum una cum D. Rogerio Comite Calabriæ, Magiſtro Brunone, Lanuino B. & cæteris fratribus Eremitis aſſiſtentibus, & in præſenita bonorum hominum, qui omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis. . . . . quadragiata dies de vera indulgentia. . . . pœnitentia relaxamus Archiepiſcopatus ſui anno. . . .

† *Ego Archerius Nie. . . . . . . Archiepiſcopus Panormitanus.*

† *Ego Triſtanus Teopejenſis Epiſc. interfui.*

† *Ego An. Cataneuſis Epiſc. interfui.*

† *Ego Theodorus Epiſc. Squillacenſis præſens f.*

† *Ego Goffridus Militenſis Epiſc. interf.*

† *Ego Henricus Neocaſtren. Epiſc. interfui.*

Sequenti vero anno 1095. Theodorus Brunonis ſanctitate illectus eidem conceſſit plura bona prope eandem Eccl. Conceſſio Græcè & Latinè ſcripta, atq. ab Raingerio confirmata ſic ſe habet ab exemplari, quod extat in Archivio ſancti Stephani de Boſcho Ord. Carthuſianorum.

Theodorus miſeratione divina Scyllacis Epiſcopus, Protoſyncellus Meſimerius juxta petitionem Illuſtriſſimi Comitis & Domini noſtri, qua dignatus eſt me Dominus noſter ſupplicare pro honorandiſſimis Monachis, & Eremitis, Dominis inquam Bruno, & Lanuino non tyrannidem in me exercens, ſed ut dixi, rogans, ut morem gererem præſcriptis Monachis, in loco à Deo conſecrato cui Turres nomen eſt, in venerabiliſſimo glorioſiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ, & Præcurſoris Joannis Baptiſtæ templo immorantibus, qui cum per multos annos in locis ſolitariis vitam tranſegiſſent, hæc ad partes Styli in mea Diœceſi tranſmigrarunt. Quemadmodum, & Dominus noſter Comes determinavit, montes tenimenta molendini acquiſita 30. Eccleſiæ ad duo milliaria, ut vos qui prænominati eſtis Monachi, & reliqui omnes indifferenter in hoc loco ad fines uſq; ſeculorum habitaturi abſque alicujus moleſtia, ſive impedimento, qui vobis vectigal, aut decimas, aut aliud gravamen vobis, vel aliis indifferenter, quemadmodum neque ego, neque poſtmodum futuri Epiſcopi imponeat, ſed ea libera, & liberaliſſima ſemper ab omni vinculo poſſideatis. Si quis vero noſtrum hoc ſigillum lædere audacter præſumpſerit anathemati ſubjaceat, ac Patri & Filio & Spiritui ſancto, & trecentorum decem & octo Dei ſervorum ſanctorum Patrum: & hoc noſtrum ſigillum ſit ad fines uſque ſæculorum, quod liberè & ſponte noſtra fecimus, & ſupra nominatis Monachis conceſſimus maximo noſtro plumbeo ſigillo ſignatum menſis Decembris die 7. Indict. 13. anno nonageſimo poſt milleſimum.

Ego Rainogerius miſeratione divina electus Archiepiſcopus ſanctæ Eccleſ. Metropolitanæ Regi præſentem bullam confirmavi ſemper ut ſcriptum eſt, ut ipſi Dei ſervi Brunus, & Lanuinus, qui ſupraſcri-

A *ptiſunt, & reliqui indifferenter, poſſideant illam ſtabilem atque immutabilem, & qui poſt me venturi ſunt illam ratam habeant ad fines uſque ſæculorum.*

Perveniſſe hoc ipſo anno D. Brunonem Carthuſianorum Patriarcham, in Calabriam poſt Placentinum Concilium ab Urbano II. celebratum ſcribit Baronius: in ea Eremo, cui Turris nomen eſt, biennio vixit, pauloq; poſt à Rogerio Comite adjutus Cœnobium cum Eccl. D. Prothomartyri Stephano ſacrata ædificavit, quod ſancti Stephani de Boſcho nuncuparunt, in quo, anno 1101. piè obdormivit in Domino, in quo ſacrum ejus corpus conſervatur. Fundationis Stephaniani Cœnobii hiſtoriam narrat Franciſcus Puteus Carthuſianus, qui vitam Brunonis conſcripſit apud Surium, tom. 2. Theodorus vero qui Brunonem benignè exceperat eodem anno 1096. vel initio ſequentis mortalitatem explevit: ultimus ex Græcis Squillacenſis Epiſcopus fuit.

6 JOANNES de Nicephoro Canonicus, & Decanus Militenſis Eccleſiæ electus eſt hujus Eccleſiæ X.
B primus Latinorum Epiſcopus anno 1096. Rogerius enim Siciliæ, & Calabriæ Comes cum uxore ſua Adelaſia valde condolens. quod in hac Squillacenſi civitate, Latina nondum extaret Eccleſia. conſilio Epiſcoporum Caſſanenſis Saxonis, Arugerii Catanenſis, Stephani Mazarenſis, Engerlandi Agrigeotinenſis, Rogerii Syracuſani, nec non S. Brunonis, & fratris Lavini Eremitarum, Latinum Epiſcopatum fundavit, atque dotavit, ac Joannem de Nicephoro Epiſcopum delegit. Fundationis diploma fieri juſſit, quod extat in Archivio ejuſdem Eccleſiæ, & ſic ſe habet ab exemplari à Joſepho Corneo, olim Squillacenſi Epiſcopo, nunc digniſſimo Urbevetano Præſule nobis condonato.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo ſexto, Indictione quinta.

Ego Rogerius Siciliæ Comes, & Calabriæ, una cum uxore mea nomine Adelaſia attendentes in tota
C *terra noſtra, tam in Calabria, quam in Sicilia Eccleſias conſtructas eſſe Pontificales, & ibi Canonicos aſſiduè divinis inſiſtentes laudibus, & ſuper hoc non mihi, ſed in Domino gaudens, Squillacenſis Ecclecleſiæ cœpi condolere caſui & ruinæ, teſtis factus, & ingemiſcens, quod in tam nobili civitate, ubi tot Chriſticolæ, ubi tanta vigebat Normandorum copia, Pontificalis, & Latina nondum extiterat Eccleſia, cujus ego caſum miſeratus & ruinam, atque meum pectus ſuadens, quoniam in curia noſtra Squillacen. Eccleſia ſic muta erat, ſic inutilis erat, ſic ſine patre, ſine conſilio, & opibus, ſic à laudibus divinis tacita, conſilio Caſſanenſis Epiſcopi Saxonis, & Vicarii D. Urbani Papæ, atque D. Roberti Meſſinenſium, Stephani. . . . . Angerii Cathaneuſis, Stephani Mazarienſis, Engerlandi Agrigentinenſis, Rogerii Siracuſan. Epiſcoporum aſſenſu, atque D. Brunonis, & fratris noſtri Lanuini Eremitarum virorum ſanctorum conſiliis, D. Joannem de Niceforo, qui Canonicus & Decanus venerabilis ſanctæ Militenſis Ec-*
D *cleſiæ erat, vir honeſtus, vir prudens, atque omni copioſus honeſtate, ibique in Magiſtrum elegi, & Pontificem, & Eccleſiam ſuam quot & quantis mihi placuit beneficiis ditavi, & honeſtavi dignitatibus, & quantum ad me pertinuit, deſtinavi & deſcripſi ſuam Parochiam, atque meo ipſo ſigillavi ſigillo, ad honorem Dei & B. Apoſtoli Petri, atque D. mei Urbani II. Summi Pontificis, cujus Eccleſia Squillacenſis hæc eſt, ſcilicet ex ſuperioribus montium Torrente in Coclenm, & Alarum fluvios, & iidem fluvii in Adriaticum mare defluunt monſtrata, & determinata in ſcrutinio veteranorum, qui ſunt in territorio ejuſdem Eccleſiæ, & per antiquiſſima, & Græca ejuſdem Sedis privilegia Squillacium, ubi Sedes eſt Epiſcopalis, Tabernn, Stylum, Anteſtylum, S. Catharina, Badulatam, Satrianum, caſtellum Cuccali., caſtellum Mainardi, Medietas Lamache, Rocca de Cathentiaco, quæ fuit Ugonis Falluca, Tiriolum, Cathentiarum, Salta, Barbarum, Similam, Ab-*

batia

batia S. Mariæ de Roccella, Abbatia S. Juliani, Abbatia S. Senatoris, Abbatia S. Gregorii, S. Baſilii, & S. Nicolai de Magliota, Abbatia S. Lucæ, & S. Petri, & S. Mariæ de Battadi, S. Anam e, & Eccleſia S. Mariæ de Pruto, Eccleſia S. Fantini, & S. Nicolai de Pothamo, S. Conſtantina cum ſuis domibus, & vineis, quas plantaverunt Agricolæ, de quibus debet habere medietatem, & Eccleſia S. Nicolai junta balneum cum villanis ſex, quos donaveram Epiſcopo Meſmero, & Eccleſia S. Matthæi cum villanis, & cultura de S. Clerico, & de S. Elia, ſicuti tenuerat Hermenfreius Capellanus S. Matthæi, Abbatia S. Joannis de Stylo, Abbatia S. Leontii, & Eccleſia S. Nicolai de Salto cum S. Maria, quæ prope eſt, & Nicolai trevocata, caſtellum Alare cum ſuis pertinentiis in proprietate S. Mariæ Eccleſiæ poſſidendum. Concedo etiam et villanos extraneos ad recipiendum, & ad habendum in territorio ejuſdem Eccleſiæ, illos videlicet, qui non ſunt in privilegio meo, neque in privilegio Baronum meorum quandiu voluerint habitare in terra illius libere, & quiete ab omni jugo meorum ſervientium, præſentium, & futurorum. Item concedo illi hos Preſbyteros Græcos cum filiis & filiabus eorum, ſicuti ſunt ſcripta in privilegio eorum. Concedo etiam illi omnes leges Epiſcopales, ſicuti conceſſi Eccleſiæ Miletanæ, & Meſſanæ ad faciendum juſtitiam ſecundam Canones, & ſanctiones Patrum, tam de Græcis, quam de Latinis per totam parochiam ſuam. Iterum atque iterum conceſſi, & concedo in perpetuum integram decimam de omnibus rebus, quas mihi Dominus erit daturus tam de animalibus, quam de victualibus, & auro, & argento & de omnibus caſtellis, & civitatibus ſupraſcriptis ipſi & ſucceſſoribus illius, decima autem de caſtellis Baronum meorum, qui ſunt in territorio ſupradictæ Eccleſiæ ita dividatur ab eo & ſucceſſoribus ejus in tres partes, duas partes habebit mater Eccleſia, tertiam vero Capellanus, qui caſtelli Eccleſiæ deſervieturus erit Preſbyter, & per manum Epiſcopi ordinatus. Quod factum eſt conſilio & teſtimonio omnium Siculorum Epiſcoporum, & quorundam de Calabria, & teſte communi Capitulo ſanctæ Miletenſis Eccleſiæ, teſte Goffrido filio meo, Malgerio filio meo, Roberto Burrello, Geffredo de Luciaco, Tancredo nepote meo Comite de Stracuſia Aquilino, Riccardo Brunello, Ric. Adenallo, teſte etiam & hoc confirmante Simone filiolo meo, Rodulpho de Lorotello, Guglielmo fratre ſuo de Altavilla, Jordano Capriolo de Geremia, Odone Bonemarchiſio. Præter iſta concedo illi molendina facere in omni territorio ſuæ Eccleſiæ. Quiſquis igitur meorum ſucceſſorum, aut Vicecomitum, aut quorumlibet aliorum iſtius doni deſtructor extiterit, anathema ſubincurrat, & ſi non ad ſatisfactionem venit, cruciatus æternos ſuſtineat, fiat, fiat. Amen, Amen.

Poſt hæc Joannes Epiſcopus multa bona contulit Divo Brunoni, ac Lauduino ejus ſocio, iterumque jura Epiſcopalia omnia, quæ conceſſerat Theodorus ejus deceſſor die 9. Martii 1098. Indict. 6. Plurа idem etiam Rogerius Comes, quæ ab Urbano II. anno 1098. peculiari diplomate confirmata fuerunt in hunc modum ab exemplari exſcripto.

URBANUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis in Chriſto filiis Brunoni, & Lannini ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quia igitur noſtri officii intereſt ſervorum Dei quieti, & commodis, prout in Domino poſſederit providere, petitionibus veſtris, filii in Chriſto cariſſimi ac reverendiſſimi clementer annuimus. Per hujus igitur Apoſtolici privilegii paginam Apoſtolica auctoritate concedimus, & firmam & ſtabilem & in perpetuum permanſuram confirmamus donationem terrarum, quæ vobis datæ ſunt in Squillacenſi territorio, & conſcriptæ & determinatæ, & deſignatæ per terminos certos a dilecto noſtro filio R. Comite, & Johanne confratre noſtro Squillacenſi Epiſcopo concedente, & confirmata. Quocirca prædicta auctoritate præcipimus, ſtatuimus, & ea, quæ vobis conceſſa ſunt, licentia interdicimus, ut à die in antea neque Comiti ipſi, neque alicui hæredum ſuorum ſupradictam veſtram donationem & hanc noſtram confirmationem violare, vel dearctare liceat. Neque de his, quæ confirmamus, aliqua ſe intromittat perſonam ſine veſtra voluntate, quatenus Omnipotentis Dei ſpeculationi mentibus liberis inſiſtatis, & ad ejus faciei dulcedinem ipſo præſtante pervenire valeatis. Si qua verò perſona, aut hæres Comitis ipſam violaverit, niſi ad condignam venerit ſatisfactionem, eum honoris, vel officii ſui periculo ſubjacere decernimus, & à Chriſto, ac Eccleſiæ corpore ſegregatus, atque in æterno examine diſtrictè ſubjaceat ultioni ſine intermiſſione & remedio. Conſervantibus autem piè à Deo & miſericordia ejus præſentibus, & futuris ſæculis conſervetur, Amen. Si vero tam legalis Comes, aut ejus hæres addere aliquid huic voluerit donationi, ſub hac noſtra confirmatione ratum eſſe ſtatuimus.

Urbanus Catholicæ Eccl. Epiſcopus.

Ego Raiaerius Card. ſubſcripſi.

Ego Johannes Card. ſſ.

Ego Alphanus Salernitanus Archiepiſc. ſſ.

Ego Amatus Capellanus & ſacerdos ſſ.

Ego Diſ. Capellanus ſſ.

Ego Conſtantinus Catacenſis Epiſc. ſſ.

Datum Salerni menſe Septembri, Indict. 6. anno ab Incarnatione Dominica 1098.

Hoc S. Stephani cœnobium Carthuſianis legibus adhæſiſſe ad annum uſque 1150. quo eoſdem in Ciſtercienſes commutaſſe auctor eſt Puteus in Brunonis vita, de quo vide quæ diximus in 1. tom. in ſerie Militenſium Epiſcoporum numero 16.

Porro Abbates Ordinis Ciſtercienſis, qui huic cœnobio præfuerunt, ex Chronica Carthuſianorum à Camillo Tutino Neapolitano amico noſtro conſcripta hic damus, ut eorum memoria ſaltem hic etiam conſervetur.

Guillelmus ex Priore Carthuſianorum cum cæteris fratribus ejuſdem cœnobii ad Ord. Ciſtercienſem tranſiit, primus fuit ejuſdem Ord. Abbas anno 1150.

Guillelmus 2. Abbas florebat an. 1192.

Studinus Abbas an. 1198.

Beraardus Abbas, qui à Friderico II. Imper. omnium ſui cœnobii privilegiorum confirmationem obtinuit, an. 1210.

Guillelmus Abbas 1217. poſtulatus in Syllacenſem Epiſcopum.

Rogerius Abbas ab Friderico II privilegiorum ſui cœnobii habuit confirmationem.

Petrum Abbas 1224. ab eodem Friderico in gratiam receptus imperialem.

Thomas Abbas 1250. poſtea epiſcopus Marturanenſis.

Nicolaus Abbas 1264.

C. Abbas 1270.

Joannes Abbas an. 1283. fuit Regius Capellanus.

Andreas abbas Caroli II. Capellanus 1299. inde Mileti Epiſcopus.

G. . . . Abbas an. 1303.

N. . . . Abbas ann. 1306. Caroli II. Regis charus.

N. . . . Abbas an. 1317.

Nicolaus Abbas 1320.

M. . . . Abbas ſub quo ann. 1330. Robertus Rex Monaſterium eximie privilegio exornavit an. 1330.

A. . . . Abbas 1336.

N. . . . Abbas 1339. & 1343. memoratus in Regio Reg. Neapol.

Ametius Abbas an. 1337.

N. . . . Abbas 1374. poſt hunc plures deſiderantur.

Pandalphus Abbas in Romana curiæ Ordin. Ciſtercienſis Procurator Generalis 1499. hic fuit ultimus Abbas Regularis, & pauci deinde Commendatarii, Leo enim X. Abbatialem dignitatem, Ordinemque Ciſtercienſem ibidem ſuppreſſit, atque poſt multa ſæcula in Carthuſianorum priſcum Ordinem tradunt.

Cæterum de Joanne nulla alia extat memo-

ria

ria ; annus dieſque obitus ejus ignorantur .

XI 7 DONATUS poſt Joannem Squillacenſis Epiſcopus fuit, qui eadem jura ab anteceſſoribus cœnobio S. Stephani aſſerta renovavit.

XII. 8 PETRUS nobili ſanguine natus , atque virtutum omnium laude celebris ad Squillacen. eccleſiam traductus, electuſque eſt in Meſſanenſi Regia Capella Kalen. Martii ann. 1110. ſtatimque poſt ſuam electionem eodem die ab Adalaſia Siciliæ, & Calabriæ Comitiſſa de conſenſu Rogerii Comitis filii ſui, Epiſcopatum , tum & Baronum ſuorum conſilio ſanctæ Mariæ de Roccella nobile feudum cum juribus, & pertinentiis ſuis ſuſcepit pro ſe , ſuiſque ſucceſſoribus, ut in tabulis ſuper hoc confectis legitur, quæ in Archivio Squillacenſis Epiſcopatus adhuc extant tenoris ſequentis.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Anno ab Incarnatione ejus milleſimo centeſimo decimo, tertio decimo Kalen. Martii, Indictione tertia.

Regnante in Sicilia & Calabria Rogerio filio Rogerii Comitis contigit , ut ſtatim poſt electionem Petri Squillacenſis Epiſcopi cum in Capella Meſſanæ ad ipſam electionem conveniſſent Barones , quorum nomina inferius legentur , Adalaſia Comitiſſa Siciliæ & Calabriæ ſupplens Rogerius filius ejus in conſilio ipſorum Baronum epiſcoporum, videlicet Anlegerii Catanenſis , & Arnaldi Palecaſtrenſis , & Roberti Morelli, & Gosberti de Licia, & Vuillelmi de Altavilla , & aliorum multorum per librum traditum prędicto Petro electo donarunt, & omnimode tranſtulerunt in proprietatem , & in perpetuum dominium ipſius eccleſiæ Squillacenſis , eccleſiam ſanctæ Mariæ de Roccella cum omnibus pertinentiis ſuis , terris cultis, & incultis , & nemoribus , villanis , ſicut Hieronymus , qui Abbas fuit ipſius Eccleſiæ ante obitum tenuit una die , & una nocte , & ſicut Comes Rogerius eadem omnia ipſi Abbati donavit . In teſtimonio ergo hujus donationis , & auctoritate conſuluimus dictos Epiſcopos Anlegerium Catanen. & Arnaldum Palecaſtren. & prænominatos tres Barones Robertum Borellum, Gosbertum de Licia, Vuillelmum de Altavilla, opportunum propterea duximus Chriſtophorum Admirabilium & bonum Notarium eidem teſtimonio aſſignare . Prædictæ donationi interfuerunt etiam Tancredus de Siracuſa, & Goffredus de Raguſa, & Robertus Avenellus , & Radulphus de Belvaco . Præter hæc etiam dignum nobis viſum eſt ſcribere , quod ſim dicta die Epiſcopi ſub terrore , & pœna anathematis confirmarunt eam, excommunicantes , & maledicentes omnem illam perſonam, quæ quomodocumque hanc donationem lædere, aut contra eam venire tentaverit ,

† Signum manus Comitiſſæ Adalaſiæ , quæ hanc chartulam donationis à ſe factæ ſcribi juſſit.

† Signum manus Rogerii Comitis, qui hoc ſcriptum donationis à ſe factæ fieri præcepit.

Loco † plumbi impendentis cum imagine ſculpta ab uno latere Deiparæ Virginis Filium in ulnis geſtantis, & ab alio latere cum quibuſdam literis Græcis.

Hanc Adalaſiæ donationem , cæteraque à Rogerio Comite elargita, & privilegia ab Urbano II. Squillacenſi Eccleſiæ conceſſa eidem Petro Epiſcopo ſequenti diplomate confirmavit eodem ann. 1110 Nonis Aprilis, die 36. à Petri creatione Paſchalis II. Papa .

PASCHALIS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Petro Squillacen. Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè promovendis in perpetuum.

Apoſtolicæ ſedis nos compellit auctoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſollicitos eſſe, prava corrigentes , & quæ recta ſunt ſtabilire. Conſtat ſiquidem Squillacenam, cui auctore Domino, Paſtor es per nos inſtitutus, Eccleſiam prioribus longè temporibus ſpecialiter ſub Apoſtolicæ ſedis jure manſiſſe , ſicut verum indagantibus per authentica Beati Gregorii ſcripta monſtra-

A *tur . Quia ergo Deo auctore per ſtrenuiſſimorum fratrum Roberti quondam nobilis memoriæ Duci Rogerii Comitis labores atque victorias tam ex illa , quàm ex cæteris Calabrorum Eccleſiis, Græcorum tyrannica ceſſavit invaſio. Nos Prædeceſſoris noſtri Urbani Papæ II. veſtigiis inſiſtentes, Squillacenſem Eccleſiam ſub ſpeciali jure ſanctæ ſedis Apoſtolicæ confoventes , ſtatuimus , & temporibus perpetuis obſervandum cenſemus , ut ſicut Tu, ita & tui deinceps ſucceſſores per manum ſemper Romanorum Pontificum conſecrentur . Ad hæc adjicimus infra fluvium ambitus , ſicut ex ſuperioribus montibus torrentes in Crocleam, & Alarum fluvios, & iidem fluvii in Adriaticum mare defluunt, ea, quæ in conſpectu fratrum noſtrorum Epiſcoporum Siciliæ omnium, & Calabriæ quorundam coram prædicto Rogerio Comite , & à veteranis , & multorum temporum teſtibus ad Squillacenſem Eccleſiam ex antiquo pertinuiſſe juxta præceptum ejuſdem prædeceſſoris noſtri Urbani II probata ſunt, ea nihilominus, quæ Squillac. Eccleſiæ Beatus*
B *legitur Gregorius contuliſſe, firma ſemper, & integra in tua, tuorumque ſucceſſorum, & ipſius eccl. poſſeſſione permaneant; Porro colonos, ſeu prædia de Palęopoli, ſive Roccella, quæ Adelais Comitiſſa cum filio Rogerio pro redemptione animæ ſupradicti Comitis Rogerii Squillacen. Eccleſiæ tradidit , Nos eidem Eccleſiæ cum Oratorio ſanctæ Mariæ, quod illic ſitum eſt , jure proprietario confirmamus . Præterea quicquid in futurum liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſtè atque canonicè poterit adipiſci , illibatum ipſi perpetua ſtabilitate ſervetur . Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare , aut ejus poſſeſſiones auferre , vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare ; ſed omnino integra conſerventur eorum, pro quorum ſubſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si qua ſanè Eccleſiaſtica , ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiove commonita ſatisfactione*
C *integra non emendaverit, honoris ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei, & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena ſit, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat . Cunctis autem eidem Eccleſiæ jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti , quatenus & hic fructus bonæ actionis percipiant , & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.*

Datum Later. per manum Joannis S. R. E. Diac. Cardinalis , ac Bibliothecarii Nonis Aprilis , Ind. 3. Incarnat. Dom. anno milleſimo centeſimo decimo, pontificatus autem Dom. Paſchalis II. Papæ anno 11.

Poſt hæc Petrus anno ſui Præſulatus 13. interfuit conſecrationi Eccleſiæ Catacenſis temporibus Calixti II. Papæ fortaſſe celebratæ anno 1122. quo anno ad Panormitanam Eccleſiam in Sicilia ab eodem Pontifice tranſlatus eſt. Is Pontifex illi dedit
D diploma , ubi Panormitanæ Eccleſiæ jura confirmat .

Calixtus ſervus ſervorum Dei , Venerab. fratri Petro Archiepiſcopo à nobis de Squillatina Eccleſia in Panormitan. tranſlato , ejuſque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis in perpetuum . Juſtis votis , &c. Reliqua leges apud Rocchum Pyrrhum not. 1. Eccleſ. Panorm. In fine diplomatis, *Datum Laterani per manus Hugonis S. R. E. Subdiac. Cardinalis 4. Non. Aprilis , Ind. 15. Incar. Dominicæ , an. 1122. Pontific. autem Domini Calixti II. Papæ anno 5.* Exceſſit Petrus circa annum Dom. 1141.

9 DROGO Epiſcopus Squillacenſis, an immediatè poſt Petrum ſederit incompertum eſt : cujus XIII. tantum unica mentio habetur in diplomate Adelaſiæ neptis Rogerii Siciliæ Regis ad favorem Eccleſiæ Cephaludenſis anno ſal. 1140. his verbis ſcripto ex tabulis ejuſdem Eccleſiæ apud Rocchum Pyrrhum in notitia Cephaleditanæ Eccleſiæ.

In

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen.

Ego Adelaſia neptis Domini Rogerii glorioſiſſimi Regis Italiæ ratum ducens quod felix eſt, ea rerum terrenarum translatio, quæ ſic charitativa diligentia diſpenſatur, ut poſſint cœleſtia ſub terreſtrium commercio vindicari, Eccleſiam ſancti Petri, quæ ſita eſt in Colliſano, quæ à Domino Drogo Venerab. Squillacenſi Epiſcopo, convocato à D. Vener. Jocælmo Cephaludi electo, curavi & ſtudui dedicari, intuitu, & favore ipſius Dom. Rogerii magnifici Regis Italiæ; quin etiam pro tranquillitate pacis, & gloriæ, atque exaltatione ſua, & ſalubri beatitudine animæ ſuæ, & progenitorum ſuorum, & omnium parentum noſtrorum conceſſi, idque in perpetuum tradidi pro dote ipſius Eccleſiæ; & ut curioſius in ea divinis vacetur obſequiis, furnum quoddam in Colliſano, & Villanos ſex; Præterea quaſdam de terris Carpiniani de nemore noſtro in reparationem ejuſdem Eccleſiæ impendendas; cum neceſſe fuerit lignamina, & in terris noſtris maritimæ, ſeu in montanis libera paſcua ovibus & omnibus pecudibus ipſius Eccleſiæ ſancti Petri. Si quis autem aliquo tempore hujus donationis, & conceſſionis noſtræ violator, aut contradictor extiterit, coram ſummo Judice in diſtricti judicii examine requiratur, & à fidelium conſortio ſegregatus, à Dei miſericordia fiat penitus alienus.

Factum anno Dominicæ Incar. 1140. menſe Junii Ind. 3.

† *Signum propriæ manus Adelaſiæ neptis Domini Rogerii glorioſiſſimi Regis Italiæ.*

† *Ego Adam Avenelli filius Dom. Adelaſiæ.*

† *Ego Drogus Epiſcopus Squillaci, convocatus ad dedicationem prædictæ Eccleſiæ præcepto D. noſtri Rogerii, & prece Jocælmi Venerabilis Cephaludi electi.*

XIV. 10 AYMERIUS Epiſcopus Squillacenſis in viviſerat anno 1178 die 11. Novembris, Indict. 11. ſe adſcripſit cum aliis Epiſcopis, fraternitati ſanctæ Mariæ de Latinis Meſſanenſis, apud Pyrrhum in notis Meſſanenſis Eccleſiæ.

XV. 11 UGO hujus Eccleſiæ Epiſcopus florebat ann. 1196. cujus memoria ad poſteros derivavit ex Conſtantiæ Auguſtæ Siciliæ Reginæ privilegio ad ejus petitionem Eccleſiæ Squillacenſi conceſſo, in quo donationem Rogerii confirmavit, aliaque aſſeruit, ut in exemplari eodem tabulario aſſervato.

Conſtantia favente divina clementia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ.

Inter reliqua humanæ ſollicitudinis exercitia, quæ opera videntur portendere pietatis, ea potius ad ſalutem proficere vidimus animarum, cum viſcera pietatis, & miſericordiæ Chriſtianæ Religioni conſueta relaxamus clementia, & ad protegendum ſacroſanctas Eccleſias, & jura eis integrè conſervanda operam apponimus, & curam extendimus principalem. Attendentes itaque devotionem, & grata ſervitia Ugonis Venerab. Squillacen. Eccleſiæ Epiſcopi noſtræ Celſitudini devotius ſupplicantis, ut renovando confirmaremus, & privilegium Eccleſiæ ſuæ ab Illuſtri Comite Rogerio avo noſtro divæ record. clementer indultum, & poſtmodum à D. Patre noſtro famoſiſſimo Rege Rogerio inclytæ memoriæ confirmatum. Preces ejus utpote ratione ſubnixas benignius admittentes, memoratum privilegium ſibi, & Eccleſiæ ſuæ de innata manſuetudinis noſtræ clementia confirmamus. Quod ſiquidem privilegium dum noſtræ fuiſſet curiæ præſentatum, & ab ea diligenter inſpectum, talem ipſius comprehendimus fuiſſe continentiam, & tenorem.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo ſexto, Indictione quinta.

Ego Rogerius Siciliæ Comes, & Calabriæ una cum uxore mea Adelaſia attendens, &c. ſicut ſupra, uſque Amen. Deinde ſubdit Conſtantiæ privilegio. Præcepi etiam ut in hoc ſigillo ſcribantur nomina Villano-

A *rum, quos prædicto Epiſcopo conceſſi, & ſucceſſoribus ejus, videlicet apud Villadam Coſta Notarius cum filiis, Nicolaus Rodocallus cum filiis, Baſilius Platopodi cum filiis, Joſeph Platopodi cum filiis, Arcadius Papamiuenu cum filiis, Coſmus de Trallis cum filiis, Griſo cum filiis, filiis de Condo Nicola, Leo, & Petrus filii Joannis Presbyteri, Theopiſtus Nuceta, Michael, Leo Bochi cum filiis, Coſta Attopoli cum filiis, Nicolaus Tomatura cum fratre & filiis, Petrus Captios cum filiis; Joannes Erſilius cum nepotibus, Arcadius & Cola cum filiis, Baſilius Cutellus cum filiis, & fratre filii Carrara, Leo, Petrus, Nicolaus Kaloterioulli cum Baſilio fratre ſuo, & filiis, filii Gregorii de Calli, Baſilius Afframas cum filiis, Leo frater illius cum filiis, filii Gregorii Melliſſarii, Andrea Cundro cum filiis, Joannes de Codalii cum filiis, Leo de Codalii cum filiis, Theodorus cum filiis, Coſta Capraeus cum filiis, Malafaga cum filiis, Joannes de Criſi cum filiis, & fratre illius Petrus. Hi omnes ſunt in territorio Squillacii. Apud*

B *Stylum, & Caſtellum Alaræ ſunt filii Heòye Figuli, Coſta, Joannes, Nicolaus cum filiis illorum, Joannes Francus, & Nicolaus filius fratris ejus, Criſolens filius Papæ Coſtæ, filii Didiali Baſilius, & Joannes, filii Dideleſi Baſilius, & Coſta filii Dideleſi, Coſmas, & Leo, Romanus, Theodorus, Nucforus filii Nicolai iſtorum frater, Petrus, & Coſta, Leo de Soſia cum filiis, & filii Coſtæ de Soſia, Leo & Baſilius cum filiis illorum, Andreas Francus cum filiis, Joannes Traditor cum filiis, filii Urſonis Kacontus, Michael & Urſo cum filiis eorum, Andreas Coſquinas cum tribus filiis, Joannes Notarius cum filiis, Baſilius & Leo cum filiis eorum, Joannes Scolarii cum filiis, Pantalus ejus filius, Joannes Francus filius Nucifori, Joannes Caſimiri cum filiis, Leo Scillitotus, Joannes Siculo cum filiis, Nicolaus Siculo cum filiis, Leo Spano cum filiis, Baſilius de Mammi, Joannes de Mantti cum filiis, Leo de Minniti, & Nicata Cloſtaria cum filiis, Biturus, Sideros, Joannes Magiſter cum filiis, Miceta Turpati filius de*

C *Anaſtaſio, Nicolaus Turpati cum filiis illorum, Coſta Spanos, Papa Andrea, Philippus de Mammi, Nicolaus de Mammi, Nicolaus de Megalitis cum filiis, Baſilius gener Cuſentinei, Nicolaus Cuſentinus, Andreas Cuſentinus, Leo de Trabo, Leo de Monacha cum filiis eorum. Apud Squillac. filii Presbyteri Leonis de Calandra, filii Presb. Alexii, filii Presb. Urſoli, filii Presb. Theodori Buttiſti, filii Presb. Bonelli, filii Presb. Baſilii Cartoti, Nucforus, & Caloirus, filii Presb. Gregorii Pudalii, Leo, Nicolaus, Baſilius, & Arcadius, Presb. Nucforus, Genermizorus cum filiis, Presb. Coſta, Lerduſura cum filiis, Mannaus Protopapa cum filiis, Baſilius Archidiaconus cum filiis, Presb. Urſo Zappacunni cum filiis, filii Presb. Spartarati, Gregorius, Stephanus, & Joannes, Leo Primicerius cum filiis, Presb. Baſilius Fraxitanus cum filiis, filii Presb. Andreæ, Georgius Kalivati, Presb. Nicolaus Marraſacti cum filiis, Presbyter Nicolaus de Agello cum filiis, Presb. Nicolaus de Vivello cum filiis, Caloirus Primicerius cum filiis,*

D *Presbyter Arcudius Tabulari cum filiis, Leo, & Michael Mixtra Protopapa cum filiis, Presbyter Baſilius Romeus cum filiis, Leo Figulus, Leo Presbyter Cruxi cum filiis, Leo de Carcos cum filiis, Sergius Politi cum filiis, Baſilius Antolicos cum filiis, Urſo Boſcos. Hæc ſunt nomina villanorum, quos ego prædictus Comes Rogerius conceſſeram ſancto Matthæo in dedicatione illius, & Armenfredo Capellano, ut illos poſſideret quamdiu viveret, cum culturis de ſancto Clerico & ſancto Elia; poſt mortem verò ipſius dimitteret matrici Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Epiſc. Chriſtophoro, & ſucceſſoribus illius, videlicet filii Gregorii domeſtici, filii Papæ Leonis muſico, Nicolaus de Presbytero Boaello, Leo genere Pyrrhæ, Joannes Vvallardus, Theodorus Contaraſus, Joannes de Areſi, Baſilius Drungarius, Nicolaus Schepaſtos, Capruia de Silira, Leo Clauſtadri, optadios de Sabei, Baſilius Candolutus, Papa Gregorius Cariotti cum filiis; Inſuper confirmamus memorato Venerab. Squillacen.*

Epiſcopo, & Ecclrſiæ ſuæ feudum Baldumi, ſicuti continetur in privilrgio rxtremo a Rege Rogerio nepote noſtro bon. mem. elementer indulto, & molendinom rtiam conceſſum ei ab Adelicia comitiſſa Squillacii fideli noſtra, juxta quod in privilegio ab eadrm comitiſſa ipſi Ecrleſiæ facto aptias drclaratur. Nec non & tenimentum Matermoniæ, ſicut continetur in privilegio, quod inibi habet Marrhiſia prædicta, volumus, & mandamus, ut de Adulteriis jadirandis prrſonæ ſe non intromittant de cætero ſæculares, ſi quis de Parochia & Diæceſi prædictæ Squillacenſis Eccleſiæ de adolterio accuſatus, & in eo drprebenſus fuerit ad Judicium curię ipſius Ecclrſiæ, in qua adulteria jodicari debent conſiſtat, & in curia ejuſdrm Eccleſię jodicetur, & corrigatur, excepto ſi per inſultum, vel violentiam adulterium ipſum committatur. Quod ſi acciderit, judicetur ab ipſa Eccleſia de ipſo adulterio de hoc quod ſpectat ad judicium ipſius Ecclrſiæ, & de hoc quod ſpectat ad judicium Curiæ noſtrę, videlicet de inſultu, & violentia judicetur ab ipſa Curia noſtra. De perſonis vero Clericorum volumus, & jubemus ut ſi aliquis Clericus totius parochiæ, & ditionis prædictæ Squillacen. Eccleſię de aliquo foris facto, de quo perſona ſua judirari, & condemnari debeat appellatus fuerit, non à perſonis laicalibus, nec in earum curia, ſed in curia Eccleſiæ de hoc, quod ad perſonam ſuam ſpectat, judicetur, & corrigatur, ſicut convenit, juxta canones, & jus Eccleſiaſticum, excepto ſi aliquis clericus fuerit appellatus de proditione, vel alio hujuſmodi magno malrficio, quod Majeſtati noſtræ videtur obviare. Quod ſi acciderit, volumus, & præcipimus, ut de hoc quod ſpectat ad judicium eccleſiæ judicetur ab ipſa eccleſia, & de hoc quod ſpectat ad judicium curiæ noſtræ, judicetur ab ipſa curia noſtra. Si vero aliquis clericus de hæreditate, & aliquo teſtamento, quod non ab eccleſia, ſed à perſonis ſæcularibus, ſive per patrimonium, ſive aliter in terris earum teneat, appellatus fuerit, Volumus, ut de hoc in curia illius, in cujus terra poſſeſſiones, & tenimenta habuerit, reſpondeat; & quod juſtum fuerit, faciat, non tamen ut perſona ejus exinde capiatur, aut incarceretur. Poſtremo Bajulis noſtris præcipimus, ut ad prædicta adolteria coercenda, & corrigenda ipſi Ugoni Venerab. Squillacenſi Epiſcopo fideli noſtro, in quibus opus fuerit, auxilium tribuant. Hæc autem omnia volumus inviolatu ſervari ſalvo in omnibus mandato, & ordinatione Domini noſtri invictiſſimi Imperatoris, & noſtro, & hæredum noſtrorum. Ut autem hujus noſtræ liberalitatis confirmatio inconcuſſa permaneat, & perpetuæ robor obtineat firmitatis, præſentem exinde conſcribi paginam, & noſtræ Majeſtatis bulla cerea juſſimus roborari anno, menſe, & Indictione ſupraſcriptis.

Datum in Urbe Felici Panormi an. Dominicæ Incarn. 1196. menſe Junii 15. Indict.

Loco † ſigilli in pendenti in cordula ſerica rubea ceræ rubræ in capſula lignea appoſitæ cum literis, & imagine ipſius prænominatæ Imperatricis.

XVI. 12 R. . . . . . ex Archidiacono electus eſt Squillacenſis Epiſcopus anno 1217. extat in Reg. Vatic. Honorii III. epiſt. n. 157. pontif. 2. ad Archiepiſcopum Cuſentinum, Dat. Non. Septembr. ut R. Archidiaconum a Capitulo electum auctoritate Apoſtolica confirmet, caſſata, nullaque declarata alia electione ab eodem Capitulo vitio celebrata de Guillelmo Abbate ſancti Stephani de Boſcho Ordinis Ciſtercienſis. R. vero, quem legitime vocatum ad hanc inſulam fuiſſe vidimus, brevis Pontifex fuit eodem anno deſunctus.

XVII 13 NICOLAUS ſtatim ſucceſſit, qui ſtatim etiam à Joanne Squillacenſi Theſaurario apud Honorium III. Papam de perjurio, ſimonia, aliiſque vitiis accuſatus, judicium tulit ad cauſam dicendam vocatus ab Archiepiſcopo Cuſentino, juſſu ejuſdem Pontificis, ut habetur in literis Regeſt. Vatic. ann. 3 ſol. 14. Dat. 10. Kal. Octob. Verum poſt exactam ab eodem Archiepiſcopo ejus vitæ diſcuſſionem, inventus eſt injuſte ab adverſario poſtulari, ſuaque innocentia innocens & juſtus evaſit Præſul. Quamobrem Honorius conſolatoriam eidem ſcripſit epiſtolam, illum ab omni imputatione abſolvit, perpetuumq; ſilentium adverſario impoſuit. Epiſtolam damus ex eodem Regeſt. n. 568. ſol. 130. an. 4.

Nicolao Epiſcopo Squillacenſi.

Viſo & intellecto inquiſitionis proceſſu, per Venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Cuſentinum, fieri juſſimus ſuper adulterio, perjurio, ſimonia, homicidio & dilapidatione, quæ per Joannem de Alberonia Squillacenſem Theſaurarium impingebantur, tibi frater Epiſcope, quia nihil de prædictis contra perſonam tuam invenimus ſufficienter eſſe probatum, ſuper præmiſſis te ſententialiter abſolventes, eidem Joanni ſuper iis perpetuum ſilentium duximus imponendum. Nulli ergo, &c. Si quis &c. Dat. Reate 6. Kal. Octob. pontif. noſtri anno quarto.

14 R. . . . ita ejus nomen unica hac ſyllaba notatum obſervo in Regeſt. Vat. Gregorii; IX. Is ex Epiſcopo Squillacenſi electus eſt Archiepiſcopus Rheginus anno Dom. 1234. poſt Landonem, cui etiam Squillacenſem Eccl. commendavit. Scripſit de hac re Gregorius tum ad ipſum R. Epiſcopum, cum ad Capitulum, populumque Squillacenſem in hunc modum ex Reg. Vat. ep. 354. ſol. 240. an. 8. XVIII

Capitulo Squillacen. Clero & Populo Civitatis ac Diœceſis.

Cum Eccleſia Squillacen. cui hactenus præfuit Venerab. frater noſter R. quondam Epiſcopus veſter electus Rheginus ſibi donec ad Eccleſiam Regin. tranſierit, ad quam à prioris vinculo abſolutus, habet auctoritate noſtra licentiam tranſeundi de conſilio fratrum noſtrorum committimus in ſpiritualibus, & temporalibus gubernandam p. aut. n. q. in præmiſſis plenè obediatis eidem, ita quod devotionem veſtram commendare merito debeamus, alioquin ſententiam, quam ipſe rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter obſervari.

Dat. Peruſii 5. Id. Decemb. ann. 8.

Eodem die, eademque ferè forma ſcribit Gregorius eidem R. electo Rheginenſi Archiepiſcopo.

15 BENUENUTUS Rheginæ Eccl. Canonicus, temporibus Gregorii IX. à Canonicorum ſenatu ad Squillacenſem inſulam canonica electione poſtulatus, prohibente tamen ætate, dignitatem non eſt adeptus; ſed ob egregias ejus animi dotes ab eodem Pontifice eandem Eccleſiam commendatam habuit, perque annos plurimos eximiè cum rexiſſet, nova electione à Capitulo iterum poſtulatus, juſſu Innocentii IV. iterum examinanda committitur Sorano Epiſcopo electo, addito præcepto, ut ſi illam canonicé celebratam inveniſſet, eundem in Squillacenſem Epiſcopum auctoritate Apoſtolica confirmaret. Hæc ferè ſcripſit Innocentius ad Soranum Epiſcopum. Datum Peruſii Kal. Januarii pontif. ſui 9. ſalutis verò 1251. Extat epiſtola hæc in Reg. Vat. n. 77. ſol. 123. in hunc modum. XIX.

Epiſcopo Sorano.

Expoſuit nobis dilectus filius Benvenutus Canonicus Rheginus, quod cum ipſe olim à Capitulo Squillacenſis Eccleſiæ tunc vacantis fuerit poſtulatus canonicè, ac concorditer in Epiſcopum, & Paſtorem; tandem quia tunc idem B. patiebatur in ætate defectum, felicis recordationis Gregorius Papa prædeceſſor noſter ſibi prædictam Eccl. commendavit. Quare nobis duxit humiliter ſupplicandum, ut poſtulationem hujuſmodi admittere de benignitate Apoſtolica curaremus. Ipſius igitur ſupplicationibus inclinati mandamus, quatenus poſtulationem ipſam, ſi eam inveneris de perſona idonea canonicè, ac concorditer celebratam, admittere auctoritate noſtra procures, faciens ei à ſubditis ſuis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, Contradictores &c. Non obſtan. Conſtitut. de duabus dietis, &c. Datum Peruſii 10. Kal. Januarii anno nono.

In Regeſtro vero Alexandri IV. alteram obſervo epiſtolam num. 4. ſol. 6. anno pontificatus primo, Chriſti 1255. Dat. Neapoli 3. Id. Januarii ad B Squillacenſem electum, ut poſſit, tametſi electus

Epiſcopus, alia Eccleſiaſtica beneficia ritè obtinere. Epiſtolæ initio notatur nomen Epiſcopi elemento B. ego eundem putarim cum ſuperiori Benvenuto ad hæc uſque tempora haud conſecrato. Fortaſſis hic ille Squillacenſis Epiſcopus eſt, qui anno 1261. ab Alexandro IV. ut ſcribit Hund. in Metropol. Salizburgen. in Franconiam miſſus Salizburgenſem Eccleſiam viſitavit; cætera hujus Epiſcopi acta deſiderantur.

XX 16 RICHARDUS Archidiaconus Cathedralis erat, quando ad epiſcopalem dignitatem vocatus eſt anno 1266. à Clemente IV. anno 2. Pontificatus 5. Id. Oct. ut ex epiſtola ad eum ſcripta Dat. Viterbii, quæ eſt in Reg. Vat. n. 1 19. ſ. 96. Teſtis ſententiæ Radulphi Albanen. Epiſcopi Card. in Sicilia Apoſt. Sedis Legati ad ſavorem Othonis Epiſcopi Catanenſis datæ anno 1267. die 10. Septembris apud Cataniam ſacram eruditiſſimi amici noſtri Jo. Baptiſtæ de Groſſis.

XXI. 17 PHILIPPUS Epiſcopus Squillacenſis Panormi interfuit coronationi Jacobi Aragonei Siciliæ Regis ann. 1286. ut Fazellus ſcribit lib. 9. Decade 2. de rebus Siculis.

XXII. 18 JORDANUS hujus Eccleſiæ Præſul obiit circa annum Domini 1346. memoratur in literis Clementis VI. in electione ſucceſſoris, de quo nil aliud habemus, quod in medium proferamus.

XXIII. 19 NICOLAUS de Terramo ex Canonico Aquinatis Eccleſiæ præficitur in Epiſcopum Squillacenſem in demortui Jordanis locum à Clemente VI. Papa ann. 1345. 2. Id Decembr pontiſ 5 ex Reg. Vat. epiſt. 66. translatus deinde eſt ad Epiſcopatum Melphienſem an. 1349. & poſt menſem evaſit Archiepiſcopus Arborenſis in Sardinia. Corrige ſeriem noſtram Melphienſium Epiſcoporum, ubi vitio librarii poſitus eſt annus 1348. pro 1349.

XXIV 20 JOANNES de Rocca Canonicus Neapolitanus ſucceſſit Nicolao II. Non. Septembris 1349. ex Regeſt. Vatic. ep. 142. fol. 45. ann. 8. Clementis VI. ſedit plus minus ann. 11. & mortuus eſt.

XXV. 21 Fr. MATTHÆUS Scaleata Epiſcopus Lavellenſis ex Ordine Carmelitarum aſſumptus ad hanc Squillacenſem Eccleſiam translatus eſt ab Urbano V. anno 1370. die 16. Kalen. Januarii ex Regeſt. Vatic. ann. 8. ejuſdem Pontificis. Vario eventu vixit Matthæus fere ann. 22. obiitque ſub Boniſacio IX. ann. 1392.

XXVI. 22 PHILIPPUS Criſpus nobilis Siculus Meſſanenſis. Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini, in ſacra Theologia Doctor, & Apoſtolici Palatii Scholarum in eadem facultate magiſter, ab Urbano VI. Squillacenſis Epiſcopus declaratus eſt, adhuc Matthæo vivente, ut in lib. Obligat. legitur. Eodem Urbano ſedente, ſpoliorum collector ſuit in Calabria an 1388. translatus eſt ad Meſſanenſem Archiepiſcopatum à Boniſacio IX. 9. Kalen. Martii, pontiſ 3 Chriſti 1392. in qua dignitate obiit ann. 1402. die 1. Decembris, de quo alibi fortaſſe redibit ſermo.

XXVII. 23 MATTHÆUS ſucceſſit Philippo an. 1392. exactis in Epiſcopatu paucis menſibus exceſſit.

XXVIII. 24 ANDREAS Epiſcopus Porentinus à Boniſacio IX transfertur ad hanc Eccleſiam per obitum Matthæi vacantem 14. Kal. Octob. anno 1392 Præfuit annis decem, translatuſque eſt ad Eccleſiam Iternienſem anno 1402 mox ad Potentinam rediit, & tandem evaſit Epiſcopus Cajacenſis, de quo in lib. Oblig. habetur mentio. In lib. vero Obligat. Benedicti XIII. Antipapæ memoratur Fr. Petrus Squillacenſis Epiſcopus anno 1397. 13. Novembris ab eodem Benedicto intruſus; cui ſucceſſit alius ab eodem Pſeudopontifice item intruſus vocatus Joannes Meli Catalanus, Petri Sectæ Anticardinalis familiaris.

XXIX. 25 ROBERTUS de Baſilio, Canonicus Sueſſanus. factus eſt Epiſcopus à Boniſacio IX. anno 1402. die 15. Septembris, translatus deinde eſt ad Policaſtrenſem *a* Eccleſiam anno 1413.

a Ad Bilicaſtrienſem.

XXX 26 LEO Colochuri ex Archidiacono fit Epiſcopus à Joan. XXIII. Id. Febr. an. 1413. ſub Martino V. obiit circa an. Dom. 1417. ex eodem Oblig. lib.

27 FRANCISCUS de Acceriis Juris utriuſque excellens Doctor, Epiſcopus adlectus eſt à Martino V. an. 1418. 7. Kal. Feb Quinquaginta & octo omnino annos hanc Eccleſiam conſultè adminiſtravit, obiitque ann. 1476. etenim cum in Actis Conſiſtorialibus anni ſequentis repererim Franciſcum alium de Cajeta electum Squillacenſem per obitum alterius Franciſci, ac neminem alium ejuſdem nominis in iis offenderem ab ann. 1418. uſque ad hunc 1477. ad hanc Eccleſiam vocatum, coactus ſum aſſerere, niſi me conjectura feſellit, ipſum eundem eſſe Franciſcum, qui tot annorum curriculo Squillacenſem rexerit Eccleſiam, cujus mentio extat in Regio Regeſtr. Neapol. & in monumentis ejuſdem Eccleſiæ, inter quæ aliqua viſa ſunt, ut hic in lucem proferantur. Primum erit illud à Marino Joanne Franciſco de Marzano Roſſani Principe, Duce Squillacii, eidem Franciſco Epiſcopo conceſſum anno 1448. ubi inter eos ſancitum eſt circa immunitate Diaconorum Squillacenſis Eccleſiæ, quos Selvagos appellant, nomen quidem inuſitatum, ac penè antiquis temporibus obſcurum.

Marinus Joannes Franciſcus de Marzano Ruffoantes Princeps Roſſani, Dux Squillaci, Arenularum Comes, &c.

*Univerſis & ſingulis præſentes noſtras literas inſpecturis tam præſentibus, quàm futuris notum facimus per præſentes, quod cum eſſet altercatio quædam inter Rev. P. F. Dei, & Apoſt. ſedis gratia Epiſcop. Squillacenſem, Conſiliarium & Oratorem noſtrum devotiſſimum ex una parte, & univerſitatem & homines dictæ noſtræ civitatis Squillacii ex altera de nonnullis Diaconibus Salvagiis, quos ipſe Dominus Epiſcopus aſſerebat ab onere focularìorum, collectarum, donorum, & aliarum pecuniarum, impoſitione francos eſſe pariter, & immunes, Univerſitaſque prædicta, & homines ipſius contrarium aſſerebant, multaq; altercatio ſuper hoc vigebat inter eos. Et volentes ipſe D. Epiſcopus, & Univerſitas prædicta, & homines pacificè pertranſire, Univerſitas ipſa, & homines tanquam obedientiæ filii, & bono zelo moti ad infraſcriptam concordiam devenerunt cum Epiſc. ſupradicto præſente, contentante, & acceptante, videlicet, quod memoratus Epiſcopus habeat, & teneat decem & octo Diaconos ſalvaticos infraſcriptos. Dummodo habitum & tonſuram clericalem portent, & clericaliter vivant, videlicet, iſtos decem, Franciſcum de Maida, Rainaldum de Prune, Gregorium Morphi, Guglielmum de Manſo, Candacium Fragapan. Julianum de Ponſo, Andream Molinarium, Gorellum Salva, Benedictum de Amato, & Gregorium Vadolſaaum francos, liberos, & immunes ab oneribus focularìorum, ſubventionum, donorum, & aliarum fiſcalium functionum; reliquos vero octo, ſcilicet Ruſſum de Prezula, Nicolaum Perragutia, Vincentium de Ajello, Vitum Stignola, Marium Stalionum, Gajottam Salvellum, Dominicum Ungarum, & Marcum Anaſtaſium, à ſolutione collectarum, donorum, ſubventionum, & aliarum impoſitionum francos, liberos, & exemptos pariter & immunes ab onere focularìorum duntaxat exceptos, quod ſolvere teneantur, & ſubire cum laicis. Et nos volentes ut concordia iſta debitum ſortiatur effectum, & efficax ſit in perpetuum, cum Eccleſiis, Eccleſiaſticiſq; perſonis juſtis favoribus, & præſidiis, ac manutentionibus favere merito teneamur, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia cum deliberatione noſtri conſilii mandamus, univerſis officialibus noſtris majoribus & minoribus quocunque titulo, & dignitate fungentibus, præſertim Theſaurario, Ærario, Magiſtris, Collectoribus, Commiſſariis noſtris, eorumve Locatenentibus, & aliis, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit præſentibus, & futuris, Univerſitati quoque & hominibus dictæ noſtræ civitatis Squillaci, eorumque Syndicis præſentibus & futuris, quatenus ſupradictos decem Diaconos ſalvagios ad dictam ſolutionem focularìorum, collectarum, donorum, & ſubventionum cum laicis minime turbetis, nec compella-

cis,

tis, ſed ab omnibus his ſolutionibus francos, liberos reputetis, & faciatis exemptos pariter & immunes, alii verò octo Diaconi Silvatici à ſolutione collectarum, ſubventionum & donorum ut ſupra ſint & eſſe debeant franchi, liberi, & exempti, ad quæ compelli & moleſtari nolumus, ſed ut valeant gaudere privilegium clericale, excepto tamen, quod durante onere foculariorum prędictorum teneantur ſubire & contribuere cum laicis, & cum eis ſolvere ratam eorum tangentem foculariorum prædictorum, & contrarium non faciant pro quanto gratiam noſtram caram habent, iramque, & indignationem noſtram, ac pœnam unciarum auri centum, ſi ſecus inde fecerint ab omnibus & quibuslibet contrafacientibus, vel contrafacientium quoties fuerit contraventum noſtræ Curię applican. cupiunt penitus non ſubire; in cujus rei teſtimonium præſentes fieri juſſimus ſubſcriptione noſtrę manus propriæ, & ſigillo noſtro quo utimur in talibus communitas.

Datum in civitate noſtra Roſſani ſub anno Domini 1448. die 11. Madii, undecimæ Indictionis.

Nos Princeps Roſſani.

Loco † ſigilli in capſula lignea cum cera rubea D. Princeps mandavit mihi Joanni de Antonio.

Marini documentum inſtante Franciſco Epiſcopo aſſirmavit Ferdinandus I. utriuſque Siciliæ Rex anno 1467. in hunc modum.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Ungariæ.

Nobilibus, & egregiis viris Capitaneo, Univerſitati & hominibus civitatis noſtræ Squillacii fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem.

Nuper pro parte Reverendi in Chriſto Patris Epiſcopi, & Diaconorum Silvaticorum ejuſdem Conſiliarii fidelium noſtrorum dilectorum fuit Majeſtati noſtræ expoſitum reverenter, quod dicta Univerſitas & homines pro ſubventione majoris Eccleſiæ ipſius civitatis fecerunt francos, liberos, immunes & exemptos decem & octo Diaconos Silvaticos datos ipſi Eccleſiæ per Univerſitatem prædictam; quorum decem ab omni onere, & ſolutione quacunque fecerunt francos & immunes, octo verò francos hoc modo, quod pro focularitis tantum dictæ Univerſitati ducatos octo, & tarenos quatuor annuatim ſolverent; cujus quidem franchitiæ & exemptionis inter ipſam Univerſitatem, & prædictos Diaconos datos Eccleſiæ confectum fuit publicum inſtrumentum omni ſolemnitate vallatum, & per principem olim Roſſani quoddam mandatum inde ſequutum, quorum vigore longo jam tempore in ipſius franchitiæ & exemptionis poſſeſſione fuerunt, & ad præſens per vos Capitaneum, & prædictam Univerſitatem de facto, & ex abrupto deſtituti & ſpoliati ſine cauſæ cognitione, nec aliquo modo in ſuis juribus, & rationibus auditis in ipſius Eccleſiæ, Epiſcopi, & Diaconorum prædictorum grave damnum, præjudicium & jacturam; Quapropter pro ipſorum ſupplicantium parte fuit Majeſtati noſtrę humiliter ſupplicatum, dignaremur indemnitati eorundem Epiſcopi, & Diaconorum prædictorum providere, cum de facto & indebitè ſpoliati, de facto in eorum poſſeſſione, & juriſdictione reſtitui, & reponi debent; nos vero dictorum exponentium ſupplicationibus, ut pote juſtis benignius inclinati, ac volentes neminem noſtrorum fidelium in ſua pacifica poſſeſſione de facto, & injuſtè turbari & moleſtari, nec in ſuis juribus modo aliquo inauditis vexari, tenore præſentium, deque noſtra certa ſcientia, ac noſtri conſilii deliberatione matura vobis Capitaneo, Univerſitati, & hominibus antedictis dicimus, præcipimus & expreſsè mandamus, quatenus tam memoratos Diaconos Silvaticos per dictum inſtrumentum francos, & exemptos, quàm omnes alios diœceſis prædictæ Eccleſiæ prædictæ per Univerſitatem datos ſic ut præmittitur ſpoliatos, & ab hujuſmodi franchitiæ, immunitatis & libertatis poſſeſſione, vel quaſi ejectos, & privatos, & contra libertatem Eccleſiæ, ac per Univerſitatem dictæ civitatis Squillacii pactata, ad illorum ſolutionem compulſos, et exactos veris exiſtentibus prænarratis ad priſtinam eorum & cujuslibet ipſorum Diaconorum poſſeſſionem, vel quaſi cum juribus interea perceptis reſtituatis, reponatis, & reintegretis per omnia juris, & facti remedia opportuna. Deinde utraque pars ſi jus contrafaciendi habere prætendit, ſuum adeat Judicem competentem de ſuo jure expeditura, & expeditæ juſtitiæ complementum receptura. Nec contrarium aliquo modo faciatis pro quanto gratiam noſtram caram habetis, iramque & indignationem noſtras ac pœnas ducatorum mille à quolibet contrafaciente irremiſſibiliter exigen. cupitis non ſubire. Præſentes autem literas magno Maieſtatis noſtræ ſigillo impendenti munitas, vobis præterea directas, quas reſtitui volumus pręſentanti pro cautela.

Datum in Caſtro Sangri per Mag. V. I. D. & Conſiliarium noſtrum Lucam Tozzolum Romanum Locumtenentem ſpectabilis & Mag. viri Honorati de Aragonia Gaetani Fundorum Comitis hujus Regni Logothetæ, & Protonotarii Collateralis Conſiliarii fidelis noſtri plurimum dilecti die quinto menſis Auguſti, quintædecimæ Indictionis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo.

Rex Ferdinandus, &c.

Loco † ſigilli magni ceræ rubeæ pendentis ab utroque latere ſculpti. Regeſt. in Cancellaria penes Cancellarium R. Inſt. recept. Rex mandavit mihi Antonello de Petrutiis. L. Tozzolus.

Obtinuit idem Franciſcus ab eodem Ferdinando Rege aliud privilegium, ut laici ad forum Eccleſiaſticum trahi poſſent. Datum eſt anno 1468. alterumq; aſſeruit an. 1468. confirmationis caſtri Alberis, & Aguglię ad Eccleſiam Squillacenſem pertinentium. Tertium privilegium dedit ſequenti anno, quo jura caſtri Roccellæ ejuſdẽ eccl. obnoxii in gratiam ejuſdem Franciſci declaravit in hunc modum ab exemplaribus tabularii Squillacenſis Epiſc.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Ungariæ.

Reverendo in Chriſto Patri, Epiſcopo Squillacen. vel eius Vicario, Oratori, Conſiliario, fidelibuſque noſtris dilectis gratiam noſtram, & bonam voluntatem.

Nuper pro parte Archipresbyteri terræ Soverati, & Abbatis ſancti Gregorii de Stallatei extitit Maieſtati noſtræ reverenter expoſitum, quod cum ſuperiori tempore exponentes ipſi coram vobis conveniri feciſſent Gorium Angelli, & eius uxorem de Monte Pavone Ducatus Squillacii ſuper nonnullis bonis Eccleſiarum ſuarum, quæ indebitè & iniuſtè à dictis Conventis tenentur ab eiſdem Eccleſiis ad certum redditum ex conceſſione ab eiſdem Eccleſiis minus legitime facta, & comparentibus ipſis Conventis coram vobis, ut percepimus per eoſdem, ſeu ipſorum parte oppoſita fuit declinatoria fori, dicendo ſe laicos eſſe, & fori ſæcularis, & non Eccleſiaſtici, tandem ſervatis ſervandis fuit per vos interlocutum dictos Conventos debere ſtare iuri coram vobis, fuitque ab ipſa interlocutoria per dictos Conventos ad noſtrum Viceregem in Ducatu Calabriæ appellatum. Qua appellatione facta, fuit per eundem Viceregem, & ejus conſilium pronunciatum per vos poſſe procedere, & procedendum eſſe contra dictos Conventos, in cauſa prædicta, ad reoſque eoſdem remiſit. A qua quidem pronunciationẽ fuit pro parte ipſorum Conventorum iterum ad noſtram Maieſtatem appellatum, ſupplicando vobis mandari, quod eos ulterius pro cauſa huiuſmodi moleſtare non debuiſſetis, ſed eos ad Judicem ſæcularem remittere ſubreptitie, & per importunitatem à noſtra Maieſtate obtinuerunt dictam cauſam committi Rev. Epiſcopo Cathanzarii, quod de prædictis ſe informaret, & iuſtitiam faceret; cumque commiſſionis vigore Epiſcopus proceſſit ad nonnullos actus dictis ſupplicantibus non conſentientibus, attento quod dicta appellatio, & recurſus ad noſtram Maieſtatem, ac commiſſio exinde facta fuerunt & ſunt nullæ, quia ſi dicti Conventi ſentiebant ſe gravatos de interlocutoria veſtra debuerunt appellare ad Superiorem veſtrũ Eccleſiaſt. quod non fecerunt in ipſorum exponentium, ſuarumq; Eccleſiarum damnum ſatis grave. Ex-

ritique propterea ipſorum ſupplicantium parte Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicatum, ut eorum indemnitati ſuper prædictis de opportuno juris remedio providere, & cauſam eandem ad vos remittere benignius dignaremur. Nos autem attendentes laicos poſſe conveniri coram Judice Eccleſiaſtico pro rebus, quæ ab Eccleſiis, quarum nomine agitur, minus legitimè alienatæ dicuntur indebitè detineri ex minus juſto contractu. Et quod interlocutoria veſtra non fuit legitima appellatione ſuſpenſa, eam ob rem harum ſerie de certa noſtra ſcientia deliberatè, & conſultè cauſam eandem vobis remittimus Juſtitia mediante cognoſcendam, deciden. & fine debito terminandam, commiſſione dicto Epiſc. Cathanzarii per vos, ut prædicitur, directa, & quibuſcunque actis inde ſequutis non obſtan. cum non fuerit, neque ſit intentionis noſtræ in cauſis, quæ de jure, vel de conſuetudine ſunt fori Eccleſiaſtici. Nos quomodolibet intromittere ſignificantes per has eaſdem Epiſc. Cathanzarii, quod in dicta cauſa vigore commiſſionis jam dictæ ſe amplius minimè intromittat. Decernentes nullum & inane quicquid per d. Epiſc. vigore dictæ commiſſionis extiterit attentatum, & contrarium non faciant, neque d. Epiſcopus faciat, ſicut gratiam noſtram caram habetis, & habet, nobiſque cupitis, & cupit complacere. Præſentes autem literas magno pendenti Majeſtatis noſtræ ſigillo munitas vobis propterea dirigentes, quas poſt earum opportunam inſpectionem remanere volumus vice qualibet præſentanti.

Datum in civitate Sarni per Mag. V. I. D. Lucam Tozzolum Romanum Militem Conſiliarium, fidelemque noſtrum dilectum Locumtenentem ſpectabilis, atque Mag. viri Honorati de Aragona Gattani militis, hujuſque noſtri Siciliæ Regni Logothetæ, & Protonotarii, Collateralis, Conſiliarii, fideliſque nobis plurimum dilecti die 12. Novembris 12. Indictionis 1468.

Rex Ferdinandus.

Dom. Rex mandavit mihi Antonello de Petrutiis Regiſt. in Cancellaria penes Cancellarium R. Juſt. 16.

Loco † ſigilli magni pendent ceræ rubeæ ex utraque parte impreſſæ.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Ungariæ.

Illuſtriſſimo & cariſſimo filio Herrico de Aragonia in Ducatu Calabriæ Locumtenenti noſtro Generali.

Paternos affectus, Viceregi quoque in eodem Ducatu, & Locumtenenti Vallisgratis, & terræ Jordanæ, Gubernatoribus inſuper, Juſtitiariis, Capitaneis, Commiſſariis, Delegatis, & Subdelegatis, & ſignanter magnifico Jacobo Carrafæ Gubernatori terræ Caſtri Veteris, & Capitaneo terræ Styli, cæteris demum univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris in eodem Ducatu Calabriæ conſtitutis quocunque nomine nuncupatis, ac officio, juriſdictione, dignitateque fungentibus, ad quem, ſeu quos præſentes devenerint, fuerintq; quomodolibet præſentatæ, eorumq; Locatenentibus præſentibus, & futuris Conſiliariis, fidelibuſq; noſtris dilectis gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Sanè pro parte Rev. in Chriſto Patris Epiſc. Squillac. Conſiliarii Oratoris, fideliſq; noſtri dilecti fuit Majeſtati noſtræ expoſitum reverenter, quod cum ſuperioribus temporibus ſui prædeceſſores in Eccleſia prædicta qui pro tempore fuerunt, ejuſdem Eccleſiæ nomine à multis retro annis caſtrum Alaris cum juribus, tenimentis, & pertinentiis ſuis tenuerint, & poſſederint, dictoque caſtro deſtructo dictus Epiſcopus, & ſimiliter ſui prædeceſſores, qui pro tempore fuerunt ejuſdem Eccl. nomine tenimenta eadem tenuerint, & poſſederint pacificè, & quietè, & ſpecialiter tenimentum quod dicitur Guglia prope territorium Caſtri Veteris, Gubernatores terræ prædictæ niſi fuerunt addere eorum territorio tenimenta præd. turbando & moleſtando dictum exponentem ſuper tenuta, & poſſeſſione tenimenti prædicti, cujus rei cauſa volens idem ſupplicans indemnitati ſuæ, &

A eiuſdem Eccleſiæ juſtitia mediante conſulere, & providere, recurſum habuit ad Mag. virum Franciſcum de Liſcare militem noſtri Reverendiſſimi Genitoris, ac felicis memoriæ Regis Alphonſi Viceregem, Gubernatorem Juſtitiarum, & Locumtenentem Generalem Ducatus Calabriæ; à quo tandem ſub nomine eiuſdem noſtri genitoris Alphonſi Regis ſervatis ſervandis fuit declaratum & determinatum in favorem eiuſdem ſupplicantis, & eiuſdem Eccleſiæ prælibatę, idq; fuit confirmatum & approbatum per Mag. virum Gabrielem Cardona eiuſdem noſtri Genitoris Theſaurarium & Portulanum, quæ omnes declarationes, & terminationes deinde fuerunt confirmatæ, & approbatę per Illuſtriſſimum & dilectiſſimum filium noſtrum Primogenitum Don Alphonſum Ducem Calabriæ noſtræ Maieſtatis Vicarium Generalem, & dum adhuc turbaretur exponens ipſe in ſua pacifica poſſeſſione per nonnullos, & ſignanter per vos Gubernatorem prædictæ terræ Caſtri Veteris, iterum recurſum habuit ad Illuſtriſſimum Don Erricum noſtræ Maieſtatis

B filium, in Ducatu Calabriæ Locumtenentem Generalem, petendo ſibi, ſuæque Eccleſiæ indemnitati debite providere, qui quidem Don Erricus volens dicto ſupplicanti, ſuæque Eccleſiæ de juſtitia providere ſub nomine noſtræ Majeſtatis, infraſcripta mandata, proviſiones, & executiones fecit, quas vidimus, & legimus, omnique qua decet ſolemnitate roboratas ſubſcripti tenoris. Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Henricus de Aragonia in Ducatu Calabriæ Locumtenens Generalis, univerſis & ſingulis quibuſvis Regiis paternis officialibus majoribus & minoribus, & omnibus aliis, ad quos, ſeu quem ſpectabit, præſenteſque devenerint, & fuerint quomodolibet præſentatæ, & ſignanter Mag. Jacobo Carrafæ Gubernatori terræ Caſtri Veteris, nec non & Capitaneo terræ Styli, & ſervientibus eius Curiæ, & Baiulis prædictæ terrę Styli Regiis paternis fidelibus eiuſdem gratiam & bonam voluntatem. Nuper pro parte Reverendi in Chriſto Patris, & Dom. F. Epiſcopi Squillacen. Regii paterni Conſiliarii, & Oratoris digniſſimi

C oblata nobis petitio continebat, quod cum ipſe ſuperioribus diebus impetraverit a nobis patentes literas tenoris & continentiæ. Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ &c. Henricus de Aragonia eiuſdem Maieſtatis filius, & in Ducatu Calabrię Locumtenens Generalis Univerſis & ſingulis, ad quos ſpectat & præſentes fuerint quomodolibet præſentatæ, & ſignanter Gubernatori, Capitaneo, Caſtellano, Bajulis, Syndicis, Ærariis, & Univerſitati terræ Caſtri Veteris Regiis paternis fidelibus ejuſdem Majeſtatis gratiam & bonam voluntatem. Nuper pro parte Rev. in Chriſto P. F. Epiſcopi Squillac. oblata nobis petitio continebat, quod cum ſui prædeceſſores ab antiquo tenuerint, & poſſederint caſtrum Alaris cum ejus territorio nominato Gulia cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis, & deinde Epiſcopus ipſe obtinuit mandata, & declaratorias literas Mag. Equitis Franciſci de Liſcare Viceregis Calabrię in ſui favorem confectas mandando Capitaneo præſenti, & futuris d. terræ Caſtri Veteris, & ejuſdem Univerſitati & hominibus ad pœnam

D unciarum centum, quatenus præfatum Epiſcopum, & ejus Procuratores permittant, & ſinant gaudere pacifica poſſeſſione dicti caſtri Alaris, ſuique territorii, uti, frui, necnon & inibi dominari, ac fructus, redditus, & proventus ipſorum tenimenti, & territorii ab ipſa terra Caſtri Veteris extrahere, & quo voluerint aſportare pro eorum voluntatis arbitrio, ipſumque tenimentum, & territoria per quoſcunq; colonos, agricolas, & agricultores tam dictæ terræ, quam aliorum quorumcunque locorum, prout maluerit ad arbitrium, & voluntatem ipſius Epiſcopi, & ſuorum Procuratorum cultivari permittant, quas literas Gabriel de Cardona Theſaurarius ſecretus & Portulanus Regius exequutus fuit, mandans propterea Baiulis dictæ terræ Caſtri Veteris, ut ſuperius eſt expreſſum, confirmatas exinde ex certa ſcientia & ratificatas per Illuſtriſſ. Don Alphonſum Calabriæ Ducem, & Dom. noſtrum obſervandiſſimum, quas vidimus, legimus, & inſpeximus omni ſolemnitate vallatas, ad quas nos

ee-

riferimus, petivitq; à nobis dictus Epiſcopus ſuper his de opportuno juris remedio ſibi, & ſuæ Eccleſiæ provideri, cum à prædictis, & nominatis multipliciter moleſtetur, inficiatur, & damnificetur in ipſo territorio Guliæ, ibique dominari non permittentibus contra dicta mandata, declarationes, & confirmationes prænarratas. Nos verò dicti Epiſc. precibus, ut pote juſtis annuentes, volenteſque bona Eccleſiarum quavis occupantium injuria coercere, & præſertim Eccleſiæ præd. res, à prædictis, aut aliquo prædictorum non violari, & illæſas eſſe, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & cum matura noſtri Aſſiſtentis conſilii deliberatione, vobis qui ſupra & unicuique veſtrum Regia paterna auctoritate, qua fungimur, dicimus, præcipimus, & mandamus, quatenus ſuper tenuta & poſſeſſione dicti caſtri Alaris, ejuſque territorii & juribus, & pertinentiis ſuis & fructibus eorundem nullam moleſtiam, vim & impedimentum inferre quomodolibet debeatis; ſed literas prædictas confirmatorias cum earundem mandatis obſervetis, & obſervari facere curetis juxta earum earumq; continentiam & tenorem, niſi forte aliud fuerit in contrarium legitimè, quod obſtarit, & contrarium non faciatis pro quanto regiam paternam gratiam caram habetis, & pœnam unciarum auri centum cupitis non ſubire, in quorum fidem præſentes fieri fecimus, quas poſt ipſarum opportunam inſpectionem ſingulis vicibus reſtitui volumus præſentanti. Dat. in Regno paterno caſtello civitatis Caſentiæ die 23. menſ. Junii, anno Dom. noſtri Jeſu Chriſti 1469. Henricus de Aragonia, Petrus Trottus Auditor vidit. D. Locumtenens mandavit mihi Laurentio Nicmantiſi R. in communi ut. Petiveritque à nobis, ut prædictas literas ſibi ſervari facere dignaremur à Mag. viro Jacobo Carrafa regio paterno Conſiliario, & Gubernatore dictæ terræ Caſtri Veteris, & propterea literas eidem Jacobo directas à nobis impetravit, ne ſuper tenuta & poſſeſſione fructuum, redditum & proventuum dicti territorii Guliæ, & dominii territorii jam dicti Epiſcopum prædictum moleſtaret, aut inquietaret noviſſime querimoniam ad nos detulit, qualiter prædictus Mag. Jacobus non deſivit ipſum Epiſcopum in poſſeſſione pacifica dicti territorii, fructuum, redditum & proventuum perceptorum turbare, & moleſtare, petivitq; à nobis ut in poſſeſſione & tenuta dicti territorii Guliæ, fructuum, redditum, & proventuum, ac dominio ejuſdem territorii defendere & manutenere pacifico dignaremur, ac etiam mandaremus Capitaneo, & ſervientibus ejus Curię, & Bajulis dictę terrę Styli, ſeu eorum alteri in ſolidum, quatenus dictum Epiſcopum, ejuſq; Procuratores & negociorum geſtores defenderent, & manutenerent in pacifica dicti territorii poſſeſſione & tenuta fructuum, redditum, & proventuũ prędictorum, ac dominio ipſius territorii, inhiberemuſque prefato Jacobo, ut ipſum Epiſcopum, ejuſq; procuratores, & negotiorum geſtores, à perceptione fructuũ, proventuum, & redditum territorii prędicti ac in dominio in poſterum moleſtaret, impediret, aut inquietaret per ſe, vel alium quovis modo. Nos vero dicti Epiſcopi ſupplicationibus utpote juſtis benignius annuentes, cum nobis conſtet contra antedicta mandata à nobis & noſtra Curia emanata ipſum Jacobum, aut aliquem alium pro eo coram nobis & noſtra Curia non comparuiſſe, nec cauſam ſaltem rationabilem præd. noſtro mandato & literis obſiſtentem allegaſſe. Volentes indemnitati dicti Epiſcopi, & ſuę Eccleſiæ debite providere, & eam omni quo decet favore proſequi, ut tenemur, & debemus, Declaramus propterea dictam noſtrum mandatum debitam executionem mereri, & executioni deditæ de mandatum. Ea propter harum ſerie Regia paterna auctoritate, qua fungimur cum noſtri Aſſiſtentis conſilii deliberatione matura iterato mandamus vobis præfato Jacobo, ut in poſſeſſione & perceptione fructuum, proventuum, & redditum dicti territorii Guliæ, ac dominio ipſius territorii prædictum Epiſcopum, ejuſq; Procuratores, & negotiorum geſtores quovis modo impediatis, perturbetis, aut moleſtetis. Necnon earundem ſerie mandamus vobis prædictis Capitaneo, Bajulis, & ſervientibus prædi- A *ctæ terræ Styli, & cuilibet veſtrum in ſolidum, quatenus eundem Epiſcopum, ejuſque procuratores, & negotiorum geſtores, ſeu quemvis alium ejus nomine manuteneatis, & defendatis in pacifica poſſeſſione & tenuta dicti territorii Guliæ, & fructuum, proventuum, & dominio ejuſdem, ut ſuperius eſt expreſſum, contra prędictum Jacobum, & quemlibet alium moleſtatorem, ſeu turbatorem prædicti territorii, & fructuum, redditum, & proventuum ac dominio ejuſdem territorii, ut prędicitur, nec non etiam dicto Epiſcopo, Procuratoribuſq; & negotiorum geſtoribus ſuis faveatis, & aſſiſtatis ope, opere, auxiliis, conſiliis & favoribus opportunis toties quoties opus fuerit, & ab eis fueritis requiſiti, & contrarium non faciatis pro quanto Regiam paternam gratiam caram habetis, & pœnam unciarum auri centum per quemlibet cupitis non ſubire; in cujus rei teſtimonium pręſentes fieri fecimus noſtris ſigillo & ſubſcriptione munitas, quas poſt opportunam ipſarum inſpectionem ſingulis vicibus pro cautela reſtitui volumus præſentanti. Dat. in* B *civitate Neocaſtri die 18. menſis Auguſti ſub anno D. 1469. Henricus de Aragona, Petrus Trottus Auditor vidit. D. Locumtenens mandavit mihi Laurentio Numiatenſi ſubjuncto per dictum ſupplicantem, quod adhuc dictis mandatis, & proviſionibus non obſtantibus ſuper poſſeſſione & tenuta tenimenti prædicti à nonnullis, & ſignanter a vobis Gubernatore terræ Caſtri Veteris turbatur & moleſtatur, ſupplicavitq; propterea nobis de opportuno remedio provideri ſuper obſervantia proviſionum ex proviſione dictorum Illuſtriſſ. filiorum noſtrorum ſub nomine noſtrę Majeſtatis emanatarum. Nos autem volentes ut nemini in rebus ſuis injuria inferatur, pręſertim Eccleſiis, Eccleſiaſticiſq; perſonis, quibus debemus auxilio eſſe, ipſaſq, omni quo decet favore proſequi, & quod proviſiones pręd. nomine noſtrę Majeſtatis factę per dictos Illuſtriſſ. filios, & Locumtenentes noſtros Gener. nulla provocatione, ſeu appellatione ſuſpenſa obſerventur, debitumq; ſortiantur effectum; Propterea vobis prænominato Illuſtriſſ. filio noſtro intentum noſtrum ſuper his declarantes;* C *prefatis vero aliis officialibus, & ſubditis noſtris ſuperius nominatis tenore præſentium de certa noſtra ſcientia dicimus, pręcipimus, & mandamus, quatenus forma præinſertarum proviſionum, pręſentiumque noſtrarum literarum per vos, & veſtrum quemque diligenter attenta, illam ipſi Epiſcopo obſervetis, obſervarique inviolabiliter faciatis, atque mandetis per quos decet: nec cætero moleſtetis, aut turbetis eundem Epiſcopum, ejuſq; Eccleſiam, & Procuratores, neq; moleſtari & turbari quomodolibet faciatis, aut patiamini ſuper pacifica poſſeſſione, & tenuta tenimenti præd. quinimo obſervetis, & obſervari faciatis atq. mandetis cum effectu omni calumnia & cavillatione remotis dict. proviſiones dictorum filiorum noſtrorum nomine noſtræ Majeſtatis factas, nulla appellatione ſuſpenſas, ut prędicitur, neq, in aquarum decurſibus aliquid perturbetis, aut innovetis injuſte, ſeu perturbari, aut moleſtari injuſte faciatis contra dictum Epiſcopum, ejuſq; Eccleſiam prędictam, cum noſtrę intentionis, firmiq; propoſiti exiſtat, quod omnino* D *ad unguem & inviolabiliter obſervetur juxta ipſarum ſeriem, atq. tenorem, juraq. ipſius Eccleſiæ illęſa ſerventur, neq. contrarium faciatis, ſicut vos Illuſtriſſ filius noſter nobis morem gerere cupitis, cęteriq. officiales, & ſubditi noſtri pręd. gratiam noſtram caram habetis, noſtraſq. iram & indignationem, ac pęnam ducat. duorum mille per quemlibet cupitis evitare. In hujus rei teſtimonium pręſentes literas exinde fieri, & magno Majeſtatis noſtrę pendenti ſigillo juſſimus communiri.*

Datum in Caſtello Novo civitatis noſtræ Neapolis per Mag. V. I. D. Lucam Tozzolum Romanum militem, Conſiliarium, fidelemque noſtrum dilectum Locumtenentem ſpectabilis, ac Mag. viri Honorati de Aragonia Gaiſani militis, Fundorumque Comitis Collateralis Conſiliarii, fideliſque noſtri plurimum dilecti, die 18. menſis Sept. 3. Indict. 1469. Regnorum noſtrorum anno 12.

Rex Ferdinandus.

Dominus Rex mandavit mihi Antonello de Petruciis regiſt. in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſtro Juſtitiæ 18.

Loco † ſigilli magni pendentis ceræ rubeæ in utraque parte impreſſæ.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

Anno à Nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, Regnante Sereniſſimo, & Inclyto Dom. noſtro Dom. Ferdinando de Aragonia Dei gratia Ungariæ, Hieruſalem, Regni hujus Siciliæ Rege; Regnorum verò ejus in hoc Regno Siciliæ anno undecimo feliciter, Amen. Die ſeptimo menſis Febr. 2 Ind. apud Squillacium.

Nos Baptiſta de Caſtellis, & Loyſius Carbonus de Squillacio Bajuli civitatis Squillacii anni præſentis ſecundæ Indictionis prædictæ Petrus Paulus Pepe de Squillacio annalis Judex dictæ civitatis bajulationis dicti præſentis anni prædictæ Indictionis, Antonius Cuado de Squillacio ubilibet per totum Regnum Siciliæ Regia auctoritate publicus Notarius, & teſtes ſubſcripti ad hoc vocati ſpecialiter, & rogati præſenti ſcripto publico inſtrumento fatemur, notum facimus, & teſtamur quod eodem prædicto die ibidem nobis, qui ſupra Bajulis, & Judice, una cum Nicolao Antonio Faſano noſtræ Curiæ Magiſtro, Actorum in theatro civitatis Squillacii prædicto pro Tribunali ſedentibus, & Curiam regentibus more & loco ſolitis ſingulis concurrentibus Juſtitiam miniſtrando, prout ad noſtrum ſpectat officium, adhibito una nobiſcum dicto Notario Antonio pro Notario publico in præſenti actu, & dum Curiam regeremus comparuit coram nobis & noſtra Curia Magnificus Antonius Silverius Procurator & Oeconomus Rev. in Chriſto Patris & Dom. F. Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Squillacen. & ſuæ majoris Eccleſiæ, & nomine & pro parte dicti Dom. Epiſcopi procuratorio nomine oſtendit & præſentavit quamdam patentem literam, ſeu declarationem factam, & ſcriptam in charta de Papyro per magnificum Salvatorem de Ponte Regium ſecretum cum ſigillo & ſubſcriptione ipſius Salvatoris roboratam, & quoddam mandatum factum in carta bambacina per Excellentem D. Dominum Henricum de Aragonia Generalem Locumtenentem Provinciæ Calabriæ ſigillo & ſubſcriptione ipſius Domini communitum; quæ ſcripturæ erant tenoris, & continentiæ ſubſequentis. Salvator de Ponte de Neapoli Regius Secretus Magiſter Portolanus, Magiſter ſalis & Procurator Provinciæ Calabriæ &c. Univerſis & ſingulis præſentes noſtras literas ſcire vos volumus, quod cum eſſemus in civitate Squillaci ad inquirendum vigore noſtrorum officiorum bona fiſcalia Regiæ Curiæ Squillaci illicitè occupata, & alia pro utilitate & commodo ipſius Curiæ facienda, inter alias informationes nobis factas intelleximus, quod Dom. F. Epiſcopus Squillaci tenet, & poſſidet quoddam magnum territorium, quod vulgo dicitur de Roccella cum quadam Eccleſia ſub vocabulo ſanctæ Mariæ tectis diſcooperta juxta fines Squillacii, & Catanzarii, & conſtitutum in dominio, & proprietate d. Eccleſiæ, fructuum, redditaum, & proventuum, fidas, & diffidas, piſcarias, decimas, angarias, & cæteras commoditates, & jura in ipſo territorio, tanquam Dominus & proprietarius nomine dictæ Eccleſiæ Squillacen. percipiendo, & percipi faciendo; quæ jura omnia præmiſſa in nonnullorum informatione dicebantur fuiſſe de juribus Bajulationis Squillaci, & occupata per eumdem Dominum Epiſcopum in damnum Regiæ Curiæ. Nos autem habita dicta informatione ſtatim vocari fecimus ad nos Procuratorem & Oeconomum ipſius D. Epiſcopi, & Eccleſiæ præd. ad oſtenden. cautelas, & jura ſi quæ habet ſuper hujuſmodi occupatione. Qui Procurator comparuit cum privilegio, inſtrumentis & cautelis aliis ad probationem omnium prædictorum jurium, per quæ privilegia, inſtrumenta, & cautelas & teſtes plurimos clarè, lucidè & notoriè invenimus juſto titulo, & bona fide dictum Dominum Epiſcopum, & dictam ejus Eccleſiam tenere & poſſidere dictum territorium cum

A *omnibus pertinentiis ſuis, ſicut præmittitur, licet alias fuerat ſuper paſcuis quædam diſcordia inter eumdem Dominum Epiſcopum, & cives Squillaci, quæ deciſa fuerat contra cives prædictos, ut liquidò apparet ex tenore aliquorum inſtrumentorum coram nobis præſentatorum, & non obſtantibus dictis omnibus cautelis coram nobis qui ſupra productis, & per nos viſis, & lectis ſubtiliter inquiſitionibus, quas fecimus ad inquiren. & lucidan. dictam nobis informationem traditam pro utilitate ipſius Regiæ Curiæ, & nihil cum veritate in contrarium invenire potuimus; quandoquidem aliquando fuerit litigatum ſuper aliquibus ex dictis juribus, ſed tamen nihil in contrarium deciſum. Unde cum nobis conſtet, Regiam Curiam in præmiſſis nullum jus habere, nec aliquid contra eam fuerit occupatum; Ea propter omnibus & ſingulis Officialibus, Bajulis, Credenceriis civitatis Squillaci ad quos ſpectat, & ſpectare poterit in futurum, notificamus, declaramus, decernimus, quod ſub colore præmiſſæ occupationis eidem D. Epiſc. & Eccleſiæ nullam moleſtiam inferatis, ſeu inferri faciatis ſed permittatis*

B *pacificè tenere, poſſidere & habere dictum territorium cum ſuis finibus, & juribus omnibus, ut præmittitur, & quoniam ea veritas ita ſe habet has præſentes noſtras literas declaratorias fieri fecimus pro cautela dicti D. Epiſcopi, & ſuæ præd. Eccleſiæ, & declaratione dictæ Regiæ Curiæ ſubſcriptas noſtra propria manu, & ſigillatas noſtro ſolito ſigillo, Salvator de Ponte, ut ſupra manu propria. Mandatum factum per ſupradictum excellentem D. Dominum Don Enricum, erat ſubſcripti tenoris videlicet. Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, &c.*

Henricus de Aragonia in Ducatu Calabriæ Generalis Locumtenens &c. Univerſis & ſingulis Capitaneis, Officialibus quocumq; nomine nuncupatis, officioq; & auctoritate fungentibus, Univerſitatibuſq; & hominibus, & aliis, ad quos ſpectabit, & præſentes præſentari contigerit in Provincia Calabriæ conſtitutis, tam præſentibus quàm futuris Regiis patentis fidelibus ejuſdem gratiam & bonam voluntatem. Nu-

C *per pro parte Rev. in Chriſto Patris F. Epiſc. Squillacen. Regii patroni Oratoris, pontificalis hujuſmodi nobis præſentata extitit retroſcripta declaratoria facta per Mag. Salvatorem de Ponte Regium patentum Secretum, & Magiſtrum Portulanum Provinciæ Calabriæ. Nos enim ex quo nobis dicta declaratoria videtur & eſt juri conſona, etiamque in beneficium Eccleſiæ ſunt inducta ſatis, ſufficienterque colimus & approbamus; ea propter tenore præſentium de certa noſtra ſcientia dicimus & expreſsè mandamus omnibus & ſingulis ſupradictis, & cuilibet prædictorum ad quos, ſeu quem præſentes præſentabuntur, quatenus retenta forma retroſcriptæ notificatoriæ, ſeu declaratoriæ per dictum Salvatorem de Ponte Secretum & Magiſtrum Portulanum, ut ſupra factæ, illam ipſi & cuilibet prædictorum ad unguem obſervent, & obſervari faciant abſque diminutione, & contradictione. Quibuſcunque, & contrarium non faciant pro quanto Regiam patentam gratiam caram habeant, &*

D *pœnam unciarum centum capiunt non ſubire. Præſentibus poſt opportunam earum inſpectionem vice qualibet præſentanti reſtitutis. Dat. in civitate Squillaci die ultimo Apr. 1467. Henricus de Aragonia. D. Locumtenens mandavit mihi Laurentio Mutatenſi. Et quia dictus Abbas Antonius tanquam Procurator, & Oeconomus dicti Dom. Epiſcopi, & ſuæ majoris Eccleſiæ ut ſupra intereſt, ut dixit ipſius D. Epiſcopi dictas declaratorias, & munimenta in publicam formam tranſumptata habere, ne aliquo caſu fortuito ſcripturæ ipſæ deperderentur, aut devaſtarentur; quia ſæpe ſæpius ſcripturæ quæ ſunt in charta bambacina ſolent caducari & devaſtari, & corrodi à vermibus; requiſivit nos, qui ſupra Bajulo & Judic. noſtra judiciali auctoritate pariter & decreto interveniente, & me præfatum Notar. publicum, ut dictam declaratoriam & mandatum de verbo ad verbum in publicam tranſumptaremus. Et quia juſtæ preces, & juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus; propterea ad requiſitionem ejus ſupradictam declarationem*

& man-

& mandatum de verbo ad verbum prout in eis conti-nebatur, in præſentem publicam formam redigi fecimus, & tranſumptari per manus dicti Notarii Antonii publici Notarii noſtra judiciali auctoritate interveniente, ſcriptumque per manum mei præfati publici Notarii, ſignoque meo ſolito ſignatum, noſtrorum qui ſupra Bajulorum & Judicis, ac teſtium ſubſcriptorum ſignis & ſubſcriptionibus propriæ manus roboratum. A

Datum ut ſupra.

Loco † ſigni.

Ego Baptiſta de Caſtellis qui ſupra Bajulus huic tranſumptationi interfui, meumque decretum interpoſui, & me ſubſcripſi.

Ego Petruspaulus Pepe de Squillace qui ſupra Judex Annalis civitatis Squillaci huic tranſumptationi interfui, meamque iudicialem auctoritatem interpoſui pariter, & decretum.

Ego Franciſcus Geronda de Squillace prædictis interfui teſtor.

Ego Petrus Neſtaſius de Squillace inibi interfui. B

Ego Franciſcus Geronda de Squillacio miles teſtis ſum.

Ego Antonius Sabinenſis de Fulgineo miles teſtis.

Ego Jacobus de Caſtellis de Squillacio miles teſt.

Ego Antonius de Avolois de Neap. teſtor.

Ego Nicolaus Rhodia de Squillace teſtor.

Ego Abbas Paulus Vrſilionis Decanus Squillaci teſt.

Ego Ser Antonius de Salerno Canonicus teſtor.

Ego D. Marcus Burgundo Squillacen. teſtor.

Ego Siricandus Coraſida de Suidu teſtor.

Et hæc ſunt, quæ temporibus Franciſci optimi Præſulis ad favorem Squillacenſis Eccleſiæ ab optimo Rege aſſerta perpetuo ſunt; cætera ejuſdem Franciſci Acta deſiderantur.




C

XX XII. 28 FRANCISCUS clara, nobiliſque gente Cajeta Neapolitana ex patre Carolo Regis Ladiſlai conſiliario longa filiorum ſerie, ac propria virtute clariſſimo, matre Januariæ familiæ nobili Heroina natus, cultus moribus, pudore integer, utriuſque juris celebris Doctor, evaſit Squillacenſis Epiſcopus, elato Franciſco Archerio 3 Id. Martii anno 1477. à Sixto IV. creatus, ut ex Actis Conſiſt ejuſdem obſervo. Scripſit tractatum contra hæreſes, quem ſummis laudibus extollit Matthæus de Afflicto & in Regni Conſtitutionibus eundem Franciſcum ex facie cognitum, virum doctum & præclarum appellat. Ipſe vero egregius Paſtor, ut gregi ſuo vivum ſe præberet exemplar pietatis, bona ſibi a Deo elargita in pauperes diſperſit, Sanctos, Deiparamque Virginem quam maximè coluit, quorum ſimulacra in variis ædium partibus cum titulis ſuis poni curavit, ut Chriſti fideles frequentius eos colerent, & imitarentur. Etenim vehementer commovemur recordatione Ss Virorum ex contemplatione ſimulacrorum, vel locorum in quibus aliquando vivi converſati ſunt. Annos ferè quatuor, quos vixit in Epiſcopatu, ita vixit, ut poſteris ſui deſiderium fecerit: & cum vitam, & mores Clericorum, laicorumque ſuæ Diœceſis ſedulo perſcrutatus fuiſſet, Eccleſiarum jura, perſonaſque, ſartatecta ſervaſſet illæſa exceſſit circa finem anni 1480. ſepultuſque eſt juxta antecesſorum ſuorum commune oſſuarium. Pronepotes habuit Joannem Franciſcum & Joſue Aſculanorum in Apulia Epiſcopos, de quibus alibi. Parenti Carolo & Ofredo fratri prædefunctis ſepulchrum poſuit in majorum ſacello D. Agatio ſacro Neapoli apud Eccleſiam ſancti Petri Martyris, quorum memoriæ hoc cœnotaphium in marmore ſcribi fecit.

D

Hic ſiti ſunt equites duo Juriſconſulti nobiles, & magnifici, Dominus Carolus de Cajeta de Neap. olim Regis Ladislai Conſiliarius, qui obiit anno gratiæ MCCCC-XXII. Et filius ejus Dom. Ofredus, qui & Regis Alphonſi Conſiliarius deceſſit MCCCC. LXIII. F. Epiſcopus Squillacenſis Cucolopatri ſuo poſuit.



29 VINCENTIUS de Galeotis Neapolitanus vetuſta & nobili familia natus. Epiſcopus Rapollanus Regiuſq; Conſiliarius, huc transfertur à Sixto IV. anno 1480. die 30. Januarii. Hoc onere cum regreſſu ſe exolvit ſub Julio II. Interfuit Lateranenſi Concilio ann. 1513. Leone X Pontifice. Sub an. 1514. evaſit Epiſcopus Caputaquenſis. Obiit Neapoli anno 1524. Iacet in Eccleſia Divæ Annunciatæ ubi hoc epitaphium ad tumulum legitur. XX XIII.

D. O. M.

Vincentio Galeotæ Scyllaceno, & Peſtano Pontifici, vitæ ac morum dignitate inſigni, Templorum, quibus præfuit, cenſus amplificatori, ædificiorum inſtauratori, Dei Opt. Max. cultus ad veterem normam reſtauratori.

In uſu eorum poſitiſs. De ſua Galeotorum familia optimè merito.

Vixit an. lxiv. menſ. vii. d. xx. Hæredes ex teſt. Cur. A partu Virginis MD.XXIV.

30 ANTONIUS Piſanellus, Neapolitanus, hujus Eccleſiæ erat Epiſcopus ann. 1507. & ſequenti ex monumentis, in Actis tamen Conſiſt. non reperitur ejus electio. XX XIV.

31 SIMEON de Galeotis Neapolitanus huic ſedi præponitur à Leone X. anno 1520. die 5. Decembris. Sedit annos decem & novem, Romæ exceſſit anno 1539. ubi jacet. XX XV

32 HENRICUS Borgia *a* Valentinus Hiſpanus filius Ducis Gandiæ, Alexandri VI. pronepos, à Paulo III. anno 1539. die 13. Decembris Epiſcopus Squillacenſis deſignatus, poſtea vero Diaconus Cardinalis creatus eſt. Annum in ea dignitate non attigit. Viterbii die 16. Septembris 1540. hora 17. ex violento & incognito morbo animam efflavit. Corpus Romam delatum in Vatic. Baſilica ſepultum cum hoc epitaphio. XX XVI.

a De quo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 673.

Henricus gente Borgia, natione Hiſpanus, patria Valentinus, Alexandri VI. pronepos, Ducis Gandiæ filius, dum in maximam ſpem aſſurgeret, immatura morte, heu nimium! raptus eſt, ſpiritus in Cœlo, corpus hic requieſcit.

HEN-

XXXVII. 33 HENRICUS de Villalbos de Xeres Hiſpanus nobili gente natus, doctus, Archidiaconus Hiſpalenſis, Epiſcopus Lucerinus, ad hanc Squillacenſem Eccleſiam translatus die 5. Novembr. ann. 1540. Præſuit annus novem, ac nuncium remiſit.

(„ *Henricus, ex potius Ignatius de Villalobos*
„ *Romæ obiit an. 1554. ſepultus in Eccleſia S. Mariæ*
„ *de Populo, ubi olim viſebatur inſcriptio hæc licet*
„ *mutilata.*
„ Hic jacet vir genere illuſtris, viteque
„ integritate conſpicuus Reverendiſſimus D. Ignatius de Villalobos Epiſcopus Squillacenſis, qui obiit an. M.
„ DLIIII. Lectorem pre . . . . . .
„ Orationem Dominicam pro eo dicat.
„ Natus Heſperiæ in prima . . . .
„ . . . . . parte qui fueram . . .
„ . . . . . eduatus Latii in . . .
„ . . . . . urbe ne caderent : . .)

XXXVIII 34 ALPHONSUS de Villalbos Diaconus Hiſpalenſis patruo Henrico ſucceſſit die 12. Julii 1549. Sedit ann. 20. ac reſignavit ſub Pio V. anno 1568.

XXXIX. 35 GUILIELMUS Cardinalis Sirletus a die 1. Aprilis 1568. ex Epiſcopo S. Marci ad Squillacenſem Eccleſiam translatus eſt, eamque adminiſtravit ann. 5. & ad ſavorem nepotis dimiſit. Summæ fuit eruditionis, doctrinæ mirabilis, ſpectatæ integritatis, ſingulariſque innocentiæ, vir de quo fuſius in noſtris additionibus ad Alphonſum Ciacconem, & in ſerie ſancti Marci Epiſcoporum tom. 1.

a die en Ciaconius Oldoini tom 3. col. 77.

XL 36 MARCELLUS Sirlettus Guilielmi nepos, Græcarum, Latinarumque linguarum peritiſſimus. patrui doctiſſimi ſimillimus ſucceſſit in Squillacenſi Sacerdotio die 20 Maii 1573. Præfuit ſui nominis ſama annis 21. Vitam liquit ann 1594. cujus monumenta eruditiſſima Romam delata ſunt ſub Urbano VIII. Pontiſ. Maximo.

XLI 37 THOMAS Sirletus de Stylo Marcelli frater hujus Eccleſiæ creatus eſt Antiſtes die quinta Decembris 1594. mortuus eſt 1601.

XLII. 38 Fr PAULUS Iſareſius Mirandulanus Ordinis Prædicatorum Monaſterii Angelorum Ferrariæ nobilis alumnus, inſignis Theologus, probus & ſpectatæ ſapientiæ vir, ſui Ordinis Procurator & Vicarius Generalis fuit, parumque abfuit ut in Comitiis Generalibus, Magiſter Ord. crearetur. Illum deinde Clemens VIII. hujus Eccleſiæ Epiſcopum delegit ann. 1601. fecitque munus conſecrationis eidem impendere: ad ſuam progreſſus Eccleſiam, vix cum ad bene regendum ſeſe totum dediſſet, pulsatus præpropero fato è vivis exemptus eſt, & in Cathedrali humatus.

XLIII 39 FABRITIUS Sirletus Marcelli, & Thomæ prædeceſſorum ſuorum germanus frater, eandem ſedem adeptus eſt die 7. Aprilis 1603. vir probus, & doctus, utraque lingua peritiſſimus, præfuit laudatiſſime ann. 32. ſub Urbano VIII. fato functus eſt.

XLIV. 40 LUDOVICUS Sephyrus Romanus ſucceſſit Sirleto ann. 1635. Romæ conſecratus ad Eccleſiam ſuam profectus poſt paucos dies ab ingreſſu elatus eſt ad tumulum, ubi paulo poſt Alexander ejus germanus frater præ mœrore mortem obiit, ſepultus apud prædefunctum fratrem; quorum cum majoribus etiam memoriam excitavit Deodata Soror in Eccleſia S. Mariæ de Aracæli hac epigraphe in marmore.

D. O. M.

Alexandro Monte Marti Urbevetano Titiniani, & Montis Martis Comiti in navali pugna Meliten. in obſidione, aliiſque præliis militaribus functus muneribuſque illuſtri paternæ charitatis vitrico. Obiit iii. Id. Decemb. MDCXX. ætatis ſuæ lxxxvi. Hortenſiæ Petroniæ Romanæ Titiniani, & Montis Martis Comitiſſæ parenti ſuaviſſimæ. Deceſſit vii. Maii MDC.XXX. ætatis ſuæ lxiv. Et Franciſco Zephyro Romano, Pauli Æmilii, & Hortenſiæ Petroniæ filio comitate in omnes, pietate in parentes ſingulari, fratri optimo. Obiit xv. poſt matrem die, ætatis ſuæ xlii. Deodata Zephyra Romana Monialis S. Laurentii in Pane & Perna poſt extinctos inſuper, compoſitoſque Squillaci anno MDC. XXXV. Ludovicum ejus civitatis Epiſcopum, & Alexandrum fratres ſuis omnibus ſuperſtes mœrens poſuit. Anno MDCXXXVI.

41 Fr. JOSEPH della Cornia Peruſinus Ord. XLV.
Prædicatorum ex Epiſcopo Caſertano ad hanc Squillacenſem Eccleſiam translatus eſt die 9. Septemb. 1636. ſedit ann. 20. & evaſit Epiſcopus Urbevetanus dia 20. Martii 1656. Vicarium habuit in Epiſcop Squillacenſi Vitelianum Mareſcanum, qui deinde evaſit Epiſcopus Umbraticenſis, vir probus, & literatus.

42 RODULPHUS Dulcinus („ *Catacenſis*) XLVI
electus die 12. Martii 1657.

ADDITIO.

(„ *Deceſſit 1664.*
„ *FRANCISCUS Tirotta, Squillacenſis, Pa-* XLVII.
„ *triæ Epiſcopus electus eſt 13. Aprilis 1665. dum curam animarum in Terra Guardavallis exercuiſſet. Undennio propemodum huic præfuerat gregi, cum mortales depoſuit exuvias 27. Januarii 1676.*
„ *PAULUS Filocamus, nobilis Rhegienſis, J.* XLVIII.
„ *V. D. ſubrogatus eſt 27. Aprilis 1676. Ad plures abiit 1687. 14 Septembris.*
„ *ALPHONSUS Aloyſius, in loco Montis Elpari* XLIX
„ *diœceſis Montis Alti natus, J. U. D. qui pluries Vicarius generalis in ſpiritualibus, & ſede vacante Capitularis, & bis Vicarius Apoſtolicus Alatri, & Hieracii extiterat, dictus eſt Scyllacenſis Antiſtes 31. Maii 1688. Deceſſit menſe Majo 1694.*
„ *JANUARIUS Criſpinus, Epiſcopus Minoren-* L.
„ *ſis, huc translatus eſt die 19. Julii 1694. è vita migravit menſe Septembri 1697.*
„ *FORTUNATUS Durante, Catacenſis, J. U.* LI.
„ *D. & Cardinalis Bichii Auditor, ad hanc Cathedram promotus eſt 20. Novembris 1697. Viam univerſæ carnis ingreſſus eſt 11. Februarii 1718.*
„ *M. ANTONIUS Attaſſi ex Epiſcopo Sarnenſi* LII.
„ *Scyllacenſis dictus eſt 11. Februarii 1718.*)

TROPEJENSES

EPISCOPI.



VETUSTA & litoralis ulterioris Calabriæ Tropæa civitas nomen retinens Herculis Portn. & loci amœnitate inſignis, dicta à Græco verbo Τρεπάω, quod eſt retro verto, quod, ut licet conjectare, quiſpiam claſſe huc advectus locum vinetis, & olivetis haud idoneum nactus, ob eamque rem ab antiquis Auſoniis, & Oenotiis deſtitutum, hanc urbem condiderit. Meminit ejus Stephanus Bizanthius, qui Juſtini temporibus vixit, & Poſtopæam vocat. Hic nundinæ quotannis celebrantur, & fiunt panni goſſipini nobiles. Hinc nuper fuit Pe-

trus

trus Vioneus Chirurgus, qui labia, & naſos mutilos integritati donavit. In agro Tropejenſi provenit Staſiſagria; pagi autem huius ferè omnes Græcis nominibus appellantur. Ipſa vero civitas Tropejenſis habitabatur familiis in Regii fiſci codice deſcriptis tribus millibus ac centum & quatuor. Epiſcopatus Tropejenſis antiquus eſt, nam Laurentius ejus urbis Epiſcopus interſuit Synodo Romanæ ſub Symmacho Papa. Stephanus ſynodo Nicænæ II. Joannes Concilio Lateranenſi ſub Martino, & Theodorus Conſtantinopolitanæ VI. ſub Agathone anno 680. Tropejenſi Eccleſiæ unita fuit Amanthea, quamobrem aliquando in Romana Curia dubitatum fuit an Epiſcopus Tropejenſis Mantheanus etiam appellari deberet, & nihil reſolutum fuiſſe ſcribit liber Actorum Conſiſtorialium ſub Benedicto XII. qui extat Mſ. in Barberina Bibliotheca, fertur tamen à Rege Neapolitano Mantheanis conceſſum fuiſse, ut Epiſcopus Tropejenſis, & Mantheanenſis denominaretur. Græcus fuit Epiſcopatus Tropejenſis ad annum uſque 1094. quo Rogerius Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ Dux, conſtituto primo ex Latinis Epiſcopo Juſtego nobili Tropæam Eccleſiam exornavit privilegio. Suffraganeus eſt Tropejenſis Epiſcopus Rhegino Archiepiſcopo, & ad Regiam præſentationem, cujus annuus redditus eſt ſcutatorum illatum partium 5000. taxatur verò in Cancellaria Apoſtolica flor. 330. S. Dominicam Virginem, & Mart. Tutelarem Div. Tropejenſes adorant, quæ ſub Diocletiano Imperat. cum fregiſſet Idola, ad beſtias damnata, ſed ab illis nil læſa, demum capite obtruncato migravit ad Dominum. Natalis ejus agitur 6. Julii, cujus corpus aſſervari ajunt in Cathedrali. Deiparæ Virgini Aſſumptæ Baſilica hæc Cathedr. eſt dedicata, architecturæ ſane antiquæ & magnificæ, in qua viginti quatuor Canonici ſunt, & iis ſex dignitate eminent, Decanus ſcilicet, Archidiaconus, Cantor, Theſaurarius, Archipresbyter, & Pœnitentiarius, pluresque Clerici & Manſionarii. Quatuor extant Eccleſiæ Parochiales, virorum Monaſteria octo, Sanctimonialium tria, Xenodochium, Mons-Pietatis. puerorum Seminarium, ac laicorum Fraternitates quatuor. Hic in Eccleſia ſancti Franciſci aſſervatur una ex ſpinis Dominicæ coronæ. Diœceſis Tropea in duas partes diſtracta eſt, in altera continentur villæ, ſeu pagi, quos caſalia vocant 24 civitati finitimi, totidem Parochiales Eccleſiæ numerantur, quorum 12. capite de Zambrone nuncupato, reliqui 12. in cap. Vaticani ſiti ſunt, in omnibus verò ſunt propriæ Parochiales Eccleſiæ, & animarum in totum ad tria millia. Altera pars Tropejenſis Diœceſis 60 paſſ. millia à civitate abeſt, Militenſi & Neocaſtrenſi Diœceſi, & S. Euſemiæ ſinu interjecto: in hac præter octo oppida, & caſalia, eſt Amanthea, Epiſcopalis quondam ſedes, ut indigenæ affirmant, quæ ab immemorabili tempore ſubiata, Tropejenſi Diœceſi adhæſit. Item ſunt Parochiales ſex, duo virorum Cœnobia, laicorum ſodalitia quatuor, animæ fidelium 2000. ſunt & quatuor alia oppida. Ayellum Ducatus titulo nobile, cujus utilis Dominus eſt Princeps Maſſæ, & Coraniæ, è domo Cyborum nobiliſſima, habitatum incolis 1860. cum tribus Parochialibus, & totidem ſodalitiis laicorum & unum Cœnobium Minorum Obſervantium Divæ Virgini Annunciatæ ſacrum, ubi jacet B. Martinus de Biſignano ejuſdem Ordinis Cœnobita. Fiume freddo habitatum animabus 1300. cum quatuor Parochialibus, & Cœnobio Regularium. Haud longe ab hoc oppido ſita eſt nobilis Abbatia Fontis Laureati Ord. Ciſtercienſis, olim S Dominicæ dictum, antiquiſſimum Monachorum Altarium. Porro Sancta Dominica in hac Diœceſi nata, ſub Diocletiani perſecutione martyrii palmam accepit in Campania: ejus corpus ad natale ſolium ab Angelis translatum ſumma veneratione colitur. In ejus honorem pii fideles Eccleſiam condiderunt, ac Cœnobium excitarunt. Tertium eſt Belmonte, quartum Nocera, quintum Petramale, ſextum Caſtiglione. ſeptimum Longobardi. octavum Secuto. Caſalia ſunt Falconera, ſancto Petro, li Terrati, la Serra, Lagicello. In omnibus autem hiſce oppidis, & caſalibus ſunt Parochiales Eccleſiæ 23. fidelium animæ 7580. In univerſum autem tota Diœceſi Tropejen. continentur Parochiales Eccleſiæ 47. Fidelium animæ totam Diœceſim incolentium fere undecim millia. Epiſcopi verò hujus Eccleſiæ ſequentes tantum à nobis ſunt obſervati.

1 JOANNES Tropejenſis Epiſcopus interſuit I.
Lateranenſi Concilio ſub Martino Primo Papa, anno 649.

2 THEODORUS, qui aliis etiam Theodo- II.
ſius eſt, ſub Agathone Papa ſubſcripſit Concilio Conſtantinopolitano anno 680.

3 STEPHANUS in Concilio II. Niceno fuit III.
anno 787. Poſt hunc plures deſiderantur hujus Eccleſiæ Præſules, qui Græci fuerunt, ac Patriarchæ Conſtantinopolitani ſequaces uſque ad tempora Rogerii Ducis Calabriæ & Siciliæ, qui in Tropejenſi Eccleſia Latinos inſtituit Epiſcopos.

4 PETRUS vixit temporibus Rogerii Cala- IV.
briæ Ducis.

5 KALOCHINUS Dnedilectus Græcus Tro- V.
pejenſis Epiſcopus. nobile privilegium à Rogerio Duce accepit hujuſmodi tenoris ab exemplari Epiſcopii Tropejenſis.

Rogerius Dux Italiæ, Calabriæ, & Siciliæ.

Datum Kalochino Dodileto Epiſcopo Tropeæ, ſuiſque ſucceſſoribus, menſe Novembris Indictione quinta, Decanum Tropeæ Epiſcopum & protoſyncellum & Dominum Calontrium in ſupradicti Epiſcopi ſede pro ſummi Sacerdotii dignitate conſtituenti juſtè decernenti, ut omnia quæ à principio ad Epiſcopatum ſuum pertinebant, hæc omnino poſſideret, ſicut Petrus anteceſſor eius hæc poſſederat. Quapropter damus, & concedimus ei abſque omni ca umnia, & occaſione hoc, quod ad Eccleſiam pertinet ab antiquo, & ea quæ acquiſiturus eſt, videlicet terras vineas, ſylvas, paſcua, aquas, molendina, & omnium ædificiorum conſtruendorum poteſtatem abſque alicuius contradictione, & homines in eis reſidentes, animalia ſilveſtria & domeſtica, ſed omnes qui in eadem Eccleſia ſunt, ſive villanos, ſive mercenarios, aut alio modo reſidentes, aut Clericos in ipſa conſtitutos divinum officium celebrantes, præcipimus itaque, & omnino confirmamus Strategetis, Proſopiis, Vicecomitibus, Gromarchiis, Platearius, & omnibus aliis, qui ſub noſtra poteſtate ſunt, ut nullus auſus ſit eos angariare ſive platearios laicales redditus ab eis exigere, vel conturbare, vel aliquo verbo alicuius occaſionis eos impetere, nec cauſarum ſordequæ ſuper eos aliquo modo habentur, videlicet, clericos, & homines ſupradicti Epiſcopatus nullus audeat, qui ſub noſtra poteſtate poſitus ſit ad Prætorium ad judicium ducere; hoc enim jus Epiſcopo liberè donamus, & ad ejus poteſtatem pertinet omnes, qui ſub ejus poteſtate ſunt, judicare, ſalvare, condemnare, & ſicut voluerit unicuique facere. Si quis autem aliquid de prædictis auſus fuerit infringere, non ſolum damnationis, ſed iram noſtram, & vitæ periculum incurrat, & ideo ſigillum noſtrum bulla rubea ſignatum. Datum ut ſibi, & ſucceſſoribus ſuis id firmamentum & in perpetuum ad huiuſmodi innovationis, & conceſſionis noſtræ memoriam & firmamentum præſens ſcriptum per manum Joan. Regalis Clerici ſcribi, & propria manu noſtri formiratorum formiratum confirmari juſſimus.

Anno Incarnationis milleſimo octuageſimo octavo, menſe Januarii, Indict. 12. Ducatus noſtri anno quarto feliciter, Amen.

6 JUSTEGUS, vel JUSTEYRUS, & Tu- VI.
ſtejus, qui & Triſtanus eſt primus Latinorum Tropejenſis Eccleſiæ, munus Epiſcopale ſuſcepit circa annum Dom. 1094. eodem anno, eodemque Præſule Rogerus Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Dux pro remedio animæ ſuæ, ac parentum ſuorum Tropejenſi Eccleſiæ, & Juſtego Epiſcopo dono dedit, quæ prædeceſſores ſui Græci Epiſcopi tenuerunt, tam apud Amantheam, quàm apud Tropejam, aliaque bona & iura dedit, cuius rei cauſa hoc

diplo-

A diploma ſcripſit, quod extat in Epiſcopii tabulario.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Ego Rogerius Dei gratia Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Dux.

Pro ſalute mea & remedio patris mei, & matris meæ, & parentum meorum dedi, dandoque conceſſi ſanctæ Tropejen. Eccleſiæ Beatæ Mariæ, & primo Latino Epiſcopo nomine Juſtego, omnia quæ prædeceſſores ſui Epiſcopi tenuerunt, tam apud Amantheam, quàm apud Tropejæ terras, ſcilicet vineas, molendina, atque villanos, & cætera beneficia; inſuper quoniam res Eccleſiæ in exiguo videbantur, ejus paupertati providens dedi ei Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos Græcos ejuſdem Parochiæ Amantheæ cum omnibus filiis, ac hæredibus ſuis, atque dedi potecas quas Epiſcopus habet apud Tropeam, dedi etiam plateam meam ad illuminandam Eccleſiam, ne fortè aliquis de villanis Eccl. in aliam partem fugiat, aut ſi alio modo manſerit, aut aliter fortiter per vim B *rapuerit, & ſic fiat. Hanc meam donationem omnium ſupradictarum rerum, quam ego Rogerius Dux Eccleſiæ Tropejen. feci, concedo ratam & inconcuſſam, & in perpetuum manſuram confirmo, & ita immunem, & geram, ut neque villani Eccleſiæ de quacunque cauſa accuſati, vel rei, niſi in Curia Epiſcopi judicentur, neque in eiſdem villanis, neque in quibuslibet rebus Eccleſiæ ſtraigentur per ipſos, ut alii miniſtri manum ſuam audeant mittere. Dominis hanc chartam concedentibus, & miniſtris eam non violantibus ſit pax & gloria in ſecula ſæculorum, Amen. Geſtae verò hujus meæ converſionis, & donationis tibi Geimoaldo notario meo ſcribere præcepi.*

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimoquarto, Ducatus autem mei decimo, menſ. Decemb. Indict. 3.

VII. 7 GERUTUS Tropejenſis Epiſcopus an. 1155. à Guillelmo Siciliæ Rege omnium ſuorum prædeceſſorum immunitates à Normannis Principibus Tropejenſi Eccleſiæ aſſertus, confirmationem meruit, quæ de novo Rex in ſuo diplomate inſeri juſſit hoc modo ab exemplari Græco in Latinum converſo. C

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Gulielmus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ.

Ad noſtram ſpectat beatitudinem Dei Eccleſias ab ipſo per cultum protegere, earum poſſeſſiones ab ipſo defenſo, defendere, ipſaſque protegendo, & defendendo contra omnes eas inquietare volentes potenti brachio manutenere, &c. Ego Rogerius Dei gratia Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Dux pro ſalute mea, remedio animæ patris mei, & matris meæ, & parentum meorum dedi; dandoque conceſſi ſanctæ Mariæ Tropejen. Eccleſiæ, & primo Latino Epiſcopo nomine Juſtego, & omnibus ſucceſſoribus ſuis canonicè perveniendis omnia, quæ prædeceſſores ſui Græci Epiſcopi tenuerunt tam apud Amantheam, quam apud Tropeam, & in pertinentiis earum terras ſcilicet & D *vineas, paſcua liberè abſque omni ſervitio, & molendina, ac molendinorum loca cum omnibus tenimentis ſuis, atque villanos, & cætera omnia beneficia nunc & in perpetuum liberè, & abſque omni ſervitio poſſidenda, & ipſarum villanorum nomina in ipſo privilegio ſcripta ſunt, & ſic fiat. Ad hujus autem inovationis, & confirmationis noſtræ memoriam, & inviolabile firmamentum.*

Præſens ſcriptum per manum Joannis noſtri Notarii ſcribi, & bulla plumbea noſtri typarii impreſſa roborari juſſimus.

Alterius verò privilegii inclyti Domini Gulielmi tunc Siciliæ Regis tenor ſic incipit;

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Gulielmus divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Ad noſtram ſpectat beatitudinem prædeceſſorum A *noſtrorum benefacta debita ſollicitudine illibata conſervare, & maximè quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, non minus benigno, quàm diligenti ſtudio myſtico greſſu proſequendo ſemper in melius cuſtodire. Nobis itaque in Palatio urbis Meſſanæ, cum Magnatibus & Comitibus noſtris reſidentibus Gerutus Venerabilis Epiſcopus Tropejen. oſtendit privilegium quoddam Græcis literis ſcriptum à Roberto Biſcardo Duce beatæ memoriæ Tropejen. Eccleſiæ datum, à patre feliciſſimæ memoriæ Rege Rogerio, confirmatum, temporum tamen vetuſtate conſumptum, rogans, & ſupplicans ut prædictum privilegium non tam innovari, quàm de Græca in Latinam literam transferri, noſtroque ſigillo confirmare curaremus. Nos igitur noſtra conſuetudine ad pias cauſas provocati huic juſtæ petitioni libenter aſſenſum præbentes prædictum privilegium, ut ſupra annexum eſt, ſcribi, & bulla rubra typario noſtro impreſſa inſigniri, continentia dicti privilegii in nullo mutata, vel adaucta ſeu minuta juſſimus, quod ſic incipit: Sigillum factum aut.* B

8 HERVEUS Geruti ſucceſſor ſubſcripſit privilegio Guillelmi Siciliæ Regis ad favorem Eccleſiæ Panormitanæ anno 1157. menſe Decemb. 6. Indict. apud Rocchum Pyrrhum in notitia Panormitanæ Eccleſiæ. VIII.

9 CORIDONUS hujus Eccleſiæ Epiſcopus pias immunitates Eccleſiæ ſuæ à piis Principibus conceſſas retinuit, & ab Alexandro III. earundem donationum retulit confirmationem ann. 1178. Diplomatis tenor talis eſt. IX.

ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Coridoni Tropejen. Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Ideo ſumus licet immeriti int. ad adminiſtrationem Summi Pontificatus aſſumpti, ut omnibus & præſertim fratribus, & Coepiſcopis noſtris Apoſtolicum patrocinium debeamus impendere, & contra malignorum incurſus eorum Eccleſias communire; Ea propter Venerabilis in Chriſto frater Epiſcope tuis poſtulationibus clementer annuentes, Tropejen. Eccleſiam, C *cui authore Deo præeſſe dignoſceris ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, & quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, & ſic fiat. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum fas ſit prædictam Eccleſiam communiter perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integrè conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus, commodis profutura, ſalva Apoſtolicæ Sedis auctoritate, ac Rhegii Archiepiſcopi debita reverentia. Si* D *qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſque perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundò, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacroſancto corpore & ſanguine Dei & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem loco jura ſua ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmium æternæ pacis inveniant. Amen.*

Dat. Lateran. per manum Alberici S. R. E. Cardinalis & Cancellarii, Idibus Martii, Indictione 12. Incarnationis Dominicæ anno 1178. pontificatus verò Dom. Alexandri Papæ III. anno vigeſima.

Idem Coridonus teſtis fuit privilegio Henrici VI.

Imp. conceſſo anno 1195. ad favorem Florenſis Monaſterii, ubi Joachim celebris virtutis Abbas præerat.

X 10 KOLANDINUS, vel Oelandinus ex Monacho Caſinenſis Cœnobii Tropejenſis Epiſcopus fuit. ut fertur, circa hæc tempora; cujus mentio in monumentis ejuſdem Cœnobii.

XI. 11 RICHARDUS claræ memoriæ Tropejenſis Epiſcopus electus anno 1198 vixit ſub Innocentio III. à quo anno 1200. pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus privilegium habuit iiſdem omnino conceptis verbis, alterius ſupra relati Alexandri III. *Dat. Later. per manum Baſilii Domini Papæ Subdiaconi & Notarii 16. Kalen. Decemb. Ind. 4. Incarnationis Dominicæ* 1200. *Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ* III. *anno* 3. Primis hujus Antiſtitis annis, nempè ſal. noſtræ 1201. fundatum eſt in hac Diœceſi ex conſenſu Richardi Monaſterium Fontis Laurenti in pertinentiis Fluminis Frigidi Ord. Florenſis ex filiatione Ciſtercienſis Ordinis. Fundatores fuere Simon de Mamiſtra, & Gattegrima ejus uxor Domini Fluminis Frigidi, juxta Eccleſiam ſanctæ Dominicæ, ubi jam diu conſtructum fuerat Monaſterium tunc temporis penè obſoletum. Ad locum extruendum idem Simon tenimentum ſatis amplum cum pluribus aliis bonis obtulit Joachimo viro prophetiæ dono ac doctrina illuſtri, Abbati Florenſis Monaſterii ex Ord. Ciſtercienſi, à quo Florenſis Ordo dimanavit, cujus rei cauſa Simon hoc donationis, ac fundationis documentum ſcripſit, quod extat in tabulario eiuſdem Monaſterii hiſce verbis conceptum.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus ſancti Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis 120c. menſe Septemb. 5. Indict. Regni vero Dom. noſtri Friderici Dei gratia illuſtris Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ an. iv. feliciter, Amen.

Nos Simon de Mamiſtra Dominus Fluminis Frigidi, conſiderantes, quod univerſa quæ fiunt intuitu præſentis vitæ tranſitoria ſunt, quæ autem fiunt reſpectu ſupernæ patriæ æternam habent in Cœlis remunerationem: Propoſuimus (annuente Deo, à quo bona cuncta procedunt) ædificare domum Religionis infra fines terræ noſtræ Fluminis Frigidi ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & ſalutem animarum multarum. Quia verò multa loca eadem intentione inchoata pro eo quod non habuerunt Rectores, & Ordinatores vidimus ad deſolationem venire, cupientes ipſum Deo dicatum opus perpetua ſtabilitate firmare, cum conſilio & voluntate Domini Richardi Tropejenſis Epiſcopi vocavimus vos Domine Joachim Venerabilis Abbas Floris, rogantes vos omni devotione, quatenus tam adminiſtrationem ipſius monaſterii, quàm ipſum monaſterium acciperetis in manus veſtras, & ſucceſſorum veſtrorum ordinare de Prælatis, & Monachis, qui pro tempore fuerint ſtatuendi, aut deponendi ſecundùm ordinem veſtrum, omni noſtra, aut ſucceſſorum noſtrorum intromiſſione, aut impeditione remota. Vos autem, quos per gratiam Dei non tam quæ veſtra ſunt, quàm quæ Jeſu Chriſti quærere cognoſcimus noſtris precibus inclinati venientes ad nos, & noſtrum in hac parte propoſitum commendantes quæſiſtis nobiſcum, & nos vobiſcum locum aptum, in quo poſſet opus proſici ſpirituale, invenimuſque fundum congruum ad ipſum opus ultra alveum Fluminis, qui egreditur de loco, qui dicitur Abyſſus, & jungitur alteri fluvio, qui dicitur Flumen Frigidum ſubtus Fontem aquæ, quæ egreditur à latere dextro in S. Dominicam, in qua ſcilicet Eccl. tempore Prædeceſſorum noſtrorum Monachi jam fuerunt, & tenimentum deputatum, infra quod locus ipſe ſitus eſt. Sanè nos ipſi loco, & Monaſterio, quod ibi Deo conſtruendum eſt, deſignamus certum tenimentum, quod contiguum ſit tenimento ipſius Eccleſiæ, & totum pariter redigatur in unum. Cujus

A *iſti ſunt fines. A Fonte fluminis, qui egreditur de loco, qui dicitur Abyſſus, & aſcendit terminus per ipſam Cavam uſque ad locum Petrapane, & vadit rectè uſque ad viam, & per ipſam viam uſque ad vallonem, qui dicitur de Pittarbella, & deſcendit uſque ad flumen, & deſcendit fluvius uſque ad vineam de Caputo, ubi eſt via publica, deinde aſcendit terminus per viam veterem, & per caput vallonis juxta ſerram de Acumario, & per limitem Culturæ, quæ dicitur de Barbaro, & includens ipſam culturam vadit terminus per aquam de Nicbiforo, & tranſiens inde per eundem limitem ipſius culturæ uſque ad viam publicam aſcendit ipſa via uſque ad vallonem ſiccum, & vadit inde per fines Mendrinenſium, & deſcendit uſque ad alveum Fluminis Frigidi, & tranſiens per ipſum fluvium uſque ad fontem Abyſſi, concludit in priori fine. Infra iſtos fines, & confinales totum contulimus ipſi monaſterio, quod conſtruendum eſt in præfato loco, qui eſt ſubtus fontem aquæ, quæ egreditur à latere dextro fluminis, offerentes illud*

B *vobis & ſancto Ordini veſtro de Flore in perpetuum, ut ſit tam Monaſterium ipſum, quam tenimentum ipſi deputatum: Prælatus & Monachi ipſius Monaſterii in veſtra, & ſucceſſorum veſtrorum ordinatione ſecundum ſtatuta Ordinis veſtri, nihil nobis, aut noſtris ſucceſſoribus reſervantes, niſi tantum ut ſimus, ubi indiguerit, coadjutores, & defenſores contra omnes homines, qui voluerint ipſum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut aliquibus vexationibus fatigare: Et ab ipſo Monaſterio aut Prælato, & Fratribus nihil exigentes, niſi tantum fraternitatem, & orationes pro vivis, & mortuis, & retributionem vitam æternam. Præterea ſi quis deſcendens terræ noſtræ Fluminis Frigidi voluerit res ſuas eidem Monaſterio offerre, exceptis illis rebus, quæ de feudo ſunt, quorum nulli liceat ea offerre, licitum ſit eis nulla noſtra, vel noſtrorum ſucceſſorum contrarietate, vel moleſtia obſtante; ſed ratum habeatur, & firmum. Statuentes ut ipſum Monaſterium ſit liberum ab omni exactione,*

C *tributo, & cenſu. Et ut omnia animalia Monaſterii habeant libera paſcua per totam terram Fluminis Frigidi. Et infra tenimentum deputatum Monaſterio liceat Fratribus liberè ædificare molendinum, & fullam, & liberè omnia, quæ ibi ædificaverint, & habuerint poſſidere. Inſuper etiam concedimus ipſis Fratribus & hominibus, & mercenariis eorum liberam poteſtatem redendi & accipiendi ligna liberè de ſylvis ad omnes uſus neceſſarios. Et habere liberè vaſa in mari adjacenti terræ noſtræ tam ad piſcandum, quàm ad onera ferenda. Necnon & palumbaria, quæ ſunt infra tenimentum ipſi Monaſterio deputatum. Domos quoque illas quæ de D. Flandina fuerunt, quas in caſtro noſtro Fluminis Frigidi habemus, vobis damus, & concedimus. Præterea concedimus ipſis Fratribus, & hominibus Monaſterii, ut liceat eis liberè vendere, & emere, tam in terra, quàm in mari, omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum atque bajulorum terræ noſtræ exactione remota. Ad hujus autem noſtræ oblationis, atque conceſſionis*

D *memoriam, atque inviolabile firmamentum præſens ſcriptum per manus Petri Notarii noſtri fieri fecimus per manus noſtras, & uxoris noſtræ Gattegrimæ ſignatum, & ſigillo noſtro præſenti corroboratum, & juſſu noſtro ſubſcriptis teſtibus confirmatum. Anno, menſe, & Indictione prædictis.*

Simon de Mamiſtra,
Gattegrima uxor
Domini Fluminis Frigidi.
Rao Judex.

Hanc donationem confirmavit Richardus Epiſcopus anno 1202. ſui Præſulatus 4. eandemque aſſeruit, cui adjecit Eccleſias ſanctæ Dominicæ, & ſancti Petri, pleraque alia bona, & iura, Monachoſque exemit, ſalva tamen reverentia ſibi & ſucceſſoribus debita, eo ſcilicet modo, quo Florenſe monaſterium Cuſentino Archiepiſcopo exhibere ſolet, ut ex eius privilegiis ſatis dignis licet perſpicere ſic exſcriptis, quorum primum confirmavit In-

no-

nocentius III. inſeruitque ſuo diplomati anno Pontificatus ſexto in hunc modum.

INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Priori & Fratribus S. Dominicæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Licet neque qui plantat, neque qui rigat ſit aliquid, ſed qui dat Dominus incrementum, ſacræ tamen Religionis palmites plantare debemus, & ejus propagines propagare, ac rigare ſollicitè quod propagatum fuerit, vel plantatum, ne non proficiat, ſed deficiat nova planta, & non creſcat, ſed areſcat potius novus palmes, ſi priuſquam in terra truncus eorum fuerit radicatus, ſol, aut ullus æſtus caleat ſuper eos. Cum igitur in Monaſterio veſtro de ſancta Dominica de novo ſacræ Religionis obſervantia ſit plantata, Monaſterio Floris ad eam ſuos palmites extendente, ut planta bujuſmodi Apoſtolica etiam manu rigetur, & per Nos poſt Deum recipiat incrementum, Monaſterium ipſum de ſancta Dominica in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut Ordo Monaſticus qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti Regulam, atque Inſtitutionem Florentium Fratrum in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Specialiter autem Eccleſiam ipſam ſanctæ Dominicæ, & Eccleſiam ſancti Petri, & ſanctæ Barbaræ cum univerſis poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis, quas Venerabilis frater noſter Richardus Tropæenſis Epiſcopus cum conſenſu Capituli ſui, retento ſibi ſolummodo cenſu trium librarum ceræ, Tropæenſi Eccleſię pro illarum poſſeſſionibus annis ſingulis exhibendis, pia vobis intentione conceſſit, ſicut eas juſtè, & pacificè poſſidetis, vobis, & per vos ſucceſſoribus veſtris Monaſticum Ordinem ſervaturis auctoritate Apoſtolica confirmamus. Diſtrictiùs inhibentes ne dictus Epiſcopus, vel ſucceſſores ipſius, aut Tropæenſes Canonici aliud, vel amplius à vobis, & à Monaſterio veſtro exigere, vel extorquere præſumant, quàm in conceſſione ſua idem Epiſcopus Tropæenſi Eccleſiæ reſervavit, cujus conceſſionis tenorem nobis ſub Venerabilis fratris noſtri Cuſentini Archiepiſcopi, & dilectorum filiorum . . . Decani, & . . . Cantoris Cuſentinenſium ſigillis, dilecti filii Matthæi Florenſis Abbatis manibus præſentatum, & roboratum tam ſubſcriptionibus prædictorum, quam dilecti filii . . . . . Theſaurarii Cuſentini ad majorem cautelam de verbo ad verbum præſenti paginæ duximus inſerendum. Hic autem eſt tenor ipſius.

In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis.

Nos Riccardus Dei gratia Tropæenſis Epiſcopus Venerabili Fratri Matthæo de Flore Abbati, & Fratribus ejus, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum.

Quoniam ad hoc ſumus donante Deo in Pontificatus culmine conſtitati, ut non tantum coram Deo, verum etiam coram omnibus hominibus bona facientes exemplum piorum operum noſtris ſubditis præbeamus ex injuncto nobis officio cogimur tam Clero noſtro, quam Populo ubicumque res exigit, generaliter adeſſe, ſed ſpecialiter Religioſorum Ordini, quo tota Deo auctore Eccleſia, & exemplis inſtruitur, & oratione munitur. Cum enim dicat Apoſtolus, Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei: illis potius Chriſti pauperibus tenemur charitativè providere, qui intuitu divinæ ſpeculationis ſæculum relinquentes, divinis, diu noctuque famulatibus inſiſtunt. Inde eſt, quod Nos attendentes preces tuas Domine Matthæo Venerab. Abbas Florenſis Eccleſiæ de communi voluntate, & aſſenſu noſtro, fratrumque noſtrorum Venerabilis Tropæenſis Capituli concedimus vobis, & ſucceſſoribus, & prædictæ Eccleſiæ veſtrę Floris tres Eccleſias noſtras, quæ ſunt infra fines terræ Fluminis Frigidi, videlicet Eccleſiam ſanctæ Dominicæ, ſancti Petri, & ſanctæ Barbaræ cum juſtis poſſeſſionibus, tenimentiſque earum in perpetuum omni exactione, aut redditu liberas, & abſolutas, ſalvo tamen cenſu trium librarum ceræ, quas pro earum poſſeſſionibus Eccleſiæ noſtræ annis ſingulis perſolvetis. Monaſterium vero, quod annuente Deo fundaturi eſtis in tenimento prædictæ Eccleſiæ ſanctæ Dominicæ ſecundum B. Benedicti Regulam, & veſtri Ordinis Inſtituta volumus ab omni noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum exactione fore ſemper immune. Abbates tamen ipſius Monaſterii per nos, vel ſucceſſores noſtros canonice conſtitutos ſine omni exactione, aut gravamine prędicti Monaſterii ad preces veſtras, vel ſucceſſorum veſtrorum debeant benedici. De Pręlatis, & Monachis in ipſo Monaſterio ſtatuendis, aut amovendis ſecundum voluntatem, & ordinationem veſtram, veſtrique Ordinis Inſtituta procedatis, omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, intromiſſione, aut impeditione remota. Volumus etiam ut tenimentum quod Dominus Simeon de Mammiſtra Dominus Terræ Fluminis Frigidi dilectus in Chriſto filius Venerabili quondam Abbati Joachim, & Eccleſiæ veſtræ Floris, una cum uxore ſua pro remedio animæ ſuæ conceſſit, libere, & ſine exactione aliqua pacifice in perpetuum teneatis. Oblationes quoque tam mobilium, quam ſtabilium, quas homines ejuſdem terræ Fluminis Frigidi eidem Monaſterio veſtro fecerint, vos integre percipere volumus, & ſine noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum moleſtia libere poſſidere. Si qui vero de Canonicis, vel Clericis prædictæ Eccleſiæ veſtræ Tropæenſis, ad Regulam, & Ordinem veſtrum ſe conferre voluerit, liceat eis cum omnibus rebus mobilibus ſe conferre. Si vero prædictæ Eccleſiæ noſtræ Canonici, vel Clerici in ultimo vitæ eorum elogio res ſuas prædicto Monaſterio offerre voluerit uſque ad tertiam partem rerum ſuarum eis ſit licitum elargiri. Ut autem hæc noſtra donatio, & conceſſio vobis, & ſucceſſoribus veſtris firma ſemper & illibata permaneat, præſens ſcriptum inde fieri fecimus ſigilli noſtri, & Eccleſiæ noſtræ munitum impreſſione, necnon & Venerabilium fratrum Canonicorum noſtrorum ſubſcriptionibus roboratum.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimoſecundo, menſe Iunii quintæ Indictionis, pontificatus vero noſtri anno quarto feliciter. Amen.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Anagniæ duodecimo Kalend. Febr. Pontificatus noſtri anno ſexto.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Anno Dominicæ Incarnationis 1204. menſe Maii ſeptimæ Indictionis.

Nos Riccardus Dei gratia Tropæen. Epiſcopus dilectis in Chriſto filiis Fratri Benedicto, Priori & aliis Fratribus Fontis Laureati, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Cum univerſa quæ ſub ſole ſunt, tranſeant, & ad ea potiſſimum debeamus intendere, per quæ poſſimus ad manſura gaudia pervenire Dignum ſatis & utile ducimus, ſi viris Religioſis; & divino cultui dedicis in noſtra Diœceſi providemus, qui commiſſo nobis populo poterunt piæ converſationis exemplo, & orationis ſanctæ ſolatio, non ſolum melioris vitæ formam tradere, ſed divinam quoque gratiam impetrare. Inde eſt, quod cum dilectus olim filius noſter vir nobilis Simon de Mamiſtra, una cum Domina Gattegrima uxore ſua de conſilio, & beneplacito no-

ſtro

ſtro quaſdam poſſeſſiones in pertinentiis terræ ſuæ Fluminis Frigidi, ubi Monaſterium deberet conſtrui Venerab. quondam Abbati veſtro D. Joachim fideliter obtuliſſet, vos ſecundam B. Benedicti Regulam & veſtri Ordinis inſtituta monaſterium ipſum volentes erigere, petiſtis à nobis ut pro eo, quod infra parochiam noſtram eſt, deberemus vobis noſtræ conceſſionis privilegium indulgere. Nos autem votis, & petitionibus veſtris grato concurrentes aſſenſu de communi totius Capituli noſtri voluntate atque conſenſu concedimus vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus in perpetuum facultatem prædictum Monaſterium liberè conſtruendi, & veſtrum ibi Ordinem regulariter omni tempore obſervandi. Sanè quia infra memoratas poſſeſſiones Eccleſia noſtra S. Dominicæ ſita eſt, ubi Monaſterium congruentius ædificari poteſt, ut ſanctorum veſtrorum operum Coadjutores, & orationum mereamur eſſe participes concedimus vobis, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum ipſam Eccleſiam ſanctæ Dominicæ, & Eccleſiam ſancti Petri cum omnibus juſtis tenimentis, & pertinentiis liberè, ac pacificè perpetuo poſſidendas, exhibentes nobis & ſucceſſoribus noſtris illam reverentiam, quam Floren. Monaſterium à quo proceſſiſtis Domino Cuſentino, & Eccleſiæ Cuſentin. & exhibuit, & exhibere tenetur. Paci quoque, atq; quieti veſtræ benigna ſollicitudine providere volentes concedimus vobis ut de Prælatis, ſeu Fratribus in veſtro monaſterio ſtatuendis, ac removendis ſecundam Inſtituta Ordinis veſtri libere procedatis: nec beneplacita veſtra nobis, vel ſucceſſoribus noſtris aliquatenus liceat, vel aliquando impedire; ſed ſecundum quod Monaſterium Floris, à quo proceſſiſtis Apoſtolico privilegio indulto ſibi gaudere cognoſcitur, vos etiam nullo mediante abſque alicujus contrarietate, vel moleſtia gaudeatis. Oblationes inſuper tam mobilium, quam ſtabilium, quas Clerici, laici, ſive fœminæ Parochiæ noſtræ ſalvis rationibus matricis Eccl. Tropæen. Monaſterio veſtro fecerint, vos integrè percipere volumus, & ſine alicujus moleſtia libere, ac pacificè poſſidere. Ad hæc ſi qui de Canonicis, vel Clericis noſtris ad ſanctæ converſationis veſtræ habitum, & obſervantiam ſe conferre voluerint, licebit viventibus cum omnibus rebus ſuis mobilibus ad vos de mundo tranſire; ſi vero in extremis egrint, licebit eis uſque ad tertiam partem bonorum ſuorum vobis abſq; aliqua contradictione legare. Ne autem pro iis, quæ temporaliter concedimus, videamur remiſſiones ſpiritualium exactores, volumus, quod nobis petentibus promiſiſtis à vobis firmiter obſervari, videlicet ut anniverſarium depoſitionis tam noſtræ, quàm ſucceſſorum noſtrorum vos & ſucceſſores veſtri annuatim ſolemniter celebretis. Similiter, & Canonicorum noſtrorum, nihilque aliud temporale à vobis, vel ſequentibus veſtris nobis, vel ſucceſſoribus noſtris exigere occaſione aliqua liceat, qui cupitis æterno Regi pacifice, ac libere ſub ſanctæ profeſſionis propoſito militare. Ad hujus autem noſtræ conceſſionis memoriam, & inviolabile firmamentum præſens ſcriptum fieri fecimus, & ſigillo noſtro, & manu propria, & ſubſcriptione Fratrum noſtrorum roboravimus anno, menſe, & Indictione præſcriptis.

Richardus Epiſc. Tropejenſis ſubſcripſi.
Guillelmus Cantor.
Andreas Canonicus.
Robertus Canonicus.
Et quinque alii Canonici ſubſcripſerunt.

Honorius III. anno 1216. hanc Richardi voluntatem ſuo diplomate confirmavit una cum inſertione documenti ejuſdem jam prædefuncti, tenor diplomatis talis eſt.

HONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Dilectis filiis Abbati, & Conventui Fontis Laureati ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris A *juſtis poſtulationibus grato concurrentes affectu, libertates, ac immunitates à bon. mem. Tropejenſi Epiſcopo de Capituli ſui conſenſu vobis & per vos Monaſterio veſtro indultas, & donationem S. Dominicæ juxta quam dictum Monaſterium ſitum eſt, & S. Petri Eccleſiam ab eiſdem Epiſcopo, & Capitulo vobis factam, ſicut piè, ac providè facta eſt, & in ejuſdem Epiſcopi literis proprio ſigillo munitis, & Canonicorum ſuorum ſubſcriptionibus roboratis plenius continetur, vobis & per vos eidem Monaſt. veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ad majorem autem rei evidentiam tenorem literarum ejuſdem Epiſcopi de verbo ad verbum præſentibus duximus inſerendum, cujus tenor talis eſt. In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, anno Dominicæ Incarnationis 1204. m. Maii 7. Indictionis. Nos Riccardus Dei gratia Tropejenſis Epiſcopus. Dilectis in Chriſto filiis fratri Benedicto Priori, & aliis Fratribus Fontis Laurenti, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Cum univerſa, &c.*

B Reliqua Richardi verba ut ſupra uſque *præſente ſcripſi, Nulli ergo* (proſequitur Honorii privilegium) *omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Lateran. Kal. Novemb. Pontificatus noſtri anno primo.

Eodem anno Honorius aliud dedit privilegium, ubi confirmat Abbati Fontis Laureati, ejuſque Fratribus omnes quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona conceſſa ab Epiſcopo Tropejenſi aliis Chriſti fidelibus, &c.

Datum Romæ apud ſanctam Petrum per manum Rayneri Prioris ſancti Frigidiani Lucen. S. R. E. Vicecancell. Kalen. Decemb. Ind. 5. pontif. 1. cui ſubſcripſerunt eidem Honorius, & Cardinales.
Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Nicolaus Tuſculanus Epiſcopus.
C *Guido Præneſtinus Epiſcopus.*
Hugo Hoſtienſis Epiſcopus.
Pelagius Albanenſis Epiſcopus.
Cynthius tit. S. Laurentii in Lucina Presbyt. Card.
Leo tit. S. Crucis Presb. Card.
Robertus tit. S. Stephani in Cælio monte Presb. Card.
Stephanus Baſilicæ 12. Apoſtolorum Presb. Card.
Gregorius tituli S. Anaſtaſiæ Presbyter Card.
Petrus tit. S. Laurentii in Damaſo Presb. Card.
Thomas tit. ſanctæ Sabinæ Presb. Card.
Guido Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
Octavianus Diac. Card. S. Sergii & Bacchi.
Joannes Diac. Card. S. Coſmæ & Damiani.
Gregorius Diac. Card. ſancti Theodori.
Raynerius Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.
Romanus Diac. Card. S. Angeli in Foro Piſcium.
Stephanus Diac. Card. S. Adriani.

Eodem anno 1216. Federicus II. Imper. & Siciliæ Rex conſiderans vitam & honeſtatem venerabilis Benedicti Abbatis Fontis Laureati, & ejus Monachorum, ipſos ſuſcepit ſub regio patrocinio, confirmans univerſas poſſeſſione, & libertates una cum donatione Simeonis de Mamiſtra fundatoris, pluraque alia adjecit pro animæ ſuæ ſalute, quod etiam antea fecerat Innocentius III. anno pontificatus ſui ſexto. Dat. Anagniæ 12. Kalen Feb. ſub quo Richardus Epiſcopus viam univerſæ carnis ingreſſus eſt.

12 JOANNES Tropejenſis Epiſcopus immediate Richardo ſucceſſit circa annum Domini 1215. XII.
Hic una cum Capituli ſui aſſenſu anno 1220. litem pro Decimis, quæ diu inter ipſum ac Rodulphum Fontis Laureati Abbatem exarſerat, per Militenſem Epiſcopum Apoſtolicum delegatum ad favorem Monaſterii prolatam confirmavit, pluraque adjecit, eundemque exemit ab Epiſcopali jurisdictione. Privilegio ſubſcripſerunt idem Joannes Epiſcopus, Lucas Archiepiſcopus Cuſentinus, Philippus Marturanenſis Epiſcopus, Simon Tropejenſis Diaconus, Richardus ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconus

cum aliis quinque Canonicis. Donationem hanc, ac liberam ceſſionem cum cæteris tam ab ipſo Joanne, quàm ab Richardo antecesſore eidem Monaſterio benigne aſſertis bonis amplo privilegio affirmavit Clemens IV. Pontifex an. 1267. ſic ſcripto.

CLEMENS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati Monaſterii de Fonte Laureato Floren. Ord. ejuſque Fratribus tam præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ Religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium ſanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ de Fonte Laureato Tropen. Diœceſis, in quo divino eſtis mancipati obſequio ad inſtar fel. record. Gregorii Papæ IX. Prædeceſſoris noſtri ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti Regulam, atque Inſtitutionem Floren. Fratrum in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte, ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda. Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis. Sanctæ Dominicæ & ſancti Petri Eccleſias, cum hominibus, vineis, terris & aliis pertinentiis earundem. Eccleſiam S. Angeli de Militino Roſſan. Diœc à fel. record. Alexandro Papa prædeceſſore noſtro vobis pia liberalitate conceſſam. Grangiam de Paula cum Caſali & Portu, vineis, terris, ſylvis, & aquis. Et tenimentum quod dicitur Campaniſi infra fines Fuſcaldi. In tenimento Montis Alti Encadentiam, quæ fuit olim Michaelis de Dilecta. Et tenimentum, quod dicitur Gardus planus. Tenimentum, quod habetis in Silu prope S. Maurum, cum paſcuis, uſibus, & aliis pertinentiis ſuis. Domum Caſalina, & olivetum, quæ in civitate Cuſentia, & ejus finibus poſſidetis. Domos, vineas, & terras in Flumine Frigido, Domos, & caſalia in Amanthea. Pomerium cum vinea in fiumana ejuſdem caſtri de Amanthea, quam dicitis Cardinaſſe, cum vineis & poſſeſſionibus, quæ fuerunt fratris Riccardi. Culturas de Farvetis, de Marcetis, & de ſancto Joanne de oliva. Terras de Grima, & de Suberellis, cum vineis, terris, & poſſeſſionibus, quas in prædicti caſtri finibus poſſidetis. Grangiam quoque de Cucculnis, cum molendino. Tenimenta, quæ habetis in finibus Petræmalæ, & Sabbuti. Culturam de Turbulo in tenimento Nuceriæ cum domibus, vineis, & omnibus aliis pertinentiis eorundem. Poſſeſſiones, quas habetis apud Furcam, & apud Regnaas, & in Pantoſa in tenimento Mendicini, & domum in ſancto Lucido. Tenimentum, quod Falconacia vulgariter appellatur, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis, in boſco, in plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Specialiter libertates, & immunitates à bon. mem. Radulpho, & Joanne Tropejen. Epiſcopis monaſterio veſtro indultas. Sane laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante Concilium generale, ac etiam novalium, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit, ſive de hortis, virgultis, & piſcationibus veſtris, vel nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos, liberos, & abſolutos è ſæculo fugientes ad converſionem recipere, ac eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere. Diſcedentem verò abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſi quis retinere forte præſumpſerit, licitum ſit vobis in ipſos Monachos, vel Converſos regularem ſententiam promulgare. Illos autem, qui in Monachos, vel Converſos veſtros manus violentas injecerint, tam diu ſecundum generale decretum excommunicationi ſubjacere decernimus, donec vobis ſatisfactione præmiſſa, abſolutionem de mandato Summi Pontificis conſequantur. Illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dare, ſive alio modo alienare abſque conſenſu totius Capituli, vel majoris, aut ſanioris partis ipſius. Si quæ vero donationes aliter, quàm dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad hæc etiam prohibemus, ne aliquis Monachus, ſive Converſus ſub profeſſione domus adſtrictus ſine licentia, & conſenſu Abbatis, & majoris partis Capituli veſtri pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra pretium Capituli veſtri providentia conſtitutum, niſi propter manifeſtam domus veſtræ utilitatem. Quod ſi facere forte præſumpſerit, non teneatur Conventus pro iis aliquatenus reſpondere. Licitum præterea ſit vobis in cauſis propriis, ſive civilem, ſive criminalem contineant quæſtionem Fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne pro defectu teſtium jus veſtrum valeat in aliquo deperire. Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus ne ullus Epiſcopus, vel quælibet alia perſona ad Synodos, vel Conventus Forenſes vos ire, vel judicio ſæculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat. Nec ad domos veſtras cauſa Ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos Conventus publicos convocandi venire præſumat, nec Regularem electionem Abbatis veſtri impediat, aut de inſtituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Floren. Ord. ſe aliquatenus intromittat. Si verò Epiſcopus, in cujus Parochia domus veſtra fundata eſt, cum humilitate, ac devotione, qua convenit, requiſitus ſubſtitutum Abbatem benedicere, & alia, quæ ad officium Epiſcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum ſit eidem Abbati, ſi tamen Sacerdos fuerit, proprios Novitios benedicere, & alia, quæ ad officium ſuum pertinent exercere, & vobis omnia ab alio Epiſcopo percipere, quæ à veſtro fuerint indebitè denegata. Illud adjicientes ut in recipiendis profeſſionibus, quæ à benedictis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea ſint earum forma, & expreſſione contenti, quæ ab origine Ordinis noſcuntur inſtituta, ut ſcilicet Abbates ipſi ſalvo Ordine ſuo profiteri debeant, & contra ſtatuta Ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Pro conſecrationibus verò Altarium, vel Eccleſiarum, ſive etiam Oleo Sancto, vel quolibet alio Eccleſiaſtico Sacramento nullus à vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quicquam valeat extorquere; ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Diœceſanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire Antiſtitem, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatur, impendat. Quod ſi ſedes Diœceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis accipere liberè, & abſque contradictione poſſitis; ſic tamen ut ex hoc in poſterum propriis Epiſcopis nullum præjudicium generetur. Quia verò interdum propriorum Epiſcoporum copiam non habetis, ſi quem habetis Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam, & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum, & veſtium, conſecrationes Altarium, ordinationes Monachorum auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis. Porrò ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas ibi conſtitutas ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententias promulgaverint,

ſive

ſive etiam in mercenarios veſtros pro eo quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum, quæ ab Apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel obſequia ex charitate præſtiterunt, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam duximus irritandam. Nec literæ ullæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Floren. Ordinis, & contra tenorem Apoſtolicorum privilegiorum conſtiterit impetrari. Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro Monaſterio, excluſis excommunicatis, & interdictis, Divina officia celebrare. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, & grangiatum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes immunitates, & libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt: ſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ac Diœceſani Epiſc. canonica juſtitia in iis, quæ veſtro Monaſterio non conceſſerunt Epiſcopi memorati. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Dom. noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus N. N. N. N. N. &c.

Datum Viterbii per manus magiſtri Michaelis S. R. E. Vicecancellarii ſexto Idus Februarii, Indictione decima, Incarnationis Dominicæ 1267. Pontificatus verè Dom. Clementis IV. Anno ſecundo.

Cæterum hujus celebris Monaſterii monumenta plura apud nos extant ab exemplaribus exſcripta, quibus aliquot Abbatum nomina obſervavi, quæ hic libet recenſere. Benedictus fuit primus Abbas anno 1201. Radulphus ſecundos anno 1220. uſque ad annum 1230. Riccardus tertius. Petrus anno 1251. Grimaldus 1258. Franciſcus anno 1328. Guillelmus de Flumine Frigido 1344. Nicolaus vixit ſub Clemente VI. Joannes ſub Innocentio VI. Pyrrhus anno 1407. Antonius de India de Flumine Frigido 1424. Rudolphus de India de Flumine Frigido ultimus Abbas Regularis anno 1448. Obiit 1496. Aguccius Joannis Græci de Roſſigliano primus Commendatarius. Sed ad ſeriem noſtram redeamus hiulcam ſatis & jejunam ſpatio ferè octoginta annorum.

XIII. 13 I. fortè JOANNES, vel Jacobus florebat Tropejenſis Epiſcopus anno 1296. cujus memoriam ex Reg. Vatic. expiſcatus eſt doctiſſimus noſter Lucas Wadingus, & in 2. Annal. Min. exhibuit ad hunc annum, dum ingreſſum, & progreſſum in hanc urbem commemorat. *Fratribus*, inquit, *inſtanter vocatis à Plebe Tropeæ, ut inter ſe habitarent, contulit I. Epiſcopus, & Capitulum Tropejenſe Eccleſiam S. Petri juxta ripas maris cum horto contiguo, quæ collata erat antea in beneficium Nicolao Presbytero Troppenſis Eccleſiæ, pro quibus æquipollentes dederunt Epiſcopus, & Capitulares eidem Presbytero redditus ex quadam Capella Troppenſis Eccleſiæ. Ipſe Epiſcopus per ſuum annulum inveſtivit de dicta Eccleſia, & horto Fratrem Robertum Guardianum tunc Montis-Leonis, & Fratrem Thomam de Morano, recipientem poſſeſſionem vice, & nomine miniſtri Provinciæ Calabriæ. Conceſſionem hanc confirmavit hoc anno Bonifacius VIII. in Reg. Vatic. epiſt. 392 ann. 2.*

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Ord. Minorum Troppen.

Cum à nobis petitur, &c. uſque effectum. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod cum in terra Troppen. Fratres veſtri Ordinis locum, vel habitaculum non haberent, plebs Troppea. devotionis, & charitatis ſpiritu ducta fratres voſdem ad habitandum in eadem Terra inſtanter inducens, Venerabili fratri noſtro I. Epiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Troppen. humiliter ſupplicavit, ut Fratribus memorati Ord. pro eorum manſione, & habitaculo parochialem Eccleſiam ſancti Petri ſitam juxta ripas Tropeæ ſpectantem ad collationem ipſorum Epiſcopi & Capituli, quæ tamen collata erat in beneficium Nicolao Presbytero Eccleſiæ Troppen. cum horte ſibi contiguo concedere dignarentur. Ipſe autem Epiſcopus hoc pro ſalute animarum inibi habitantium utile, ac neceſſarium reputans, de conſilio & conſenſu prædicti Capituli præfato Nicolao pro æquivalenti beneficio quadam Capella ejuſdem Eccleſiæ Troppea. collata, præfati Nicolai ad id libero, & expreſſo accedente aſſenſu, prædictam Eccleſiam ſancti Petri cum horto ſibi contiguo fratri Roberto tunc Guardiano fratrum loci Montis-Leonis, & fratri Thomæ de Morano recipientibus vice & nomine Miniſtri Provinciæ Calabriæ, & fratrum prædicti Ordinis, prout ſpectabat ad eum, duxit canonicè concedendum, eoſque de dicta Eccleſia S. Petri & horto per ſuum annulum præſentialiter inveſtivit, adiiciens, quod parochiani ipſius Eccleſiæ S. Petri ad Parochialem dictæ Troppen. Eccleſiæ devolvantur, quodque ſi dictos fratres habitaculo ipſius Eccleſiæ derelicto ad alias manſiones ſe transferre contingeret, liceat ſibi, & ſucceſſoribus ſuis Eccleſiam ipſam S. Petri, & hortum ad jus, & proprietatem ipſius Troppea. Eccleſiæ revocare, prout de his omnibus per patentes literas ipſius Epiſcopi ſigillo munitas plenius continentur. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc per eundem Epiſcopum providè actum eſt, ratum & gratum habentes id auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo noſtræ confirmationis, &c.

Dat. Anagniæ 15. Kal. Julii ann. 2.

Iſte bonus Epiſcopus paulò poſt defunctus eſt, neque alia de ipſo mentio extat.

14 ARCHADIUS Tropejenſium Epiſcopus anno 6. Bonifacii VIII. 10. Kalend. Julii anno Domini 1299. omnibus Chriſti fidelibus, qui in ſingulis Beatæ Virginis Mariæ, & Reſurrectionis Dominicæ feſtivitatibus, & per octavas earundem verè pœnitentes, & ſacra confeſſione expurgati devote Eccleſiam Monaſterii Fontis Laureati viſitaverint, annuatim xl. dies de injunctis ſibi pœnitentiis liberaliter conceſſit. Dat. Anagniæ. XIV.

15 RICHARDUS nobili gente natus Thomæ Archiepiſcopi Rhegini ſanguine junctus, huic Eccleſiæ præerat anno 1315. memoratur idem in Regio Regeſt. Neapol. anno 1322. XV.

16 Fr. FRANCISCUS, ordo & patria ignoratur, erat Epiſcopus Tropejenſis ann. 1344. die 11. Novembr. ind. 13. quo die tranſumptari fecit omnia privilegia ſupra relata ex mandato Americi tit. S. Martini in Montibus Presb. Card. in Regno Neapolitano Clementis VI. Pontificis de latere Legati per Nicolaum Neocaſtrenſem Epiſcopum ad hæc ſpecialiter delegatum. XVI.

In nomine Domini, Amen.

Anno Incarnationis ejuſdem 1344. die 11. menſis Novembris 13. Ind. apud Tropæam Regnante Excellentiſſima Domina noſtra D. Regina Joanna inclyta Hieruſalem, & Siciliæ Regina, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forcalquerii, & Pedemontis Comitiſſa, Regnorum ſuorum anno ſecundo feliciter, Amen.

Nos Nicolaus Dei gratia Neocaſtren. Epiſcopus ad infraſcripta omnia exequen. & executioni debitæ demandan. Rev. in Chriſto Patris, & Domini D. Americi miſeratione Divina tit. S. Martini in Montibus Presb. Card. & in Regno Siciliæ Legati per ſanctam Romanam Eccleſiam deputati Iudex delegatus, præſentis ſcripti publici ſeriem inſpecturis notum facimus, & teſtamur, quod olim die penultimo menſis Augaſti proximè præteriti 12. Indict. Nos conſtituti apud locum prædictum comparuit coram nobis nobilis, ſapiens, & diſcretus vir Abbas Gualterius de Guaſto Tropejen. Canonicus, ac Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, D. Fratris Roberti divina Providentia Tropejen. Epiſcopi in ſpiritualibus cauſis Vicarius nomine, & pro parte prædicti Domini Tropejen. Epiſcopi, ac dictæ Tropejen. Eccleſiæ prædicti Domini Cardinalis, & Legati nobis ſub teſtimonio publico literas non abraſas, non cancellatas, nec interlineatas, ſeu vitiatas, nec abolitas, nec in aliqua ſui parte diminutas, ſed totas integras, & omni prorſus ſuſpicione carentes, & vitio prædicti Domini Legati pendenti ſigillo ſolito, & integro cera rubea, & filo albo nitro ſigillatas præſentavit tenoris, & ſubſequentis continentiæ. Americus *miſeratione divina tit. Sancti Martini in Montibus Presb. Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus Venerabili in Chriſto Patri Epiſcopo Neocaſtrenſi ſalutem in Domino. Significavit nobis Venerabilis in Chriſto Pater Dominus Robertus Epiſcopus Tropien. quod nonnulla privilegia fuerunt Epiſcopo & Eccleſiæ Tropien. per ſedem Apoſtolicam, & quoſdam Reges Siciliæ, qui fuerunt pro tempore, indulta, inter quæ fuit Epiſcopo & Epiſcopatui Tropien. & vaſſ. llis, ac hominibus Tropien. & civit. tis Tropien. certis rationabilibus ex cauſis per eoſdem Reges gratioſè conceſſum. Quod ipſi homines, & vaſſalli ejuſdem Tropien. angarias, & perangorias, ac ſervitutes temporales aliquas non ſubjacerent, nec ſubire quomodolibet tenerentur, excepta generali collecta eis imponenda nomine & pro parte Regum eorundem; ad cujus ſolutionem, & exactionem, niſi per Epiſcopum Tropien. vel ejus Vicarium compelli, nec pro aliquo exceſſu ad ſeculare judicium protrahi, & ſi talis exiſteret, qui pœnam mortis induceret, nullo modo deberent, quæ quidem conceſſio fuit per ſedem Apoſtolicam confirmata. Sed nonnulli Juſtitiarii, Capitanei, & Officiales Regis, & Reginalis provinciæ Calabriæ & civitatis ejuſdem, qui fuerunt hactenus, & qui nunc ſunt, eorumque Locumtenentes ſæculares ipſius provinciæ homines, & vaſſallos Epiſcopi & Eccleſiæ prædictorum in Cuſtodia civitatis, commiſſionibus periculoſis, & gravibus, portationibus literarum in partes remotas, ac aliis executionibus oneroſis officiorum ſuorum contra tenorem privilegiorum præfatorum adſtrinxerunt, & adſtringunt multipliciter, ac venarunt, & venant, eoſque ad ipſorum examen, ac judicium extraxerunt, & trahunt, & niſi eis pareant, & intendant per captionem, & detentionem perſonarum, animalium, & bonorum, hominum & vaſſallorum eorundem compulerunt, & compellunt indebitè, & injuſtè in ipſorum damnum, & gravamen non modicum, ac Epiſcopi, & Eccl. Tropien. prædict. præjudicium, & jacturam ſupplicantis humiliter, & devotè ſibi ac hominibus & vaſſallis ejuſdem ſuper hoc de opportuno remedio provideri. Ideoque Paternitati veſtræ auctoritate qua fungimur præſentium tenore committimus, & mandamus, quatenus, ſi ita eſt, & de privilegiis iſtis tibi conſtiterit, Epiſcopum, homines, & vaſſallos prædictos contra tenorem privilegiorum ipſorum non permittatis quomodolibet aggravari, vel etiam moleſtari, moleſtatores & aggravatores eoſdem a moleſtiis, & gravaminibus ſupradictis auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo.*

Datum Neapoli 7. Id. Julii, pontiſic. Domini noſtri Domini Clementis Papæ ſexto, anno tertio.

Quas quidem litteras adhibito primo pro Not. diſcreto & circumſpecto viro Notario Joanne de R pa ejuſdem civitatis Tropeę & noſtro Nicoteren. Notario publico ad univerſa omnia fideliter conſcribenda, cum devotione, & reverentia maxima, honoreque debito recepimus, & prædictum Notarium apud acta noſtræ Curiæ ad perpetuam rei memoriam recipi, ſcribi & regiſtrari fecimus diligenter, eodemq; die ibidem prędictus Vicarius nomine prædicti D Tropien. Epiſcopi & ejus Tropien. Eccleſiæ, certa privilegia eidem Tropien. per q bon. me. Ducem Rogertum Dei gratia Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Ducem, necnon & Regem Gulielmum Siciliæ Regem conceſſa, & quædam alia ipſorum privilegiorum confirmatoria per ſacroſanctæ Eccleſiæ Pontifices, prout inferius declarabitur nobis oſtendit, & præſentavit petens humiliter, & devotè nomine quo ſupra, & juxta tenorem & continentiam literarum nobis in hac parte, & per ipſum Dominum Cardinalem, & Legatum directarum mandatum ipſum exequutivum debitè mandare deberemus. Nos igitur exequutor, ſive Judex delegatus prædictus volentes mandatum prædictum nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, privilegia ipſa nobis præſentata recepimus, & apud acta noſtra per prædictum Notarium recipi, & admitti fecimus, per nos poſtea videnda, legenda, inſpicienda, ac legi, & inſpici facienda, quæ privilegia vidimus, legimus, & diligenter coram intellectum, & tenorem percepimus, legi, & inſpici diligenter fecimus, omni vitio prorſus, & ſuſpicione carentia, bullis plumbeis, cum cera rubea, & violacea dictorum Ducis & Regis ſubſcriptionibus munita, & ad jur. loquendi, ſive ſtatuendi, vel diffiniendi ſuper tenore privilegiorum ipſorum ſecundum nobis in authenticam formam diem prætitulatum prædicti m. Novemb. ſtatuimus peremptoriè, quorum privilegiorum primi tenor ſic incipit. In nomine &c.

Sequitur privilegium Ducis Roberti, ut ſupra &c.

Succeſſivè duo alia privilegia Regis Gulielmi, ut ſupra &c.

Et confirmatio Alexandri III. ut ſupra &c.

Quæ quidem privilegia originalia omnia principalia, & confirmatoria Dominorum Summorum Pontificum cum filis ſericis rubeis, & ſalinis, & veris bullis plumbeis ipſorum Summorum Pontificum bullata, non vitiata, nec cancellata, ſed omni vitio & ſuſpicione carentia vidimus, legimus, & diligenter examinavimus, legi, & inſpici fecimus, & ipſorum diligenter intellecto tenore, veraque deliberatione probabita cum ſapientium conſilio Dei & auctoritate nobis in hac parte conceſſa conſiſi pro Tribunali ſedentes in his ſtatuendo, excommunicamus omnes Capitaneos, Juſtitiarios, Magiſtros, Juratos, Cuſtodes Guardiæ, ſive Præpoſitos, Bajulos, Platearios, & Condeſtabulos civitatis Tropeæ, & tenimenti ſui, necnon Judices, ſive Aſſeſſores, & actorum Notarius, ac Magiſtros Cameræ, & omnes alios Officiales, qui pro tempore fuerint, quocunque nomine nuncupentur, ac privatas perſonas, quacunque ſint præditæ dignitate, vel ſine, qui per ſe, vel per alios homines & vaſſallos d. Tropien. Eccleſiæ vexare, turbare, vel quomodolibet moleſtare, verbo, vel facto compellere in perſona, vel in rebus ipſorum, contra dictorum privilegiorum tenorem in Cuſtodia civitatis, commiſſionis exercendæ portationibus litterarum, excubiis facien. ſive citationibus, & reſponſionibus coram eis, & eorum Officialibus ſubire judicium, ſive angariare, vel perangariare, vel laicales redditus ab eiſdem vaſſallis exigere, ſed liberè examini, juriſdictioni, præceptioni, defenſioni, ac poteſtati ipſius Tropien. Epiſcopi dimittere, necnon prædictos Officiales monemus, quibus pro prima admonitione trium dierum aſſignamus, pro ſecunda, trium, pro tertia, trium aliorum dierum peremptorie aſſignamus, ut prædicta facere non attentent; ſimiliter & privatas perſonas monemus,

ne

A *ne in villanos, & vaſſallos Tropien. Eccleſiæ, & ip-
ſorum bona, præfata facere, vel attentare procurent,
alioquin in ipſos Officiales, & perſonas prædictas ex
nunc pro ex tunc, in ipſos, & ipſorum quemlibet, qui
per ſe, vel per alios præd. Tropien. Eccleſiæ vaſſal-
los in aliquo moleſtarent, ſeu perturbarent, ut ſupra
excommunicationis ſententiam in his ſcriptis promul-
gamus in perpetuum valituram, in quam ipſo facto
eos, & ipſorum quemlibet incurrere volumus, ſi con-
trarium in aliquo contra prædictos vaſſallos duxerint
faciendum, Mandantes D. Cantori, vel Archidiaco-
no Tropien. ambobus, & unicuique in ſolidum, vel ip-
ſorum Locatenentibus, ut conſtito ſibi ſummariè & de
plano quocunque tempore fuerint, quod ſi quis Officia-
lis, qui erit pro tempore, vel privata perſona ut ſupra
contra dictorum privilegiorum, & noſtram præſen-
tem ſententiam, ſive ſtatutum prædictæ Tropien. Ec-
cleſiæ, homines & vaſſallos, ſive villanos in aliquo
vexare, ſive turbare præſumpſerit in perſonis, vel
rebus eis aliquid mandando, vel compellendo eorum*
B *ſubire Judicium, vel aliquid faciendo, ſtatim ipſum,
vel ipſos Officiales, vel privatas perſonas excommu-
nicatas in Eccl. ipſa Tropien. dum celebrantur Divi-
na, Clero & Populo aſſiſtente fideliter faciant, vel fa-
ciat nunciare, ſeu denunciare candelis accenſis prius,
& extinctis, & campanis pulſatis, & tandiu excom-
municatos faciant manere, ſeu denunciare, donec à
præmiſſis moleſtationibus, turbationibus, & grava-
minibus contra prædictos vaſſallos, & villanos ipſius
Tropien. Eccl. deſiſtant, & de illatis ſatisfaciant com-
petenter. Cæterum ne præfata poſſint in aliquo de
ſimulatione, ſive negligentia prætermitti, prædictis
Cantori, & Archidiacono, vel eorum cuilibet, quibus,
eò quod nos ſemper ad prædicta exequenda perſona-
liter adeſſe nequimus, commiſimus vices noſtras ſub
excommunicationis pœna, quam in eos & ipſorum
quemlibet ſtatim poſtquam requiſiti fuerint perem-
ptoriè, & canonica monitione præmiſſa, pro qua ſex
dierum terminum aſſignamus, ferimus in his ſcriptis,
ſi ea, quæ eis & ipſorum cuilibet, vel eorum Locate-
nentibus in hac parte commiſimus, neglexerint, ſeu*
C *neglexerit, vel contumaciter recuſaverit adimplere,
diſtrictè præcipiendo mandamus; In quorum omnium
teſtimonium, perpetuam rei memoriam, & dicti D.
Tropien. Epiſcopi, & ipſius Tropien. Eccleſię, & vaſ-
ſalorum ſive villanorum ejus cautelam præſens publi-
cum inſtrumentum, proceſſum, ſtatutum, vel ſenten-
tiam per Joannem Notarium publicum ſupradictum,
& in fidem publicam mandavimus, & noſtri Ponti-
ficalis ſigilli quo utimur, appoſitione juſſimus commu-
niri. Datum Tropeæ in Epiſcopali Palatio annis Do-
mini, menſe, die, & Indict. prædictis, Pontificatus
Sanctiſs. in Chriſto P. & D. D. Clementis VI. Ponti-
ficatus ejus ann. 3. præſentibus diſcretis viris infra-
ſcriptis, & aliis multis de civitate Tropien. & alia-
rum partium. Quod autem ſuperius in prima linea
ubi legitur November, abraſum eſt, & emendatum
per me prædictum Notarium, non vitio, ſed errore
pro authentico habetur. Ego Marinus Lutrarius mi-
les teſtor. Ego Presb Simeon Tranquitus teſtor. Ego
Perutius de Taliene teſtor. Ego Nicolaus Lutrarius*
D *teſtor. Ego Nuntius Guarnerius teſtor. Ego Henri-
cus Romano teſtor. Ego Abbas Joannes Arniculus
teſtor. Ego Matthæus de Squillacio teſtor Tropien.
Archidiaconus. Ego Stephanus Giffone Tropien. Ca-
nonicus teſtor. Ego Gulielmus Guiconus teſtor. Ego
Colutius de Nurgia teſtor. Ego Nicolaus Arculudi te-
ſtor. Ego Robertus Paurus teſtor. Ego Joannes Sula-
ca teſtor. Ego Joannes de Ripa qui ſupra publicus
civitatis Tropeæ & Nicoteren. Notarius literarum
D. Cardinalis & Legati præſentationi, omnibus &
ſingulis ſupradictis per ſupradictum D. Judicem de-
legatum factus, prolatis, & habitis præſens
interfui, & ideo hic de ejus mandato me ſubſcripſi, &
ſignum meum appoſui conſuetum in teſtimonium præ-
miſſorum. Unde quia idem D. Vicarius intendens di-
ctum tranſumptum privilegiorum prędictorum tranſ-
mittere ad Regiam Cameram ſummariæ, & ad diver-
ſas partes, & loca ad illud extendendum, & præ-
ſentandum, prout neceſſe fuerit, & opportunum pro
intereſſe prædicti Reverendiſſ. D. D. Epiſcopi Tro-
pien. & ejus majoris Eccleſiæ Tropien. ac bonorum
& vaſſallorum ejuſdem, dubitans, ne tranſmittendo
dictum originale tranſumptum modo aliquo deperde-
retur in grave damnum, & prejudic. prędict. decrevit
tranſumptum ipſum tranſumptari, & in publicam
formam redigi, & ſic tranſumptum tranſumpti in
formam publicam redactum tranſmittere requiſivit.
Nos propterea Judicem, Notarium, & Teſtes in-
fraſcriptos, quod prædictum tranſumptum, co-
piam, exemplare, & tranſumptare deberemus, &
in publicam formam redigere pro cautela. Nos au-
tem attendentes quia officium noſtrum publicum eſt,
& nemini denegandum, maximè quia juſta petentibus
non eſt denegandus aſſenſus; ideo ad requiſitionem
prædicti Rev. D. Vicarii tranſumptum præd. copiavi-
mus, exemplavimus, tranſumptavimus, & in præſen-
tem publicam formam redegimus fideliter, & legali-
ter, prout invenimus nihil addendo, vel minuendo,
prout tenemur; & facta diligenti collatione cum di-
cto originali tranſumpto de verbo ad verbum concor-
dat; unde ad futuram rei mem. & ipſius Reverend. D.
Epiſcopi Tropejen. dictæque ſuæ majoris Eccleſiæ bo-
norum, & vaſſallorum ejuſdem, ac omnium, & ſingu-
lorum, quorum, vel cujus intereſt, & intereſſe poterit
quomodolibet in futurum certitudinem, & cautelam
de præmiſſis omnibus & ſingulis hoc præſens publi-
cum inſtrumentum, & inde factum eſt per manus mei
publici Notarii ſcriptum, & ſubſcriptum, ac ſigno meo
ſolito & conſueto ſignatum noſtrum qui ſupra Judicis,
& ſubſcriptorum Teſtium ſignis & ſubſcriptionibus
propriis fideliter roboratum act. anno, menſe, loco
regiſtrato, & Judice præmiſſis.*

17 MARINUS. XVII.

18 RAYNALDUS. XVIII.


19 GIORDANUS. Horum trium Epiſcopo- XIX.
rum nomenclaturam tantum habemus ſine ulla ab
eis rerum, aut quibus temporibus geſtarum notitia.
Notantur tamen circa hæc tempora poſt Rober-
tum in ſchedulis ad me miſſis, &c.

20 FRANCISCUS Rolandinus, ſeu Orlandi- XX.
nus Epiſcopus Tropejenſis translatus eſt ad Eccle-
ſiam Juvenacenſem ann. 1390. Ita in lib. Obligat.
Bonifacii IX. quando autem hanc Tropejenſem
Eccleſiam aſſecutus fuerit, me latet.

21 PAVO, vel PAULUS de Griffis, Pavo- XXI.
nem vocatum lego in lib. Obligat. ex Epiſcopo Po-
linianenſi ad hanc Tropeienſem Eccleſiam transla-
tum anno 1390. Hic patria fuit Juvenacenſis, in ea-
que urbe iuxta domum paternam, Eccleſiam con-
ſtruxit titulo ſancti Spiritus unà cum Collegio u-
nius Præpoſiti, ac ſex Canonicorum anno Domini
1397. quam inſtitutionem, & donationem Patronis
confirmavit Bonifacius IX. eamque Eccleſiam cum
Capitulo in gratiam Epiſcopi, Apoſtolicæ Sedi im-
mediatè ſubiecit. Innocentius verò VII. Papa anno
1405. à poteſtate Epiſcopi & Capituli Juvenacenſis
exemit, ut in documento Apoſtolicarum literarum
inſerto habetur in lib. de diverſis formis anno primo
Innocentii fol. 107. Exceſſit Pavo circa annum Do-
mini 1410. Hoc enim anno initio menſis Maii va-
cuam fuiſſe Eccleſiam Tropejenſem per obitum
bon. mem. Pavonis ultimi illius Eccleſiæ Epiſcopi
extra Romanam Curiam defuncti docet Inſtru-
mentum Juliani de Alexio Tropeæ Notarii, quo
*nobilis mulier Catharina rel. q. Jacobi Confaloni de
Scalis habitoris Tropeæ, tutrix pupillorum, ac filio-
rum ſuorum & hæredum q. Nicolai Confaloni renun-
ciavit Vicario Rever. in Chriſto P. D. Ioannis tituli S.
Sixti Presb. Card. Raguſini Commendatarii majoris
Eccleſiæ Tropejen. de qua commendatione conſtare
aſſeritur per Breve D. Gregorii Papæ XII. anno ejus
pontif. 4. die 16. Maii, Ind. 13. 1410. cum Eccleſia ipſa
tunc vacaret per obitum bon. mem. Pavonis ultimi ip-
ſius Eccl. Epiſcopi extra Rom. Curiam defuncti, bona
denunciat, quę ab Eccleſia Tropejenſi locata tenebat.* XXII.

22 Fr. JO. DOMINICI a Florentinus Ord. Præd.
Card. S. Sixti Raguſinus nuncupatus, aliquando

a De quo Ciaconius Oldoinus tom. 2. col. 763.



hanc habuit Eccleſiam commendatam, Inſtitutus à Greg. XII. anno 1410. die 16. Maii, quam deinde libere ceſſit in ejuſdem Pontificis manibus. B

XXIII 23 NICOLAUS de Acciapociis a Clericus Surrentinus à Gregorio XII. inſtitutus eſt Tropejenſis Eccleſiæ Epiſcopus cum facultate accipiendi à quocumque mallet Catholico Epiſcopo munus conſecrationis. Cæterum cum in Concilio Piſano Gregorius deturbatus eſſet de ſede, corruit & Nicolai proviſio, iterumque Joannes XXIII. qui Gregorio ſubrogatus fuerat, illum Tropejenſem Epiſcopum renunciavit anno 1413. Kalend. Februarii, ut in lib. Proviſ. ejuſdem Pontificis ſcriptum inveni. Is anno 1421. ut Vuadingus tom. 5. Annal. Minor. ſcribit, conceſſit Minoribus Regularis Obſervantiæ antiquiſſimum ſuæ Urbis Conventum ante annos ſeptingentos à Monachis Græcis ſancti Baſilii conſtructum, ſancto Sergio ſacrum, ſed ſub hoc tempus derelictum, & ruinæ proximum, demum reſarcivit Frater Auguſtinus de Florentia, tunc in Romana Provincia, ac in Calabria Vicarius. Hunc à conſiliis habuit Joanna II. Neapolis Regina; erat enim vir potens in opere & ſermone. Anno 1423. in C procerum Conventu, coram eadem Joanna Regina, ac Ludovico Andegavenſi ab eadem adoptato, luculenter oravit, ſuamque orationem cœpit ab iis verbis: *Verè filius Dei erat iſte*, &c. Ejus providentiam Martinus V. Eugeniuſque IV. Pontifices maximi collaudarunt, & ad maxima Eccleſiaſticæ ditionis gubernacula eum admoverunt. Etenim præter cætera, in Campania, & Bononia Rectoris officio, ſeu legatione peregregiè functus eſt, & per hos, alioſque gradus ad Archiepiſcopatum Capuanum aſcendit ann. 1436. eodem tempore Tropejenſem Eccleſiam, vacuam reliquit, quam per annos tres ac viginti ferè, tamen ſemper abſens, conſultè adminiſtraverat: tandem ab eodem Eugenio, anno 1439. Purpuratus Senator adlectus eſt ſub titulo ſancti Marcelli. Cæterum poſt aliquot annos, ut in Capuanis Archiepiſcopis narravimus, parum viſus eſt gratiſſimo Pontifici gratiam retuliſſe, ob id ingrati animi apud omnes notam ſubiit. Romæ mortuus eſt defuncto Eugenio poſt Nicolai V. creatio- D nem ann. 1447. De quo vide etiam noſtras ad Ciaconium annotationes.

a De eo idem Ciaconius t.2a. col.902.



XXIV 24 JOSUE Mormile nobilis Patritius Neapoli-

A tanus, Epiſcopus S. Agatæ, antea Monopolitanus huc translatus die 6. Febr. 1437. Is cum eſſet in Alma Vrbe Papæ Eugenii Vicarius anno 1445. benedixit in Abbatem ſancti Placidi de Colonero Siciliæ Cœnobio Benedictini Ordinis, Fratrem Matthæum de Marco ejuſdem loci Monachum. Joſue mentio item extat in Regio Regeſt. Neapol. 1449.



25 PETRUS Balbus Venetus nobiliſſima gente natus, Pauli II. Pontiſ. Max. propior affinis, à pueritia tum Græcas, tum Latinas literas peritiſſimè didicit, & in omnibus liberalibus artibus educatus, vir doctus, & eruditus evaſit, ac ſummæ prudentiæ apud omnes exiſtimationem tulit; ſub Paulo varia Eccleſiaſtica munia conſultiſſimè adminiſtravit, ac Tropejenſi Sacerdotio nobilitatus, diù ſuperſtes fuit. Romæ demum defunctus eſt 9. Septemb. anno 1479. ſepultus eſt in Vaticana Baſilica cum epitaphio. XXV.

Petro Balbo Epiſcopo Tropejenſi, qui ob ſingularem eruditionem, utriuſq; linguæ multa è Græco in Latinum eleganter tranſtulit, quique ob ſanctitatem vitæ & modeſtiam octogeſimum annum attigit, B. Maraſca Antiſtes Caſtellanus Almæ Urbis Vicecamerarius Sixti IV. Pont. Max. juſſu B. M. faciendum curavit. Obiit die 10. Septem. MCCCCLXXIX. C

Ejus autem ingenii monumenta, & verſiones unico volumine M. S. reperiuntur in theſauro Eccleſiæ Capuanæ, ut nos monuit eruditus vir Camillus Pellegrinus, quarum nomenclatura eſt: *Sanctiſſimi Doctoris Gregorii Nyſſeni Dialogus cum ſorore ſua B. Macrina de immortalitate animæ, Latinè verſus à Petro Balbo Epiſcopo Tropejenſi ad Pont. Max. Paulum II. Vita B. Macrinæ per Gregorium Nyſſenum Fratrem edita, & per eundem D. Petrum Balbum Epiſcopum Tropejenſem de Græco in Latinum verſa, ad Reverendiſs. & humaniſſimum Præſulem D. Card. Vicentinum Sapientiſſimi, atque eloquentiſſimi Doctoris Gregorii Nazianzeni de amore paupertatis ſermo, per D. Petrum Balbum, & in Latinum verſus ad Reverendiſſ. & humaniſſimum Præſulem D. Oliverium Card. Neapolitanum. Sanctiſſ. ac eloquentiſſ. Doctoris* D *Jo. Chryſoſtomi ſermo de eleemoſyna Latine redditus à Petro Balbo*, &c. *Ad Reverendiſſ. atque humaniſſ. D. D. Franciſcum Card. Senenſem. Sanctiſſ. Patris noſtri Magni Baſilii de Oratione ſermo Latinè verſus, ad Reverendiſſ. Patrem D. Beſſarionem Abb. Monaſterii S. Severini Neapolit. Sanctiſſ. Maximi Confeſſoris ſermo per Dialogum de Græco in Latinum converſus per eundem D. Petrum Balbum ad Pont. Max. Sixtum IV. Extat in Biblioth. Patrum t. 5. ſub hoc titulo. Dialogo de Verbi Incarnatione quæſtiones interprete Bolebaldo Birkhermero auctore damnato. Ejuſdem S. Confeſſoris Maximi ad Epidemum Presbyterū 400. Capitulorum de charitate per eundem Petrum Balbum*, &c. Sed codex deficit à cap. 30. lib. 4. extat. in Bibliot. prædicta ſub hoc titulo: *Sententiarum de charitate ex Patribus collectarum ad Epidemum, Vincentio Obſopæo interprete auctore damnato*. Memini me vidiſſe in Bibliotheca Aniciana bon. me. Abbatis Conſtantini Cajetani nonnulla alia opuſcula Sanctorum ab

eodem

A eodem Balbo è Greco in Latinum verſa, quæ fortaſſis adhuc ibi reperiuntur.

XXVI 26 JOANNES Deurus Petro ſtatim ſucceſſit, breviſque Pontifex fuit, cum vix Epiſcopali inſula exornatus, Romæ elatus eſt ad tumulum an. 1480. die 15. Aprilis.

XXVII. 27 JULIANUS Mirtus Frangipanus Nicolai filius Cajacenſis patriæ Epiſcopus ad hanc Tropejenſem Eccleſiam translatus eſt à Sixto IV. die 16. Iunii 1480. Regius Conſiliarius, ac Sacellanus fuit, quo titulo interfuit coronationi Alphonſi II. Regis 2. Junii 1494. Novem & decem omnino annos eximiè hanc rexit Eccleſiam, exceſſit Tropeę omnium bonorum mœrore, clarus virtute, pietate & rebus agendis, prudentia omnibus notus ann. 1499. die 26. Septemb. ſepultuſque in communi Epiſcoporum oſſuario Cathedralis, cujus cum laude meminit Scipio Ammiratus de nobilibus familiis Neapolitanis, de quo etiam vide quæ diximus in Epiſc. Cajacenſibus.

B



XXVIII. 28 SIGISMUNDUM Pappacaudam Neapolitanum, nobilitate generis, ſcientiarum eruditione, ac Epiſc. Vennſinum, virum longè clariſſimum Alexander VI. Pontifex ad hanc Tropejenſem Eccl. tranſtulit die 8 a. April. 1499. hac tamen conditione, ut Epiſcopus Tropejenſis, & Mantheanus appellaretur, ſicut in Actis Conſiſt. ſcriptum legi. *Die lunæ 8. Feb. fuit Conſiſtorium, &c. S. D. N. tranſtulit D. Sigiſmundum Pappacaudam Epiſc. Venuſinum de prædicta Eccleſia ad Eccleſias Tropejenſem, & Mantheanen. invicem unitas in Provincia Calabriæ ſub Archiepiſcopatu Rhegino in Regno Neapolitano vacantes, & cum verbum factum eſſet, an Mantheæ, ſive Mantheanus eſſet Epiſcopus appellandus, dictum fuit mihi Vicecancellario, ut expedirem omnia, ut in cedula Dom. Datarii: Fuit autem ſuperioribus annis ab Rege Neapolitano illis hominibus id conceſſum, cum autem Tropejenſis ſolum appellaretur utrarumq; Eccleſiarum Epiſcopus.* Præfuit Sigiſmundus iis Eccleſiis annis omninò 37. ita laudatiſſimè ob inſignem prudentiam, artiumque ſcientiam Principibus omnibus charus, ut à Clemente VII. Pontifice, cujus erat familiaris ad Purpuram deſtinaretur; maluit tamen præclarus Preſul in patria Epiſcopus vivere, quàm Vaticano murice decorari. Neapoli mortem obiit anno 1536. die 3. Novembr. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Joannis de Pappacaudis in majori tumulo, ubi ad immortalem ipſius gloriam, hoc inciſum eſt cœnotaphium.

a Die 8. Febr. ex Actis.


C

D

Sigiſmundo Pappacaudæ Franc. F. Viro
optimo & Juri conſulto, qui cum in cętum
Cardinalium fuiſſet à Clemente VII. adſcitus, maluit in patria Epiſcopus vivere.
Vixit annis lxxx. m. vii. d. x. Obiit
MDXXXVI.

De hoc Præſule vide quæ diximus in noſtris ad Ciacconem annotationibus in Clemente VII. De Pappacauda hac nobili familia lege Ammiratum, & Ælium Marcheſium.

XXIX 29 JOANNES ANTONIUS Pappacauda ſuperioris fortaſſe nepos ab ipſo in coadjutorem cooptatus, eidem ſucceſſit anno 1536. exceſſit anno 1538. ut ex Actis Conſiſt. liquet.



30 INNOCENTIUS Card. Cibo b hanc habuit Eccleſiam commendatam die 6. Febr. 1538. quam poſt paucos menſes ceſſit ad favorem ſequentis. XXX

b De quo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 341.


31 HIERONYMUS Card. Ginuccius c Senenſis Tropeienſem Eccleſiam in commendam habuit die 19. Junii 1538. quam adminiſtravit quouſque in vivis fuit, hoc eſt uſque ad annum 1541. de quo vide primo noſtro tomo in Epiſcopis Aſculanis, ubi de ipſo plura retulimus. XXXI.

c De eo idem Ciaconius t. 3. col. 569

32 JOANNES Poggius d Bononienſis, patre Chriſtophoro, matre Franciſca Mantuana natus 7. Kal. Febr. 1493 Ab ipſa adoleſcentia inſita erat in eo ad Eccleſiaſtica munia propenſio, unde uxore demortua, Romam petiit Prothonotarius Apoſtolicus factus, à Paulo III. Apoſtolicæ Cameræ Theſaurarius, & Tropejenſis Eccleſiæ Epiſcopus adlectus eſt 8. Octob. 1541. mox in Hiſpaniam Apoſtolicus Nuncius, & ſpoliorum Collector miſſus apud Carolum V. Imperatorem diu manſit, & ob egregiam prudentiã charus eidem fuit; inde in Germaniam pro fidei Catholicę cõtroverſiis eodem munere functus, cum ibidem eximie operam ſuam navaſſet, per hos dignitatis gradus ad Purpuram ſibi viam aperuit: quamobrem ſupplicante item Carolo Imperatore Julius III. in Cardinalium Collegium illum cooptavit anno 1551. Vixit vir prudens & pereruditus ad annum uſque 1556. quo Bononiæ in patria deſiit eſſe prid. Id. Februarii, & ibidem in ſacello, quod ipſe in Templo ſancti Jacobi Ordin. Eremitarum ſancti Auguſtini condidit, ſepultus eſt, cum annis plus minus quindecim Tropejenſem Eccleſiam abſens adminiſtraſſet, quam ſex diebus antequam ex hac vita migraſſet, ad favorem Joannis Matthæi nepotis per procuratorem reſignaverat. Eo vero Præſule anno 1543. Minimi Tropeę recipiuntur exſtructo Monaſterio apud Eccleſiam ſanctæ Mariæ Auxiliatricis, ſeu de Succurſu. Ejus meminit cum laude Orlandinus lib. 4. Hiſt. Societ. Jeſu XXXII.

d De eo ſcribit Ciaconius t. 3. col. 778.

33 JOANNES MATTHÆUS Luchius Bononienſis, Lucæ filius, Card. Poggi ex ſorore nepos Epiſcopus Anconitanus, ad hanc Tropejenſem Eccleſiam translatus eſt die 6. Februarii 1556. deceſſit die 22. Junii 1558. XXXIII.



34 POMPEJUS Piccolomineus de Aragonia Alphonſi Amalphitani Ducis ex uxore Conſtantia de Avolos Marchionis Vaſti filia natus, cum eſſet Lancianenſis Archiepiſcopus electus, Tropejenſi XXXIV.

s dele-

delectus eſt Epiſcopos ex Philippi Hiſpaniarum Regis nomioatione die 16. Januarii 1560. è vivis exemptus eſt in Hiſpania die tertio Maii 1562.

XXXV. 35 FRANCISCUS de Aquire, ſeu Agherre Epiſcopus Crotonenſis, ad hanc Tropejenſem Eccleſiam tranſlatus eſt die 15. Decembris 1564. Vix anoum expievit in hac nova dignitate, & mortuus eſt.

XXXVI. 36 FELIX de Rubeis Trojanus, vir doctus, regiuſque Cooſiliarius Tropejenſis Epiſcopus evaſit die 15. Julii 1566. jam prius deſignatus Poteoriæ Epiſcopus à Philippo II. Hiſpaniarum Rege. Neapoli fato ceſſit die 18. Martii 1567. ſepultuſque eſt in Metropolitanæ ſacello Rubeorum familiæ, ubi hoc legentibus proſtat epitaphium.

B. M. V.

Felici de Rubeis I.C. Regio Conſiliario, qui ut in gerendis magiſtratibus ſuos majores, & præcipuè Ugolinum de Rubeis de Parma ſub Carolo II. Andegavenſi Reg. Neap. Præfectura egregiè imitatus, ita poſt Lucretiæ Gallucia uxoris obitum, Jacobi de Rubeis Archiepiſc. Neopol. ex Comitibus S. Secundi magni patrui exemplo ſacris initiatus, Potentiæ prius, Tropejenſium poſtmodum Epiſcopatum eſt conſecutus, & dum ad majora à Pio V. Pont. Max. vocaretur, morte præventus occubuit. A. D. MDLXVII. Julius Cæſar I.C. & frater Jo. Baptiſta de Rubeis Miles Hieroſolymitanus en Scipione, & Pertia Capicia Scendita nepotes avo benemerenti poſuere.

XXXVII. 37 HIERONYMUS de Ruſticis Romanus in demortui Felicis locum electus eſt Epiſcopus die 26. Junii 1570. ſedit anois 23. ac ſenio poſtulatus libens volens munus dimiſit ann. 1593. die ultima Martii. Romæ vitam cum morte commutavit die prima Januarii, anno 1594. ſepulruſque eſt io Eccleſia S. Mariæ Super Minervam io Ruſticorum Familiæ ſacello.

XXXVIII 38 THOMAS Calvus Siculus Meſſanenſis, juris prudentiæ nobiliumque diſciplinarum ſcientia claſus Tropejenſem Epiſcopatum adeptus eſt ex præſentatione Philippi Hiſpaniarum Regis die ultima evolventis Junii 1593. Diutiſſima mora conſultiſſime, ac pie hanc rexit Eccleſiam, adeoque bonis operibus ſemper intentus fuit, ut nulla dies ſine linea eſſet, quæ ad pietatem haud tendere videretur. Hic, cum nulla eſsent io tota ſua Diœceſi mulierum Cœnobia, quatuor ad perennitatem ſui nominis, Deique gloriam munificentiſſime erexit ſub D. Claræ Inſtituto, unum in ipſa Tropejenſi urbe, Ayello, Amalthea, ac Frigido Flumine oppidis cætera, ut Virgines Deo voverent, ac ſacra tecta pietatis vitam traducerent. In iis etiam ſuæ Diœceſis locis frequentioribus, tum & in urbe Pietatis Montes, ad pauperum ſublevandam inopiam erigendos curavit, Cathedralem ſacris indumentis nobilitavit, Sacellum ſancti Thomæ Apoſtoli in ea conſtructum exornavit, addito annuo cenſu, ut ibidē quotidie ſacrū perageretur, ubi inſcriptio hęc.

D. O. M.

Thomas Calvus Meſſanenſis V. I. D. Tropejenſis Epiſcopus, inter alia pietatis opera, Sacellum hoc, Ferdinando & Franciſco Bonjoanne fratribus patronis annuentibus, vivens ornavit, annuoque cenſu ducatorum octogiota, ut in eo quotidie ſacrum fiat dotavit. Anno Præſulatus ſui xvi. ætatis verò lxxxi. An. D. MDCVIII. Poſtremò ducatos mille Capitulo, & Clero cum onere bis ſemel in die celebrandi publice Inſtrumento mediante dotavit.

Tandem poſt viginti ſuæ adminiſtrationis annos, ætatis ſuæ 86. ſal. noſtræ 1613. die 11. Januarii ex hac mortali vita migravit, tumulatuſque eſt collacrymantibus cunctis io choro Cathedralis. & ſepulchro, quod ſibi vivens, ac ſuis ſucceſſoribus aere paraverat, cum inſcriptione.

D. O. M.

Thomas Calvus Meſſanenſis Epiſcopus Tropejenſis ſibi & ſucceſſoribus ſuis vivens erexit. A. D. MDXCVI. Aetatis ſuæ lxx.



XXXIX. 39 FABRITIUS Caracciolus Piſquitius, Neapolitanus gente nobiliſſima, Clementi VIII. Pontifici charus, cujus fuit intimus cubicularius, & in Luſitania ſpoliorum Collector, a Philippo III. deſignatur Tropejenſis Epiſcopus, & a Paulo V. eligitur die 4 Maii 1615. Hanc Eccleſiam cum ſumma prudentiæ laude adminiſtravit uſque ad ann. 1628. quo deceſſit die 2. Janu. Vacavit ſedes annis tribus.

XL 40 Fr AMBROSIUS Corduba, Hiſpanus *a*, Ordiois Prædicatorum, ſummæ ſcientiæ & exiſtimationis, ſucceſſit Fabritio die 20. Junii 1633. è vivis ſublatus eſt die 9. Auguſti 1638.

a Neapolitanus perperam dicitur à Toppi in Bibl. Neapol. Mandoſ.

XLI 41 BENEDICTUS Mandina *b* Junior Malphitanus, Clericus Regularis Theatinus, celebris pietatis, & doctrinæ vir, Benedicti ſenioris Mandinæ Epiſcopi Caſertani propior affinis, & virtutum hæres Tropejenſis Præſul declaratus eſt ab Urbano VIII. Per aliquot aonos eximiè hanc rexit Eccleſiam, deceſſit autem die 31. Junii 1646.

b De Silos in hiſt. Cler. Regul. p. & 1. Mandoſ.

XLII. 42 Fr. JOANNES Lozani Hiſpanus Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Provinciæ Beticæ, ſummus Theologus, Ducis de Arcos Proregis Neapolitani à ſacris Confeſſionibus, cuius favore electus eſt Epiſcopus Tropejenſis die 17. Decembr. 1646. tranſlatus deinde eſt ad Eccleſiam Mazarienſem in Sicilia die 29. Maii anoo 1656.

XLIII 43 CAROLUS Maraota Neapolitanus, Epiſcopus Jovenacenſis, hoc anno 1657. Menſe *c* Novembri traoslatus eſt ad hanc Tropejenſem Eccleſiam ex præſentatione Philippi IV. Hiſpaniarum Regis. De quo vide Juvenacenſium Epiſcoporum noſtram ſeriem tom. 6.

c Die 24 Septemb.

A D D I T I O.

(„ *Novem annos hanc rexerat Eccleſiam Maranta, cum ad ſuperos morte abiit intercedente.*

XLIV „ LUDOVICUS *Morales, Epiſcopus Arianenſis, huc tranſlatus eſt 7. Feb. 1667. Deceſſit an. 1681.*

XLV. „ HIERONYMUS *de Borſa, Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus, J. U. D. hac infula decoratus eſt 12. Januarii 1682. Quarto ſui regiminis anno vitam dereliquit.*

XLVI „ FRANCISCUS *de Frigarro Hiſpanus è Medina Cæli, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, S. Theologiæ Magiſter, & regius Concionator, ad hanc Cathedram evectus eſt 9. Aprilis 1685. Exceſſit è vivis die 4. Octobris 1691.*

XLVII. „ Fr. THEOPHILUS *Testa, ex Terra S. Pauli Nolanæ diœceſis, Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, S. Theologiæ Lector emeritus, ac ſacrorum rituum Congregationis Conſultor, Tropejenſi Eccleſiæ præfectus eſt 25. Junii 1692. Triennio poſt obiit Neapoli menſe Octobri an. 1695*

XLVIII. „ Fr. JO. *Laurentius Ibanez de Arilla, nobilis Cæſarauguſtanus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, S. Theologiæ Magiſter, & Lector, Rege Catholico petente, Tropejenſis Antiſtes renunciatur 14. Januarii 1697. Vivit adhuc piiſſimus Antiſtes.*)

S. SEVERINÆ METROPOLIS,

Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopatus
(Belicaſtrenſis.
(Geruntinenſis, & Cariaten. uniti.
(Inſulanenſis.
(S. Leonis nunc unitus ſuæ Metropolitanæ.
(Strongylenſis.
(Umbriaticenſis.



SYBERONA (nunc vulgo *Santa Severina*) mediterranea eſt ulterioris Calabriæ civitas, fortiſſima loci natura, & arce condita. Hanc imperitum vulgus & oppidani hiſtoriarum, gloriæque ſuæ neſcii Chriſtianis temporibus conditam anili fabula, & ineptiarum plena narrant, cum tamen conſtet ex Stephano eſſe vetuſtiſſimam, & ab Oenotriis fundatam annis pluſquam MCCL. ante Chriſti adventum. Eſt autem ſita in loco excelſo, eoque ſaxeo, ingentibus ſaxis, caveiſque undique cincto, atque munito. Abeſt à mari Jonio milliaribus x. à Rocca Bernarda iii. à Crotone xii. Hic emporium quotannis celebratur. Fiunt vina præclara, quæ Siverinlana Plinius appellat. Sunt & viridaria citrorum, limonum, & malorum aureorum. Secundo ab urbe milliari ad Caſtrum Netum ſunt montes nati vi ſalis candidiſſimi, quod lapidum modo ſcalptris eximitur, & intus gemmam ſalis habet. Chriſtianam fidem urbem hanc à Divo Dionyſio Areopagita ſuſcepiſſe incolæ credunt. Sedes S. Severinæ antiqua eſt, & ut exiſtimo Græcanici quondam ritus; & Conſtantinopolitani Patriarchæ ſuffraganea; tametſi Fritia de ſubfeudis novam ſedem, & civitatem novam illam deſcribat. Non liquet tamen quo ævo Metropolis nomen Sanctæ Severinæ obtigit, certè ex quodam Rogerii Ducis Calabriæ monumento pro Eccleſia Squillacenſi ſcripto Stephanus Sanctæ Severinę Epiſcopus in eo recenſetur. Metropolitana Baſilica titulo ſanctæ Anaſtaſiæ virginis & martyris Romanæ, cujus ſacrum brachium ex dono Roberti Guiſcardi Comitis ibidem argentea theca à Julio Sanctorio Archiepiſcopo incluſum cum aliis reliquiis hic honorifice

A aſſervatur, hujus civitatis & Eccleſiæ præcipuæ Patronæ. Ejus Eccleſiæ Capitulum vigintiquatuor ordinarlis Canonicis coaleſcit, è quibus ſex dignitate eminent, Archidiaconus, qui primam poſt Pontificalem ſedem habet. Decanus, Cantor, Theſaurarius, Primicerius, & Archipresbyter. ſuntque in his etiam Pœnitentiarius, & Theologus: præterea chorus Muſicorum, & Clerici Seminarii alumni 24. In civitate præter Metropolitanam, Parochiales Eccleſiæ ſeptem ex multis quæ antea fuerant; virorum Cœnobia duo, Sanctimonialium nullum, laicorum Sodalitia tria. Diœceſis quinque oppidis, & ſex pagis conſtat. Oppida ſunt, primum Cutrum ſeptem millium animarum ſub Duce Noceriæ, cum duobus Parochis, & Preſbyteris vigintiquinque. In agro autem Cutri fiunt lina non vulgaria, & opera figulina. Ager ipſe paſcuus eſt, & tritici, aliarumque frugum ferax. Hic ad mare eſt promontorium, & oppidum Caſtella dictum, olim Caſtra Annibalis, quæ a Mela & Plinio in hoc Scyllatico ſinu ponuntur, ubi
B Annibal claſſem & caſtra habebat. Hic mare coralliferum, ager frugifer, & pabulis, & vindemiis aptus, & exciditur lapis molaris, frumentarius, & olearius. Secundum Meſoracha 3500. animarum ſub octo Parochis & Presbyteris viginti. Virorum Cœnobia tria, in quibus unum Fratrum Minorum de Obſervantia, quod primum omnium in Calabria reformatum fuit. Meſurgacum olim Reatium dicebatur, nunc Meſurca à cantu, & lætitia incolarum appellatur. Ager frumenti, & aliarum frugum ferax, & aucupiis dives. Ex hoc oppido fuit B. Matthæus Vidius Minor. Ordinis Cœnobita, cujus corpus Tabernæ quieſcit. Tertium Rocca Bernarda duarum millium animarum cum duobus Parochis, ubi ſal foſſile, mel, oleumque præclarum. Quartum Policaſtrum Regium oppidum 3000. animarum ſub quatuor Parochis, & Presbyteris viginti cum Eccleſia S. Mariæ de ſpina

ab una ea ſpinis coronæ Redẽptoris noſtri, quæ magna populorum devotione colitur die Aſſumptionis Deiparæ Virginis ad eã viſitandam huc confluentium. Polycaſtrum autem antiqnam eſſe Peteliam Barrius exiſtimat, quę à Philoctete condita belloPunico poſt 11. menſium obſidionem ab Annibale multo ſuorum ſangnine capta, & eapugnata eſt fame potius quam hoſtibus preſſa, ubi & M. Marcellus Conſul, & Dux Romanorum longe fortiſſimus per inſidias à pęnis occiſus eſt. Hic mercatus in annos ſingulos celebratur. In hoc agro ſunt ſylvæ glandiferæ, atque aucupia ferarum atque avium. Quintum Roccanetti 800. animarum, & ex pagis duo à Græcis incoluntur. Scandale, in quo Græcorum animæ 500. Latinorum 150. Eccleſiarum altera Græco ſuo cum Sacerdote. Alter pagus Catron appellatus 400. Epirotis, ſeu Albanenſibus habitatur ſub duobus Sacerdotibus, Græco altero, altero Latino. Utriuſque pagi incolæ licet Græcanicæ originis catholicam tamen ſectantur fidem; quod Julii Antonii Sanctorii vigilantiæ & charitati acceptum referri debet. In univerſum igitur totius Dięceſis Parochiales Eccleſiæ 21. quibus miniſtrant Sacerdotes 105. Virorum Cœnobia novem, inter quæ Abbatia Calabremariæ, ſeu de Altilia Ord Ciſterc. cienſis, hoſpitales domus tres, laicorum ſodalitia fere viginti, Animæ 10000. Provincia ſanctæ Severinæ late per ulteriorem Calabriam patet, ſex nnnc Epiſcopatus ſuffraganeos complexa. Olim ſeptimus extabat S. Leonis, qui anno Dom. 1571. per Pium V. Pont. Max. ſuppreſſus fuit, ac perpetuo Metropolitanæ ſuæ unitus, ut ſuo loco enarrabimus. Prima igitur ſedes ſuffraganea eſt Geruntina. Secunda Cariaten. unitæ, illa montana duodecimo à Metropoli milliario: hæc maritima abeſt ab eadem Metropoli milliaribus triginta. Tertia Umbriaticen. Quarta Strongylen. Quinta Inſulen. Sexta Belcaſtren. Etſi enim in libro Provinciali decem hujus Metropolis ſuffraganei recenſeantur, iis tamen quatuor hoc ævo deſunt: ſiquidem duo Melitenſis, & S. Marci Romanorum Pontificum privilegio à Metropolitani hujus juriſdictione exempti, hic Cuſentinam, ille vero Rhegium ad Provincialem Conventum accedit. Sitomenſis vero, & Florentinen. Epiſcopatuum, nulla, niſi in ipſo Provinciali libro habetur mentio. Crediderim ego Græcos fuiſſe Epiſcopatus, & ob Diœceſis anguſtiam Rom. Pontif. auctoritate deletos, quod id Epiſcopali dignitati conſultum videretur. Menſæ Archiepiſcopalis cenſus ducatorum Regni 2700. Taxatur in lib. Cancellariæ Apoſtolicæ floren. 160. Præſules, qui in Sanſeverinenſi ſede jus dixere divinum, quorum memoria ad nos pervenit, nunc proferemus in lucem.

I. 1 JOANNES BAPTISTA Græcus Sanctę Severinæ Epiſcopus, cujus memoria Græcis characteribus extant in epiſtylio columnæ Parochialis Eccleſiæ S. Joan. Baptiſtæ prope Cathedralem.

ΙΩΑΝ. ΒΑΠΤ. ΔΑΡΧΗΕΤΤΗCΚΙΤ ΚΑΤΕΚΕΒΑ ΔΙΚ. ΙΓ.

Plures aliæ Græcæ inſcriptiones tum in Cathedrali, tum in aliis ejuſdem civitatis Eccleſiis ſunt, & Epiſcoporum Græcorum inſcriptiones quæ vetuſtate pene deletæ vix videri, non tamen legi poſſunt.

II. 2 STEPHANUS Epiſcopus S. Severinæ memoratur in charta Rogerii Comitis anno 1096. pro conſtituendo Epiſcopo Latini ſitus in Eccleſia & civitate Squillacenſi. Fortaſſis hoc tempore Sanctæ Severinæ Eccleſiæ Præſul dignitatem Metropolitanam nondum receperat, cum Epiſcopus Stephanus iſte denominetur.

III. 3 CONSTANTINUS ſuffectus Stephano anno 1099. aſſenſum dedit, & conſilium præbuit reſtaurationi, ſeu potius exædificationi Monaſterii Calabro Mariæ de Altilia nunc Ord. Ciſtercienſis, quod Polychronius Epiſcopus Geruntinenſis in hac Archidiœceſis reſtauravit, pluribuſque bonis ditavit, ut ex privilegiis confirmationis Rogerii Calabrię & Siciliæ Comitis, atque Rogerii utriuſque Siciliæ Regis habetur Græco charactere ſcriptis. Peimum datum Tropejæ anno mundi 6607. Menſe Maii 7. Indictionis, qui Chriſti fuit 1099. Secundum ſcriptum in civitate Sanctæ Severinæ prima die Junii 8. Indictionis anno mundi 6623. Chriſti verò 1115. Tertium autem conceſſum à Rege Rogerio menſe Octobris anno mundi 6653. qui fuit Domini 1149. quæ privilegia è Græco in Latinum tranſtulere Nicolaus, & Michael Judices Crotonenſes inſtante Nicolao Abbate ejuſdem Cenobii anno 1253. & nos hic exhibemus ab exemplari quod in ejuſdem loci tabulario ſanctè aſſervatur, ſequentis tenoris.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Anno Incarnationis ejuſdem 1253. die menſis Decembris 11. Indictionis . . . regnante Dom. noſtro Corrado, Dei gratia invictiſſimi Romanorum, ejuſdemque in Sicilia ſemper autem generoſiſſimo Rege anno certio feliciter. Amen.

Reſidentibus nobis Nicolao à Iudice, & Michaele de S. Mauro Iudicibus civitatis Crotoni in conſueto foro cauſarum civitatis ejuſdem, prout officii noſtri debita cura requirit; veniens coram nobis Dominus Nicolaus Abbas Calabro Mariæ oſtendit nobis tria inſtrumenta Græca, quæ beatæ recordationis felicium Dominorum Ducis Rogerii Comitis, & Regis Rogerii, & petiit ut per nos ſupradictos Iudices Inſtrumenta ipſa de Græco in Latinum transferrentur, & per aliquem Notarium publicum in publicam formam tranſcriberentur, ut cum neceſſe fuerit eidem Abbati per aliquem Religioſum dicti Monaſterii, ſeu Calabro Mariæ alicui perſonæ inſtrumenta ipſa oſtendere, vel ad locum aliquem mutare, vel deferre, & de facili poſſit immitti, tranſumpta ipſa mittere, deferre, & oſtendere poſſit in autentica forma, Noſque ejus petitioni attendentes vidimus inſtrumenta ipſa non ablata, non abraſa, nec cancellata, nõ caſſata, ſed in prima ſua conſiſtentia, & ſigillata ſigillis plumbeis pendentibus, & ſigilla integra & ſine aliqua ſuſpicione vidimus, Inſtrumentis ipſis viſis per nos per literam Græcam novimus diligenter de verbo ad verbum, & perlectis, ipſa inſtrumenta de Græco tranſtulimus in Latinum, unde nil minuentes in ea tranſlata in publicam formam ipſa ſcribi, & reduci fecimus per manus Joannis de Petra Paula publici Notarii; quorum inſtrumentorum continentia talis eſt.

Continentia videlicet primi Inſtrumenti.

Hoc eſt ſigillum factum à Rogerio Duce Italię, Calabrię, & Siciliæ datum Polychronio Deo dilectiſſimo Epiſcopo Geruntinenſi fundatori ſanctiſſimæ Dei Genitricis Calabro Marię 7. Indictionis, ultima menſis Madii.

Cum moram traherem in Calabria, & eſſem intra Tropeæ civitatem acceſſit ad me Deo dilectiſſimus Epiſcopus Geruntinenſis Dominus Polychronius pro præſente meæ confirmationis, eaque quæ à beatiſſimo Metropolitano noſtro Conſtantino Præſule Metropoli S. Severinæ facta, & facta fuit ab eo per ſcriptum ejus de Monaſterio ſanctiſſimæ Dei Genitricis Calabro Mariæ dare, ubi pro ipſo Monaſterio quoddam ſylvæ tenimentum, quod dicitur Sanduca facere alterum Monaſterium. Monachi, qui in eo ſunt cum ejus bonis liberum ab omni petitione, eu quo vero ſupplicationes ejus vidimus propter bonas memorias noſtrorum parentum, & memoriam animæ ſalutis de d. Epiſcopo, pro ipſo Monaſterio Calabro Marię apud ſylvam ad ultimum tenimentum deductum per loca cum aquis, & quibuſcunque ipſo tenimento recipi & haberi poteſt, & quod nullus fiat voluntate, & mandato Abbatis ipſius Monaſterii Calabro Mariæ ultimo tenimento faciat aliquid ſeu mutare determinatur, aut tenimentum, ſic incipit à Vallone quod dicitur de Græcis, & vadit ad flumen Ampulini, & aſcendit de ipſo Vallone Taſſiti, & vadit ad locum, quod dicitur Arenoſa, & deinde vadit ad locum quod dicitur Aqua frigida, & dat ad Vallonem de Miliareti, & deinde deſcendit à Vallone quod dicitur de Nucelleta, & vadit indirecte per coſteram, & exit ad flumen Ampulini, & deinde aſcendit de ipſo flumine Ampulini, & concludit faciem eſtat. Ipſum Monaſte-

rium Monochos, qui in eo ſunt omnia bona, quæ tenuit, & tenet juſta libera non moleſtandi ab aliquibus confirmo, omnia concedo & roboro omnia, quæ à Deo dilectiſſimo Metropolitano noſtro Conſtantino facta, & conceſſa fuerint de mandata ejus prædictis Monachis Calabro Mariæ, & Abbati in ipſo Monaſterio in illo die miniſtranti, & illis Monachis, qui poſt ipſum fuerint in prædicto Monaſterio, & quod non habeant licentiam, ſeu poteſtatem amodo aliquis de Metropolitanis, qui in ipſa Metropoli ſint, ac poſſit de Sancta Severina inferre aliquando contrarium; neque ipſe, neque aliquis de Clericis, ſæcularibuſque illa die in manibus habuerit potentia mea videlicet glorioſiſſimi Bajuli Biſcontis, vel Platoni, vel aliae qui illos, qui in ipſo dicto templo ſervierit in dicta Monaſterio amodo omnes monachi quotidie in illo ſervierit, & oraverint, & omnia ſupradicti Monaſterii ſine moleſtia ab omni homine reddant, tam ipſi Metropoli S. Severinæ ſtatutum & confirmetur à beatiſſimo Metropolitano noſtro Conſtantino, & non in aliquo amplius ipſum Monaſterium. Si quis auſus inventus fuerit præſens noſtrum ſigillum roborationis offendere, & inferre contrarium, vel moleſtiam inferre Sanctiſſima Dei Genitrice reædificata à dilectiſſimo Epiſcopo Geruntinenſi Domino Polychronio, vel quæ in ipſo ſunt non minimam indignationem noſtram incurrat, & ut majus robor & firmitatem habeant ſupradictæ donationes bulla mea plumbea ſignata eſt.

Menſe, Indictione prædictis in annis ſex millium ſencenti ſeptem.

Continentia autem ſecundi inſtrumenti talis eſt.

Hoc noſtrum ſigillum factum à me Rogerio Comite Calabriæ, & Siciliæ citra farum Venerabili & dilectiſſimo Domino Patri noſtro Epiſcopo Geruntinenſi D. Polychronio primo Junii 8. Indictionis.

Exiſtentibus nobis apud Sanctam Severinam, quam dilectorum virorum, & honeſtis perſonis, indignum judicavimus . . . & ſine perfectione dimittere, & multum decens eſt corroborare quod à Deo dilectiſſimo Epiſcopo Geruntinenſi Domino Polychronio divino zelo calefacto de conſilio & mandato beatiſſimi, & in Domino dilectiſſimi Metropolitæ S. Severinæ Domino Conſtantino Monaſterio in nomine Glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ de Calabeo cognomine reædificavit, & congregationem, & unionem Fratrum inſtituit ad glorificationem & laudem Dei. Ad glorioſiſſimum Ducem & Dominum noſtrum Dominum Rogerium occurrens ſigillum ipſum pro eodem factum libertatis & confirmationis de Eccleſiaſticis, & neceſſitatibus, & petitionibus, & ſæcularibus ſcandalis, & tribulationibus de tenimento quod dicitur Sanduca, quod eſt in Sila, quod ad me deferri ſupplicavit poteſtati noſtræ. Similiter confirmamus ſigillum de eo Monaſterio, & de d. tenimento, quod Sanduca dicitur, hæc ſtatim ipſi data fuit confirmatio Monaſterio, tam de dicto tenimento Sanducæ, & cum omnibus ſpectantibus ſcilicet mobilibus, immobilibus, & per ſe moventibus extra neceſſaria, & cæterorum libera ut dictum eſt ab omnibus Eccleſiaſticis, & fiſcalibus functionibus gravaminum in libello, Metropolitani Dom. Conſtantini in magna Eccleſia Metropolitana annuatim reddere debitum, & electa de ceræ libræ tres, & non amplius, & concedimus ipſi Monaſterio Calabeo Mariæ de Silia Sleti habere & recipere annuatim reditum unciarum duodecim, propter quod præcipimus omnibus, ad quos præſens noſtrum ſigillum advenerit poteſtatibus, & Eccleſiaſticis perſonis, quod non audeant aliquam moleſtiam domnum, vel læſionem, aut oblationem in ſuis mobilibus facere, ſed ſalvos ipſos ſine moleſtia conſerveat in pace & tranquillitate in ipſo domo perſeverantes Fratres, & morantes orent pro omni populo Chriſtianos pacifico ſtatu, & ſalute animarum bratorum genitorum noſtrorum, & noſtræ. Si quis autem fuerit qui illa innovare, aut irritare voluerit, ſit maledictus à Domino Deo Omnipotenti in omnibus non minimam indignationem incurrat, carebitque amore noſtro. Unde ad memoriam fidelitatem, & cautelam venturorum præſens ſigillum bullatum ſignatum eſt conſueta bulla noſtra plumbea, & datum prædicto Deo dilecto Epiſcopo Domino Polycronio.

In ſex millibus ſexcentis viginti tribus annis, menſe & Indictione præſcriptis.

Rogerius Comes Calabriæ & Siciliæ.

Continentia vero tertii Inſtrumenti hæc eſt.

Rogerius in Chriſto Deo, Inclytus & fortis Rex Chriſtianorum Auxiliator.

In noſtra providentia ſpectat omnes cauſas commutare in melius, & multo magis ſtatum Eccleſiarum allevationes cum ſollicitudine confirmare, & amplius robore in hac pacifica tranquillitate; Propter quod præcipimus ut omnia ſigilla Eccleſiarum, cæterorumque fidelium Regni noſtri renoventur, & oſtendantur in lucem, atque corroborentur ab altiſſima Majeſtate noſtra, ideoque decimo octavo die menſis Octobris in anno 6653. exiſtente me in civitate Meſſanæ, & in pace & tranquillitate de particulari Omnipotentis Dei providentia conſervatus cum militibus & nobilibus Regni noſtri ad nos SS. Dei Genitricis Calabrorum ſigillum obtulit Taſimene Deo dilectiſſimus electus Inſulanus, & vidimus ſigillum à Rogerio Duce plumbeum in annis 6607. quod ipſe Dux dilecto Domino Polychronio Epiſcopo Geruntinenſi fundatori Sanctiſſimæ Dei Genitricis Calabrorum pro eodem Monaſterio Calabrorum apud Silam tenimentum quod dicitur Sanduca quod conterminatum fuit, incipit à vallone quod dicitur de Taſſia, quod dicitur de Græcis, & vadit ad flumen Ampulini, & aſcendit de Vallone ipſo, & vadit in loco quod dicitur Arenoſa deinde vadit in loco quod dicitur Aqua frigida, & dat ad vallonem Miliareti, & deſcendit inde à vallone quod dicitur de Stacillem, & vadit inde rectè de coſtera, & exit ad flumen Ampulini, deinde aſcendit flumen Ampulini, & concludit, confirmata, & corroborata etiam à Domino Conſtantino Metropolitano S. Severinæ facta, & ordinata prædicto Monaſterio Calabro Mariæ. Vidimus etiam aliud ſigillum à Rogerio Comite & ipſum plumbeum in anno 6623. continens quod ipſe Comes confirmavit omnia facta, & conceſſa ab ipſo Duce dicto Monaſterio Calabeo Mariæ habere tenimentum de Silina Sleti biſancie duodecim, quæ ſigilla nos confirmamus noſtra auctoritate Majeſtatis noſtræ ipſo Monaſterio Calabro Mariæ licentia, & poteſtate recipere aquam liberè à flumine Sleti pro faciendis molendinis, baſinducis, & caſale Corio cum tenimentis ſuis, & herbarum paſcua libera in tenimento de S. Severinæ, & Roccabernardæ pro animalibus ejuſdem Monaſterii, & pro extraneis qui fuerint cum animalibus prædicti Monaſterii, vel ſemoti eſſe ſolum in prædictis tenimentis, verum etiam in toto noſtro tenimento confirmamus, & dictum monaſterium cum omnibus ſpectantibus ipſi juſtè. Volumus inſuper ipſum eſſe liberum ab Eccleſiaſticis petitionibus, ſolummodo ſtatutum à Metropolitano Domino Conſtantino reddere Metropoli S. Severinæ ceræ libras tres, eaſque præcipimus ipſum regale, & nemini facere reſponſum niſi Majeſtati noſtræ, & ſtatutum, ut prædiximus ceræ libras tres S. Severinæ, hæc præcipimus & concedimus dicto Monaſterio.

Scriptum eſt confirmatum, ſigillatum menſe, anno ſupradicto.

Rogerius in Chriſto Deo Inclytus fortis Rex Chriſtianorum Auxiliator.

Ego Nicolaus q. Iudice Iudex Cotroni in præmiſſis, & perlectis authenticis me ſubſcripſi.

Ego Michael de S. Martio Judex Cotroni in præmiſſis, & perlectis authenticis me ſubſcripſi.

Ego Tomaſius de Cotroni viſis & perlectis authenticis me ſubſcripſi.

Ego Michael de Miſtizza viſis, & perlectis authenticis me ſubſcripſi.

Ego Georgius publicus Cotroni Notarius viſis & perlectis me ſubſcripſi.

Ego Notarius Plato de Cotroni ſubſcripſi viſis & perlectis authenticis.

Ego Petrus de Petra Paula publicus Notarius Co-

troni de mandato ſupradictorum Judicum acta prædicta ſcripſi & proprium ſignum impoſui.

Hocce Monaſterium Calabro Mariæ cui etiam de Altilia nomen fecerunt vivente Joachimo Abbate Florenſis, eidem Florenſi Abbatiæ unitum fuit, quo defuncto ſub Curiacenſi Cœnobio Ord. Ciſtercienſis tutelam evaſit, ſed orta inter Florenſes, ac Curiacenſes Monachos diſſenſio, ac lis apud Innocentium III. exagitata, ex ejuſdem Pontificis ſententia ad Florenſes devenit, ſed poſt aliquot ſæcula cum ipſa Florenſi Abbatia, iterum ad Ciſtercienſem matrem redit ſub quo hucuſque manet. Porro Innocentii ſententia per ſuum diploma conſcripta lubet hic ad verbum proferre ex tabulario Florenſi extracta, cum in ea alia etiam ad Sanctæ Severinæ ſedem ſpectantia legantur.

INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati & Conventui de Flore ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

B *Inter vos & Monachos Curacenſes ſuper Eccleſia Calabro Mariæ, quam ipſi cum ſuis pertinentiis ad ſuum Monaſterium de jure ſpectare dicebant, & à vobis minus licite detineri, diu eſt quæſtio agitata: ſed tandem Venerabilibus fratribus noſtris Squillacenſi & Martoranenſi Epiſcopis, & dilecto filio Abbati Sambucinæ de conſenſu partium à nobis ſub hac forma commiſſa, ut partibus convocatis audirent hinc inde propoſita, & uſque ad calculum diffinitivæ ſententiæ appellatione poſtpoſita procedentes, ſi de partium exiſteret voluntate, cauſam ipſam fine debito terminaret. Alioquin eandem ſufficienter inſtructam ſub ſigillis ſuis nobis tranſmittere procurarent, præfigentes partibus terminum competentem, quo ſe noſtro conſpectui præſentarent ſententiam recepturæ. Partibus igitur in ipſorum præſentia conſtitutis, propoſuerant Curacenſes Monachi coram ipſis, quod cum ipſi pro notitia mutua, & charitate fraterna, quam cum Abbate, & Monachis Calabro Mariæ habuerunt eiſdem Abbati, & Monachis pecunia laborantibus opportuna frequenter ſubſidia miniſtraſſent:* C *demum eodem Abbate deſuncto, Oeconomus ejuſdem, & Monachi tum quia eorum Monaſterium collapſum erat in rebus temporalibus, tum quia ob paupertatem eorum illud per illos regi non poterat opportune, dictum Monaſterium, quantum eiſdem licuit obtulerant Cellerario Curacenſi, recipientes ab ipſis poſtmodum per eorum Oeconomum tam indumenta, calciamenta, corrigias, quam etiam alia neceſſaria præter victum, qui ſuppetebat eiſdem Monachis competenter. Sed quia id ſibi abſque Regis conſenſu, quem aſſerebant patronum ipſius Eccleſiæ principalem, ad vindicandam prorſus ipſam Eccleſiam ſufficere non credebant, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Friderici Siciliæ Regis illuſtris privilegium per manus Venerabilis fratris noſtri G. de Palearia Regni Siciliæ Cancellarii ſuper eadem Eccleſia impetrarant, confirmatione Capituli Sanctæ Severinæ, in cujus Diœceſi dict. Monaſterium eſt conſtitutum ſuper eodem per literas poſt obtentas. Inſuper etiam adiecerunt ipſi* D *Monachi Curiacenſes, quod Metropolitanus eorum, videlicet Archiepiſcopus Sanctæ Severinæ ſecundo die poſt conſecrationem ſuam, & factum præfati Capituli, & dictam ejuſdem, Eccleſiam confirmavit, ipſis exinde privilegio aſſignato, & cum hæc omnia per teſtes ab eis ſint ſufficienter probata ſuper proprietate Eccleſiæ memoratæ, proponebant ſuam in plenius intentionem eſſe fundatam. Præter hæc autem Curacenſes ipſi adverſus vos etiam intentarunt, quod cum vobis in iis omnibus ſuum conſilium propalaverint, & vos ſuper narratis fraternis eiſdem auxilium, & conſilium promiſeritis impenſuros, veſtræ poſtmodum promiſſionis obliti, & ad nobilem virum Petrum Guiſcardi qui erat illius terræ Dominus, accedentes, monaſterium illud ab eo concedi vobis cum inſtantia poſtulatis. Sed cum idem id vobis primitus denegaſſet, interventu conjugis ſuæ tandem annuit benevole votis veſtris. Eo itaque ſic obtento, jam di-*

A *ctæ S. Severinæ Canonicis pro ipſa vobis Eccleſia concedenda precibus poſtulaſtis, ſuper quod licet emiſſæ preces, pro eo quod electus eorum erat apud ſedem Apoſtolicam conſtitutus a principio, fruſtrarentur, comminationibus tamen ejuſdem nobilis de propriis eis auferendis uxoribus, cum ſint Græci, ſibi acriter intentatæ, ipſam vobis Eccleſiam idem confirmaverunt inviti. Poſt hæc vero prænominato electo a ſede Apoſtolica redeunti extra ſedem propriam occurriſtis, ipſam vobis Eccleſiam petituri, ſed cum repulſam pateretur veſtra petitio in hac parte, pro eo quod idem electus nondum ſedem propriam viſitaverat, per impreſſionem tandem, & violentiam nobilis memorati prædictam vobis Eccleſiam compulſus eſt confirmare. Ad hæc autem vos in noſtra præſentia reſpondiſtis è contra. Quod licet Eccleſia ipſa per Oeconomum, & Monachos ſupradictos conceſſa fuiſſet Monaſterio Curacenſi, prout ipſius Monachi aſtruebant, conceſſionem talem his rationibus dicebatis penitus non tenere. Tum quia per illos eadem facta fuerat, qui perſonæ non extiterant principales, Eccleſia tunc vacante.* B *Tum etiam quoniam longe ante per Carolum quondam dicti loci Calabro Mariæ Abbatem de conſenſu & voluntate ſuorum Fratrum tempore bonæ memoriæ Joachimi primi Abbatis veſtri dicta Eccleſia vobis conceſſa fuerat, & poſt ipſius Caroli obitum per eoſdem Monachos ipſius conceſſio extiterat pluries innovata, proceſſu temporis non per impreſſionem, vel violentiam nobilis antedicti, ſed potius mera eorum, & libera voluntate: aſſignando nihilominus rationes, quod privilegium antedictum Curacenſium non ſuffragaretur in aliquo, quia prædicta conceſſio, quæ facta fuerat minus juſte, per illud non intelligitur rationabiliter confirmata, maximè cum notam expreſſam contineat falſitatis, cum legitur in ipſo, quod Panormi per manus jam dicti Cancellarii eo tempore datum fuerit, quod idem utique non Panormi, ſed alibi longe à Panormo manebat, & Rex cujus auctoritate fieri videbatur, tunc temporis non cuſtodiretur ab ipſo. ſed à Guillelmo Capparone temere teneretur, qui etiam verum ſigillum detinebat ipſius.* C *Ad excuſandum nempe privilegium ſupradictum præmiſſis pars Monachorum Curacenſium replicando reſpondit; quod cum dictus Cancellarius à claræ memoriæ Conſtantia Imperatrice ordinarius totius Regni, & Regis adminiſtrator extiterit conſtitutus, id potuit facere ipſius Regis auctoritate licenter, utpote, qui vices gerebat Regis in hac parte. Inſuper Curacenſes etiam Monachi addiderunt, quod etſi dictum privilegium per manus Cancellarii ob præmiſſa obtinere non poſſet robur debitæ firmitatis, cenſeri debet validum, pro eo quod dictus Rex illud ex certa ſcientia poſtmodum confirmavit, cum ratihabitio retro trahatur, & mandato comparetur juxta legitimas ſanctiones, nihilominus proponentes quod etſi neutrum privilegium deberet legitimum judicari, ultimum ei debebat ſufficere, quod idem Rex, poſtquam uxorem traduxit ſuper eadem Eccleſia conceſſit Monaſterio Curacenſi. Cæterum pars veſtra e adverſo reſpondit, quod ſi confirmationem aliquam obtinuerunt de privilegio ſupradicto Curiacenſes,* D *ipſa nullius erat roboris, vel vigoris, quia cum ipſum privilegium à principio irritum extitiſſe, rata eſſe non poterat obtenta taliter confirmatio ſuper eo, aſſignantes talem de privilegio ultimo rationem, quod de ipſo non emolumentum, ſed pœnam deberent ipſi Monachi potius reportare; quia cum jam quæſtio ipſius Eccleſiæ ad noſtrum fuerit examen deducta, petierunt ſibi rem litigioſam per poteſtatem ſæcularem concedi, ſeu etiam confirmari. Contra confirmationem autem ſeu conceſſionem Archiepiſcopi allegaſtis, quod rem à vobis poſſeſſam, maxime poſtquam in litem deducta extitit, & ad cenſuram examinis noſtri perlata; unde conceſſio, vel confirmatio hujuſcemodi nullius debeat cenſeri valoris, propter quæ ſuper Eccleſia ſupradicta ſilentium imponi Curacenſibus Monachis, & ab ipſorum impetitione abſolvi penitus petebatis. Cum vero dicti Iudices ſuper cauſæ meritis ad invicem diſcordarent, & partes cau-*

ſam

Digitized by Google

ſam ipſam noſtro potius, quàm eorum optarent judicio terminari, tam ipſam cauſam, quam partes cum rationibus, quæ pertinebant ad eam juxta mandati noſtri tenorem ad noſtram præſentiam remiſerunt. Demum itaque dilectis filiis Nicolao Curacenſi, & Hugone Priore ſancti Georgii, & Joſeph, veſtris Monachis noſtro conſpectui præſentatis, & quæ acta fuerant coram Judicibus ſupradictis, & alias rationes nobis exponere procurantibus; Nos illis diligenter auditis, & perſpicaciter intellectis, vos ab impetitione Curacenſium ſuper eadem Eccleſia per diffinitivam ſententiam prorſus abſolvimus, eiſdem ſuper ipſa perpetuum ſilentium imponentes, præſertim cum illis Regulam, & inſtitutionem Ciſtercienſis Ordinis ab ipſa Monaſterii fundatione profeſſis abſque ſuperioris diſpenſatione licitum non extitit ad obtinendum ſic Eccleſiam laborare. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ definitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum apud Cryptam ferratam 2. Kal. Septemb. pontificatus noſtri anno 14.

Hujus autem ſententiæ idem Innocentius Pontifex Archiepiſcopo, Decano, & Cantori Cuſentinis ſuis literis tali ſub forma verborum commiſit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri . . . Archiepiſcopo . . . Decano & . . . Cantori Cuſentiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inter dilectos filios Abbatem & Conventum de Flore, & Monachos Curiacenſes ſuper Eccleſia Calabro Mariæ, quam ipſi Curacenſes cum ſuis pertinentiis ad ſuum Monaſterium de jure ſpectare dicebant, &c. ut ſupra mutatis mutandis. *Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quod à nobis eſt ſententialiter definitum, vos per cenſuras Eccleſiaſticas ſublato cujuslibet contradictionis, & appellationis obſtaculo, faciatis inviolabiliter obſervari. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, tu ea, frater Archiepiſcope, cum eorum altero nihilominus exequaris.*

Datum apud Cryptam Ferratam 2. Kalen. Septem. Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

Cæterum ex ſupra relatis Rogerii Comitis privilegiis Conſtantinus Archiepiſcopus S. Severinæ, cujus auctoritate Polychronius Geruntinus Epiſcopus Cœnobium Calabro Mariæ ex ædifi caveeat, in vivis erat anno ſalutis 1115. quo vero deinde anno obierit, & quæ in ea Eccleſia adminiſtranda geſſerit prorſus ignoramus.

IV. 4 SEVERUS Archiepiſcopus S Severinæ, ſucceſſor Conſtantini interfuit conſecrationi Gelaſii Papæ II. anno 1119. apud Pandulphum Piſanum, qui Acta Gelaſii ſcripſit.

V. 5 GREGORIUS interfuit conſecrationi Eccleſiæ Cathacenſis ann. 1122.

VI. 6 JOANNES intereſt coronationi Rogerii Regis Siciliæ apud Panormum celebratæ ann. 1119. ut Rocchus Pyrrhus refert in notitia prima Sicilienſium Eccleſiarum, ex quadam Moraldi Chronica, quæ ſuſpectæ fidei aliquibus videtur.

VII. 7 ROMANUS hanc Eccleſiam adminiſtrabat ann. 1132. ut in charta Mabiliæ Normandæ, filiæ Roberti Ducis, qua illa concedit, & confirmat donationes factas Monaſterio Patiri à Genitore ſuo, & Joanne tunc Epiſcopo Inſulenſi de Eccleſia S. Conſtantii cum ſuis juribus, & pertinentiis, anno Mundi 6636. qui erat Chriſti 1132. ſed in membranis Patiri tabularii talis recenſetur è Græco in Latinum converſa eodem fere anno anno, cum tamen illam transferri feciſſet Tericius Epiſcopus Caſſanenſis, anno 1221. ut ipſemet ſubſcripſit, & ſigillum ſuum in membrana appoſuiſſet.

† *Privilegium factum à me Mabilia filia beatiſſimi Roberti Guiſcardi magni Ducis Calabriæ ſanctiſſimo & Venerabili Abbati magni Monaſterii de Patiro Domino Lucæ menſe Febr. Ind. 10.*

A *Quoniam ego Mabilia de providentia, & ſuſceptione magna feliciſſimi, & potentis ſancti noſtri Catholici Regis Rogerii poteſtatem Cotroni, & donationem ab eo accipiens & obtinens ſecundum pertinentiam juſſionis ejus, & magni intellectus ad hoc acceſſit ad nos, & Dei conſervationem, ac Archiepiſcopatus S. Severinæ Dom. Romanus cum Venerabili & ſanctiſſimo Abbate Domino Luca magni, & excellentiſſimi Monaſterii de Patre videlicet, & matris, id eſt novæ Odigytrea ab omnibus nuncupati oſtendens mihi ſigillum a ſancto noſtro Domino, jubens, & præcipiens, ut ſint animalia ſancti Monaſterii ſupradicti apud Inſulam, & in omnem pertinentiam Cotronis vere, & æſtate, dico autem bubalos, boves, oves & porcos, & cætera animalia, ut fiat & paſcantur juxta præceptum ſancti noſtri Domini ſine impedimento & ſine offenſione abſque decima, reliqua omni moleſtia, & in pretium noſtrarum animarum, & remiſſionem peccatorum ſancti noſtri Domini, & Genitoris Roberti. Ego Mabilia in manibus hujuſmodi ſigil-*

B *lum accipiens reverenter conceſſi omnia & confirmavi, quæ in ſigillo ipſa continebantur, ut ſint ea ſine impedimento & moleſtatione in hujuſmodi paſcuis Inſularum, contrarietatem à nullo ſubſtinentibus ſervientium noſtrorum: Dico autem Cuſtodum Montaneæ & foraſteriorum dictorum, & ſervientium, & omnium reliquorum, qui in noſtro ſervitio, & bajulatione conſtituti ſunt, ut nullam vexationem, vel moleſtiam inducant eis in aliquo, ut pote hæc videntes omnia confirmata, quod nullus ex omnibus quolibet modo in quocunque tempore licentiam habeat, tranſmutare, aut removere aliquod horum, quæ hic ſcripta ſunt, & à Domino non parvam indignationem expectantes à nobis; Ad hæc videns, quod privilegium Dei amantiſſimi Epiſcopi Domini Johannis Inſularum, juxta quod & ipſe obtulit in ſancto magno Monaſterio Templum ſancti Conſtantini cum pertinentibus ad illud rationibus cum molendino exiſtente in riva Ceramide, quæ Monachus fecit. Conceſſi & ego pro ſalute animarum ſancti noſtri Domini, & Genitorum ejus,*

C *& mei, & offero in præfato ſancto magno Monaſterio terras quarum eſt diviſio talis; A fine montis de Brucomen ſicut deſcendit via uſque ad vadum Theodoſii pro peadentia & manco vadum à dextris, & deſcendit à ſiniſtris ad Olicbam magnam, quæ eſt juxta vallatum, & aſcendit Serra val. ati, & Olicba & ferit ad rivum, qui deſcendit de campo longo, & pertranſit eundem rivum uſque ad caput ejuſdem Campi longi, & inde deſcendit hujuſmodi Serra, & ferit ad lapides fiemos, in terminum terras Epiſcopi Inſularum, & fere recte inferius in montem, & reflectitur angulariter in ipſum & peetranſit ad extremitatem loci, & aſcendit Rachonus, & extremitas montis, & deſcendit ad rivum Ceramidim, & exinde aſcendit & vadit conſiais, & ferit unde incepit . . & ferit intea terminum ſancti Conſtantini. Offero quoque & dono piſcinam piſcatoriam in eodem Campo longo, eſt diviſio ejus à Cortolan. ſicut aſcendit à ſancto Nicolao à termino terrarum Epiſcopatus Inſularum, & ferit recte uſque ad terminum terræ Domini Rogerii filii*

D *beatiſſimi Domini Boni, & deſcendit extremitas montis Fella, & ferit ad Cacortalem, & concluditur. Has ergo dictas, & ſcriptas ſuperius terras omnes quæcunque ſunt cum reliquis præceptis privilegii ſancti noſtri Domini confirmavi, & corroboravi per præſens ſcriptum privilegium, quod ad abundantiorem cautelam, & certitudinem inſpicientium cerea bulla noſtra ſubſignavimus, & datum eſt ad te beatiſſimum Venerab. Dominum Lucam, & adfuturos Abbates in hoc ſancto, & magno Monaſterio de Patire novæ Odigytrea menſe, & Indictione præſcriptis, anno Mundi ſexto milleſimo ſexcenteſimo triceſimo ſexto.*

† *Ego Mabilia filia Roberti Ducis confirmo iſto ſigillo per crucem, quæ facta eſt manu mea.*

† *Ego Tericius Caſſanen. Epiſcopus authenticum vidi, & ac verbo ad verbum de Græco in Latinum transferri feci, & in hoc tranſcripto proprium ſigillum appoſui.*

† *Ego Robertus Caſſan. Decanus authenticum vi-*

di & præſens tranſcriptum manu propria ſubſignavi.

† *Ego Guillelmus Caſſan. Ecclef. Theſaur, authenticum vidi, & præſens ſcripſum ſubſignavi.*

† *Ego Johannes licet indignus Epiſcopus Crotonen. præſens ſcriptum cum anthentico conferens, videnſque tranſumptum fideliter ſubſcripſi, & ſigillum impreſſi proprium.*

Loco † ſigilli cerei.

VIII. (" *ANDREAS anteceſſor Mileti proxime ſequentis vixit temporibus Alexandri III. Multa bona emit pro ſua Eccleſia, in loco qui dicitur Comburno, cujus rei mentio habetur in Bulla Lucii III. ad Miletum ſucceſſorem data an. 1183.*

IX " *MILETUS poſt Andream hanc Eccleſiam cepit regendam circa an. Dom. 1183. quo à Lucio III. pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus diploma Apoſtolicæ protectionis accepit ſub dat. Anagniæ x. Kal. April. Pont. an. 3. Diplomati ſubſcripſit idem Lucius cum decem Cardinalibus, cujus rei exemplar apud Archiepiſcopum hujus S. Sedis Falabellum ſervabatur.*)

X. 8 **DIONYSIUS** S.Severinæ Archiepiſcopus ille fuit, qui ſub Innocentii III. circa annum Domini 1210 electus memoratur in diplomate ſupra relato Innocentii ad favorem Florenſis Monaſterii contra Curiacenſes Monachos de Cœnobio Calabro Mariæ. Hic anno 1220. de conſenſu ſui Capituli donavit territorium de Caſtellari Abbati & Monachis Florenſis Cœnobii ſub perpetuo cenſu librarum ſex ceræ quolibet anno Metropolitanæ Eccleſiæ ſanctæ Severinæ perſolvendarum; donationem confirmavit Gregorius IX. Dat. Laterani 3. Kal. Martii, pontiſ. ann. 7. autographum in taburio ejuſdem Abbatiæ ſervatur. Sedente Dionyſio in hac Diœceſi fundatum eſt Cœnobium ſancti Angeli de Frigillo Ord. Florenſis, nunc Ciſtercienſis 1221.

XI. 9 **BARTHOLOMÆUS** Archiepiſcopus S.Severinæ electus ſub Gregorii IX. pontificatu, pallium recepit ab eodem, & fidelitatis juramentum Romanæ Eccleſiæ præſtitit in manibus Obizonis Archiepiſcopi Cuſentini, uti in lib. Cenſii Camerarii de juribus Eccleſiæ legitur. Lib. M. S. extat in Bibliotheca Vallicellæ, ubi pag. 206. à tergo ſic memoratur. *Jura fidelitatis à Bartholomæo Archiepiſcopo S. Severinæ, Bartholomæus Archiepiſcopus Sanctæ Severinæ, recepto pallio ab Obizone Archiepiſcopo Cuſentino ſecundum mandatum Dom. Papæ, juravit fidelitatem Eccleſiæ Romanæ, ſicut continetur ſuperius annotatum, adiecto quod ubi dicitur ſingulis triennis viſitabit ſedem Apoſtolicam, ibi continetur de ſingulis annis. Et hæc conſtiterunt per litteras ipſias Archiepiſcopi Cuſentini, & ipſius Archiepiſcopi S. Severinæ, cujus patentes litteras de verba ad verbum expreſſerunt in eis.*

XII. 10 **M. NICOLAUS** de S.Germano ab Innocentio IV. præficitur in Archiepiſcopum anno 1254. ab eodem Capitulo Metropolitanæ Eccleſiæ commendatur, Datum Neapoli 5. idus Novemb. ann. pontiſ. 12. ex Reg. Vat epiſt 376. ful. 191. Idem bonus Antiſtes ann. 1258. dedit Monaſterio Florenſi facultatem ſumendi aquam ex flumine Nethi, & deducendi ad bona ejuſdem Monaſterii.

XIII. 11. **ANGELUS**, cujus memoria extat in Regeſt. Regio Neapol. ann. 1269. quo ex hac vita diſceſſit.

XIV. 12 **HUGO** ex Priore S Sepulchri Hieroſolymitani à Clemente IV. electus eſt ſanctæ Severinæ Archiepiſcopus. Succeſſit Angelo anno 1269. 12. Kal. Julii ab eodem Viterbii conſecratus; ita in Reg. Vatic. ep. 36. fol. 228. ann. 4. ejuſdem Pontificis. Defunctus eſt ſub Gregorio X.

XV. 13 **BERNARDUS** ex Canonico evaſit Archiepiſcopus die prima Junii 1273. ad hanc dignitatem vocatus à Gregor. X. Brevis Pontifex fuit, qui cum vix annum a ſua electione attigiſſet, mortalitem explevit.

XVI. 14 **ROGERIUS** de Stephanutia ſucceſſit Ber-

A nardo anno 1274. quo Monachos Florenſes favorabili ſententia proſequutus eſt; ad quem etiam literas direxit Gregorius X. Dat. Lugduni Id Martii ad favorem Monaſterii de Patirio contra detentores bonorum ejuſdem: extant literæ in Monitorio Rogerii, tanquam Apoſtolici Commiſſarii Dat. apud Sanctam Severinam anno 1275. die 5. menſ. Julii, Ind. 3. ſubſcripſit in fine in hæc verba. *Nos Rogerius Dei gratia Sanctæ Severinæ Archiepiſcopus.* Additis quibuſdam Græcis literis manus ejuſdem, quemadmodum & alii teſtes eodem modo ſe ſubſcripſerunt, ut in exemplari ejuſdem tabularii Patiri obſervavimus. Memoratur in Regio Reg. an 1278. & 1291. ubi Regius Conſiliarius, & Caroli I. familiaris legitur. Sedit laudabili fama plus minus ann. 20. & a Bonifacio VIII. translatus eſt ad Cuſentinam Eccleſiam anno 1295.

15 **LUCIFER** ab eodem Bonifacio evectus eſt ad hanc ſedem poſt Rogerium, ad quem idem ſcribit Kal. Martii anno pontiſ. 4. in Reg Vatic. epiſt. XVII.
B 23. fol. 6. Hic inter præcipuos Monaſterii Florenſis benefactores recenſetur, multa eidem bona conceſſit, & ea quæ olim ab anteceſſore ſuo Nicolao elargita fuerant, benigno diplomate confirmavit an. 1301. Conceſſio habetur in chartophylaciis ejuſdem Monaſterii.

16 **PAULUS**, cujus tantum nomen habemus in Regeſt. Regio Neapolitano anno 1309. XVIII

17 **JOANNES** electus promiſit ſacro Collegio ſolitum charitativum ſubſidium die 2. Julii anno 1320. cujus meminit & Reg. Vatic. Joanni XXII. epiſt. 927. anni 4. cætera ignorantur. XIX.

18 **PETRUS** electus anno 1340. in lib. Oblig. Prælatorum, de eo fit mentio die 19. Julii. Vale dixit momentaneæ iſti ac miſeræ vitæ, anno Chriſti 1349. XX

19 **GUILLELMUS** ex Decano infulam ſuſcepit anno 1349. 5. Non. Octobr. à Clemente VI. ex epiſt. ejuſdem in Regeſt. Vatic. exſcripta num. 147. fol 59. lib. 3. pontificatus 7. XXI.

C 20 **AMICUS** hanc regebat Eccleſiam anno 1386. quo teſtis fuit donationis Thomaſii Comitis Marſici pro Eccl. S. Thomæ Cantuarienſis Marſicenſis civitatis die 20. Julii. Ejus item meminit lib. Obligat. Prælatorum. XXII.

21 **GREGORIUS** ſucceſſit Amico, ex eodẽ lib. XXIII

22 **MATTHÆUS** immediate ſucceſſor Gregorii fuit. Ex eodem lib. Mortuus eſt anno 1399. XXIV

23 **GERARDUS** olim Archiepiſcopus Roſſanenſis, huc translatus per obitum Matthæi 5 Kal. Octob. 1399. brevis & ipſe Pontifex fuit, exceſſit enim anno ſubſequenti, ut in eodem lib. XXV.

24 **JACOBUS** olim Epiſcopus S. Leonis hanc cepit Eccleſiam regendam Non. Octob 1400. tredecim omnino annos laudabili fama virtutum in ea ſedit, ex lib. Proviſ. Prælat. XXVI

25 **ANGELUS** jam antea Archiepiſcopus Surrentinus transfertur ad hanc Eccleſiam à Joanne XXIII. die 8. Kalen. Januar. an. 1413. Obiit extremis diebus anni 1430. ex Actis Conſiſt. XXVII.

D 26 **ANTONIUS** Sanguagalus, alias de Molino Crotonenſis ex Strongulenſi Eccleſia ad hanc S. Severinæ tranſitum fecit 12. Kal. Junii 1430. Præfuit ann. 24 defunctus anno 1454. ex Actis Conſiſt. XXVIII. a

27 Fr. **SIMON** Blondus Ordinis Prædicatorum eligitur in locum Antonii die 15. Octob. 1454 præfuit concionando, ac docendo annis multis, vir ſumma vitæ innocentia, & doctrina præditus, cujus electio notatur in Actis Conſiſtor. Nicolai V. ann pontiſ. 7. XXIX

28 **PETRUS** naturæ debitum ſolvit Romæ anno 1483. XXX

29 **HENRICUS** de lo Moyo de Exopano a Calaber Monachus Monaſterii S. Joannis de Flore Ord. Ciſtercienſis, ex Abbate Calabro Mariæ, alias de Altilia ejuſdem Ord. hujus Diœceſis, favore Ferdinandi I. Regis, cui erat ob eximiam doctrinam, & religioſam pietatem cariſſimus, ab Innocentio VIII. electus eſt Archiepiſcopus die 6. Junii, XXXI

a De Cuprano ex Toppio in Bibl. Neapol. p. 77.

aon.



ann. 1483. præfuit omnibus charus plus minus annis quinque, emigravit ex hac mortali vita, an. ſalutiferi partus 1488. jacet in Cathedrali. Præter Acta Conſiſtorialia de ipſo mentionem facit Alphonſus I. Rex in ſuo Regeſt. apud me, dum ille ex Monacho, Abbas Altiliæ creatus eſt anno 1451. in literis ad Franciſcum Siſcaram militem, & Calabriæ Viceregem, & ad Archiepiſcopum Sanctæ Severinæ in quibus ſummopere commendatus. B



XXXII. 30 ALEXANDER della Marra Neapolitanus a Patritius, juris utriuſque eximius Doctor ſucceſſit Henrico 3. Kal. Iunii 1488. adfuit cum pluribus aliis Regni Præſulibus coronationi Alphonſi II. Regis 1494. Archiepiſcopale Palatium vetuſtate fatiſcens, ferè à fundamentis reſtituit, & Cathedralem exornavit. Præfuit piè & laudabiliter, annos 10. deceſſit anno 1498.

a Burlitanus ex Toppio in Bibl. Neapol. p. 7. Mendoſ.

XXXIII. 31 N. . . . Cantelmus Neapolitanus nobiliſſima gente natus, conſtituitur Archiepiſcopus poſt mortem Alexandri die 20. Iulii 1498. nomen proprium non exprimitur in Actis Conſiſt. è vivis eximitur 1508.

XXXIV. 32 JOANNES MATTHÆUS ex Comitibus Sertoriis Mutinenſis, Iulii II. Papæ à Cubiculo electus eſt Archiepiſcopus S Severinæ die 28. Maii 1508. Interfuit Lateranenſi Concilio ſub Leone X. Abſens ferè ſemper præfuit annos 23. translatuſque eſt ad Eccleſiam Volaterranam in Etruria anno 1531. de quo plura, ac præclara, quæ de ipſo enarravimus in Volaterranis Epiſcopis tom. 1. D

XXXV. 33 JOANNES Card Salviatus b Florentinus, relicta Volaterrana Eccleſia pro Sertorio, hanc Sanſeverinatem ſuſcepit regendam die 15. Novemb. 1531. quam poſt quatuor annos ad favorem ſequentis reſignavit.

b De quo Ciaconius Olduini tom. 3. col. 406.

XXXVI. 34 IULIUS Sertorius nepos Joannis Matthæi ſuperioris, Joannis Philippi Comitis Jordinariæ, & Antoniæ Pallavicinæ filius, Abbas ſanctæ Mariæ de Traſinate in Etruria, ſancti Vincentii de Vulturno, & Anguſtæ Abbatiæ Nonantulanæ Commendatarius, ex Protonotario Apoſtolico,

A Sanctæ Severinæ Archipræſul renunciatus eſt à Paulo III. die 14. Januarii 1535. Pro Duce Ferrariæ ad Carolum V. Imperatorem, ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem Orator, & inter Conſiliarios ejuſdem accitus. honoribus cumulatus innumeris. Obiit Compoſtellæ in Hiſpania ætatis ſuæ ann. 42. ſalutis 1562. ſepultus ibidem. Vir fuit acris ingenii, probitate tamen morum, & eruditione inſignis.

35 JO. BAPTISTA Urſinus Archiepiſcopus S. Severinæ Romæ obiit 1566. die 15. Februarii. XXXVII.



36 JULIUS ANTONIUS Sanctorius c Caſertæ in villa Herculis, ubi vetuſtum, & nobile quondam Herculis templum fuit, naſcitur nobilibus parentibus Leonardo Antonio I.C. & Carmoſina Baratuccia Theanenſi anno 1532. feria quarta, 8. Id. Junii. Pueritiam Theani apud Benedictum Baratuccium avunculum tranſegit. Adoleſcentulus Neapolim acceſſit, audivitque in Rectoricis Aloyſium Zampam cognomento Sidicianum, in Jure Caſerto, Bolognetti, & Marcelli Berlingutii, & M. Antonii Flocci Auditor fuit. Romam profectus tunc imberbis lauream deſumit, primum illi laborum, & ingenii experimentum adverſus C bacchantium hæreticorum furorem extitit, Julius III. virtute adoleſcentis. & flagrantiſſima charitate, & catbolicæ ſtudio fidei intellectis, divini pagina adverſus Hæreticos acrius armavit, impulitque, ab illis variis inſidiarum generibus appetitus divino favore nefarios illorum conatus perfregit. Neapolim ad reprimendam Hæreticorum audaciam, reformandoſque ſacratorum mores evocatur ab Alphonſo Carrafa Card. & Archiepiſcopo Neapolitano, armaturque Vicarii poteſtate. Nuſquam tranquillior res, & juriſdictio Eccleſiaſtica, aut paratior ſtatus inter duo Imperia, cum Paraphandius de Ribera Prorex Julio Antonio arcana conſcientiæ enudaſſet, crediditſſetque. ſpargitur interim per urbem rumor Aloyſii Campaniæ Roſſanenſis, Epiſcopi Montis Peloſii, & Julii Antonii conſiliis, atque auctoritate Hiſpanicæ Inquiſitionis munus in civitatis perniciem, Archiepiſcopo & Prorege in id præcipuè ac concorditer incumbentibus, brevi ſtatutum iri. Quamobrem conci-

XXXVIII.

c De eo idem Ciaconius t. 3. col. 1042.

D tata in arma civitate, Ducibus præcipuis Montebellio, & Vicario Marchionibus ad Cœnobium Olivetanum, Cardinalis, Campania, Sanctorius, & amici Proregis ultra noviſſimum diſcrimen ſtetere, vix evitato periculo, adventu & ſubſidio Regiarum cohortium, major irarum moles inſtare, Pio IV. in Carrafios furente, unus Sanctorius expoſci, eum confeciſſe venenum, aut procuraſſe in necem Principis facta Hæretici Pompejus Montius, Hortenſius Abbaticchius ex Coriliano, Joannes Antonius Verdonius, Julius de Terrocuſio, Blaſius Scampa, quidam Dionyſius Medicus, Paduanus Guglielmus, Marcus Antonius Barracchius Calaber, Joan. Niger Hieracenſis, Paſchalis Tuttus Nicodemus Senenſis, Cæſar Cucurullus, Bartholomæus Maranta Venuſinus, Joannes Angelus Cepullius, Joannes Dominicus de Ambroſio, & Vergilius Florillius conjuratione detuliſſent, Abbaticchio ſcelus perbelle concinnante, & auctore præ-

cipuo, conſcientiæ tranquillitate Sanctorius confiſus, cum à Cardinali & Prorege retineri non potuiſſet, venit ad Urbem, diſcuſſiſque criminibus innoxius repertus, cum paulò poſt inimici ſcelerum pœnas dediſſent, à Principe variis pollicitationibus oneratur, ut ab Carrafiorum amicitia diſcederet, adduci non potuit, cum Beneventana Præfectura, & Piceni, atq; Æmiliæ ſublegatio in præmium oſtentarentur, tamen cum Deſiderius Guidonius, & Campania, enudatis Carrafiorum conſiliis, defeciſſent, reverſus Neapolim, ſubſequuta paulo poſt morte Neapolit. Cardinalis, in patriam regreditur, contulitq; ſe ad ſtudia diſciplinarum, in quibus mori videbatur, niſi ad ſumendum cibum, captandamq; quietem maternis precibus abſtraheretur. Scripſit de moribus Hæreticorum, de calamitate ſuorum temporum, de poteſtate Romanor. Pontific. ſupra Franciæ Regnum, de Monarchia Siciliæ, item ad Neſtorianos, & Græcos de illorum erroribus, de uſuris Judæorum interdicendis. Edidit Rituale Romanum, ſcripſit duas pro ſe adverſus detractores apologias, & alteram ad Philippum II. Regem Catholicum pro Ordine S. Baſilii. Inchoarat hiſtoriam Regni Neapolitani, & vitas Sanctorum, ſed adnieſcens eas perficere nō potuit. Multa in librorum oris præſignavit præclari ingenii non contemnenda monumenta, cum in Eccleſiaſticis rebus præcipuè labores ejus, induſtria, atque doctrina elucerent. Memoria in homine fuit admirabilia, ac penè divina, cuncta quæ legerat, legit enim infinita propè volumina, memoria complectebatur, de otio haud quaquam rationem redditurus, cum nuſquam otioſus fuerit, breviſſimi ſomni, atque quietis, caſtitatem perpetuò coluit, ſolitus pruriente venere jejuniis, flagris, cilicio & volutatione corporis inter ſpinas & vepres retundere, ſacrum quotidie celebrabat, niſi acrioribus febribus, aut morbo vexatus. Poſt Miſſæ celebrationem, centum ferè precum formulas recitare ſolitus erat, in eleemoſynas adeo effuſus, ut, præter ornamenta, & ædificia Templorum, ſeptuaginta, & amplius millia aureorum purpuratus ſit elargitus, inde purpuratum villoſum pileum, chirothecas, & ſudariola, cum aliud ad manum non adeſſet, interdum petentibus dederit. Pio IV. mortuo, Pius V. eligitur, qui cum Julii diſcrimina, pugnas & labores pro Orthodoxa fide ſuſceptos religiosè integritatem, diſciplinas optimè intelligeret, dato ad illum divali ſcripto, ad Urbem accerſivit, illumq; à cubiculo, deinde Archiepiſcopum S. Severinę die 6. Martii 1566. mox Cardinalem, vel ſuis contradicentibus, creavit; in Cardinalatu, quæ egit, ſcripſit, & geſſit, ſatis Orbi terrarum patent. In cauſa Toletana, inter doctiſſimos, ac præſtantiſſimos collegas, effulſit; nec modo ſapiens, ſed quæ offerebantur, munerum etiam victor extitit, cum continentiam, & à muneribus abſtinentiam in Cardinale partem inſignem, & neceſſariam judicaret. Summa ſemper uſus libertate pro tuenda Eccleſiaſtica dignitate, & juribus, quorum acerrimus defenſor erat, inter ſancti Officii Inquiſitores adſcribitur, qui in magiſtratu idem ſemper fuit diligentiſſimus, & charitate effervens, indefeſſi laboris, datus Protector Ordinibus ſancti Magni Baſilii, Servitarum, Capuccinorum, Græciæ, Illyricis, totique Orienti. Domus ejus miſerorum refugium, & alienigenarum portus extitit, cum ſinus ejus, & liberalitas cunctis pateret. Fuit in Congregatione Epiſcoporum ſub Gregorio & Sixto, & Regularium, itemque Ruthenorum, anni Jubilæi, Indulgentiarum, charitatis in Urbe, atque Neophytorum, Cathecumenorum, & Convertitarum, major Pœnitentiarius. Franciæ congregationi præfuit cum ampliſſimis Collegis, tum etiam propagandæ fidei. In tot Conclavibus mira illius fuit patientia in perferendis inimicorum injuriis, cum à cunctis Europæ Principibus expeteretur, ſed in noviſſimo conſtantia hominis, atque animi magnitudo ultra humanum captum fuit, orbe mirante. Vixit in Cardinalatu annos

A triginta duos, obiit ſub Clemente VIII. ann. 1602. ſeptima Junii ad horam 23. apoplexia correptus, cum pridie Signaturam ſacræ Pœnitentiariæ, & eo ipſo die quondam natali, quo ægrotavit, Congregationem S. Officii domi habuiſſet, januis patentibus, & nemini aditu prohibito, adſtantibus diverſorum Ordinum Religioſis, Cappucini corpus lavere. Funus illi ampliſſimum eſt exhibitum in Laterano, cum multis in locis privatæ exequiæ factæ fuerint in Urbe ad ſanctam Mariam de Montibus, ad ſanctum Hieronymum de Charitate, & Illyricorum, in æde S. Athanaſii Collegii Græcorum, & in æde ſanctæ Mariæ Tranſtyberim, S. Marcelli, & S. Mariæ ſupra Minervam, & in Italia Florentiæ, Venetiis, Nideti, Aquini, Caſertæ, aliiſque plurimis in locis. Cum funebri oratione ſepultus eſt in Laterano ad Sacellum quod ipſe inchoarat, & Paulus Æmilius Sanctorius utriuſque Signaturæ Referendarius, & ſacræ Pœnitentiariæ Datarius, ex germano nepos perfecit. Hoc unum tanto viro

B defuit in maximo clariſſimarum virtutum concurſu, boni Aulici, quos, paucis exceptis, ſui diſſimiles natus eſt.



C

37 FRANCISCUS ANTONIUS Sanctorius, Caſertanus, Julii Antonii Card. ex fratre nepos, Archiepiſcopos Sanctæ Severinę renunciatus eſt ex ceſſione patrui die 30. Decembris 1572. Sedit omni cum fama virtutis ann. 14. & ad Acheruntinam, Materanenſemque Eccleſias translatus eſt die 28. Julii 1586. de quo vide tom. 7. in ſerie earum Eccleſiarum Archipræſulum. XXXIX.



D

38 ALPHONSUS familia Piſana nobile germen & virtute præclarus, Francisci Antonii ex ſorore nepos evaſit Archiepiſcopus Sanctæ Severinæ die 18. Julii 1587. Hic porro Alphonſus, ut Jacobus Græcus in vita Joachimi narrat, etſi virtutum cæterarum amabilem, & celeberrimum prædicari ſe facit locupletiſſimum, ea quæ in Chriſtianis viris excitat anteſignana pietas in Domini egenos non parum inſignem elucere effecit, nec in cæteris XL.

ab

ab avunculo ſe degenerem, circa Monaſterium Florenſe (Abbas enim fuit ejuſdem Cœnobii Commendatarius) & Religioſum ſemper exhibuit. Pręfuit pie omnibus charus ann. plus minus 27. Vita functus eſt ultimo die Octobris hora 13. die martis anno Domini 1623. in complexu ſuæ Sanctæ Severinæ Eccleſiæ, cujus oves graviſſimis diſtrahentibus cauſis, nunquam vel tantiſper deſeruit; ratus nulla re magis, quam Paſtorum præſentia ſubditorum urgeri ſalutem. Tumulatus jacet in mutila ſepultura ad dexteram celeberrimi ſacelli Deiparæ Virginis, (cujus erat devotiſſimus) ſub titulo Reginæ Angelorum à ſe jam dicati anno 1611. ut ex epigraphe in ejuſdem ſacelli arcu exiſtenti legitur.

Sacellum hoc Deiparæ Virgini dicatum Alphonſus Piſanus Archiepiſcopus S. Severinæ, & Iulius Cæſar fratres pro ſe, ſuiſque hæredibus conſtructione, & dotatione in jus patronatus erexerunt anno Domini MDCXI.



XLI 39 FAUSTUS Caffarellus [a] Romanus Alexandri, & Pantæ Aſtaliæ nobilibus parentibus natus majorum ſuorum laudem generoſa æmulatione cumulatiſſime conſequutus eſt; ſiquidem juris ſcientia clarus, in Advocatorum Conſiſtorialium numerum adlectus à Paulo V. apud ipſum, Urbanumque VIII. Pontiff. Maxx. gratia valuit, è quo ex utriuſque Signaturæ Referendario, & Vaticanæ Baſilicæ Vicario, Archiepiſcopatu Sanctæ Severinæ condecoratus eſt die 19. Januarii 1624. Taurini pro ſancta Sede functus legatione aliquando abfuit à grege. Inde reverſus ad Eccleſiam ſuam, magna cum prudentiæ laude adminiſtravit ad annum uſque 1651. quo cunctis charus humaniſſimus Præſul è vivis ſublatus eſt menſis Novembris 17. in Cathedrali humatur. De hoc laudatiſſimo viro elogium ſcripſit more ſuo eruditiſſime Carolus Cartharius in Advocatorum Conſiſtorialium Syllabo.

[a] De quo Mandoſius in Bibl. Romana Cent. 2. & marg. 69.



XLII. 40 JOANNES ANTONIUS Paravicinus nobilibus parentibus natus die 17. Januarii 1588. in terra Sandrii Valliſtellinæ, patrem habuit Horatium, matrem Catharinam Puſtrellam, fratrem vero Nicolaum, Magnum ejuſdem Provinciæ Cancellarium; Mediolani in Helvetiorum ſancti Caroli Collegio Philoſophiæ, ac Theologiæ operam dedit, laureamq; earumdem facultatum tulit in Ticini Academia an. 1611. Statim Parochus conſtitutus eſt in Puſabino in patria ab Philippo Archenio Comenſi Epiſcopo, pauloq; poſt Sandrii evaſit Archipresbyter in locum Nicolai Ruſchæ ab Hæreticis pro Catholica fide trucidati. Plures exanthlavit labores, ſudavit & alſit pro eadem Orthodoxa fide, pro qua vitam non ſemel obtulit, ac miraculoſè ab hæreticis inſidiis alioquin periturus evaſit. Ad Gregorium XV. Pont. à Catholicis Orator miſſus, poſt bene obitam legationem, ab eodem deſtinatus Epiſcopus, conſtanter dignitatem ſubire renuit, qui etiam anno 1625. ab Urbano VIII. poſtulantib. populis cum Coriæ Epiſcopo ætatis ſatiſcente, coadjutor cum ſpe futuræ ſucceſſionis deſignatus, nullis precibus, ut oblatum munus acciperet adduci potuit. In patriam iterum ſe contulit, multiſque annis eadem vita populos ſibi commiſſos eximiè verbo, & exemplo ad paſcua ſalutis adduxit, iterumq; ab Catholicæ fidei oſoribus maximo odio exagitatus, Romam petiit ſub Innocentio X. à quo die 16 [b]. Nov. 1653. renunciatus eſt S. Severinæ Archiepiſcopus. Invitus tamen dignitatem ſuſcepit, & inauguratus ad ſedem ſibi traditam Junio menſe pervenit. Sex omnino annos, tametſi ſenex & valetudinarius eam Eccleſiam bene adminiſtravit, non tamen ſine animi ſui inquietudine, dum pro Eccleſiæ ſuæ libertate, & Eccleſiaſtica immunitate, propemodum contra perturbatores ejuſdem varios labores, & incommoda pertulit, quibus ſatigatus, dum Romanam Curiam peteret in Catacenſi civitate morbo gravatus finem vitæ fecit die 17 Novembris 1659. in Eccleſia ſancti Dominici ſolemni ſuffraganeorum ſuorum Cariatenſis ac Inſulani, cum Catacenſi Epiſcopo collecta funebri pompa tumulatus fuit. Ad tumulum hæc ſcripta leguntur in marmore verba:

[b] Die 23. Martii 1654. ex Actis.

Joan. Antonius Paravicinus quondam Horatii de Sandrio ex Valle-Tellina Sanctæ Severinæ Archiepiſcopus.

41 FRANCISCUS Falabellus ex oppido Lacus nigri Policaſtrenſis Diœceſis I. U. inſignis Doctor ob eximiam variis in Italiæ urbibus Proepiſcopi navatam operam Archiepiſcopus Sanctæ Severinæ renunciatus eſt ab Alexandro VII. Pont. Max. die 2 [c]. Martii 1660 Romæ conſecratur, & ad ſibi concreditam Eccleſiam bene regendam profectus, pergit perbelle adminiſtrare. XLIII

[c] Die 9. Aprilis ex Actis.

A D D I T I O.

„ *Cleri diſciplinam reſtituit, Populi mores reformavit, immunitatem Eccleſiaſticam eo, quo debebat zelo ſemper fovit, in quibus vere Præſule dignis operibus, dira adeo perpeſſus fuit, ut eum manſuetudine, ac lenitate nihil amplius proficeret, civitatem anathemate ferierit, ex eaque D. noſtri Jeſu Chriſti cruci affixi ſignum ante ſe erectum geſtans diſceſſerit. In civitate Catacii corpore infirmus animo alacer è mortalium cętu pie demigravit anno 1670.*

„ *JOSEPH Palermus, Calaber, Philoſophus, Juriſconſultus, inſignis Theologus, ſuaviſſimis inſuper ornatus moribus, Converſanus Epiſcopus, Falabello ſucceſſit anno 1670. die 5. Octobris. Diœceſim, qua par erat, charitate rexit annos circiter duos, ex humanis enim migravit anno ſal. 1673.* XLIV

„ *MUTIUS Sorianus, Patrius Cotroniata, in utroque jure in Romano Sapientiæ archigymnaſio Doctor, cum eſſet inſuper etiam in Divinitate magiſter, & in ſua patria Archidiaconus, quæ ibi prima poſt Epiſcopam dignitas eſt, meruit tandem hoc throno decorari Anno 1674. 19. Februarii. Suo gregi laudatiſſime præfuit, donec mortalitatis ſarcinam depoſuit anno 1679.* XLV.

„ *CAROLUS, qui Soriano ſuffectus fuit, patrem ha-* XLVI

buis Octavianum Cęſarem Berlingerium, matrem Fauſtinam de Modio, ambos eprimaria nobilitate in eadem urbe Cotronis; parem indoli, & ingenio educationem ſortitus humanioribus litteris in patria, gravioribus diſciplinis Neapoli imbutus fuit, ubi in utroque jure lauream meruit. Forenſi pulvere ibidem deſudare cępit magna cunctorum Ordinum tunc lætitia, & in futurum ſpe, ut quamplures ſupplices libelli ab ipſo adhuc juvene ſubſcripti moneant: quæ laus perpaucis ſuis coęvis contigit. Fori tamen ſæcularis pertęſus Clericum induit, Romam petiit, ac Joannis Baptiſtæ, poſtea Cardinalis de Luca ſe devinxit obſequiis, cujus ob ſuam in legali philoſophia profunditatem evaſit illicò ex intimis, eique in tot publica luce donandis operibus non parum attulit adjumenti. Ipſe de Luca præſigni illi Carolo Cardinali Carraſæ virum requirenti, qui ſibi Auditoris munere adhæreret, neminem Berlingerium dedit, licet ſummopere pro ſuis ſtudiis tunc ſibimet neceſſarium, quo ſe ideo privare voluit, cum in paucis diligeret, ut ejus virtus ſub tanti nominis Purpurato, vividiori ſtatim lumine eluceſceret. Nec Joannem Baptiſtam de Luca ſua fefellit opinio, nam Berlingerius, non minus doctrina, quàm prudentia, pietate, morumque integritate, omnem ſibi Cardinalis Carrafæ gratiam conciliavit, ut non modo ſua omnia negocia, ſed & illa etiam ſuę præpotentis domus, & ſacræ militaris religionis Melitenſis, cujus ſupremus magiſter ſuus germanus frater Gregorius fuerat renunciatus, patrocinantem in alma urbe cum voluerit. Quo in munere communi plauſu plures annos perſeveravit, donec oblatus fuit ab iiſdem Cardinalibus de Luca, & Carrafa Innocentio XI. à quibus ipſemet requiſierat Epiſcopum huic Eccleſiæ difficillimo tempore ſatque, ſuperque idoneum. Sed cum SS. Pontifex eum vidiſſet triginta quinque non amplius annos natum, tanto imparem oneri jam cenſebat, niſi ipſimet Purpurati pro hac mitra maice factum teſtati fuiſſent. Sacratus itaque fuit die 30. Novembris 1678. & ad ſuæ Sponſę cucurrit amplexus anno 1679. primis quadrageſimæ diebus. Quod de ſua Eccleſia ab ore Innocentii XI. acceperat, leve prorſus, ac nullius momenti fuit reſpectu illius, quod propriis oculis uſurpavit; diris quippe procellis, magniſque fluctibus, ſupra quam credi poteſt, undequaque agitatam invenit excitatis non modo ab ipſius civitatis Dynaſta, & fere omnibus diœceſanis Baronibus, ipſiſque privatæ conditionis hominibus, ſed ab ipſiſmet Epiſcopis ſuffraganeis, qui eam non amplius ut metropolitam venerari inprimis nitebantur. Inter tot publica, & privata diſſidia Stygiis follibus ſemper animata, pietas, religio, reliquæque Chriſtianæ virtutes omnes exulabant, ſolùm, ut omnia uno ſcelera plectar verbo, graſſabatur libertas, adeo ut penè diœceſis omnis evaderet Sylva frementium beſtiarum, & turbulentiſſimæ profunditatis oceanus, ut de Roma ſuis diebus S. Leo ploraret. Novus autem Archiepiſcopus ope tamen Divina continuis precibus, jejuniis, lachrymis, carniſque afflictationibus implorata, ea prudentia, ac lenitate ſe geſſit, ut turbines in ſuæ ſponſæ ultimam ruinam concitos, ad majorem omnipotentis gloriam pacatos viderit. Ipſum inſuper civitatis Ducem, quem ſibi nullatenus manſuetudine aſſerere potuerat, ſemperque ferociorem repertum in menſæ redditibus peſſumdandis, Eccleſiaſtica juriſdictione interturbanda, poſt multos canonicos monitus, anathemate ferire tandem coactus fuerat, ultimo morbo implicitum, ſua ingenita pietate, ac paterna charitate Eccleſiæ gremio ſociavit, ad chriſtiane obeundam mortem diſpoſuit, pontificia benedictione juvit, ſemper ei denique adſtitit, donec inter veræ, ut ſperari potuit, contritionis lachrymas pœnitentem Spiritum Deo redderet. Quo facto non diœceſeos modo, & provinciæ, ſed & Regni, ſed & omnium, ad quorum aures pervenit, amorem æquè, ac venerationem ſibi conciliavit. Tot itaque diſtractus curis, ac litigiis, quæ æreum quodcumque pectus ceram prorſus reddidiſſent, ſed non ſuum, ſuarum ovium bono principe ſtudio, ſemper invigilavit. Quolibet die feſto inter miſſarum ſolemnia ad populum concionari, poſt veſperas divinam ſcripturam enucleare, cum pauperibus ſuum ſemper cenſum communem habere, & præcipue cum verecundis, & hos per proprios parochos ad cujuſque indigentiam clam ſemper, ſed generosè juvare, ædem principem à fundamentis magnificentius excitare, marmore, auro, picturis prænobilem reddere, ſacrarium vaſis aureis, argenteis, omnique ſupellectili etiam pretioſa ditare, depicta ſtemmata ſuorum Anteceſſorum in ſacris veſtibus, ſi integra, intacta relinquere, ſi penè conſumpta reſtituere, ut ipſorum erga Eccleſiam pietas ſemper eluceret, id etiam moris in ædibus a ſe reparatis retinere; pro Seminario à fundamentis domum excitare ea laxitate, ut alumnos, & convictores nedum diœceſis, ſed & provinciæ excipiat, cum in eo juvenes, & pietate, & omnibus imbuantur diſciplinis ſub optimis præceptoribus etiam ab remotis regionibus conquiſitis, ſaltem bis per hebdomadam ſe ad illud conferre, ſegnes dulciter increpare, & propoſitis præmiis allicere, proficientes largis donariis in virtutis ſtadio percurrendo confirmare. Talem etiam, tantamque ſacram gazam in loco ſuæ ædis, qui jure merito audit Theſaurus, cumulavit, ut eam fures nocte Epiphaniæ expilarint omnem, ſed iterum duplo majorem comparavit generoſiſſimus Præſul. Suis Canonicis decemmille aureos dono dedit, ut divino ſervitio, eo, quo debetur, principe ſtudio, facerent ſatis, & quinque inſuper mille pro augmento diſtributionum, ut vocant, quotidianarum moriens legavit. Multas ædes etiam parœciales per omnem ferè diœceſim proprio impendio vel refecit jam dirutas, vel cadentes reparavit, & exornavit. Vitam ſemper vixit inculpabilem. Nil mirum, otioſum numquam eum Dæmon reperire potuit. Sacris meditationibus animum ſuum quotidie inſtruebat, multas horas pro ſacra ſcriptura, nonnullas pro lectione librorum ſpiritualium, & Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, non paucas pro ſacris canonibus, aliquot etiam pro facultate legali, quia eum tamquam oraculum, non diœceſis modo, & provincia, ſed Neapolis, ſed ipſa Roma per Epiſtolas conſulebant; imo ſua diœceſis ante refractaria, ſuæ pervicaciæ tandem pertæſa, nedum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus ab ſuo ſanctiſſ. Præſule dirigi poſteà voluit, quia ipſum, non quæ ſua erant, ſed quæ Jeſu Chriſti quærentem continuato periculo dignoverat. Non ſolum magni, ſed etiam levis momenti negocium vel incœpit, vel perfecit ullum ipſius inexplorata ſententia, & ipſe interea omnibus ſui copiam facere, omnibus benignas aures præbere, immortales ſimultates expungere, jurgia, diuturna, licet reſecare, difficillimas lites componere, pacem ſemper inſperatam ſancire, & pacis omnia bona ſeminare: quare apud ſe Vicarium habere ſemper voluit, nedum optimum Jureconſultum, ſed prudentia ſat, ſuperque refertum, cui, ut Cancellario, & ſcribis non modicam pendebat ſtipem, ne curiæ colore quidquam à partibus exigerent, nullas umquam permiſit pecuniarias compoſitiones, ſed charitate paterna hortabatur, plectebat. In ſancta viſitatione, qua diœceſim quotannis perluſtrabat, quod ſibi jura tribuunt, pendi minime voluit. Munera ſponte licet oblata etiam rerum tenuis momenti nunquam accepit. Cibo ſemper tenui, ac vili uſus fuit, ut & etiam veſtibus. Juſtitiam enim non modo ſemper coluit, ſed & eam vere colere omnibus ſemper patuit, adeo ut tot criminum, quæ numquam perpetrarat, à ſuis malevolis inſimulatus, nec Neapolim umquam ad ea purganda à laica poteſtate acceerſitus fuerit, nec aliquam ab Sancta Sede monitionem umquam retulerit, imo ab utraque ſemper magni habitus fuerit. Nullum ſuæ Metropolitanæ curiæ decretum umquam fuit revocatum, quia

ante-

A antequam illud Vicarius promulgaret, ipſe acta expendebat. Pro Dei honore carni, & ſanguini renunciarat. Cum conjectus fuiſſet in carcerem ipſius intuitu proprius genitor licet ſenex, non idcirco à ſuſcepto ſemel propoſito hilum receſſit, non frontem criſpavit, quia nihil umquam pertentavit divini, humanique juris non ſultam momentis. Multos annos carceris incommoda perpeti coactus fuit genitor, filius intereà intrepido pectore cauſam Chriſti propagabat, donec ob longam cuſtodiam morbo implicitus è mortalium cœtu pie, ut vixerat, demigravit, quem ipſe non lachrymis, ſed orationibus, ac piacularibus ſacris fuit proſecutus. Tanti Præſulis omnigenæ ſcientiæ, ac probitatis fama non omnem modo Italiam complevit, ſed etiam extra pervaſit, adeo ut complures Galliarum Epiſcopi, qui Conſtitutionem acceptarant, quæ incipit Unigenitus, obortis poſtea magni momenti Controverſiis, ipſum pro conſilia per Epiſtolas adierant, quarum Exemplaria reſponſa Crotonis in celebri ſuæ nobiliſſimæ gen- B tis bibliotheca nunc Cæſaris Berlingerii ejus nepotis, & hæredis viri heroicis virtutibus, excelſiſque animi dotibus mire admodum inſtructi ſervantur. Annum ſuæ ætatis agens LXXV. Nephritide, qua diu vexatus fuerat, peracerbiſſime, ut numquam alias, cruciatur. Omnibus illico Eccleſiaſticis Sacramentis ſumma veneratione ſuſceptis, quamquam doloris ferociſſimo torqueretur impetu, ſalutares monitus adſtantibus mente ſemper vegetus dabat. In ſuo cubiculo in ultimis ſuæ vitæ periodis librum Jacob legi voluit, eaſdem S. Patriarchæ benedictiones pro ſua replicans Eccleſia, & ſubditis, coram quibus pſalmos regii Prophetæ recitans, quibus divinam implorabat miſericordiam, religioſè animam exhalavit, die 5. Janu. 1719. incredibili ſui apud omnes deſiderio relicto. Parentatum ſolemniter ei fuit, ut numquam alias, quia nullus Archiepiſcopus amorem diœceſanorum, imo totius provinciæ adeo ſibi aſſeruerat, ut Præſul Berlingerius, qui hanc Ec- C cleſiam ſingulari quidem ſapientia, præſigni vitæ integritate, ſanctioris zeli fama, admirabili tum religione, tum amplitudine, præclara item clementiæ, ac juſtitiæ laude annos XL. adminiſtraverat. Nullus extitit ex Ordine, ac populo, qui ad pedum oſculum non acceſſerit. Sepultus fuit in ſua æde Metropolitana in Sacello S. Leonis in diſtincto ſepulchro, cujus lapidi ſuus hæres, cui, quod ſibi patrimonii ergo pendebatur, ſolummodo reliquit, hanc ſub ejus gentilitio ſtemmate humilem ab ipſomet vivente dictatam epigraphen incidendam curavit.

D. O. M.
Carolus Berlingerius
Archiepiſcopus hujus Metropolitanæ Eccleſiæ
Sanctæ Severinæ
Hic jacet in ſinu ſuæ dilectæ Sponſæ.

Fratrem germanum habuit, ſed conſanguineum, nomine Pompilium filium ſuę Novercę Livię Sorianę ſororis Matii, ſuit a hac mitra Anteceſſoris, D qui Pompilius ab ipſo Carolo utpote majori natu educatus ei compar omnino evaſit pietate, moribus, ac doctrina, ipſa etiam infula, ſed Biſinianl, de quo omnino jejune in Tom. 1. in illius Eccleſiæ Pręſulum ſerie fol. 525. quia pro eo opportuna documenta ad nos tunc minime tranſmiſſa fuerunt.

XL VII. NICOLAUS Piſanelli, Neapolitanus Patritius è marchionibus Boniti, Clericus Regularis Theatinus, huic Eccleſię nunc laudatiſſime preeſt electus 29. Martii 1719. qui ſui digniſſimi prędeceſſoris veſtigiis pro virili ſemper inhæret.)

BELLICASTRENSES,

SEU

GENEOCASTRENSES

EPISCOPI.

BELCASTRUM, ſive Geneocaſtrum (vulgo *Belcaſtro*) mediterranea eſt ulterioris Calabriæ civitas à templo Caſtoris & Pollucis nuncupata, Illuſtriſſimæ familiæ Aquinatum, nunc Aragonum, Comitatus titulo ſubjecta. Hanc eruditi antiquam eſſe Conam opinantur: alii Cremiſſam à Philoctete conditam, ut Strabo, & Apollodorus narrant, quam Lycophron Poeta opulentam vocat. Sita au- B tem eſt octavo à mari milliario, loco edito, eamque Naſcarus fluvius, Syrus olim dictus, adlabitur, de quo Lycophron in Alexandria. Et Syrus celer fluvius fluit irrigans fœcundam Coniæ fertilitatem, id quod urbi huic convenit; ager enim frumenti hic, & aliarum frugum ferax eſt. Fit in eo vinum, oleum, mel optimum. Non caret urbs aquarum ſcaturiginibus, extat & fons nobilis Charia dictus, quod gratioſum ſignificat. Extat & fons ſalſam aquam manans, qua fit muria, ut non immeritò Bellum Caſtrum ſit appellatum. Epiſcopus Bellicaſtren. antiquus inter recentiores à Grecis conſtitutus, tempus autem non conſtat. Cathedralis Baſilica titulo ſancti Michaelis Archangeli, amplæ ſtructuræ antiquæ, & aliquot Sanctorum reliquiis ornata. Collegium Canonicorum, numerum duodecimum explet, è quibus ſex dignitate eminent. Decanus, ſecundus ab Antiſtite, Archidiaconus, Cantor, Theſaurarius, magnus Pœnitentiarius, C & Archipresbyter, necnon alii tres Presbyteri omnes Sacerdotes; quia penes omnes eſt cura animarum. In civitate Bellicaſtren. præter Cathedralem, Parochialis Eccleſia nulla, Capitulum namque totius civitatis curam animarum gerit. Conventus Mendicantium tres, Virginum nullus, Beneficia ſimplicia quatuor. Ex hac urbe Calabri ſcriptores natum volunt D. Thomam Aquinatem Eccleſiæ Doctorem. Aquinas enim dictus eſt, quòd Comitis Aquinatis filius eſſet. Cæterum & Belcaſtri dominus idem erat, atque adhuc Aquina familia Belcaſtrum obtinet, & monumenta quędam natalium & miraculorum ipſius Belcaſtrenſium civium traditio habet, præterquam quod Pythagoram Calabrum compatriotam alicubi appellant. Diœceſis Belcaſtren. perexigua, duobus tantum pagis conſtat, unum Albanenſium, quod Caſtrum Aragoniæ appellant, habitatum incolis ferè 600. ubi Parochialis una, Beneficia ſimplicia quatuor. Civitatis antem & Diœceſis animæ fidelium ad 1200. Menſæ D Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni mille; taxatur verò in lib. Cameræ ad florenos 50 Epiſcopi autem qui in ea floruerunt hi tantum à nobis ex variis monumentis ſunt obſervati.

1 N. . . nomen non habemus, & primus eſt Bellicaſtrenſis, ſeu Geneocaſtrenſis Epiſcopus, cujus memoriam ad poſteros perennavit Callixtus II. ſuſpecta bulla conſecrationis Cathacenſis Eccleſiæ, ubi ſubſcripſit anno ſalutis 1122. Cætera ignorantur; quemadmodum qui ei ſucceſſerunt longo annorum ſpatio nobis obſcuri ſunt, cum nulla memoria, nullumque monumentum, nec verbum quidem accepiſſemus ab iis, ad quos pro dignitate hujus Eccleſiæ pertinebat; tanta enim hujus Provinciæ, ſive vecordia, ſive inſcitia, vel proprius terrenarum rerum amor tranſverſos egit eos, qui cæteris præpoſiti ſunt, ut nec nobis petentibus reſponſum dare dignati ſint, quod nos non ſine indignatione coacti ſumus hic lectoribus enarrare, cum je- I.

junas

A junas fere hujus Provinciæ Eccleſiarum Præſulum ſeries lectitabunt.

II. 2 BERNARDUS Geneocaſtrenſis Epiſcopus, interfuit, ut fertur, conſecrationi Eccleſiæ Cuſentinæ anno 1222.

III. 3 GREGORIUS præerat anno 1333. Regius Conſiliarius denominatur in Reg. Regio Neapolitano hoc eodem anno, obiit ſub Clemente VI. anno 1348.

IV 4 NICOLAUS antea Epiſcopus Bituntinus huc translatus anno 1349. Kalen. Jan. ex Reg. Vatic. poſtea fit Epiſcopus Argolicenſis ſub Innocentio VI. anno 1356. 4. Id. Decembris.

V. 5 VENTURINUS ex Argolicenſi Eccleſia ad hanc translatus 1356. eodem die 4. Id. Decembris, ut notat Reg. Vatic ep. 65. fol 10.

VI. 6 JOANNES obiit anno 1399.

VII. 7 RICHARDUS de Olibano ſucceſſit Joanni anno 1399. 16. Kalen. April. translatus ad Archiepiſcopalem ſedem Acheruntinam anno 1403. ex Actis Conſiſtor. Bonifacii IX.

B

VIII. 8 LUCAS Epiſcopus Policaſtri, fit Bellicaſtrenſis anno 1403. 7. Id. Febr. deſiit eſſe an. 1418 *a*. ex eiſdem Actis.

a 1413.

IX. [„ *ROBERTUS, Scyllacenſis Epiſcopus, ad* „ *hanc Eccleſiam translatus eſt* 13. *Febr.* 1413. *Obiit* „ *an.* 1418.)

X. 9 OPIZO JOANNES de Vicecomitibus de Ficecchia Presbyter Sanctæ Severinæ electus eſt Antiſtes in locum Lucæ *b* anno 1418. 23. Kal. Maii ex eod. lib.

b Roberti.

XI. 10 RAYMUNDUS promotus à Sixto IV. 7. Id. Septemb. 1476. obiit 1512.

XII. 11 Fr. INNICUS de Avolos Hiſpanus genere, & virtute nobilis à Julio II. electus eſt Epiſcopus die prima Octob. 1512. ſucceſſit Raymundo ex Actis Conſiſt.

XIII. 12 RAYMUNDUS de Poeriis Epiſcopus hujus ſedis die 9. Auguſti 1518. liberè oneri, & honori ſe abſolvit. ex Actis citatis.

C

XIV. 13 LEONARDUS de Leucato („ *hujus Eccleſiæ Decanus*) immediatè eodem die *c*, & anno 1518. ſucceſſit Raymundo, Romæ conſecratur die 2. Martii ſubſequentis anni 1519. ut Blaſius de Præcibus Ceremoniarum Magiſter in Diariis. Exceſſit anno 1533. ex Actis relatis.

c Die 23. Auguſti.

XV. 14 Fr. HIERONYMUS *d* Fornaril Ord. Prædicatorum eligitur die 8. Auguſti 1533. Obiit Romæ 1542. Acta Conſiſtorialia.

d De quo Fontana in Theatro Domin. Pont.

XVI. 15 JACOBUS de Jacomellis, Romanus. („ *Canonicus S. Appollinaris de Urbe, artium, & medicinæ doctor,*) die 5. Maii 1542. evaſit Epiſcopus Bellicaſtrenſis. Adſuit Concilio Trident. ejuſdemque Commiſſarius fuit inſtitutus per privationem Thomæ Sanſelicis Epiſcopi Cavenſis, anno 1546. ſedit uſque ad annum 1552 quo die 14. Decemb. Epiſcopatu ſe abdicavit. Acta Conſiſt.

XVII. 16 CÆSAR JACOMELLUS ſuperioris ex fratre nepos ex Cannnico ſanctæ Mariæ Majoris delectus eſt Epiſcopus eodem die *e* & anno, quo patruus dignitatem reſignavit. Interſuit Conc Tridentino, mortuuſque eſt anno 1577.

D

e Die 3. Januarii 1552. ex Actis.

XVIII 17 JOANNES ANTONIUS de Paula, Calaber, ad hanc ſedem vocatus die 10. Maii 1577. obiit 1591.

XIX. 18 HORATIUS Schipanus Tabernenſis Calaber, Innocentii IX. familiaris ab ipſo ad hanc ſedem vocatus die *f* 11. Novembris 1591. Præfuit omni cum laude annis quinque, apud ſedem ſuam defunctus. in Cathedrali humatus eſt anno 1596. Marius Schipanus nepos Neapoli in Sacello Divi Franciſci Paniani in Eccleſia S. Mariæ de Veritate, eidem digniſſimo Præſuli excitavit.

f Die 11. Novemb.

D. O. M.

Horatio Schipano Bellicaſtrenſi Epiſcopo,
Joanni Antonio Facchinetto Sanctorum
Quatuor Cardinali à ſacris, Viro in amicos
officioſiſſimo, Morum ſuavitatite, & in rebus agendis ſumma dexteritate, conſpicuo, omnibus Romanæ Aulæ Principibus apprime caro, & quod magis mirere, ſingulari animi moderatione, & in adverſis tolerandis conſtantia. Quod vel hinc diſces,
Intra ſexaginta dies herum ad excelſum Pontificatus ſolium evectum, eundemque veluti terris oſtenſum, è veſtigio è vivis raptum ſpectavit, neque ultra in Aulæ ludibriis perſiſtendum ratus, ad Eccleſiam ſibi commiſſam regendam ſeceſſit, ibique extremum vitæ diem, pacato animo clauſit.
Marius Schipanus Patrueli optimo poſuit.

19 ALEXANDER Jodoci in Epiſcopum aſſumitur die 29. Julii 1596. („ *Alexander Papatheodorus, S. Theologiæ magiſter, J. V. D. genere* „ *nobilis, Verbi Dei concionator, qui doctrinæ eximiam dedit ſpecimen in multis Regni Neapolitani Civitatibus, & noviſſime per tres annos in Eccleſia S. Spiritus in Saxia de urbe legens publice caſus conſcientiæ confeſſariis & curatis, ibique Verbum Dei prædicans electus eſt Bellicaſtrenſis Epiſcopus* 12. *Auguſti* 1596. *Hæc ex Cedulis Conſiſt.* „ *Luculentam Orationem de Paraclito Spiritus Sancti adventu ad Clementem VIII. in Baſilica S. Petri in Vaticano habuit, edíditque Romæ* 1597. „ *Francavellenſis patria dicitur à Toppio in Bibl. Neapol. pag.* 7.) XX.

20 JOANNES FRANCISCUS Burgardus Epiſcopus Civitatis Ducalis ad hanc Eccleſiam translatus die 18. *g* Septemb. 1598. obiit anno 1599. XXI.

g Die 18. Febr.

21 ANTONIUS Laurus Tropejenſis ſubrogatur Joanni Franciſco anno 1599. die 13. Septemb. Sub Paulo V. extrema clauſit 1609. XXII.

22 PETRUS Motta (1) de Herro Hiſpanus electus 3. Auguſti 1509. ex Epiſcopo Salaminæ, translatus deinde eſt ad Caputaquenſe Sacerdotium 1611. XXIII

23 GREGORIUS de Sanctis Epiſcopus Salaminæ huc translatus die 24. Octob. 1611. exceſſit vix elapſo anno à ſua promotione. XXIV

24 FULVIUS Theſaurarius Salernitanus ſucceſſit Gregorio 1612. die 3. Decembris, evocatus eſt ex hac lachrymarum valle anno 1616. XXV



25 HIERONYMUS Ricciullus *h* de Rogliano Cuſentinæ Diœceſis doctiſſimus Juris conſultus. cujus meminit cum laude Georgius Gualterius in tabulis Calabriæ, Bellicaſtrenſis Epiſcopus eligitur die 5. Decemb. 1616. Sedit annis decem, & è vivis eximitur Roliani die 7. Auguſti 1636. ibidem humatur majori in æde cum ea, quæ ſequitur inſcriptione in porphyretico exarata. XXVI

h De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 150. & Chiatarlus in Athen. Rom. Mſ. Manuſc.

Hieronymo Ricciullo Rhegiano Patritio Bellicaſtren. Epiſcopo, in Juris interpretatione per majorum ſuorum veſtigia gradienti, ad primariam Juris Pontificii ſedem certamine Romæ evecto, inde ad multas Italiæ

Aca-

(1) In Actis dicitur Petrus de Motta, presbyter Neapolitanus, Ordinis Clericorum Regularium, Theologiæ Profeſſor, Ordinem ipſum à decem & octo annis expreſsè profeſſus, & ab octo presbyter, ac 33. ann. nobilis genere, & per plures annos in Verbi Dei concionibus exercitatus.

Academiae dum certatim evocatur, à Paulo V. P. M. ob vitæ non minorem, quam doctrinæ famam, ad Paſtorale munus admoto, eoque decem per annos integre adminiſtrato; obiit vii.
Auguſti MDC. XXVI.
Ætatis ſuæ xlt.
Thomas Ricciullus fratri
amantiſſimo mæſtiſſimus P.

XX VII. 26 ANTONIUS Ricciullus *a* de Regliano ſucceſſit Hieronymo, electus die 26. Novemb. 1626. ceſſit anno 1629. deinde evaſit Epiſcopus Umbraticenſis, poſtea Caſertanus, ac tandem obiit Archiepiſcopus Cuſentinus, de quo ibi.

a De eo plura Toppius in Bibl. Neapol. p. 11. Mandoſ.

XX VIII. 27 PHILIPPUS Curius *b* Meſſanenſis præficitur die 20 *c*. Auguſti anno 1629. obiit 1633.

b Crimè dicitur in Actis.
c Die 19. Novemb.

XXIX. 28 BARTHOLOMÆUS Gyptius Beneventanus vir doctus, qui tractatum ſcripſerat de caſibus reſervatis, ab Urbano VIII. vocatus ad hunc Epiſcopatum die 10. Januarii 1633. præfuit ann. 3. & translatus ad Eccleſiam Vulturarienſem anno 1639. Hujus meminit Leo Allatius de viris Illuſtribus.

XXX 29 FRANCISCUS Clericus („ *Regularis* „ *Theatinus*,) Neapolitanus, electus die 8. Auguſti 1639.

XXXI. 30 CAROLUS creatur hujus Eccleſiæ Epiſcopus die 11. Decemb. 1652.

A D D I T I O.

(„ *Carolus Sgombrinus, è Terra Airolæ in S.*
„ *Agathæ Gothorum diœceſi ortus, J.U.D. ad hanc*
„ *Eccleſiam vocatus eſt die 2. Decembris 1652. tranſ-*
„ *latus deinde ad Catacenſem 8. Februarii 1672.*

XX XII. „ *CAROLUS è generoſo, & illuſtri ſanguine il-*
„ *lorum Normandorum principum, qui Averſanam*
„ *civitatem octavo à Neapolitano lapide condide-*
„ *rant, & poſtea de Galgano, ſeu de Gargano nu-*
„ *dicatos in variis regni Neapolitani provinciis ob*
„ *feuda, quæ in ipſis obtinuere, conſederunt, Bel-*
„ *licaſtrenſi Sacerdotio honeſtatur 22. Februarii*
„ *1672. Patrem ipſe habuit Donatum Antonium ſe-*
„ *niorem Patritium Sypontinum, Laniani, alio-*
„ *rumque feudorum dominum, qui, cum eſſet etiam*
„ *inſignis jureconſultus, Auditoris munus in Regni*
„ *provinciis exercuit, dein magnæ Curiæ Vicariæ*
„ *judex primus inter Collegas in Salernitana ſedit*
„ *provincia. Fuit itaque ibi, ut vulgo dicitur, Ca-*
„ *po di Rota, & niſi 35. ſuæ ætatis obiiſſet anno, ad*
„ *togæ ſupremum apicem meritorum ergo aſcendiſ-*
„ *ſet. Pietatis, quam ipſe Carolus hauſerat ab*
„ *Luca Gregorio S. R. E. Cardinali, qui utramque*
„ *Siciliam Apoſtolicæ ſedis nomine, durante mino-*
„ *ri ætate Federici II. Imperatoris, cum ſupremo im-*
„ *perio moderatus fuit, Hectori Juvenacenſi, Petro*
„ *Rhegino, & poſtea Conſentino Præſulibus, ac a-*
„ *liis in ſacra palæſtra conſpicuis proceribus Garga-*
„ *nis ſuis, nunquam oblitus fuit. Vix itaque 35. ſuæ*
„ *ætatis agens annum ea ſibi commiſſum gregem ſe-*
„ *dulitate, ac ſollicitudine procuravit, ac ſi ævo*
„ *maturus, imo jam canus mitræ tempora ſuppo-*
„ *ſuiſſet. Corruptos Laicorum mores, labefactatam*
„ *Eccleſiaſticam diſciplinam manſuetudine, ac leni-*
„ *tate ſuo nitori reſtituit; cum autem opus fuit, ar-*
„ *ma etiam ſpiritualia in brachio extento exercuit,*
„ *pauperes continuis fovit eleemoſynis, puellarum*
„ *honeſtati dotibus illicò ſuffectis opportunè ſemper*
„ *conſuluit. Ædem principem ſummo impendio re*
„ *paravit, nobili etiam laqueari exornavit, quod*
„ *per mortem, quæ eum anno ſuæ ætatis 48. inter-*
„ *cepit, perficiendam ſupremis tabulis reliquit ne-*
„ *poti ſuo Donato Antonio Gargano juniori Lania-*
„ *ni, & Caſtri Francorum Domino, qui tanti pa-*
„ *trui, cum ſit & ipſe pietate, ut & ſuaviſſimis mo-*
„ *ribus imbutus, illicò paruit voluntati. Sed jam*
„ *ante obitum hanc Eccleſiam dimiſerat Carolus*
„ *menſe Februario 1683.*

XX XIII. „ *BENEDICTUS Bartolus, Laquedonienſis E-*
„ *piſcopus, Bellicaſtrenſis evaſit 18. Septembris*
„ *1683. Biennio poſt circa finem an. 1685. defunctus.*

„ *JO. ALPHONSUS Petraccius, è Terra Caſtri* XX XIV.
„ *S. Severinæ diœceſis, J. U. D. Eccleſiæ primum*
„ *Inſulanæ Archidiaconus, Vicarius deinde genera-*
„ *lis, necnon Capitularis Tericarienſis, & demum*
„ *Sutrini, Nepeſinique Epiſcopi prodatarius, re-*
„ *nunciatus eſt Bellicaſtrenſis Antiſtes 15. Julii 1685.*
„ *Deceſſit in patria an. 1688.*

„ *JOANNES Emblaviti, Bovenſis, patriæ Ec-* XX XV
„ *cleſiæ antea Theſaurarius, Rector deinde paro-*
„ *chialis Eccleſiæ S. Conſtantiæ ejuſdem civitatis,*
„ *& Barenſis Archiepiſcopi Vicarius generalis, præ-*
„ *ficitur huic Eccleſiæ 31. Martii 1688. quam ſumma*
„ *cum pietatis laude pergit adminiſtrare.*]

GERUNTINENSES
E T
CARIATENSES
Uniti
EPISCOPI.

GERUNTIA, ſive Cerenthia mediterranea, & montana citerioris Calabriæ Civitas Duci Seminariæ immediatè ſubjecta anno præteriti ſeculi 28. ob peſtilentiam fermè in ſolitudinem redacta, nunc habitatur familiis ferè ſexaginta. Cœlum hic ferè peſtilens ob flatus noxios. Incolæ inopes. Dicta eſt autem Gerentum, quaſi mellificium, Pumentum olim dicta, hic enim mel fit optimum. Eſt autem condita à Philoctete, ut ait Strabo, edito loco ſuper ſaxum undique ingentibus ſaxeis rupibus cinctum. Abeſt à mari m. p. quatuor & viginti. Hic vinum, oleumque optimum fit: olivæ ad amygdalarum magnitudinem ſunt craſſæ; fit ſimilago triticea optima: extant aquæ ſulphureæ multis locis, fit ſulphur: naſcitur ſal foſſile, & alabaſtrites, & lapis, ex quo fit alumen, quo oppidani ob inſcitiam in fabricandis ædibus utuntur. Proveniunt cappares, ſiliqua ſylveſtris, & glycyrriza, & olera perpulchra. Epiſcopatus Geruntinus erectus fuit ab annis 960. ut ejus Eccleſiæ monumenta teſtantur. Meminit Geruntini Epiſcopatus Joachimus Abbas, ejuſque diſcipulus Bernardus ſanctæ vitæ fuit Epiſcopus Geruntinus. Cathedralis Baſilica Geruntina ſub titulo ſancti Theodori Martyris, cujus natalis celebratur 9. Novembris, multis Sanctorum reliquiis ornata, alioquin ſtructura ignobili, quatuor inſignita eſt dignitatibus, Decanatu ſcilicet, Archidaconatu, Cantoratu, & Theſaurariatu; ſex ibi Canonici cum paucis Clericis, quorum omnium tenuiſſimi ſunt redditus, ibidem divinum exſolvunt penſum. In civitate Geruntina præter Cathedrale Parochialis Eccleſia nulla; quia Canonici totius civitatis animarum curam per vices ſinguli adminiſtrant. Eccleſiæ ſimplices quatuor, quarum curam gerunt Canonici Cathedralis. Virorum Cœnobia duo, alterum Prædicatorum, alterum Franciſcanorum Conventualium: laicorum ſodalitia, tria, familiæ civium fere ſexaginta morantur. Diœceſis Geruntina duobus oppidis, & totidem villis conſtat. Oppidorum primum eſt terra Vertinarum, octavo à Geruntia milliario, habitata incolis mille, ubi Eccleſia Parochialis una habens Archipresbyterum, novem Capellanos, & Clericos fere vigintiquinque, nec non alia Eccleſia amplior. Unum Cœnobium Religioſorum, & duo ſodalitia laicorum. In agro Vertinarum fit caſeus

pro-

probatiſſimus, & mel optimum. Effodiuntur alabaſtrites albus, & niger. ſulphur, alumen, rubrica ſabrilis, chalcanthum, & ſal foſſile; & lapis, ſeu terra ſamia, qua aurum & gemmæ exponuntur; item ferrum, argeotum, proveniunt reuponticum, eupatorium, ceotaurium majus, & alię nobiles herbæ; item cardus maſticen generans: extant & ſylvæ & nemora, quibus venationes, & aucupia fiunt. Alterum oppidum eſt Cacurii quarto à civitare milliario 200. familiis habitatum, Baroniæ titulo inſignitum, obi eſt Parochialis Eccleſia, cui inſerviunt Presbyteri viginti, & 12. Clerici, & quatuor aliæ Eccleſiæ ſimplices. Virorum Cœnobia duo, & ſodalitia laicorum. Pagus villæ Montiſperelli ſexto à civitate milliario 300. habet incolas cum ſua Parochiali. Hic etiam Græcorum ſamiliæ incolunt, quibus Græcus Sacerdos ſacra adminiſtrat. Villa Belvedere habitata ſamiliis quindecim Græcanieæ originis, quibus ſaera Græcus pariter adminiſtrat Sacerdos. Ex oppido autem Cacurio ſoit Franciſcus Simoneta, qui Sfortiadem ſcripſit, hoc eſt Franciſci Sfortiæ res geſtas libris triginta. Quarto à Cacurio milliario eſt Divi Joannis à Floræ Ciſtercieoſium Monaſterium à Joachimo Abbare conſtructum, in qoo multorum Sanctorum reliquiæ aſſetvantur.

CARIATUM vero mediterranea citerioris Calabriæ civitas nomen retinens, triginta paſſibus à mari diſſita, à Metropolitica vero urbe Sanctæ Severinæ milliaribus xxx. habitata familiis 109. Duci Seminariæ Principatus titulo ſubjecta, bis à Turcis direpta, & propterea deſerta, cum cœlo alioqui ſaluberrimo otatur. Hic mare piſcoſum, & piſces laudatiſſimi capinntor. Ager Cariatenſis herbidus eſt, ac proinde compaſcuus. Fit in eo xylon, & ſeſama, & pulchra aucupia coturoicum, turturum, turdorum, palumborum, aliorumque minorum alitum. Naſcitur feniculus marinus, & effoditur lapis molaris, olearius, & frumentarius; ſed regio fere deſerta eſt ob metum Turcarum. Cariatenſis Epiſcopatus antiquus eſt; ejus antiquitas conſtat ex Regiſtro S. Gregorii Papæ, qui ad Bonifacium Archiepiſeopum Rheginum ſcribens, Cariatenſem Eccleſiam illi & ſucceſſoribus committit. Menecrades Epiſcopus Cariaten. interſuit Synodo Romanæ primæ ſob Symmacho Papa. Cathedralis Baſilica titulo Principis Apoſtolorum vetuſtæ ſtructuræ eſt. Sacris in ea miniſtrant Canonici novem, è qoibus qoinque in dignitate conſtituti, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Decanus, Archipresbyter, Cantor, & Theſaurarius, inſuper quatuor Presbyteri, & viginti Clerici. In civitate Cariaten. præter Cathedralem, Eccleſia Parochialis nulla, ſed animarom cora ad Capitolum pertinet. Laicorum ſodalitia duo, Eccleſiæ ſimplices iotra & extra mœnia qoatuor, Cœnobium unum Fraociſcanorum de Obſervantia. Diœceſis Cariaten. peranguſta eſt, uno oppido, & pagis aliquot. Oppidum eſt Scala ſeptimo à civitate Cariaten. milliario Duci Seminariæ io temporalibus ſubjectom, cujus major Eccleſia habet Archipresbyterum cum quinque aliis Presbyteris, & novem Clericis. Sont & ibi duo Cœnobia Regolarium. Pagi ſunt Terra Vecchia tertio à civitate milliario quioquaginta familiis habitatur, & Duci Seminariæ ſubjectum: & Sanctus Mareellus quatuor à civitate milliaribus diſtans habitatur familiis viginti, Duci Montis alti ſubjectum. In univerſum autem utriuſque Diœceſis Geruntinæ, & Cariatenſis Eccleſiæ non tam opibus, qoam ſupellectili Eccleſiaſtica, & miniſtris inſtructæ ſunt ob pietatem populorum, qoi Turcarum incurſionibus crebro vexantur. Menſæ Epiſcopalis utriuſque Eccleſiæ, Geruntinæ ſcilicet, & Cariaten. onitæ annuus cenſus ducatorum Regni mille, taxantur vero in lib. Cancell. Apoſt. flor. 60. Domus Epiſcopalis nuper inſtaurata non incommoda eſt, uti & Cariati, quæ contigua eſt Cathedrali. Epiſcopi vero Geruotineoſes, & Cariatenſes conionctim hi tantum fuerunt à nobis obſervati.

I. 1 POLYCHRONIUS Geruntinus Cœnobium ſanctæ Mariæ de Altilia nunc Ord. Ciſtercienſis ex conſilio & auctoritate Conſtantini Archiepiſcopi Sanctæ Severinæ in Arebidiœceſi ejuſdem Sanctæ Severinæ anno 1099. fundavit, pluraque bona contulit. donationes ſois diplomatibus confirmavit Rogerus Comes Calabriæ, & Rogerius Siciliæ Rex, quas ſupra exſcripſimus in Conſtantino Sanctæ Severinæ Archiepiſeopo. Poſt Polychronii exceſſum, Geruntinenſium Epiſcoporum nomina ſpatio ferè centum annorum deſiderantur.

II. 2 GIBERTUS circa annum ſal. 1198. Geruntinus erat Epiſcopus, ac Beati Joachimi Abbatis Florenſis amicus, cui dono dedit Eccleſiam Montis Marei, & perpetua unione coonexuit monaſterio Florenſi, ut in Bulla Honorii III. mox proferenda liquet; cætera ejus Acta obſcura ſunt, & anteceſſores ejus proiſus ignoti.

III. 3 GUILLELMUS Giberti ſucceſſor, ea quæ prædeceſſor contulerat Abbati Joachimo in odium Monachorum deſtruxit, obiitque circa ann. 1209. memoratur io eodem Honorii diplomate.



IV. 4 BERNARDUS in Calabria honeſtis parentibus natus Monachus, & Abbas Sambucinæ Ord. Ciſtercienſis, Beato Joachimo ob morum conjunctionem carus, & præcipua charitate dilectus, ad Geruntinom Epiſcopatum aſſumptus eſt circa annum 1209. Guillelmo immediatè ſucceſſit, ejuſdemque errata correxit, ablata reſtituit, & duas alias Eccleſias ſuæ Diœceſis adjecit perpetuo eidem Florenſi Monaſterio retinendas; ſedit adeo piè, adeoque ſanctè, ut poſt mortem ipſius, quæ incidit in anoum Domini 1216. frequenti populorum concurſu veluti ſanctus ſit veneratus, & inter Beatos Calabriæ à pleriſque Calabriæ ſcriptoribus recenſeatur.

V. 5 NICOLAUS ſub Honorio III. eligitur Geruntinus Epiſcopus circa ann. 1216. Bernardo viro ſanctiſſimo ſucceſſit, & ipſe omnium virtutum genere ſpectatiſſimus. Is ſtatim ad Inſulam aſſumptus non ſolum ea, quæ Aoteceſſores Florenſi Cœnobio dooaverant, rata habuit; ſed iis etiam adjecit, ac conceſſit monaſterium Cabriæ olim Græcorum Monachorum. Donationem ſuo diplomate confirmavit idem Honorius anno pont. 11. quam ex Reg. Vat. fol. 215. exſcripſimus, ubi memorantur tres ſupra relati Nicolai prædeceſſores.

Abbati, & Conventui Monaſterii
S. Joannis de Flore.

Cum à nobis petitur uſque *perducuntur effectum. Cum igitur, ſicut accepimus, quondam Joachim bonæ memoriæ Abbas Floris Monaſterium Sibi ſubditum conſtruxiſſet in Eccleſia Montis-Marci, quam ad id ei contulerat quondam Gilbertus tunc Epiſcopus Geruntinus, & eandem quondam Guillelmus ſucceſſor ejus in Religionis odium deſtruxiſſet, ac bonæ memoriæ Bernardus, qui ſucceſſit eidem in recompenſationem hujus damni, & ut Monaſterium ibi poſſet commode reparari, duas vobis Eccleſ. contulerit conſideratione divina, & tandem prius quàm hoc fieret, Floren. Monaſterium combuſtum extiterit, & de Apoſtolicę*

Sedis

Sedis auctoritate mutatum in loco ipſi Eccleſiæ tam vicino, quod abſque gravi ſcandalo aliud ibidem non potuit Monaſterium ordinari. Poſtmodum vero Nicolaus, qui nuper prædictis ſucceſſit Epiſcopis, renuntiis ſibi memoratis Eccleſiis, & præfata Eccleſia Montis Marci cum ſuis pertinentiis Monaſterio Floris ſub annuo cenſu abſq; aliqua conditione dimiſſa, quoddam Monaſterium, quod dicitur Cabria, olim Græcorum, nunc deſolatum vobis quod faceretis in eo monaſterium Ordinis veſtri conceſſit, ut ſic ſaltem prædeceſſorum ſuorum pium propoſitum adimpleret. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus annuentes, præd. Monaſterium Cabriæ & eandem Montis Marci Eccleſiam cum pertinentiis ſuis, ſicut ea iuſtè, ac pacificè poſſidetis, ut in ipſius Epiſcopi authentico plenius continetur, vobis, & per vos eidem Monaſterio veſtro de Flore auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo uſque noſtræ confirmationis infringere, vel ei &c. uſque contraire. Si quis autem uſque incurſurum.

Datum Laterani 10. Kalend. Februarii, anno ſecundo.

Donavit verò Nicolaus cum conſenſu ſui Capituli tenimentum prope grangiam de lo Virdo eidem Monaſterio Florenſi, quod ſuo diplomate confirmat Gregorius IX. 6. Non. Martii, pontif. 7. anno ſal. 1234. ubi Nicolaus recenſetur bon. mem. Epiſcopus. Exceſſit ex hac mortali vita Nicolaus poſtquam bene Eccleſiam ſibi commiſſam plus minus rexiſſet ann. 18. circa ſalutis annum 1233.



VI. 6 MATTHÆUS natione Calaber Monachus Ciſtercienſis, ac B. Joachimi diſcipulus, & in Abbatia Florenſi ſucceſſor anno 1202 quam cum fama virtutis rexiſſet annos 32. ad Geruntinum Epiſcopatum aſſumptus eſt 1234. Pie quidem & laudabili conatu per aliquot annos ſedit, in eaque obiit, cujus nomen inter Beatos Calabriæ provinciæ annumeratur. Poſt hunc per ſæculum fere integrum deſiderantur hujus Eccleſiæ Epiſcopi.

VII. 7 NICOLAUS eligitur Geruntinenſis Epiſcopus 1342. die 13. Auguſti, ſolitum penſum exſolvit ſacro Collegio, ex Actis Romanis, ubi etiam Cariatenſis nominatur Epiſcopus, fortaſſis tunc hæ duæ Eccleſiæ unitæ erant hoc anno; cæteros qui præfuerunt poſt Nicolaum, non habemus, & qui ſequuntur, Geruntinenſes, & Cariatenſes vocantur in Actis Conſiſt.

VIII. 8 GERARDUS hujus Eccleſiæ Epiſcopus, translatus eſt ad Roſſanenſem Eccleſiam anno 1394. ex lib. Proviſ. Prælat.

IX. 9 GUILLELMUS ex Archidiacono fit Epiſcopus à Bonifacio IX. die Id. Feb. 1394. ex eodem lib.

X. 10 THOMAS Rubeus Canonicus Cuſentinus præficitur anno 1425. 9. Septembr. ibidem.

XI. 11 GUILLELMUS electus 1429. exceſſit anno 1437. („ *Guillelmus de Podio Gallico, Ordinis Prædicatorum, Joannis de Podio Nucis, ſive ut alii dicunt de Podioaltis, Magiſtri generalis Ordinis noſtri in illis provinciis, quæ Pſeudopontificum partibus adhærebant, ſocius, inſtante eodem Joanne apud Martinum V. cui acceptiſſimus erat Geruntinen. Epiſcopus creatus eſt an. 1429. in qua dignitate vixit bonus Paſtor annos octo, quievitque in Chriſto an. 1437. Fontana in Theatro Dominic. pag. 197.*)

12 JOANNES de Voltis ex Archidiacono, defuncto Guillelmo ſucceſſit die 27. Aprilis 1437. transfertur ad Crotonenſem Eccleſiam anno 1439. ex eodem lib. XII.

13 GALEOTTUS Quatrimanus vir nobilis, & Canonicus Cuſentinus Geruntinum evaſit ad ſedem die 27. Martii 1439. transfertur deinde ad Crotonenſem Eccleſiam die 27. Januarii 1440. XIII.

14 BARTHOLOMÆUS Epiſcopus Argolicenſis, huc translatus eodem die, & anno quo Galeottus ad Crotonienſem tranſitum fecit. Eo Præſule, Cariati extructum eſt Cœnobium Minorum diſtrictioris Obſervantiæ à Bonacurſio Capiſucci, in quo jacet B. Thomas Rendanus laicus in vita miraculis illuſtris, cujus meminit Vvadingus tom. 5. Annal. Minor. XIV.

15 JOANNES Epiſcopus Geruntinus, & Cariatenſis obiit anno 1481. XV.

16 PETRUS de Sonnino Archipresbyter ſancti Joannis de Laconia Neocaſtrenſis Diœceſis eligitur Geruntinus & Cariatenſis Epiſcopus die 22. Octob. 1481. transfertur ad Neocaſtrenſem anno 1489. XVI.

17 ANTONIUS Presbyter Lucerinus, fit Antiſtes Geruntinus, & Cariatenſis die 27. Januarii 1490. ut eadem Acta Conſiſtor. narrant. XVII.

18 HIERONYMUS harum Eccleſiarum Præſul mortem obiit anno 1504. XVIII

19 FRANCISCUS Dentici Neapolit. Inſulas conſequitur Geruntinenſem, & Cariatenſem die 7. Martii 1504. brevis is Antiſtes fuit. XIX.

20 Fr. MARTINUS de Lignano, Bononienſis, Ord. Prædicatorum, obiit ann. 1506. cui ſucceſſit. XX

21 JOANNES de Serſalis nobilis Cuſentinus electus 21. Auguſti 1506. XXI.

22 THOMAS („ *Corteſius de Prato in Tuſcia*) Epiſcopus Geruntinus, & Cariatenſis altero onere ſe exſolvit anno 1520. XXII.

23 ANTONIUS Herculanus Forolivienſis, vir nobilis, prudens, & virtute præclarus à Leone X. ex Præpoſito Eccleſiæ Forolivienſis Præſul factus eſt Geruntinus & Cariaten. die 21. Maii 1520. variis deinde ſub eodem functus muneribus ann. 1523. cum eſſet Piceni Provinciæ pro Franciſco Cardinali Armellino Prolegatus, Maceratæ propugnaculum conſtruxit, ut in ipſo prope portam in marmore exarata inſcriptio legentibus proſtat in hunc modum. XXIII


Antonius Herculanus patria Foroliviens.
Epiſcopus Cariaten. Pro F. Armellino Medices T. S. Cal. S. R. E. Camerario agri Piceni I. I. I. ſed Roman. Pont. Prolegatus, propugnaculum hoc ad civitatis hujus, univerſæque Prov. decorem ac tutiſſimam præſidium a fundamentis erexit.
Anno D. MD. XXIII.

Fratrem habuit Antonius, Philippum Epiſcopum Alatrinum virum ſui ſimilem.


24 THOMAS Corteſius Prati in Tuſcia natus, Clementis VII. Papæ Datarius, Epiſcopus autem Veſtanus, harum Eccleſiarum per aliquod tempus etiam fuit Antiſtes, translatus deinde eſt ad Eccleſiam Vaſionenſem in Gallia die 3. Martii 1533. quam dimiſit ann. 1536. ad favorem Joannis Cardinalis Salviati, Cardinalis vero eundem ceſſit pro Jacobo Thomæ legitimo filio; qui electus eſt Vaſionenſis Antiſtes die 25. Maii ejuſdem anni, ut ex Actis Conſiſtorialibus liquet. Thomas Romæ obiit anno 1543. 16. Feb. Jacobus exceſſit Patriarcha Alexandrinus anno 1570. ut in Epiſcopis Veſtanis ſcripſimus to 7. fol. 1182. De iis nonnulla habent Joannes Columbi, & Sammarthani eruditiſſimi XXIV

ge-

gemelli fratres in ſerie Vaſionenſium Epiſcopo-
rum; ſed in annorum computatione valde diſcre-
pant cum Actis Conſiſtorialibus, quibus, in omni-
bus fides habenda eſt, tanquam irrefragabili veri-
tatis teſtimonio.



XXV 25 THADDÆUS Pepulus Bononienſis, na-
talibus & virtute clariſſimus ex Monacho, & Ab-
bate Ord. Montis-Oliveti, ejuſdemque Generali
Vicario, Geruntioenſis, & Cariatenſis, per tranſ-
lationem Thomæ Corteſii ad Vaſionenſem, re-
nunciatus eſt Epiſcopus die 3. Martii anno 1533.
transfertur deinde ad Eccleſiam Carinulenſem an.
1535. die 15. Januarii.
XXVI 26 JOANNES Carnutus, antea Carinulenſis
Præſul huc translatus eſt eadem die 15. Januarii
1535. ſedit an. 10. Vale dixit huic mortali vitæ
anno 1541.
XXVII. („ *FRANCISCUS Monaldus, Theatinus, pa-*
„ *triæ Metropolitanæ Canonicus, & Theatini Ar-*
„ *chiepiſcopi Vicarius generalis, ex Tarſenſi Archi-*
„ *præſule 1531. electo, Cariatenſis Epiſcopus crea-*
„ *tus eſt. Obiit Mileti ab adverſariis cuniculi ruinis*
„ *oppreſſus, dum SS. Miſſæ ſacrificium celebraret.*
„ *Hujus ab Ughello prætermiſſi meminit Toppius in*
„ *Bibl. Neapol. p. 93.*)
XXVIII. 27 M. ANTONIUS de Falconibus Nerito-
nenſis ſubrogatur Joanni die 17. Aprilis 1545. o-
biit 1556.
XXIX. 28 FEDERICUS Fantutius nobilis Bononien-
ſis Gaſparis filius, delectus eſt Geruntinenſis, &
Cariatenſis Epiſcopus ex Romanæ Rotæ Auditore
die 5. Julii anno 1556. Romæ obiit anno 1561.



XXX 29 ALEXANDER Cribellus a Mediolanenſis,
Antonii Lumelii Comitis filius, poſt præclara, &
multa in bello facinora, uxore mortua, à Pio IV.
Romam vocatus, Epiſcopus Geruntinus, & Ca-
riatenſis 10. Martii 1561. ac deinde Apoſtolicus in
Hiſpaniam Nuncius, & Presb. Cardinalis renun-
ciatus eſt, de Latere Legatus apud eundem Regem
conſtitutus. Romam veniens, Epiſcopatu volens
abivit anno 1568. Obiit aono ſalutis 1574. die 22.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 967.

A Decembris, ſepultus jacet in Eccleſia Aracœlana,
obi legitur epitaphium, quod refert Ciaconius in
ejus elogio.
30 JACOBUS Malumbra Mediolanenſis per XXXI.
ceſſionem Card. Cribelli evaſit harum Eccleſiarum
Præſul die Januarii 1568. præfuit annis 5. & ultro
nuncium remiſit 1575.
31 SEBASTIANUS Maſſa nobilis Salernita- XXXII.
nus Malumbram excepit die 9. Martii 1573. obiit
ano. 1576.
32 JOANNES BAPTISTA de Anſaldis E- XXXIII.
truſcus è civitate ſancti Miniati eligitur in Epiſco-
pum Geruntineoſem, & Cariatenſem die 24. O-
ctobris 1576 munus conſecrationis accepit 4. De-
cembris à Card. Sanctæ Severinæ in Eccleſia ſancti
Bartholomæi in Inſula, una cum Bernardino Gran-
dopulo Litterenſi electo, aſſiſtentibus Cæſare Ja-
comello, & Aſaphenſi, aliiſque Epiſcopis, vix
anno elapſo mortalitatem explevit.
33 TARQUINIUM Priſcum poſt mortem XXXIV
B Anſaldi Gregorius XIII. Pontifex renunciavit ha-
rum ſimul unitarum Eccleſiarum Epiſcopum die
14. Novembris 1578 ſedit ann. 7.
34 Fr. NARDUS Fanenſis Ord. Conventua- XXXV
lium S. Franciſci Inſignis ſacræ Theologiæ Do-
ctor Sixti V. valde carus, ab ipſo electus die 9. Se-
ptembris 1585. ſequenti anno defunctus, & in ſua
Cathedrali humatus.
35 Fr. OCTAVIANUS de Taliacozzo Ordi- XXXVI.
nis Minorum ſucceſſit die 5. Novembris 1586.
36 Fr. PROPERTIUS Reſta b de Capellis XXXVII.
Faviani filius Volaterranus Ord. Sancti Franciſci
vir doctus, electus & conſecratus Epiſcopus à Six-
to V. ann. 1586. ſcripſit de vera ſapientia lib 4. quos
inſcripſit Carolo Cardinali Madrutio anno 1599.
Romæ obiit anno 1602. ſepultuſque fuit io Eccleſia
SS. Apoſtolorum.
· 37 Fr. PHILIPPUS Geſualdus Ordinis S. XXXVIII
Franciſci Conventualium Generalis, vir doctrina,
ac innocentia vitæ, & munere prædicationis præ-
C clarus ſubrogatur Propertio die 15. Aprilis 1602. ſe-
dit ſumma nominis ſui famæ ann. 17. deceſſit ann.
1619. („ *De eo ſunt Jo. Franchinus in Biblioſo-*
„ *phia p. 218. & Waddingus de ſcriptoribus Ordi-*
„ *nis Min. p. 294.* Mandoſius.)
38 MAURITIUS Riccius Terdonenſis Epiſ- XXXIX.
copali honore condecoratus eſt à Paulo V. die 8. A-
prilis 1517. obiit an. 1627.
39 LAURENTIUS Phea ſucceſſit Mauritio XL.
die 29. Novembr. 1627. Exceſſit menſe Auguſto
1631. („ *De eo Chartarius in Syllabo Advocatorum*
„ *Conſiſtorialium p. 245.* Mandoſius.)

b De eo Franchinus in Biblioſophia p. 510. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 258. Mandoſ.

D



40 FRANCISCUS Gonzaga c, Mantuanus, XLI
ex Clerico Regulari electus eſt Geruntinenſis, &
Cariatenſis Epiſc die 21. Feb. 1633. Præfuit annis
multis, & ab Alexandro VII. Pont. Max. ad No-
lanam Eccleſiam transfertor die 19 d. Novembris
1659.

A D D I T I O.

(„ *AGATIUS de Summa, Catacenſis, J. U. D.* XLII.
„ *& Cauſarum patronus, cum Squillacenſis, Ca-*
„ *riatenſis, aliorumque Epiſcoporum vices perbellè*
„ *geſſiſſet, his Eccleſiis præficitur 23. Januarii 1659.*

c De eo Silos in hiſt. Cler. Regul. par. 2. p. 159. & par. 3. p. 117. Mandoſ.
d Die 18. Novemb. 1657.

trans-

,, *tranſlatus deinde ad patriam Catacenſem 28. A-*
,, *prilis 1664.*
XLIII ,, *HIERONYMUS Barzellinus, Neapolitanus,*
,, *J.U.D. & Advocatus pauperum Nunciaturæ Apo-*
,, *ſtolicæ Neapolitanæ, electus deinde eſt 21. Julii*
,, *1664. Obiit die 8. Aprilis 1688.*
XLIV ,, *SEBASTIANUS de Francis, Nolanus, J.V.*
,, *D. & Neapoli cauſarum Eccleſiaſticarum, acnon*
,, *reorum S. Officii advocatus, has cathedras con-*
,, *ſcendit 9. Auguſti 1688.*
XLV ,, *BARTHOLOMÆUS Portias, Amalphitanus,*
,, *J.U.D. & Nunciaturæ Apoſtolicæ Neapolitanę Ad-*
,, *vocatus fiſcalis his infulis decoratur 6. Aprilis*
,, *1718. Mortales exuvias dereliquit menſe Novem-*
,, *bri 1719.*
XLVI ,, *JO: ANDREAS Tria, Matheranus, J.U.D.*
,, *Nuncii Apoſtolici in Luſitania, & deinde apud*
,, *Helvetios Auditor, ſubſectus eſt 4. Martii 1720.)*

INSULANENSES

EPISCOPI.

INSULA mediterranea eſt civitas Regni Neapolitani in Provincia Calabriæ ulterioris, Baroni in temporalibus utili dominio ſubdita. Abeſt à ſua Metropoli Sanctæ Severinæ m.p. xviii. ab antiquo Crotone à Promontorio Lacinio, quod caput Columnarum vocant, ſex. Sita eſt in planitie fertili, ac nemoroſa iv. à mari milliarin, bis à Turcis ſpatio annorum octoginta devaſtata eſt, primò à Barbaroſſa, deinde a Dragut Rais Piratis: muris enim cincta non erat, ſed per pagos habitabatur. Nunc autem mœnibus munita habitatur familiis fere 170. incolis 1500. Epiſcopatus Inſulen. antiquus eſt. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum Regni fere trium millium a Rogerio I. Siciliæ Rege huic Eccleſiæ attributorum. Taxa in lib. Cameræ Apoſtolicæ floren. 33. cum dimidio. Cathedralis Baſilica titulo Dei Genitricis Virginis Aſſumptæ extra mœnia poſita ab Epiſcopo Annibale Caracciolo, parietibus, choro, ſacrario, veſtibus, utenſilibus aliiſque ornamentis inſtaurata, atque inſtructa ſacris reliquiis ex urbe ſancta ſub Gregorio XIII. in ea tranſlatis. In ea decem miniſtrant Canonici, è quibus quatuor dignitate eminent, nempe Archidiaconus, ſecundus ab Antiſtite, Decanus, Cantor, & Theſaurarius. Reliquos Canonicos idem Epiſcopus Caracciolus inſtituit, & dotem de ſuo patrimonio attribuit, quibus accedunt Clerici ſex Seminarii alumni ab eodem Præſule inſtituti. In civitate Inſulen. præter Cathedralem, Parochialis Eccleſia nulla; imo nec Oratorium quidem; ſiquidem anguſtiore mœnium ambitu, & firmiore ob metum Turcarum nuper munita Cathedralis ipſa extra mœnia relicta eſt. Canonici autem totius civitatis animarum curam gerunt, ubi eſt Cœnobium Tertiariorum S. Franciſci ab Epiſcopo Caracciolo conditum. Diœceſis Inſulen. exigua eſt, & ob frequentes Turcarum excurſiones pene deſolata. Sunt in ea oppidum Caſtellorum Maris, ubi fuere quondam caſtra Annibalis, nec non Tacina ſuo Baroni ſubjecta. Caſale, ſeu pagus ſancti Petri, & Maſſæ novæ, quæ omnia Turcarum motus in ſolitudinem redegit; quin & tres Eccleſiæ, quæ olim Parochiales fuerant, Collegio Cathedralis Eccleſiæ propterea fuerunt annexæ. Sunt tamen quædam Oratoria, & Cœnobia Franciſcanorum Obſervantium Reformatorum. Sunt in hac Diœceſi Abbatiæ ſex, quarum Abbates in die Aſſumptionis Deiparæ Virginis ſacro coram Epiſcopo ſe ſiſtere quotannis ſolebant. Hæ ſunt Abbatia S. Mariæ dello Pitcre. Abbatia di Carra, Abbatia di Forgiano, Abbatia ſancti Nicolai delle Magliole. Abbatia ſancti Leonardi. Series Præſulum Inſulanorum ſequens eſt ex diverſis monu-
mentis ſcripturiſque à nobis cocinnata. I.

(,, *ARENULFUS Iſolenſis Epiſcopus interfuit*
,, *an. 1046. Concilio Papienſi, ut videre eſt tomo 5. hu-*
,, *jus operis col. 760*) II.

1 LUCAS primus Epiſcopus Inſulanus nobis notus ex privilegio Rogerii Comitis, qui Eccleſiæ Inſulanæ, & Epiſcopis in ea ſubſtituendis plura bona, & jura conceſſit menſe Maii, Ind. 5. anno mundi 6600. qui fuit ſal. 1092. Documentum non vidimus; illud tamen vidiſſe fatetur Jo. Baptiſta Nola Moliſi in Chronica civitatis Crotonenſis lib. 1.
pag. 89. III.

2 JOANNES Inſulanus civis Inſulanum Pontificatum obtinebat an. 1128. Quo eodem tempore B. Lucæ Abbati Patiri Eccleſiam ſancti Conſtantii ſuæ Diœceſis cum ſuis pertinentiis donavit, quæ omnia Mabilia Heroina nobiliſſima Roberti Ducis filia confirmavit per publicum privilegium, quod ſupra in Archiepiſcopis S. Severinæ dedimus ab
exemplari. IV

3 VURNARUS Inſulanus Præſul ſubſcripſit privilegio Eugenii III. conceſſo Oliberio Præpoſito S. Petri ad Oratorium de Capiſtrano an. 1149. Abbatia hæc ſancti Petri ſita eſt in Valle Tritana prope oppidum Capiſtrani in Comitatu Valvenſis Provinciæ, in Aprutio condita à Deſiderio Longobardo Rege, cujus hodie Abbas Commendatarius eſt Sereniſſ. Princeps Carolus Medices Epiſcopus Card. Oſtien & Veliternenſis, ſacri Senatus Decanus. Porro ex hac eadem Abbatia prodiit Antonius, qui ex Præpoſito ejuſdem Eccleſiæ Presb. Cardinalis creatus eſt à Paſchale II. ut ipſemet fatetur in privilegio eidem Antonio & ſucceſſoribus conceſſo. Dat. Beneventi per manus Joannis S.R.E. Diac. Cardinalis, ab Bibliothecarii 12. Kalen. Maii, Ind. 10. Incarnationis Dominicæ 1177. pontif. ann. 18. exemplar extat apud me, ubi: *Tibi ergo dilecte in Chriſto fili Antoni Præpoſite, quem præſtante Deo tu noſtra ſancta Romana Eccleſia Presbyterum Cardinalem conſecravimus, tuiſque ſucceſſoribus, &c.* Hujus Cardinalis non meminit Ciaconius, neque alius
quiſque qui de Cardinalibus ſcripſit. V.

4 TASIMEUS eodem anno 1149. die 18. Octobr electus Inſulanus vocatur in charta confirmationis Rogerii in favorem Monaſterii de Calabro Mariæ conſcripta, ſuperius in Geruntinis Epiſcopis
relata, de quo nihil aliud reperimus. VI.

5 N. Epiſcopus Inſulanus, cujus nomen non exprimitur, vixit Beati Joachimi temporibus circa annum Dom. 1200. cujus erat familiaris amicus, ut
in ejus actis legitur. VII.

6 MATTHÆUS, ſive MATTHIAS Inſulanus erat Epiſcopus anno 1239. quo ab omni Epiſcopali jure, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus de conſenſu ſui Capituli Monaſterium ſancti Stephani de Inſula parva ſuæ Diœceſis Ordin. S. Bened quibuſdam tamen conditionibus additis exemit. Indultum ſuo diplomate aſſeruit Innocentius IV. anno 1243. ubi ad verbum documentum Matthæi inſeruit, quod ex Regeſt. Vatic. fol. 25. epiſt. 131. an. 1. pontif. hic exhibemus.

Priori, & Fratribus Monaſterii ſancti Stephani de Inſula parva Vcututer. Ordinis ſancti Benedicti Inſulan. Diœceſis.

Juſtis petentium, &c. uſque complere. Referentibus ſiquidem vobis accepimus quod bon. mem. Matthæus Inſulanus Epiſcopus attendens, quod in Monaſterio veſtro digitus à vobis Deo impenditur famulatus, Monaſterio ipſi omnia jura Epiſcopalia, quæ ſibi competebant in illo, Capituli ſui accedente conſenſu, pia & provida liberalitate remiſit, una libra ceræ annuatim, conſecratione Altarium, Eccleſiæ dedicatione, ordinatione Monachorum, & Eccleſiaſticis Sacramentis in eodem Monaſterio ſibi, & ſuis ſucceſſo-

obiit anno Chriſti 1479. cum laudabiliter præfuiſſet in epiſcopatu 26. penè annis Hujus meminere Acta Conſiſtorialia, Antonius Yepes Annal. Benedict. Ord & plures alii ex noſtris Ciſtercien. Ord. hiſt.

XXVI 24 BONADIES electus eſt Nonis Junii 1479. præfuit uſque ad annum 1487. utrique Eccleſiæ ſuæ nuncium remiſit.

XXVII. 25 JOANNES interfuit coronationi Alphonſi II. Regis Neapolit. celebrata die 2. Junii 1494.

XXVIII. 26 ANGELUS Caſtaldus hu us Eccleſiæ Epiſcopus obiit anno 1508.

XXIX. 27 CÆSAR Lambertinus a ex Archiepiſcopo Tranenſi die 23. Februar. anno 1509. translatus ad hanc Inſulanam Eccleſiam, & cum diu eam rexiſſet, illam ceſsit ad ſavorem nepotis die 8. Junii 1545. Deſideratur in ſerie Tranenſium Archiepiſcoporum.

a De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 65. Mandoſ.

XXX 28 THOMAS Lambertinus Prior ſancti Nicolai Peregrinorum Tranenſis, miles ſancti Pauli, & Pauli III. Pontificis familiaris ex ceſsione Cæſaris patrui, cum eſſet annorum 24. hanc Eccleſiam Inſulanam in commendam accepit, donec 27 annum attigiſſet, tunc in titulum adminiſtrandam, reſervata cedenti denominatione Epiſcopi Inſulani, ac regimine, & adminiſtratione, necnon omnibus fructibus ejuſdem Eccleſiæ, demptis 150 ducatis pro nepote proviſo qui patruo defuncto ſucceſsit, & cum ſediſſet aliquot annos extrema clauſit an 1551. vel circa finem anni 1550.

XXXI. 29 HONORATUS Faſcitellus b Iſernienſis nobili ſamilia natus anno 1502. patre Marco viro clar. matre Margarita Caracciola, puer ann. 17. Monachus Caſinenſis Cœnobii factus, vir evaſit in Græcis, humanis, diviniſque literis verſatiſſimus, & Poeta, cujus etiam poemata lepidiſſima leguntur apud Jovium in elogiis, & impreſſa quoque in deliciis Poetarum Italiæ. Laudatur a Bembo, Joanne Caſæ, Flaminio, ab amico noſtro erudito Jo. Baptiſta Mari Canonico S Angeli in foro piſcium in notis ad librum Petri Diac. Caſinenſis de viris Illuſtribus Caſinen. quem publici juris fecit Romæ anno 1655. aliiſque doctiſsimis viris; cumque ob egregias virtutes Iulii III. Pontificis notus, & familiaris eſſet, Inſulana inſula condecoratus eſt die 30. Januarii 1551. præceptor datus Innocentio Montino Card. in Pontificis familiam adoptato Interfuit Concilio Tridentino, Romæ obiit menſe Martio 1564. cum jam antea Epiſcopatu ſe abſolviſſet. Inſigne edidit opus de factis Alphonſi Marchionis Vaſti heroico verſu concinnatum, cujus cum laude meminit Scipio Capyce de principiis rerum.

Tum vitæ unanimem ſocium, comitemque laborum
Faſcitelum, irati rapuit quem numinis ira,
Redde meum, nil triſte illi, durumque recepto;
Ipſe tuam Cælo dimiſſam Virginis alvo
Progeniem, canet ille Ducis, magnique triumphos
Avalidæ, qui nunc vices Orientis, & acrem
Impia compreſſit reparantem prælia Gallum.

b De quo Nicodemus in addit. ad Bibl. Neapol. Toppii p. 190. Mandoſ.



XXXII. 30 ANNIBAL Caracciolus Neapolitanus Honorati ſuperioris ex ſorore nepos eo cedente præficitur in hujus ſedis Epiſcopum die 4. Maii 1562. Sibi coadjutorem poſtulavit cum ſpe futuræ ſucceſſionis Scipionem Montalegrium anno 1585. die 4. Julii. Is vigil creditæ ſibi Eccleſiæ Præſul patrimonii Epiſcopalis prædia ab injuſtis poſſeſſoribus recuperavit. Eccleſiam à Turcis direptam ſacra omni ſupellectili ornavit. Canonicorum numerum, & Seminarium inſtituit, & dotem de ſuo patrimonio attribuit. Præfuit annis multis ſanctiſſime, obiitque in ſenectute bona collachrymantibus cunctis.

31 SCIPIO Montalegrius ex coadjutore, demortuo Annibale ſucceſſit; obiit anno 1609. XXXIII.

32 HIERONYMUS Palazuolus ſucceſſit die 11. Febr. 1609. ſedit annis quatuor, defunctus anno 1614. XXXIV.



33 ANDREAS Juſtinianus c Patritius Januenſis Leonardi filius, Fabiani Adiacenſis Epiſcopi frater, Ordinis Prædicatorum, ſummus Theologus, & omni doctrina ſcientiſſimus multa compoſuit, inter quæ celebratur cenſura in librum Andreæ Deralii de poteſtate Pontificis A Paulo V. Sancti Officii Commiſſarius adlectus, ab eodem, die 24. Novembris 1614 Inſulanus Epiſcopus delectus eſt. Vixit in hac dignitate annis duobus, exceſſit vero 27. Novembris 1617. Jacet in Cathedrali, ſequenti in marmore ſculpto elogio exornatus à Clero. XXXV.

c De eo Nideiorus in Athen. Liguſt. & Fontana in Theatro Domin. p. 206. Mandoſ.

D. O. M.
Fratri Andreæ Juſtiniano nobili, ac Patritio Januæ genere nato, Prædicatorum familiæ vita & literis claro, non indigno totius Ordinis moderatori vico, à Paulo V. Pont. Max. in Commiſſarium Sancti Officii, Antiſtitumque examinatorem electo, ac demum in Epiſcopum Inſulanum evecto.
Cumque in diem ad majora deſignaretur, morte immatura eripitur.
Clerus Inſulanus ob ſingularem amorem, acceptaq; beneficia grati animi ergo poſuit.
Obiit anno Domini MDCVII. ætatis ſuæ xlvii.



34 JOANNES ANTONIUS de Maximis Romanus Patritius filius Caroli Domini Montis Fortini & Claricis Juſtinianæ Vincentii Card. Juſtiniani ſororis, vir varia literarũ ſcientia nõ mediocriter eruditus, poſt multas variaſq; præfecturas pro S. Se- XXXVI.

de obitas, ex utriuſque Signaturæ Referendario Inſulanus Præſul factus eſt die 12. Febr. 1618. Præfuit laudatiſſimè annis quinque. Exceſſit ann. 1623. Jacet in Cathedrali; ſcripſit ſuæ familiæ hiſtoriam, quæ M. S. extat apud ejus nepotem Camillum Hieroſolymitanum Patriarcham olim apud Phillippum IV. Hiſpaniarum Regem Apoſtolicum Nuncium, & Cameræ Apoſtolicæ Clericum. Joannis Antonii meminit cum laude eruditus amicus noſter Michael Abbas Juſtinianus in lib. de viris Illuſt. Inſulæ Chii nondum excuſo.

XXXVII. 35 ASCANIUS Caſtaneus Taurinenſis Bernardi Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis à ſecretis filius I. V. D ex Propoſito Claraſchi & utriuſque Signat. Referend. ab Urbano VIII. Inſulanus fuit pronunciatus Epiſcopus poſt Joannem Antonium de Maximis. Romæ obiit die 16. Decembr. 1627. in Cœnobio S. Petri ad Vincula, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Franciſci de Paula ad Montes in communi Fratrum oſſuario.



XXXVIII. 36 ALEXANDER Bichius *a* Senenſis, Bernardini, & Coſæ Bandinellæ filius, nepos Metelli Bichi Cardinalis Suanæ Archiepiſcopi Senenſis, conſtituitur Inſulanus Epiſc. die 5. Maii 1628. & Apoſtolicæ Sedis Nuncius apud Proregem Neapolitanum, transfertur ad Eccl. Carpentoratenſem in Gallia ann. 1630. & ad Ludovicum XIII. Gallorum Regem mittitur. Purpura donatur ab Urbano VIII. die 28. Novemb. 1633. Romæ deceſſit die 25. Maii hora 22. an. 1657. cadaver ejus poſt nobile funus habitum in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam 27. die eadem nocte delatum eſt ad Eccleſiam Sanctæ Sabinæ in Aventino Monte, & terræ mandatum eſt, ubi egregium legitur hocce elogium.

a De eo Ciaconius Oldoinus tom. 4. col. 589.

* R. S. I.

Alexandro Bichio Senenſi Tit. S. Sabinæ S. R. E. Presb. Card. Cælioque fratri ſac. Rot. Rom. Auditori Metelli Card. è Vincentio fratre nepotibus Vicaria A. C. juriſdictione perfunctis, unde Alexander Urbani VIII. Pont. Max. delectu in Regno Neapolitano Inſulanus, in Gallicano Carpentoratenſis Antiſtes utrobique Nuncius æquanimi magnitudine per aſſidua raræ pietatis, ac prudentiæ documenta, extincto ſimul Francorum Regis auſpiciis intra Italiam enardentiam bellorum incendio, & pacte in Gallia Provinciis totius Regni Galliæ apud ſanctam Sedem Comprotector gloriam nunquam quæſitam ſemper promeritus, Cælius vero pari laudum tenore ſanctioribus Pontificiæ molis curis adhibitus in Archigymnaſio Almæ Urbis Præfectus, ac demum Alexandri Pont. Max. oraculo ſanctæ Inquiſitionis, ac ſacræ Pœnitentiariæ Conſultor juſtiſſime in ſapientiſſimo Rotali conſeſſu annos xiv. emenſus. Galganus arcis Albeniæ Marchio fratribus mortalitate exutis anno ſalutis MDCLVII. Cæliadie ix. Martii ætatis anno lxvii. Alexandro die xxv. Maii, ætatis an. lxi. poſuit. Oſſa Alexandri Bichi S. R. E. Cardinalis tit. S. Sabinæ. Oſſa Cælii Bichi ſac. Rotæ Romanæ Auditoris.

* In Appen. tom. 9.

XXXIX. 37 FRANCISCUS Bibilus Catacenſis ex Clerico Beneficiato Baſilicæ S. Mariæ Majoris electus die 8. Jan. 1631. obiit 1634.

XL 38 MARTINUS Alferius nobilis Mediolanenſis utriuſque Signaturæ Referend. variiſque muneribus in Romana Curia functus ex Inquiſitore Melitenſi delectus eſt Inſulanus Epiſcopus die 21. Auguſti 1634. ſedit plus minus annis quinque, & ad Cuſentinum Archiepiſcopatum translatus eſt.

XLI 39 JULIANUS Vivianus Piſanæ Cathedralis Eccleſiæ olim Decanus, Epiſc. Salonenſis, Epiſcopo Cardinali Oſtienſi in illius Eccleſiæ Regimine inſerviens, eligitur Inſulanus Epiſcopus die 2. Maii 1639. Præfuit, uti pium Epiſcopum decet, optime, ac ſumma cum laude annis duobus. Deceſſit ex hac momentanea ad meliorem vitam anno 1641. Jacet in Cathedrali. Scripſit & evulgavit Praxim juris patronatus Romæ, Typis Bartholomæi Zannetti 1622. erat enim in utroque jure ſcientiſſimus, ac publicè in Academia Piſana docuerat.

XLII. 40 Fr. ANTONIUS Cellius *b*, Romanus (1) Ordinis Prædicatorum, in Academia Romana ſacræ Theologiæ publicus Lector, ab Urbano VIII. Inſulanenſi Sacerdotio exornatus die 6. Septembris 1641. Exceſſit anno 1645. & apud ſuos prædeceſſores in Cathedrali humatur.

b De eo Fontana in Theatro Domin. p. 226.

XLIII 41 DOMINICUS Carnovalis Stili in Calabria natus, Hebræa, Græca, ac Latina lingua peritiſſimus. ſacris literis, ac Theologica facultate clarus ex Abbate ſæculari ab Innocentio X. Epiſcopus electus eſt Inſulanus ann. 1645. brevis Pontifex fuit, quippe qui vix ſponſam ſuam amplexus, cum ad tumulum florente adhuc ætate evocatus menſe Decemb. ſubſequentis anni 1646. in Eccleſia S. Dominici de Stilo ſepultus, apud quam ægrotus ſe deportari fecerat, & ſpiritum exhalaverat.

XLIV 42 JO. BAPTISTA Morra Dominico ſucceſſit primo Julii 1646. migravit ex hoc ſæculo 1649.

XLV 43 JO. FRANCISCUS Ferrerius Catacenſis præficitur die 2. Martii 1649. obiit anno 1657.

A D D I T I O.

(„ *Jo. Franciſcus Ferrarius, nobilis Catacenſis,*
„ *I. V. D. electus die 2. Maii 1650. obiit 1658.*
XLVI „ *CAROLUS Roſſius, nobilis Catacenſis, I. V. D.*
„ *patriæ Eccleſiæ Cantor, & Catacenſis Epiſcopi,*
„ *tum Card. Gabrielii Epiſc. Aſculani Vicarius ge-*
„ *neralis, Ferrario ſucceſſit prima die Sept. 1659.*
„ *Occubuit in Terra Maſſoraca an. 1679.*
XLVII. „ *FRANCISCUS Megale, ex Terra S. Mauri S.*
„ *Severinæ diœceſis, I. V. D. & Rector parochialis*
„ *Eccleſiæ S. Catharinæ de urbe, renunciatus eſt In-*
„ *ſulanus Epiſcopus 27. Novembris 1679. Nondum*
„ *exacto ſui regiminis biennio fato raptus eſt 4. No-*
„ *vembris 1681.*
XLVIII. „ *FRANCISCUS Marinus, Roſſanenſis, I. V. D.*
„ *qui Biſinianenſis, Tricaricenſis, Cæſenatenſis,*
„ *& Beneventani Antiſtitum vices egerat, hac in-*
„ *ſula dignatus eſt 25. Maii 1682. Doctus, & pius*
„ *Præſul vivendi metam attigit menſe Octobri*
„ *1715.*
XLIX „ *DOMINICUS Votta, Cuſentinus, I. V. D. &*
„ *verbi dei præco, Vicarii Capitularis, tam gene-*
„ *ralis Cuſentini munere defunctus, ad hanc ſedem*
„ *evectus eſt 20. Decembris 1717.)*

SANCTI LEONIS

E P I S C O P I.

URBS Sancti Leonis, olim Leonia nuncupata, à Saracenis funditus deleta, ſita erat inter

(1) Tulpha; Romanus utique dictus tum ob incolatum, tum quia cœnobii Prædicatorum in urbe filius, ut ajunt, extitit, & Lectoris magiſtrique Studentium munere in Collegio Romano S. Thomæ Aquinatis perfunctus fuit. Nicolai Ricciardii ſacri Apoſtolici palatii magiſtri ſocius 2 annis vixit. De eo mentio apud Leonem Allatium in Apib. Urbanis p. 36. *Mandoſius*.

inter urbes Crotonenſem, & Sanctæ Severinæ, A cujus nulla mentio apud veteres Auctores; memoratur tamen à Leandro. Barrio, & Marofiotto in Hiſtor. Calabriæ. Viſuntur ejus veſtigia, & ubi Cathedralis, erat magna Crux. Antiquitus Græcum babebat Epiſcopum, deinde poſterioribus ſæculis Latinum Metropoli S. Severinæ ſubjectum. Pius V. Pont. Max. anno 1571. Epiſcopalem dignitatem ſuppreſſit, & redditus ona cum Diœceſi S. Severinæ Metropoli perpetuo univit, ut ex decreto Conſiſtoriali liquet hiſce verbis conſcripto in Actis. *Sanctiſs. D. N. Die mercurii 7. Novembris 1571. Referente Reverendiſſimo Maffæo, Cathedralem Eccleſiam S. Leonis, quæ eſt ſolo æquata, & nunc Paſtore caret in Regno Neapolitano una cum dignitate Epiſcopali, & aliis Epiſcopalibus inſignibus perpetuo ſuppreſſit, & extinxit, illamque Metropolitanæ Eccleſiæ S. Severinæ, cum omnimoda illius juriſdictione ſubjecit, nec non dictæ Eccleſiæ S. Leonis, illiuſque menſæ Epiſcopalis fructus, prædictæ menſæ Archiepiſcopali annexuit, & incorporavit,* B *ita quod liceat nunc & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo S. Severinæ illarum poſſeſſionem, vel quaſi propria auctoritate apprehendere, fructuſque menſæ Epiſcopalis utilitatem, & uſus convertere; voluit tamen Sanctitas ſua in loco, ubi Eccleſia S. Leonis prædicta exiſtebat, ſanctiſſimæ Crucis ſignum, ac in Metropolitana Eccleſia hujuſmodi unum Altare, ſeu Capellam ſub eadem invocatione S. Leonis in priſtinæ dignitatis memoriam erigi.* Porrò Epiſcopi hujus Eccleſiæ ſequentes tantum fuerunt à nobis obſervati.

I. 1 LUCAS obiit ſub Clemente V. anno 1349.

II. 2 ADAM de Cimiliario Monachus ſancti Nicolai de Flagiario Ordinis ſancti Baſilii Neocaſtrenſis Diœceſis ſucceſſit Lucæ ad hanc inſulam vocatus a Clemente VI. anno 1349. 4. Id. Octob. pontif 8. ex Reg. Vatic. ep. 145. fol. 37. p. p. lib.

III. 3 JACOBUS Epiſcopus S. Leonis ſub Urbano VI. vixit, a quo juſſus eſt Epiſcopatum dimittere, poſt multos vero annos a Bonifacio IX. factus eſt Archiepiſcopus S. Severinæ anno 1400. C

IV. 4 JOANNES, cujus obitus memoratur in Actis Conſiſtorialibus Bonifacii IX. ſub anno 1391.

V. 5 Fr. NICOLAUS Laurentii, Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini eligitur in Epiſcopum ſancti Leonis per obitum Joannis, Nonis Junii an. 1391. ex Actis Romanis lib. 1. Proviſ. Prælat. obiit anno *a* 1404.

a Ante an. 1404. VI. („ *ANTONIUS, Ordinis Prædicatorum, Signinus autem Epiſcopus, huc translatus eſt an. 1402.* „ *ut notavit Ughellus ipſe tom. 1. in Signinis.*)

VII. 6 Fr. GEMINIANUS Joannis de Sochefanis, ejuſdem Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini factus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus ab Innocentio VII. die 4. Id. Decembr. 1404. ex eodem Proviſ. Præl. lib.

VIII. 7 NICOLAUS obiit 1439.

IX. 8 GOBERTUS de Nichesola Veronenſis, gente nobili natus ex Veronenſi Canonico olim Archipresbyter fuerat, S. Leonis Epiſcopus delectus eſt ab Eugenio IV. die 22. Aprilis 1439. Nicolao ſucceſſit, fuitque Vicarius & ſuffraganeus Franciſci Condulmerii Cardinalis & Epiſcopi Veronenſis, D diu ac laudabiliter hanc ſedem tenuit, in eaque mortalitatem explevit. In noſtra ſerie Archipreſbyterorum Veronenſium t. 5. fo. 1086 ex lapſu memoriæ irrepſit error, ut pro Goberto, Hieronymum ſcripſerimus fuiſſe Epiſcopum S. Leonis anno 1440. cum re vera ad hanc inſulam vocatus eſt Gobertus a. 1439. Hieronymus vero præterito ſæculo evaſit Epiſcopus Theanenſis, & Galeatius ex hac eadem prænobili familia fuit Epiſcopus Belluonenſis. Goberti meminit nobilis, eruditusque vir Julius a Puteo in elogiis Advocatorum Veronenſis Collegii.

X. 9 JOANNES DOMINICUS mortem obiit 1490.

XI. 10 JOANNES S. Bonifacii Abbas de Squillario A ſucceſſor datus eſt Joanni Dominico die prima Junii ab Innocentio VIII. anno 1490. ex Actis Conſiſtor. cætera ignorantur.

XII. 11 P. MATTHÆUS exceſſit anno 1518.



XIII. B 12 JULIANUS Datus nobilis Florentinus, Leonardi Dati Epiſcopi Maſſæ, & Populonii in Etruria propior affinis, is muſas in juventute coluit pluraque Etruſco, & facili verſu compoſuit, de diluvio, quod Romæ accidit anno 1445. & B. Julianæ de Signa vitam edidit; Theologiæ deinde operam dedit, & Canonici juris eximius fuit Doctor, antiquarum rerum peritiſſimus, & in omnibus ſingularis doctrinæ, ſub Julio II. ac Leone X. Baſilicæ Vaticanæ, ac Lateranenſis Pœnitentiarius, earondem Decanus ab eodem Leone pronunciatus eſt Epiſcopus S. Leonis die 26. Feb. ao. 1518. Romæ vita deceſſit ano. 1524. & in Eccleſia ſanctorum Silveſtri & Dorotheæ prope portam Septimianam, cujus erat Paſtor ſepultus fuit hoc epitaphio ad tumulum inſcripto.

D. O. M.

Juliano Dato Epiſcopo S. Leonis, ac Baſilicæ Lateranenſis & Principis Apoſtolorum de Urbe Pœnitentiario, & hujus Eccleſiæ Paſtori, cujus bonitas, & integritas omnibus gratior ſemper fuit, qui obiit iv. Kal. Januarii MD.XXIV. C

Juliani meminit, cum laude Petrus Monaldus in deſcriptione ejuſdem familiæ in lib. M. S. apud me de familiis Florentinis, ubi recenſentur ex hac nobili gente plures viri & toga, & armis clariſſimi. Vide quæ de ipſo egimus in noſtro tertio tomo in Leonardum Epiſcopum Maſſanum.

13 FRANCISCUS Spherulus Camerinenſis, XIV. primum Rectonæ Archipresbyter, dein S. Leonis Epiſcopus ſucceſſit Dato die 18. Januarii 1525. ab Incarnatione, duobus annis eam abſens Eccleſiam rexit, quam dimiſit ad favorem ſequentis, vel nepotis, vel ſaltem affinis. Fuit Franciſcus vir omnibus ſcientiis perpolitus, ac ætatis ſuæ poeta clariſſimus, multa opera, ac primitus elegiarum librum de amore conjugali, tum verſus Lyricos, ac de hominis ab infantia inſtitutione conſcriptam D Antropopædiam in lucem edidit; magna ejus memoriam veneratione Lilius Gerardus in libris de Poetis noſtrorum temporum Dial. 1. his verbis commendat: *Sed nunc quid Franciſcum Sphærulam Camertem prætereamique elegiarum libros de amore conjugali, epigrammata, & Lyricos verſus compoſuit, & quæ imperfecta ad hunc diem habet in manu, Cæſaris Borgiæ Valentini geſta, & Alexandri VI. Item hominis inſtitutiones ab infantia, & matris, ut ait Lucilius Balga, ad ipſum uſque poſt mortem ſlotam, quod opus ille Græca voce Antropographiam, vel Andropediam inſcribit. Sed Durus hic & ſui judicii abſque.* Hæc Lilius. In cujus etiam laudem verſus celebrantur.

Hæc qui Borgiadæ cecinisti tempora Sixti
Sphærule, quique modos Lyricos, elegoſque libellos
Mox hominem inſtituis, qua vitæ regula, cuique
Conveniat; ſed nec dum hæc lima extrema polivit.

Ve-

Verum longè illuſtrior ea laus eſt, quam ſibi ipſe ingenii acumine, ac elegantia politiſſimis illis verſibus, ut auro inciderentur, digniſſimis, quibus Virginem ſalutat, ſibi comparavit, quorum initium: A

O pia Mater Ave, totum veneranda per Orbem,
Omni labe carens, ò pia Mater Ave.
Salve lux mundi, Genitrix ſanctiſſima ſalve,
O Benedicta Dei, ſanctaque Mater Ave.
O vita, ò ſalus, ò requies, ſpes unica Mundi,
O Regina Poli, claraque Stella Maris.
O felix Sponſa ſummo copulata Tonanti,
O ſuper Angelicos glorificata Choros.
O Dea Cœlicolis ſemper memoranda Camœnis,
O ſexus meritò gloria fœminei.
Salve iterum, atque iterum repetens ſanctiſſima ſalve,
Extremique memor finis adeſto mei.

XV 14 Fr. ANSELMUS Spherulus, aliis Anſelminus, & Antolinus Camertinus, Ordin. ſancti Franciſci vir doctus ex ceſſione Franciſci ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt die 19. Januarii 1526. B Deceſſit anno 1531. cujus meminit Vvaddingus to. 8. Annal. Minorum, quem ex Spinula familia fuiſſe aſſerit; ſed hic ex Spherula Camertina gente fuit, ut in Actis Conſiſt. obſervo.

XVI. 15 ANASTASIUS ex Canonico Bononienſi Anſelmo datus eſt ſucceſſor die 18. Januarii 1532. trium annorum ſpatio in ea dignitate vixit, obiitque 1535.



C

XVII. 16 OCTAVIANUS de Caſtello, Bononienſis, cum eſſet Eccleſiæ Ferrarienſis Vicarius, in gratiam Joannis Card. Salviati Epiſcopi Ferrarienſis, delectus eſt Præſul S. Leonis die 8. Januar. 1535. Ferrariæ obiit anno 1542. Cadaver Bononiam delatum in Baſilica ſancti Petronii nobili tumulo terræ mandatum, ubi hæc verba in marmore exarata ſpectantur.

Octaviani Caſtelli Epiſcopi, Ferrariæ mortui hic ſepulti mors norma vitæ eſt optima, felix qui ſtatuit bonum quod unum eſt.
Octaviano Caſtello Epiſcopo humanique Juris conſultiſſ. qui vixit ann. lxx. obiit Ferrariæ vii Kal. Julias MDXLII. D
Inde Bonon. delatus, ut ipſe vivens juſſerat hic ſepultus eſt Kal. Julii MDXLIII.

XVIII a Caſtellus. 17 Fr. THOMAS Caſtellus a Roſſanenſis Ordinis Prædicatorum doctrina & pietate clariſſ. ſublectus eſt Epiſcopus die 11. Decembris 1542. translatus ad Bertinorienſem ann 1543. inde ad Oppidenſem, mox ad Cavenſem Eccleſiam, de quo vide in Cavenſium Epiſcoporum ſerie, & alibi in noſtro opere, ubi plura de viro hoc omni laude digniſſimo leges.

XIX. 18 MARCUM Salvidium Rectorem ſancti Bartholomæi de Biſiniano Paulus III. ad hanc ſedem traduxit die 14. Novembr. 1544. Sedit plus minus ann. 11. ac mortuus eſt 1555.



19 Fr. JULIUS Paveſius, Ordinis Prædicatorum, electus die 23. Auguſti 1555. eodemque anno translatus eſt ad Veſtanam Eccleſiam, poſtea evaſit Archiepiſcopus Surrentinus, de quo vide noſtrum 6. tom in ſerie Archipræſulum ejuſdem Eccleſiæ. XX.

20 JULIUS de Rubeis Canonicus Polinianen. ſucceſſit die 2. Octobris 1555. Interfuit Concilio Tridentino, Romæ extrema clauſit menſe Martio 1564. XXI.

21 ALVARUS Magalenes Luſitanus, Imperatricis major Eleemoſynarius, electus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus à Pio IV. anno 1565. die 12. Martii. Quo defuncto Pius V. anno 1571. Epiſcopatum hunc, ac dignitatem perpetuo ſuppreſſit, ut ſupra retulimus. XXII.

STRUNGULENSES EPISCOPI.



STRONGYLIS, vulgo *Strongoli*, mediterranea eſt citerioris Calabriæ civitas, edito loco ſita, & rupibus undique ſepta, abeſt à mari P. M. tribus à S. Severina Metropoli xii. a Crotone totidem. Macalla, ſive Macella olim dicta ab emoliendo, ait Stephanus, quod ibi emolitus ſit Philoctetes, cui incolæ, dicato templo ſacrificabant. Hanc antiquam Peteliam ab ipſo Philoctete Græco poſt Trojanum bellum conditam fuiſſe narrant, & vetuſtiſsima inſcriptio a Decurionibus Auguſtalibus, Populoque poſita æneo ſimulacro M. Megonio in hac civitate hactenus ſervata ejus antiquitatis fidem facit, quam modo Strongulenſem vocant, antiquiſsimam eſſe Peteliam Romanorum municipium porro inſcriptio ita proloquitur.

M. MEGONIO M.
F. M. N. M PROV. COR. LEONI
AC. IV. VIR LEG. Q P. P. IV. VIR
DECURIONES AUGUSTALES,
POPULUSQUE EX AERE CONFLATO OB MERITA EJUS.

In alio lapide:

M. MEGONIO M.
F. COR LEONI. AED IV. VIR. LEG.
COR QUÆST. PEC. P. PATRONO
MUNICIPI
AUGUSTALES OB MERITA EJUS
L. D. D. D.

Viſun-

Viſuntur etiam hoc tempore apud hanc civitatem antiquiſſimorum ædificiorum erebræ ruinæ, ac paſſim Romanæ inſcriptiones reperiuntur. Peteliç meminit Strabo, & Silius Italicus. Maximæ fidei laudantur Peteliani à Livio, Valerioque Maximo; cum pro fide ſervanda Romanis, ſuccenſa prius patria in ignem ſeſe projecere; unde, ut Valerius ait, *Itaque Annibal, non Peteliam, ſed fidei Petelianæ ſepulchrum capere contigit*. Cæterum quo tempore, quave occaſione poſt ſuam reſtaurationem accepit, non conſtat; parva nunc civitas eſt, aquarum ſcaturiginibus affluit; circum enim urbem fontes plurimi ſcatent, ager optimi frumenti, & aliarum frugum ferax eſt, & armentorum, pecorumq; pabulis accommodatus. Sunt aucupia turturum, & palumbarum, aliorumque minorum alitum. In molendis autem frugibus utuntur piſtrinis, & molendinis vento agitatis. Urbis imperium obtinet
1 Princeps Franciſcus Campitellus Comes Meliſſæ. Epiſcopatus Strongylenſis antiquiſſimus eſt, & Archiepiſcopo S. Severinæ ſuffraganeus. Cathedralis Eccleſia titulo ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſatis ample ædificata, & aliquot Sanctorum reliquiis ornata, ubi Canonici quindecim, è quibus quinque dignitate eminent, Archidiaconus, Decanus, Archipresbyter, Cantor, & Theſaurarius, & viginti alii Clerici, qui omnes divina officia peragunt. In civitate præter Cathedralem ſunt Parochiales Eccleſiæ tres, familiæ 390. Diœceſim hæc Eccleſia nullam habet. Annuus fructus Epiſcopalis menſæ ad ducatos Regni mille, & amplius; taxatur vero in Cancell. Apoſtolica flor. 33. Præſules autem, qui eidem præfuerunt Eccleſiæ ſequentes nobis noti ſunt pauci.

I. 1 MADIUS vixit, floruitque an. 1178. quo ſubſcripſit documento Confratriæ S. Mariæ de Latina Meſſanenſis, ubi leges ejuſdem ſtatuuntur à Nicolao primo Archiepiſcopo Meſſanenſi apud Rocchum Pyrrhum notitia prima Siciliensium Eccleſiarum: cætera ejus acta obſcura ſunt.

II. 2 GUILLELMUS Epiſcopus Strungulenſis anno 1246. judex erat compromiſſorius litis, quæ Florenſis Monaſterii Abbatem inter, & Archimandritam Patiri Cœnobii Roſſanenſis Diœceſis vertebatur, quam ad ſavorem Archimandritæ compoſuit, ut vetus Patiri charta apud me enarrat. Exemplar hic libenter damus, quod nomen & dignitatem Guillelmi ſervavit in hunc modum.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Anno Incarnationis ejuſdem 1246. menſe Martii, 4. Ind. Imperante Domino noſtro Dom. Frederico Dei gratia Invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Jeruſalem, & Siciliæ Rege glorioſiſſimo, Imperii ejuſdem anno 26. Regni Jeruſalem 21. Regni quoque Siciliæ, anno 49. feliciter. Amen.

Rationis ordo requirit, & conſuetudo à prudentibus approbata, ut ea quæ deducuntur in judicium, vel arbitrium, quod judicium imitatur, ſive per juſtitiam, ſive per concordiam terminentur, ſcripturæ teſtimonio mandentur notitiæ poſterorum, ne ſemel deciſæ lites, iterum valeant ſuſcitari per redivivæ ſcrupulum quæſtionis. Hac ergo conſideratione ducti Nos Guillelmus permiſſione divina Epiſcopus, & Lucas Archidiaconus Strungulenſes præſenti ſcripto notum facimus, quod Dopnus Matthæus Venerabilis Abbas Floris, & Dopnus Nymphus Venerabilis Archimandrita Patiri pro parte ſua, & Conventuum ſuorum quoque erant procurationibus muniti, de quibus conſtitit nobis ad nos in Strungulum venientes pro expenſis & laboribus evitandis petierunt inſtanter compromittere, & nobis acquieſcentibus compromiſerunt in arbitrium noſtrum, ut per ſummariam indagationem, & etiam alias ad communem inſinuationem partium; bonum pacis firmaremus inter eoſdem ſuper queſtione aqueductus molendini, per quem poſitum in prædio Florenſis Monaſterii ſervitutem ducendi aquam ad molendinum grangiæ ſanctæ Helenæ monaſterii Pateccnſi, dictus Archimandrita, & Autecеſſoces ſui dicebantur habere. Verum quia arbitrium ſine pœna compromittentes quaſi filum aranei non ligabat, eiſdem venerabil. Abbatibus conſuluimus, & noſtro conſilio acquieverunt, ac fidejuſſores dederunt communiter, Dominum Jordanum Ruffum, Judicem Senatorem, & Dominum Rogerium Buctutum Cives civitatis Stronguli ſub pœna centum unciarum auri, medietatem Imperiali Curiæ, & aliam medietatem parti ſolvendam ab ea parte, quæ à noſtra ſententia duxerit appellandum, vel aliquo modo contra noſtram ſententiam veniendum, & eadem pœna ſoluta, omnia ſint in eodem ſtatu, quo fuerunt ante arbitrium inchoatum. Qua obligatione completa; quia arbitrium judicium imitatur, auctoritate quam habuimus injunximus partibus, ut in medium deducerent omnia jura ſua, & proponerent, ſi quid queſtionis haberent. Formæ autem procurationum Conventus Florenſis monaſterii, & Patiri ſunt hæ. Dilectis in Chriſto fratribus, & amicis univerſis præſentes literas inſpecturis, Feater Johannes Pat. & Convent. Floris ſalutem, & debitam in Domino charitatem. Univerſitati veſtræ cupimus eſſe notum, quod quamvis Dopni Matthæi Vеаcrabilis Abbatis Floris, & noſtea negotia minimè ſint diſcreta, & ipſe in nobis, & nos contineamur in eo, ad cautelam tamen fecimus, & conſtituimus ipſum ſpecialem procuratorem, regium Syndicum, & auctorem ſuper quæſtione, quam habemus cum Venerabili Archimandrita, & Conventu Patiri, & Aqueductç Helenæ monaſterii Patirenſis ad compromittendum in arbitros agendum, reſpondendum, contradicendum, & ad omnia, quç facere debet legitimus procurator, ſyndicus, ſive auctor, promittentes, & pro promittente fidejubentes ſub ipotheca rerum monaſterii noſtri, ut omni tempore ratum habeamus, & firmum quicquid exinde prędictus Abbas noſter duxerit procurandum, ut autem de hac voluntate, & commiſſione noſtra fieri valeat plena fides, præſens procurationis ſcriptum fieri fecimus, impreſſione ſigilli noſtri, & duodecim noſtrum, & pro parte omnium ſubſcriptione munitum. Menſe Martii quartæ Indictionis.

† Ego Frat. Iohannes Prior Floris ſſ.
† Ego Fr. Robertus Subprior Floris ſſ.
† Ego Frater Nicolaus de Fillino Monachus & Sacerdos Floris ſubſcripſi.
† Ego Fr. Petrus de Fillino Monachus Floris ſſ.
† Ego Frater Benedictus de Flore ſſ.
† Ego Frater Orlandus Diaconus Monachus Floris ſubſcripſi.
† Ego Frater Iohannes de Gavorn Diaconus Monachus Floris ſubſcripſi.
† Ego Frat. Nicolaus de Animinico Monachus Floris ſubſcripſi.
† Ego Fr. Sanctorus Monachus Floris ſſ.
† Ego Fr. Johannes de Cuccurio Monachus Floris ſubſcripſi.
† Ego Fr. Nicolaus de Gerencia Monachus Floris ſubſcripſi.
† Ego Fr. Nicolaus de Longobucco Diac. Monachus & ſcriptor Floris.

Dilectis in Chriſto Fratribus & Amicis univerſis præſentes literas inſpecturis Frater Barlaam Edeſiarcha, & Conventus Patiri ſal. & debitam in Domino charitatem.

Univerſitati veſtrç cupimus eſſe notum, quod quamvis Dopni Nimphi Venerabilis Archimandritæ Patiri, & noſtra negocia minimè ſint diſcreta, & ipſe in nobis, & nos contineamur in eo, ad cautelam tamen fecimus & conſtituimus ipſum ſpecialem procuratorem noſtrum Syndicum & auctorem ſuper quæſtione, quam habemus cum venerabili Abbate & Conventu Floris de Aquçductu molendini grangiç noſtrç ſanctæ Helenæ ad compromittendum in arbitros, agendum, reſpondendum, contradicendum, & ad omnia, quæ facere debet legitimus procurator Syndicus, ſive auctor promittentes, & pro promittente fidejubentes ſub ipotecha rerum monaſterii noſtri, ut omni tempore ratum habeamus, firmum quicquid Archimandrita noſter exinde duxerit procurandum; ut autem & hac volun-

tate

tate & commiſſione noſtra fieri valeat plena fides, præſer, procurationis ſcriptum fieri fecimus, & cum proprium ſigillum non babueeimus, duodrcim noſtrum ſubſcriptionibus pro parte omnium coboravimus illad Menſe Maetii quartæ Indictionis.

† Ega Frater Barlaam Presbyter Monachus & Ediſarcha Patiri propela manu ſſ.

† Ego Featrr Romanas Peesbyter Moaachus Paeiri propria manu ſubſcripſi.

† Ego Fr. Nicodemus Monachus, & Peesbytee Patiri ſubſcripſi.

† Ega F. Nilus Monachus Diac. Patiri ſſ.

† Ego Frat. Miletus Monachus, & Peesbyter Patiei ſubſcripſi.

† Ego Fratee Laurentius Monachas, & Peesbyter Patiei ſubſcripſi.

† Ego Frater Germanas Presbyter, & Monachus Patiri ſubſcripſi.

† Ego Frater Sacca Moaachus, & Diac. Patiei ſubſcripſi.

† Ego Frater Neoſidas Presbyter Monaebas Paeiri propria manu ſſ.

† Ego Fratee Nectarius Monachus, & Peesb. Patiri ſubſcripſi.

† Ego Frat. Adrianus Monachus Patiei ſſ.

† Ego Fratrr Iacobus Monachus Patiei ſſ.

Quibus publicatis, & etiam approbatis, dictas Acchimandetta poeeexit libellam in foema judicii boc modo.

Proponit Fr. Nymphus Archimandrita Patiri pro paete ſua, & nomine Conventus, & Eccleſiæ ſuæ contra veneeab. Abbatem Floeis & Conventum ejuſdem, quod cum babuerint & babere debeant ſervitutem aquę ducendæ ad molendinum graagiæ ſuæ S. Helrnæ in territorio S. Seveeinę juxta flumen Neti ſubtus Roccam S. Petri, & Cremaſto, & ipſius molendini aquęductum eeſici faceeet pee terram, quæ fuit Dom. Alamanni, & nomine Florenſis monaſterii, venerabilis Abbas Floris probibet aquam ducere per rivam & alveum conſuetum. Unde ne ipſum impediat, ſeu molrſtet, poſtulat probiberi: d. vero Abbas Floris litem conteſtando, confrſſus eſſe ſe peobibuiſſe, & probibere aquam ducere prr fundum ſuum, & urgavit Archimandritam Patiri, & prædeceſſores ſuos babuiſſe ſervitutem aquæducendi per fundum prædictum, & ſi babueeint, quadraginta anni ſunt elapſi, & amplius, quod uſi non fuerunt, & ideo amiſerunt. Econtra venerabilis Archimandrita Patiei aſſeruit, quod banc ſrrvitutem babuit & uſus fuit infra ſpatium temporis ſupradicti. Facta autem ſupee boc abrenunciatione ab uteaque partr, babito conſilio diligenti interlocati ſumus, ut venerabilis Archimandrita Patiri probaret, ſi poſſet, prædeceſſores ſuos, & ſe ipſum ſrrvitutem prædictam babuiſſe, & uſos fuiſſr, & venerabilis Abbas Floris probaret, ſi poſſet, quadeaginta annos elapſos fore, quod aquæductu prędicto ceſſante fluere, molendinum Patiri moleee, & opeeari ceſſavit. Ad quæ probanda cepreunt terminum competentem, in qua comparrutes probationibus abeenunciaverunt, & etiam allegatis, & allegandis, ac omni juri compreenti, & competituro iteeam in Judicio deducen. ac omni lrgum aunilio, & ſpecialitee beneficio eeſtitutionis in integrum, & literis impetratis & impetrandis. Nos autem babito cum viris peritis conſilio diligenti quia veſtigium veteris aquęductus molendini monaſterii Patirrnſis adbuc darare aliquatenus in teeca Floeenſis monaſterii videbatae, & tam dia per rei evidentiam vacaviſſe, quod ius poſſeſſionis erat Florenſi monaſterio acquiſitum, & de jure ſervitutis, præſcriptionis, & proprietatis utriuſq; partis peopter defectum probationum nobis liquere non potuit, viam mediam rligrntes, cum ad officium peetineat judicantis ſtudere, ut id dr quo agitue magis valeat, quàm pereat, ſicut utramque partem eu verbis compromiſſi ſupes firmando bono pacis novimus velle, ſenteutialiter arbitrati ſumus, ut vrnerabilis Archimandeita Patiei, & venerabilis Abbas Floris propter ſua, Conventuum & monaſteriorum ſuorum, communicationem reædificent, & conſervent quatuor & quotcunque poterunt molendina & fullas cum expenſis communibus, quodq; molendinorum, & fullarum proventus cantum communitee dividentur, ac vener. Abbas Floris reſtituat venerab. Archimandritę Patiri medietatem expenſarum iuramento ſuo expeimendarum, quas iam fecit ibidem. Item ſi contigerit facta molendina, vel fullas aliquatenus annullari, reficiantur ubi refici poterunt ſub modo præmiſſo in communibus, vel alterius prædiis Florenſis monaſterii, vel Patiri, & proventus tantam communiter dividantur; ſumpta tamen origine aquæductus, unde modo initium babere videtur. Item ſi aliqua perſona ſuper reficiendis aquæductu, & eiſdem molendinis, & fullis ædificandis in loco conſueto, vel alibi, ut eſt dictum controverſiam moverit, vel vim intulerit, dictus Archimandrita, & ſucceſſores ſui in litigando onus ſubeant omnium expenſarum. Similiter venerab. Abbas Floris, & ſucceſſores ſui teneantur reſiſtere cum propriis expenſis omnibus quæ ſuper aquæductu quod inde derivatur per prædium Floris quæſtionem ducerent ſuſcitandam. Item poſtquam facta fuerint molendina qualibet bebdomada utrique parti liceat ſex cumulos frumenti ſingillatim liberè molere, cui noſtræ ſententiæ utraque pars acquieſcit expreſſè. Ad inditium autem hujus compromiſſionis, & robur perpetuò valiturum duo ſimilia ſcripta fieri fecimus per manus Petri publici Tabellionis terrę Strunguli, in quem licet non notarium ſuum partes conſenſerunt, tanquam in notarium ſuum ſubſcriptione noſtra, Domini Ogeeii de Pſic. Dom. Jordani Ruffi, Dom. Senatoris, Dom. Rogerii Buccuti Judicis, Nicolai Judicis Caracuſtæ, Notarii Joſephi Boni, & Aldeprandini civium Strunguli aſſeſſorum noſtrorum, & teſtium à partibus rogatorum atteſtatione munita; quorum Inſtrumentorum unum uni, & alterum alteri parti duximus aſſignandum, Anno, menſe, & Indictione præmiſſis.

Ego Petrus publicus Tabellio Stronguli prædicta ſcripſi, & proprium ſignum annotavi.

Loco † ſigni.

† Ego Guillelmus permiſſione divina Strungulenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego Lucas Archidiaconus Stroagulen. ſſ.

† Ego Jordanus Ruffi de Calabria ſſ.

† Ego Ogerius de Pſic. ſſ.

† Ego Senator de Strongulo ſſ.

† Ego Rogerias Buccatus fidejuſſor qui ſupra, teſtis ſum.

† Ego Nicolaus Judex Strongulo ſſ.

† Ego Gaeacuſta Judex Stronguli ſſ.

† Ego Notarius Joſeph ſſ.

† Ego Bonus teſtis ſum.

† Ego Aldiprandinus ſſ.

3 PETRUS Monachus S. Euphemiæ Neocaſtrenſis Diœceſis à Capitulo electus, confirmatur ab Innocentio IV. anno 1254. 3. Kal. Febr. ep. 98. fol. 12. Datum Neapoli anno pontif. ejus poſtremo, ita in Regeſt. Vat. Anno 1258. eidem Petro, & Biſiouanenſi Epiſcopo ſcribit Alexaoder IV. præcipiens ut reſtituaot monaſterium ſancti Aogeli de Militino Ordinis ſancti Baſilii olim in ſpiritualibus, & temporalibus indigeos reformatione Abbati Fontis Laureati reformandum, ſi in dicto Ordine non poſſit reformari, &c. & obtentis literis Manfredi filii Federici Imperatoris, Principis Tarentini, & bajuli generalis executorialibus, dictum monaſterium ſancti Angeli Militini in pertineotiis Campanæ, Abbas Footis Laureati reſtituit, committeodo fratri Angelo Monacho Florenſi in ſcriptis ut totum oegocium redigeret, præſentibus D. Orlando Abbate Floreoſi, & quampluribus habitatoribus Campanæ, & fratre Joaooe Guarioo Monacho S. Euphemiæ, & fratre Dorotheo, qui ſibi uſurpaverat nomen Abbatis, reſignavit. Hæc vetus charta monaſterii Fontis Laureati. Petri obitus diem, & annum oon habemus. Io Reg. Vat. Martini IV. ano. pontif. Chriſti 1282. obſervavi hanc Strongylenſem Eccleſiam eo anoo Paſtore deſtitutam eſſe, an per mortem Petri, non cooſtat. III.

IV. 4 ROGERUS Epiſcopus Strongylenſis anno 1291. à Nicolao IV. translatus eſt ad Rapollanam Eccleſiam 4. Id. Novemb. pontif. 3. ex Reg. Vatic. 528. fol. 106.

V. 5 FRANCISCUS Rogerii ſucceſſor anno 1291. obiit ſub Bonifacio VIII. an. 1297. ex eodem Regeſt.

VI. 6 Fr. UGUCCIONUS de Spoleto Ord. Præd. Franciſco ſucceſſit 15. Kal. Aprilis 1297. ab eodem Bonifacio ad hanc infulam vocatus, ut in ejus Regeſt. ann 3. epiſt. 44. fol. 206.

VII. 7 ROGERUS ſedem Strongylenſem regebat ann. 1322. memoratur hoc eodem anno in Reg. Caroli II. Regis.

VIII. 8 PETRUS hujus Eccleſiæ Præſul à ſolito ſervitio, quod debebat ſacro Collegio liberatus ob paupertatem die 22. Auguſti 1330. ex lib. ſolut. Prælat. ſub Joanne XXII. Papa.

IX. 9 Fr. PETRUS Vicedominus Eccleſiæ Caſſinenſis, electus Strongylenſis, electioni de ſe factæ liberè ceſſit in manibus Clementis VI. an. 1342.

X. 10 Fr. THOMAM de Roſa Ordinis Minorum, virum doctum, & dignum, idem Clemens ad hanc Cathedralem evexit Id. Novembris 1342. ex Reg. ejuſdem epiſt. 64. ann. 1. ſub eodem mortem obiit an. 1352.

XI. 11 ALMANIUS civis & Decanus Strongylenſis ſuffectus eſt Thomæ 4. Kalen. Junii 1352. à Clemente eodem VI. Pontifice in eodem Reg. Poſt hunc aliqui deſiderantur Epiſcopi.

XII. 12 JACOBUS Epiſcopus Anglonenſis ad hanc Eccleſiam translatus 4. Kal. Maii ann. 1400. ex lib. Proviſ. Præl. Bonifacii IX.

XIII. 13 PETRUS electus anno 1407. die 23 Julii à Gregorio XII. obiit anno 1413.

XIV. 14 ANTONIUS Sangualus, alias de Molina civis Crotonenſis, & Epiſc. Boſſonenſis in Sardinia, factus eſt Strongylenſis Epiſcopus à Joanne XXIII. ann. 1413. Kal Febr. ſedit an. 17. & translatus eſt ad Archiepiſcopalem ſedem S. Severinæ anno 1430. ex eodem libro ſupra citato.

XV. 15 THOMAS Epiſcopus Oppidenſis, transfertur ad hanc Eccleſiam die 17. Kal. Junii 1430. Exceſſit anno 1433.

XVI. 16 DOMINICUS de Rubeis ex oppido Sublani, cum eſſet Canonicus Cuſentinus, eligitur Strongylenſis Epiſcopus in locum Thomæ 19. Kalen. Januarii 1433. è vivis exemptus eſt ann. 1470.

XVII. 17 NICOLAUS Baliſtrarii Canonicus Tricaricenſis demortuo Dominico ſuffectus eſt 4. Id Martii 1470. præfuit ann. 9.

XVIII 18 JOANNES proviſus à Sixto IV. anno 1479. 17. Kal Martii ſeptem annos Strongylenſibus Epiſcopale jus dixit, obiit ann. 1486.

XIX. 19 JOANNES Joanni ſucceſſit 6. Id. Martii 1486. (*„ De hoc Joanne Antonio mentio eſt in Bulla „ Innocentii VIII. pro Montalibus S. Alexandri Parmenſis, in qua vocatur electus Strungulen. & Joannis Jacobi Card. Epiſcopi Parmen. Vicarius „ generalis ſub Dat. Romæ 1486. 17. Maii.*)

XX 20 HIERONYMUS Luſcus obiit anno 1509.

XXI. 21 GASPAR de Murgiis civis Strongylen. electus a Julio II. die 13. Junii 1509. Thronum Epiſcopalem conſtrui fecit.

XXII. 22 BERNARDUS de Sfito anno 1513. florebat hujus Eccleſiæ Epiſcopus.

XXIII 23 PETRUS Ranerius eligitur anno 1535. Romæ conſecratur 7. Novembris in Capella Palatii Apoſtolici ab Epiſcopo Scordovenſi, ſedit plus minus ann. 4.

XXIV 24 MARCUS Cardinalis Grimanus *a* fuit hujus Eccleſiæ Adminiſtrator ann. 1540. quam liberè dimiſit eodem anno ad favorem ſequentis.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 485.

XXV. 25 HIERONYMUS Zacconus Piſaurenſis deligitur die 13. Maii 1540. hanc rexit Eccleſiam ann. 11. jamque provectæ ætatis ultro, libenſque abiit munere.

XXVI 26 MATTHÆUS Zacconus Piſaurenſis per- ceſſionem Hieronymi patrui electus eſt Epiſcopus 13. Julii 1551. fato ceſſit 1567.

XXVII. 27 THOMAS Orſinus, Fulginatenſis, vir doctrina, conſtantique fama clariſſimus evaſit hujus Eccleſiæ Epiſcopus, poſt paucos menſes translatus eſt ad patriæ ſuæ ſedem die 24. Januarii, de quo vide primum noſtrum tom. in Epiſcopis Fulginatenſibus, ubi plura de viro omni laude digniſſimo enarravimus.



XXVIII. 28 Fr. TIMOTHEUS Juſtinianus *b* Jacobi filius Patritius Januenſis ex Condominis Chiæ Inſulæ natus an. 1502. Adoleſcens Ordinis Prædicatorum habitum induit in S. Mariæ de Caſtro Chienſi Cœnobio, in eoq; literis & pietate eruditus ita profecit, ut ad diverſa deinde obeunda munia admotus, Vicarius Generalis Congregationis Peregrinantium evaſerit, ejuſque fama virtutum permotus Julius III. illum Arienſem primum anno 1550. die 21. Julii, mox Calamonenſi unitæ Eccl. in Creta Epiſcopum creavit. Sub Pio IV. cum aliis multis ſuæ Juſtinianæ familiæ Præſulibus Sancto interfuit Tridentino Concilio, a quo ad patriæ Chienſem ſedem translatus an. 1564. 15. April. quam cum eximiæ pietatis laude adminiſtraret contigit miſerabilis illa ejuſdem Inſulæ per Piali Turcæ claſſis Præfectum occupatio anno 1566. Reluxit tunc Præſulis Timothei fidei Chriſtianæ ardor, ac pro Chriſto ſubeundi martyrii deſiderium, etenim ut Spondanus in Annal. Eccl. tradit, cum quidam Turca in maxima D. Petri æde ciborium in quo ſacratiſſima Euchariſtia condita erat, profanis manibus contrectans Præſule præſente rogato (erat Inſula cultus Latini) num illic ipſius Deus, & ſuæ fidei myſteria eſſent, illo annuente, ciborium in terra projeciſſet: eo viſo Præſul incredibili dolore perculſus, ſtatim flexis genibus projecta colligens, me prius, inquit, oro, interfice, quam hæc ſacroſancta myſteria pedibus conculcari videam. Quo motus barbarus ultro ab injuria temperavit. Juſſu deinde Solimani Turcarum Tyranni Juſtinianorum familiis Capham, olim Theodoſiam in Taurica Cherſoneſo deportari, cum unus, & viginti eorum pueri circiter decennes ea alacrioribus, & magis vividis Conſtantinopolim adducti inter Solimani ephebos enutriendi retenti fuiſſent, & vi circumciſi, nullus tamen eorum in tenera illa ætate induci potuit ad fidem abnegandam: unde virgis duriſſimè cæſi, penè omnes interierunt. Quorum unus ſub mortem aſtrictus, digitum attollere in ſignum abjuratæ fidei, è contra ita digitos ad pugnum ſtrinxit, ut neq; vivo, neque mortuo manus amplius aperiri potuerit. Cæterum Timotheus de ſua deturbatus ſede, Romam ſe contulit, benigna commiſeratione a Pio V. ſanctiſſimo Pontifice amplexus ab ipſo ad hanc Strungulenſem Eccl. die 5. Apr. 1568. transfertur, ad quam bene regendam ſtatim ſe contulit, præcipuoque pietatis exemplo præfuit annis plus minuſve tribus. Plane pauperum pater fuit, in quorum ſuſtentatione Epiſcopalis menſæ cenſus propemodum effudit; Epiſcopalem domum ferè a fundamentis extruxit, ubi præclara commodaque cubicula pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus, tum & Cathedralem exornavit; Turres quatuor fortiſſimas condidit, ut tutius firmiuſq;

b De eo Michael Juſtinianus in Chio ſacra, & Oldoinus in Athen. Liguſt. & Fontana in Theat. Domin. p. 599. Mandoſ.

civitas ipſa ab Turcarum incurſionibus cuſtodiretur. Apud Eccleſiam S. Mariæ de Catholica, olim Græcorum Cœnobium exædificavit pro Fratribus Prædicatorii Ord. Deo ibidem perpetuò famulaturis, eidemque dotem attribuit non ſpernendam. Scripſit de inſula Chia brevem relationem ad Cardinalem Jo. Baptiſtam Cicadam, quæ M. S. ſervatur ab amico noſtro Camillo Futino. Tandem ſeptuagenario major piè ut vixerat, bono fine quievit anno 1571. ſepultuſque eſt in Cathedrali. De mortui Præſulis memoriam illuſtravit Abbas Michael Juſtinianus in Strangulenſi Eccleſia ad ejus tumulum ponendam, quam more ſuo eruditiſſimo Octavius Boldonius Clericus Regul. S. Pauli ex Barnabita in hunc modum concinnavit. (A)

D. O. M.
Timotheus Juſtinianus
Patritius Genuenſis ex Condominis Chii
huac urnam vix implet
Qui
Prædicatorum Ordinem Alumnus
Orientis plagas Vicarius Generalis Peregrinorum,
Oecumenicum Trident. Concilium Confeſſor
Arien. Calamonen. Chien. Strungulen. deinceps
ſedem Epiſcopus,
Turcicum Orbem occupata Chio candidatus
Martyrii pro S. Eucharistiæ cultu (B)
præclara
Religionis, Prudentiæ, Doctrinæ, Charitatis,
Fortitudinis fama complevit,
Hiſtoricis materiem ſuppeditans
Chriſtianis exempla,
Profanis admirationem,
Gentilibus gloriam.
Natus anno ſal. MDII.
Denatus MDLXXI.
Michael Juſtinianus Abbas in coajunctum ſuum
obſervantiſſ. Poſ. M. DC. LX.

XXIX. 29 GREGORIUS Formicinus electus 1572. die 13. Januarii, præfuit ann. 7. deceſsit 1579.

XXX 30 RAYNALDUS Corſus ex Inſula Melitenſi Gregorio ſucceſsit die 3. Augusti 1579. obiit 1591. (C)
(„ *Ejus cum laude meminere Oldoinus in Athen. Liguſtico, Ghillinus in Theatro vol. 1. p. 205. & præſertim Leander Albertus in opere, quod de Italiæ Inſulis ſcripſit, p. 12. & 13.* Mandoſius.)

XXXI 31 DOMINICUS Petruccius Typhernas præficitur die 27. Aprilis 1582. Romæ conſecratur in Eccleſia ſancti Blaſii in Monte Citatorio per Cardinalem ſanctæ Severinæ die 17. Junii, aſsiſtentibus Aliſano, Curſolano, & Acerrano Epiſcopis, ſedit annis duobus, translatuſque ad Brugnatenſem a Eccleſiam in Liguria anno 1584.

a Ad Bisſinacenſem, ut videre eſt in tom. 4.




XX XII. 32 JOANNES Aloyſius de Mareſcottis, Bononienſis, Herculis Senatoris filius, Strongylenſis declaratur Epiſcopus die 4. Januarii 1585. obiit in patria, tumulatus in Eccleſia Corporis Chriſti, ubi ad magnificum ejus ſepulchrum hoc cœnotaphium legitur.

D. O. M.
M. M. M. Joan. Aloyſio Mareſcotto I. V. D.
Epiſcopo Strangulenſi, altæ integritate, doctrina ſingulari, moribus ſuaviſſimo. Vixit ann. xxx viii. m. v. d. xxii. obiit vero anno ſalutis MD. LXXXVII iii. Non. Jan.
E. O. H. S. V M B. P.

33 CLAUDIUS de Mareſcottis Cyri filius, pari virtute deceſſori inſula dignus, ex Monacho Olivetano, & Abbate S. Michaelis de Boſco Bononiæ, Strongylenſis evaſit Epiſcopus die 18. Febr. 1587. Romæ à Cardinale Gabriele Paleotto inauguratur in Eccleſia S. Spiritus in Saxia, aſsiſtentibus Annibale de Graſsis Faventino, & Vincentio Caſalio Maſſano Epiſcopis, præfuit ann. 3. è vivis exemptus eſt Romæ 24. Febr. 1590. ætatis ſuæ 70. XXX III.

34 CLAUDIUS Vicus Anconitanus Claudio ſucceſſor eſt datus a Sixto V. die 2. Martii 1590. collabens Epiſcopale Palatium in meliorem formam reſtituit, exceſsit ſub Clemente VIII. XXX IV.

35 MARCELLUS de Laurentiis Neapolitanus ſucceſsit Claudio, obiit anno 1601. XX XV.



36 SEBASTIANUS Ghiſlerius Alexandrinus Protonotarius Apoſtolicæ Sedis, defuncti Marcelli dignitatem conſecutus eſt 1601. die 30. Aprilis, Fratres Cappuccinos recepit, eiſque monaſterium condidit, Hoſpitale intra urbis mœnia una cum Eccleſia in honorem Beatiſsimæ Virg. Mariæ conſtruxit, ubi hæc inſcriptio, XXX VI.

Sebaſtianus Ghiſlerius Alexandrinus ſanctæ memoriæ, Pii V. Pontificis Max. conſanguineus, Epiſcopus Strongulenſis hanc Eccleſiam erexit, & ædificavit.

Sedit laudatiſſimè annis multis, jamq; provectæ ætatis Coadiutorem accepit à Gregorio XV. Bernardum Piccolum cum ſpe futuræ ſucceſſionis, pauloque poſt piè obiit.

37 BERNARDUS Piccolus Umbraticenſis civis electus Archiepiſcopus Nicienſis, & Coadiutor Sebaſtiani, die 15. Decembris 1621. cui demortuo ſucceſſit, præfuitque ad annum 1636. quo obiit. XXX VII.

38 SALUSTIUS Bartolus Etruſcus de Monte Sancti Savini hujus Eccleſiæ Epiſcopus creatus eſt die 10 Novembris 1636. ſpatio centum dierum in hac ſua Eccleſia vixit, & è vivis exemptus eſt, & in Cathedrali ſepultus. XXX VIII. (D)

39 JULIUS Dietalevius Ariminenſis præficitur Epiſc. 14. Decemb. 1637. ſedit menſibus quatuor, defunctus in Cathedrali jacet cum hoc epitaphio. XXX IX

Iulio Dietalevio Ariminen. inter proſpera & adverſa pari animi magnitudine, ab Urbano VIII. Strungulen. Eccl. inſignito dignitate Carolus frater germanus dictæ Eccleſiæ Epiſcopus ſucceſſor, Fratri amantiſſimo, aliiſque Prælatis monumentum excidendum curavit. A. D. MDCXLVIII.

40 CAROLUS Dietalevius, Julii frater ex Canonico Ariminenſis Eccleſiæ fratri ſucceſsit, oſſa ejuſdem in novo monumento, quod ſibi & ſucceſſoribus ſtatuit in Cathedrali tranſtulit ante aram maximam, addita inſcriptione. XL

Deo Salvatori
Julius Dietalevius, & Carolus fratres

ger-

A *germani Epiſcopi Strungulenſes hoc ſepulchrum Epiſcoporum erexere.*

XLI 41 MARTINUS Denſes Mediolanenſis ex Congregatione Clericorum Somaſchorum Caroli ſucceſſor, è vivis eximitur anno 1655. jacet in Cathedrali in communi Epiſcoporum oſſuario, boni Paſtoris de ſe apud poſteros relicta fama.

XLII 42 Fr. BLASIUS Mazzellus Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum, electus die 25. Octobris 1655.

A D D I T I O.

„ *Tranſlatus deinde eſt ad Eccleſiam S. Agathæ*
„ *Gothorum 26. Februarii 1663.*

XLIII „ *ANTONIUS Maria Camalda, ex Terra Bel-*
„ *vederii diœceſis S. Marci, J. V. D. & Rector pa-*
„ *rochialis Eccleſiæ S. Benedicti in Piſcivola de Ur-*
„ *be, electus eſt Strungulenſis Epiſcopus 2. Julii*
„ *1663. Obiit menſe Decembri 1690.*

XLIV. „ *Jo: BAPTISTA Carronni ex Terra S. Viti Heſu-*
„ *nenſis diœceſis, S. Theologiæ Doctor, & Rector*
„ *parochialis Eccleſiæ S. Joannis Florentinorum*
„ *de urbe promotus eſt ad Eccleſiam Strungulenſem*
B „ *19. Decembris 1691. Diem clauſit ſupremum men-*
„ *ſe Aprili 1706.*

XLV „ *THOMAS Oliverius, presbyter nobilis diœceſis*
„ *S. Severinæ, J. V. D. & Epiſcopi Sutrini gene-*
„ *ralis Vicarius, hac mitra decoratur 25. Junii 1706.*
„ *Ad ſuperos adiit menſe Februario 1719.*

XLVI „ *DOMINICUS Marzanus, Boveſis, patriæ*
„ *Cathedralis Archipresbyter, J. V. D. Strunga-*
„ *lenſi ſedit in Cathedra 26. Aprilis 1719.*

UMBRIATICENSES

EPISCOPI.

C

UMBRIATICUM (olim *Bryſtacia*) mediterranea eſt civitas Calabriæ citerioris, mille à mari paſſibus diſtans, condita ab Oenotriis, ut ait Stephanus, in rupe quadam, quæ horrendis præcipitiis munita, atque inacceſſa, neque populum propterea, neque Clerum habet valde numeroſum; ſi quidem in codice fiſci Regii cenſentur urbanæ familiæ 160 In agro vero Umbriaticenſi legitur manna: fit goſſipium, & ſeſama; provenit terebinthus, & cappare. Naſcitur alabaſtrites, & gipſum marmoroſum, & lapis molaris: extant & ſylvæ glandiferæ, in quibus venationes, & aucupia fiunt. Epiſcopatus antiquus inter ſuffraganeos Archiepiſcopo S. Severinæ. Sub Sixto Papa III & Valentiniano Imperatore habita fuit Rhegii Provincialis Synodus ab Hilario Archiepiſcopo adverſus Umbriaticenſem Epiſcopum, qui minus legitime fuerat ordinatus. Umbriaticenſis Epiſcopatus mentionem facit Abbas Joachimus. licet mendosè legatur Antiblacenſis: fuit autem Epiſcopalis ſedes huc translata ex Paterno urbe. Cathedralis Baſilica titulo S. Donati, in vertice rupis, atque adeo in media civitate tres in naves diſtincta viſitur cum ſacra Turri, & Sacrario rebus divino cultui neceſſariis inſtructo, ac ſacris Reliquiis ornato, & ſacra ſupellectili pro loci conditione ſufficienter inſtructo. Hic aſſervantur reliquiæ SS. Gregorii Papæ, Laurentii, Donati, Stephani, Gregorii, & Petronillæ, & fruſtula quædam veſtis Chriſti, & B. Mariæ Virginis. Sacris in ea miniſtrabant olim Canonici octo, quorum quinque in dignitate conſtituti erant, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Decanus, Cantor, Theſaurarius, & Archipresbyter; nunc ad quatuor tantum Sacerdotes reducti ſunt, qui & ipſi inopia laborant. In civitate præter Cathedralem Parochialis Eccleſia nulla, nullum virorum Cœnobium, Sanctimonialium ſeptum unum: fidelium animæ intra mœnia degentium ſunt 600. Diœceſis perangusta quatuor oppidis & tribus pagis continetur. Oppidorum maximum eſt Ciro, ſeu ipſy vero Epiſcopalis reſidentiæ; locus habitatur animabus 1800. cum quatuor Parochialibus, quarum præcipua titulo S. Mariæ de Plateis. Hic etiam Seminarium eſt Clericorum decem, duo virorum Cœnobia, Xenodochium, & Mons Pietatis. Secundum eſt Crucullum habitatum fidelibus 1130. cum duabus Parochialibus, Cœnobio Auguſtinianorum, & Xenodochio. Tertium eſt oppidum Caſuboni habitatum fidelibus 600. cum ſua Parochiali, Cœnobio Franciſcanorum & Hoſpitali Quartum eſt oppidum Meliſſæ habitatum fidelibus 888. cum tribus Parochialibus, Cœnobio Auguſtinianorum, Hoſpitali & tribus laicorum Sodalitiis. Pagi, ſeu Caſalia ſunt Tinghe habitatum fidelibus 105. Carfitii, quod Albanenſes, ſeu Epirotæ incolunt numero 216. quibus Græcus Presbyter conjugatus ſuo ritu ſacra adminiſtrat; Caſale ſancti Nicolai de Alto, quod Albanenſes conſimiliter inhabitant numero 550. ſuo cum Græco Sacerdote. In univerſum autem tota Diœceſis Umbriaticenſis continet Parochiales Eccleſias tredecim, quarum decem Latini, tres Græci ritus exiſtunt. Populus Diœceſanus conſtituit animas 7599. quarum 4563. ſunt Latinorum, reliquæ Græcorum. Clerici autem Latini per totam Diœceſim ſunt fere ſexaginta. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 2000. Taxa flor. 37. qui partim colliguntur ex feudis antiquiſſimis Maradiæ, ſancti Nicolai de Alto, & ſanctæ Marinæ, in quibus utrumque gladium Umbriaticenſis Epiſcopus habet, tametſi Maradiæ, & ſanctæ Marinæ diruta jaceant. Epiſcopi qui in ea floruerunt, pauci ſequentes ſunt ex variis monumentis a nobis collecti.

1 N. Umbriaticen. Eccleſiæ Epiſcopus haud canonicè ordinatus, contra quem Hilarius Rheginus Archiepiſcopus Synodum ordinavit Sixto III. ſedente, ut Maroſiottus Antiquit. Calab. lib. 1. cap. 26. Poſt hunc incompertum eſt, qui in hac ſede floruerint uſque ad annum 1122. I.

2 GERVASIUS Umbriaticenſis Epiſcopus, ut volunt, interfuit conſecrationi Catacenſis Eccleſiæ anno 1122. II.

3 EBRAS vixit temporibus Rogerii I. Regis; memoratur in documento Roperti ſucceſſoris. III.

4 ROPERTUS florebat in hac ſede Epiſcopus anno Domini 1167. qui hoc ipſo anno confirmavit monaſterium ſancti Stephani conſtructum, & dotatum à Rogero, & Guillelmo Regibus pro Monachis Baſilianis ſanctæ Mariæ de Patirio, Ebras Epiſcopo vivente, hac quippe addita conditione, ut Monachi Patirii quolibet anno offerant Eccleſiæ Cathedrali Umbriaticen. in feſto ſancti Donati die 7. Auguſti amphoram olei, & candelas tres, Epiſcopus autem Oleum ſanctum eodem tempore Monachis tribuat. Actum, ſcriptumque fuit pro hac re publicum documentum juſſu Roperti Epiſcopi à Filotetto Monacho & Abbate ſanctæ Marinæ, anno Mundi 6670. primæ Indict. qui fuit Chriſti 1167. Porro documentum, quod extat apud me, ſcriptum eſt in membrana Græco-barbaro charactere, ut vix intelligi potuerit. In principio hæc latine ſcripta verba leguntur. IV

† *Ego Ropertus S. Eccleſiæ Umbriaticenſis Epiſcopus hanc chartam meo juſſu ſcribere feci.*

† *Ego Maurus Umbriaticenſis, vel S. Donati Canonicus hoc totum, quod hæc charta continet, mea gratuita voluntate concedo & confirmo.*

Sequitur deinde Græcum documentum, & in fine latine ſubſcribuntur teſtes.

† *Va. Archidiaconus Umbriaticenſis teſtis ſum.*
† *Ego Bartholomæus Canonicus hæc confirmo.*
† *Ego Paganus Umbriaticenſis Canonicus, vel ſancti Donati teſtis ſum.*
† *Ego Rogerus Canonicus teſtis ſum.*
† *Ego Paſchalis Canonicus teſtis ſum, & confirmo.*

Subſcripti deinde leguntur ſub his teſtibus poſteriori tamen tempore, duo alii Umbriaticenſes Epiſcopi Roperti ſucceſſores, qui documentum confirmarunt in hæc verba.

† *Ego Peregrinus Umbriaticenſis Epiſcopus hoc confirmo.*

† *Ego Raynuldus Umbriaticenſis Epiſcopus hoc confirmo.*

Hactenus membranaceum documentum.

V. 5 PEREGRINUS Epiſcopus ſucceſſor Roperti fuit, ut ex ejus ſupra relata confirmatione habetur. (,, *Anno 1179. Lateranenſi Concilio interfuit.*)

VI. 6 RAYNALDUS poſt Peregrinum immediate ſedit, ex eodem documento ab ipſo confirmato. Cætera eorum acta ſunt nobis ignota. Poſt hunc aliqui deſiderantur Epiſcopi.

VII. 7 CAPUANUS conſtituitur Umbriaticenſis Eccleſiæ Epiſcopus à Gregorio IX. die 17. Kalend. Auguſti 1235. ex Reg. Vat. ep. 153. fol. 55. an. 9.

VIII. 8 DIONYSIUS electus Umbriaticenſis, confirmatur ab Alexandro IV. & commendatur Capitulo die 13. Kalen. Decemb. 1258. ita in Reg. Vat. ep. 295. fol. 164. an. 4 Pontif ejuſdem, & poſt hunc etiam plures deſiderantur Epiſcopi. B

IX. 9 N. Epiſcopus Umbriaticenſis à Carolo II. Rege ſequens ſcriptum favorabile pro ſua Eccleſia accepit anno 1306. quod extat in Regio Neapol Reg.

Scriptum eſt Juſtitiariis, Secretis cæteriſque Officialibus per partes Calabriæ conſtitutis tam præſentibus quàm futuris fidelibus ſuis &c. Venerabilis in Chriſto Pater Umbriatic. Epiſcopus fidelis noſter noſtræ nuper expoſuit Maieſtati quod Caſalia ſanctæ Marinę, ſancti Nicolai de Alto, & Marathię, quę ſunt Umbriaticenſis Eccleſię propter pręteritę guerrę diſcrimina ſunt deſtructa. Cumque ſicut exponens aſſeruit antedictus caſalia ipſa rehabitari poſſint ſi homines illuc ad habitandum accedentes ſuper iuribus lignaminum galearum à quibus hi qui conſueverunt ab hactenus habitare caſalia ſupradicta erant immunes, ut ponitur, & ab aliis oneribus quæ fidelibus noſtris aliis Regni Siciliæ per Curiam imponuntur per Officiales Curiæ mandaremus indebitè non gravari; Supplicavit humiliter, ut mandare benignius dignaremur homines accedere volentes ad habitationem caſalium eorundem ſuper iuribus lignaminum galearum, & oneribus aliis antedictis per vos contra conſuetum, & libitum non gravari. Cujus in hac parte ſupplicationem juſtam utpote admittentes fidelitati veſtræ præcipimus quatenus tam homines illos, ſi qui ſunt, qui caſalia ipſa ad præſens inhabitant, quam eos, qui in antea illuc ad habitandum accedere ſponte voluerint, dummodo de demanio ipſo non exiſtant ſuper præſtatione jurium dictorum lignaminum galearum, & aliorum onerum prædictorum; nec vos compellatis aut gravetis contra conſuetum, & debitum, nec compelli, aut gravari de cætero permittatis. Præſentes autem literas poſt convenientem inſpectionem earum reſtitui volumus præſentanti efficaciter in antea valituras per Bartholomæum de Capua militem, &c. C

Datum Neapoli anno Domini 1306. die prime menſis Iunii 4. Indict. D

X. 10 CHRISTOPHORUS electus Umbriaticenſis Epiſcopus à Joanne XXII. ſolitum ſubſidium ſolvit ſacro Collegio die 20. Decembris 1333. præfuit ann. 14. & ad Eccleſiam Biſinianenſem tranſlatus eſt anno 1346.

XI. 11 GUILLELMUS ex Archidiacono Catacenſi ſucceſſit Chriſtophoro ad hanc infulam evocatus a Clemente VI anno ſalutis 1346. die 11. Kalend. Martii, ex Regeſt. Vatic.

XII. 12 MICHAEL Periſta ex Canonico electus per obitum deceſſoris die 4. Novembris 1420 ex lib. Proviſ. Prǽl. ſedit ann. 15. obiit vero anno 1435.

XIII. 13 NICOLAUS de Martino Subdiaconus, è Duciſſæ Sveſſæ Conſiliario immediate ſucceſſit Michaeli, Non. Octob. tranſlatus deinde eſt ad Roſſanen. Eccleſiam 1445. ex eodem lib.

XIV. 14 TITUS, vulgo dictus Cicchus, præficitur in

A locum tranſlati Nicolai 25. Kal. Aprilis ann. 1442. ex eodem lib. Præfuit annis tribus. exceſſit an. 1447.

15 NICOLAUS ex Archipresbytero de Gurullo creatus 16. Febr. 1447. XV

16 FRANCISCUS electus à Sixto IV. 5. Id. Jan. 1475. XVI.

17 ANTONIUS Guerra Umbriaticenſis Epiſcopus vir doctus, & Squillacenſis Principis Borgiæ Magiſter Romæ obiit adhuc florente ætate die 4 Auguſti 1500. ſepultus in Sacrario Baſilicæ Vaticanæ cum hoc epitaphio penè exeſo, quod vix legi poteſt. XVII.

Antonio Guerræ Umbriaticenſi Epiſcopo I. V. conſultiſſimo, qui vixit annis xlv. Scillacen. Princeps alumnus conſummati Doctoris memoriæ, grato affectu proſpiciens hoc monumentum benemerenti poſuit. Annoſal. MD. iv. Auguſti.



18 MATTHÆUS Senenſis electus eſt poſt deceſſum Antonii ab Alexandro VI. anno 1500. vita functus eſt Romæ 1507. Jacet in Eccleſia S. Thomę in Parione cum hoc epitaphio in marmore exarato. XVIII

D. O. M.

Matthæo Epiſcopo Umbriaticenſi, patria Senenſi. divini, humanique iuris perito, qui vixit annis probe lxx. MDVII Nicolaus Presb. Card. de Fliſco ob familiaritatem diu ſibi præſtitam B. M. P.

19 MARCUS poſt Matthæum Epiſcopus hujus Eccleſiæ renunciatus eſt, & poſt aliquot annos eo munere ſe exolvit die 15. Septembris 1516. XIX.



20 NICOLAUS de Fliſco *a* hujus Eccleſię Adminiſtrator factus eſt die 10. Septembris 1516. poſt paucos dies illam cum regreſſu dimiſit ad favorem ſequentis. XX.

a De eo Ciaconius Oldoinus tom 3. col. 290.

21 DESIDERIUS Canonicus Regularis Lateranenſis ex ſupradicti Cardinalis ceſſione Umbriaticenſem Pontificatum obtinuit die 17. Septembris 1516. præfuit annis quatuor, inde id onus depoſuit an. 1520. die 20. Martii. XXI.

22 ANDREAS Card. de Valle *b*, cedente regreſſum, quem ad hanc Eccleſiam habebat Card. de Fliſco, Commendatarius Umbriaticenſis factus eſt eadem die 20. Martii 1520. XXII.

b De eo idem Ciaconius tom. 3. col. 350.

23 JO. MATTHÆUS Luciferus Crotonienſis Andreæ Card. ſuperioris familiaris, ob que ſuas animi dotes, Cardin. cedente, creatus eſt hujus XXIII

Ec-

Eccleſiæ Epiſcopus anno 1523. munus conſecrationis una cum Hieronymo Nicoterenſi accepit ab eodem Card. in Eccleſia ſanctæ Mariæ Majoris die 17. Januarii 1524 ſedit menſes 11. ad Crotonienſem Epiſcopatum tranſlatus eſt 14. Nuvemb. 1524. A



XXIV 24 JOANNES Cardinalis Piccolomineus *a* delectus eſt Umbriaticenſis Eccleſiæ Commendatarius 14. Novembris 1524. quam deinde reſignavit anno 1530. B

a De quo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 347.

XXV 25 JOANNES JACOBUS Luciſerus Archidiaconus Crotonienſis ad hanc ſedem promotus eſt à Clemente VII. die 20. Martii 1530. ſedit cum laude prudentiæ an. 17 Deceſſit anno 1547.

XXVI 26 JOANNES CÆSAR Foggia Archidiaconus Roſſanenſis demortuo Lucifero ſucceſſit die 3. Martii 1547. Interſuit Concilio Tridentino, & in ſenectute bona quievit.

XXVII. 27 PETRUS Bordonus die 10. Martii 1567. obiit 1578.

XXVIII. 28 VINCENTIUS Ferrerius Biſinianenſis, antea Epiſcopus Montis-Piloſii die 2. Junii 1578. huc tranſlatus eſt per obitum Petri, poſt annum elapſum à poſſeſſione mortalitatem explevit.

XXIX 29 ÆMILIUS Bonvinus Conſentinus ſucceſſit die 18. Maii 1579 præfuit laudatiſſime annis plus minus 13. obiitque anno 1592. C

XXX 30 ALEXANDER Filarettus Juriſconſultus celebris Aquilanus à Clemente VIII. fuit Æmilio ſubrogatus 1592. die 26 Febr. Deceſſit anno 1610.

XXXI 31 PETRUS Baſtonus Alexandrinus utriuſque Signaturæ Referendarius à Paulo V. ad hanc ſedem eſt evectus die 26. Januarii 1511. obiit 1622.

XXXII. 32 BENEDICTUS Vaez Hiſpanus hanc eandem ſedem obtinuit à Gregorio XV. die 7. Maii 1622. quam cum per undecim fere annos conſulte adminiſtraſſet, fatoceſſit anno 1632.




XXXIII. 33 ANTONIUS Ricciullus Calaber ex oppido Rogliani Epiſcopus Bellicaſtrenſis huc translatus 14. Kalen. Martii 1632. ſedit in hac Eccleſia, ann 7. itcrumq; tranſlatus eſt ad Caſertanam Eccleſ. mox ad Cuſentinum Sacerdotium. Supra fores Sacrarii Cathedralis Canonici Umbriaticenſes amoris ergo optimi Præſulis memoriam perennarunt.

D. O. M.

Antonio Ricciullo jam Umbriaticen. Epiſcopo, nunc Archipræſuli, & totius Regni Neapol. Apoſtol. Inquiſitori eximie, & multipliciter benemerito. Capitulum Umbriaticenſe grati animi monumentum P. Anno Domini MDCXLII. A

XXXIV. 34 BARTHOLOMÆUS Chriſconus nobilis Neapolitanus ex utriuſque Signat. Referend. delectus eſt Umbriaticenſis Epiſcopus die 28. Martii 1639. egregia fama virtutis per octo omnino annos illam rexit, tranſlatuſque eſt ad Eccleſiam Caſertanam anno 1647.



35 OCTAVIUS Pudericus Neapolitanus Patritius, electus die 27. Maii 1647. vix triennium in hac ſede exegit, & mortuus eſt anno 1650. XXXV.

36 DOMINICUS Blanditius Neapolitanus Octavio ſucceſſit die 27. Junii 1650. obiit 1651. XXXVI.

37 Fr. THOMAS Thomaſinus *b* Romanus Ord. Præd. S. Theologiæ Magiſter ſubſtituitur die 8. Januarii 1652. Exceſſit non ſine ſuſpicione propinati veneni ann. 1655. Jacet in Cathedrali in communi prædeceſſorum ſepulchro. XXXVII.

b De eo Mandoſius in Bibl. Rom. vol 2. p. 20.

C 38 Fr. JOSEPH Rubeus Neapolitanus Ord. Conventualium S. Franciſci S. Theologiæ inſignis Doctor, in Polonia olim Commiſſarius, variiſque in Ordine functus muneribus, tunc Card. Philamarini Theologus ad hanc Inſulam aſcendit die 5. Julii 1655. defunctus eſt ann. 1658. die 5. Novembr. ſepultus in Cathedrali. XXXVIII.

39 ANTONIUS Riccinllus *c* Antonii prædeceſſoris nepos electus Umbriaticenſis Epiſcopus ab Alexandro VII. Pont Max. anno 1659. ſequenti, defunctus eſt menſe Julii in oppido Caſæbonæ. XXXIX.

c De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 31 & Chartarius in Athen. Rom. Mi. Mandoſ.

40 VITELIANUS Mareſcanus Catacenſis, Gaſpari & Hippolytæ Bibliæ nobilis Cuſentinæ filius, Franciſci Bibliæ Epiſcopi Inſulenſis nepos ex majori Capellano, ac Pœnitentiario Cathedralis Catacenſis electus eſt Umbriaticenſis Epiſcopus ab eodem Alexandro VII Pont. Max. die 15. Februarii 1661. Romæ conſecratus ad gregem ſibi commiſſum bene moderandum ſtatim profectus, pergit optimi Paſtoris exemplo oves ſuas ad paſcua ſalutis D traducere. XL.

A D D I T I O.

„ (*Deceſſit autem menſe Martio 1667.*

„ *AUGUSTINUS de Angelis, Angrenſis, patrem habuit Jo: Baptiſtam, matrem verò Juliam Peruſinam ortus an. 1606. Inter Clericos Regulares de Somaſcha cooptatus Philoſophiam, & ſacram Theologiam publice docuit pluribus in locis, præcipuè verò in Romano Sapientiæ archigymnaſio, quibus in ſcientiis nonnulla etiam elucubravit, ediditque, ut enunciat Toppius in Bibliotheca Neapolitana. Nonnullis ordinis ſui collegiis præfuit, Viſitatoris, item & Definitoris munera aſſecutus. Umbriaticenſis eandem Antiſtes electus eſt 22. Auguſti 1667 Vivendi metam attigit menſe Aprili 1681.* XLI

„ *JO: BAPTISTA Ponthius Coriliani in Roſſa-* XLII.

neaſi

Digitized by Google

A ,, ntuſi diæceſi ex Philippo ac Dominica Caruſa parentibus natalia ſortitus eſt. Utrique juri adoleſcens incubuit adeò feliciter, ut in Romano ſapientiæ Archigymnaſio doctoris laurea meruerit decorari, ac deinde forum celebrans optimi Advocati nomen aſſequi. Quadrageſimum circiter agens annum Umbriaticenſi præfectus eſt ovili 20. Aprilis 1682. Defunctus eſt menſe Martio 1688.

XLIII ,, JOSEPH Ponthius, Jo. Baptiſtæ prædeceſſoris germanus frater, J.U.D. ac pauperum S. Joannis de Urbe Procurator, hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam die 11. Januarii 1690. Vitam cum morte commutavit menſe Octobri 1692.

XLIV ,, Fr. MICHAEL Cantelmus, nobili loco Neapoli in lucem editus die 28. Septembris 1646. ex Jo: Dominico, & Gratia Balzano, parentibus, ſacro Carmelitarum ordini nomen dedit, in quo & literis, & pietate plurimum profecit. In Univerſitate Neapolitana S. Theologiæ doctor inauguratus eſt. Carmelitarum Neapolitano cœnobio, tum S. Mariæ ad Montes & deinde S. Mariæ Transpontinæ de urbe laudabiliter præfuit. Provinciæ Neapolitanæ Provincialis, provinciæ S. Angeli in Sicilia Commiſſarii, & Viſitatoris generalis, Viſitatoris item & Præſidentis in provinciali Apuliæ Capitulo munera obiit egregie. Denique ex Provinciali Apuliæ titulari Umbriaticenſis Præſul renunciatus eſt 9. Martii 1693. Migravit è vivis menſe Auguſto 1696.

XLV ,, BARTHOLOMÆUS Oliverius, nobilis Cutecenſis, J.V.D. ac protbonotarius Apoſtolicus, cum per plures annos Sutrini, Nepeſiniq; Epiſcopi vices geſſiſſet, hac mitra decoratus eſt 17. Decemb. 1696. Lucis uſuram amiſit menſe Auguſti 1708.

,, F. ANTONIUS Gallianus, Neapolitanus, Ordinis S. Franciſci Minorum Conventualium, ſacræ Theologiæ Doctor, Rector parochialis Eccleſiæ S. Salvatoris in Unda de urbe, ac Eminentiſſ. D. Fabritii Cardinalis Spadæ Theologus pluribus jam ordinis ſui defunctus muneribus, Umbriaticenſi infula redimitur 21 Januarii 1715. ſed non diu commiſſum ſibi gregem paſci licuit defunctus hoc eodem anno menſe Auguſto. XLVI

,, FRANCISCUS Maria Loyerius Badolati in Squillacenſi diœceſi nobili loco natus, ut primum elegantiores litteras, ac Philoſophiam in patria ebibit, Neapolim profectus eſt, ut ſedulam juri utrique navaret operam. Romam deinde cum perveniſſet, ut juriſprudentiæ fontes penitus exhauriret, in publico ſapientiæ archigymnaſio doctoralem Lauream adeptus eſt. Hinc à Regni, vel ditionis Eccleſiaſticę Pręſulibus certatim evocatus ut in ſuis diœceſibus Vicarii generalis munere fungeretur, Amalphitano primum Archiepiſcopo, B mox Sypontino, quo item tempore Canonicatu ſacræ baſilicæ S. Michaelis Archangeli in monte Gargano auctus eſt, Caſſanenſi deinde, Gravinenſi, Policaſtrenſi, ac demum Terracinenſi, nunc S.R.E. Cardinali de Comitibus, Epiſcopis ſumma fide & diligentia operam ſuam impendit. Demum Umbriaticenſi in ſolio ſedere juſſus eſt 6. Junii 1720. cujus iniit poſſeſſionem per Procuratorem 16. Martii 1721. Eccleſiam ſuam mox inviſens, cœpit in ea, qui irrepſerant, abuſus tollere, Eccleſiaſticam reſtituere, decorem, nitoremque domus Dei ardenter flagrans, jamque omnem movet lapidem, ut Clericorum Seminarium, quod in hac diœceſi nunquam extitit, videat excitatum.) XLVI

I N D E X
C H R O N I C U S
E P I S C O P O R U M
In hac octavi tomi ſecunda parte, ſeù in hoc nono tomo contentorum,

BRUNDUSINORUM

Ann. Chr.			Columna;
164	1	S. Leucius.	pag. 9
172	2	Leo	21
182	3	Sabinus	ibid.
192	4	Euſebius	ibid.
202	5	Dionyſius.	ibid.
350	6	S. Aproculus	ibid.
364	7	S Pelinus	ibid.
368	8	S. Cyprius	29
490	9	Julianus	ibid.
	10	N. . . .	ibid.
695	11	Theodorus	ibid.
	12	Joaooes	ibid.
977	13	Aodreas.	ibid.
1000	14	Marcus	30
1040	15	Nardus	ibid.
1060	16	Euſtachius	ibid.
1062	17	Godinus	ibid.
1100	18	Balduinus	31
1101	19	Nicolaus	ibid.
1105	20	Guillelmus	ibid.
1119	21	Julianus	ibid.
1120	22	Baiſardus	ibid.
1145	23	Lupus Gallus	33
1173	24	Vvillelmus	ibid.
1182	25	Petrus	ibid.
1196	26	Gerardus.	ibid.
1203	27	Dominicus	ibid.
1216	28	Peregrinus	ibid.
1225	29	Petrus	ibid.
1239	30	Petrus Paperonus.	ibid.
1254	31	Peregrinus.	ibid.
1259	32	Adenulphus	34
1296	33	Andreas Pandonus	ibid.
1306	34	Bartholomæus	ibid.
1319	35	Bertrandus	ibid.
1332	36	Fr. Guillelmus de Caſtello.	ibid.
1344	37	Guillelmus	35
1345	38	Gailardus	ibid.
1348	39	Joannes de Porta	ibid.
1352	40	Giſius	ibid.
1380	41	Martinus	ibid.
1389	42	Richardus	36
1412	43	Victor	ibid.
1412	44	Paulus	ibid.
1412	45	Pandulus	ibid.
1418	46	Aragonius Maleſpina	ibid.
1423	47	Petrus Gattula	37
1437	48	Petrus.	ibid.
1453	49	Gauſ idus.	ibid.
1479	50	Franciſcus de Arenis	ibid.
1484	51	Robertus Piſcicellus	ibid.
1518	52	Dominicus Idiaſchez	38
1518	53	Jo. Petrus Caraſa	ibid.

Ann. Chriſt.			Column.
1524	54	Hieronymus Aleander.	38
1542	55	Franciſcus Aleander	41
1564	56	Jo. Carolus Bovius	43
1571	57	Bernardinus de Figueora,	ibid.
1591	58	Andreas de Ayardi	ibid.
1592	59	Joannes de Pedroſa	ibid.
1605	60	Joannes Falces	ibid.
1638	61	Franciſcus Surgentius	44
1640	62	Dionyſius Odriſcol.	ibid.
1654	63	Laurentius de Raynoſo.	45
1659	64	Joannes de Eſtrada,	ibid.
1673	65	Alphonſus Alvarez	ibid.
1677	66	Emanuel Turre.	ibid.
1689	67	Franciſcus Ramirez	ibid.
1698	68	Auguſtinus Antonius	ibid.
1700	69	Barnabas de Caſtro.	ibid.
1715	70	Paulus de Villanaperlas.	ibid.

HOSTUNENSIUM.

Ann. Chriſt.			Column.
1071	1	Datrus	46
1082	2	Maoſoldus	ibid.
1099	3	Antonius	ibid.
1143	4	N. . . .	ibid.
1144	5	Joannes Mammuni	ibid.
1170	6	Petrus	47
1185	7	Maroldus	ibid.
1195	8	Urſeolus.	48
1221	9	Thaddæus	ibid.
1265	10	Petrus	ibid.
1306	11	Nicolaus	ibid.
1329	12	Ægidius	ibid.
1337	13	Franciſcus de Caballeriis	ibid.
1370	14	Petrus Calice	ibid.
1370	15	Hugo Cicala	ibid.
1383	16	Joannes de Piccolpaſſis	49
1412	17	Ioannes	ibid.
1413	18	Antonius Palutius	ibid.
1423	19	Ioannes	ibid.
1437	20	Nicolaus de Arpono	ibid.
1470	21	Bartholomæus	ibid.
1484	22	Franciſcus	ibid.
1484	23	Carolus de Gualandis	ibid.
1499	24	Franciſcus de Rizardis	50
1510	25	Corradus Caracciolus	ibid.
1517	26	Io. Antonius de Rogeriis.	ibid.
1530	27	Petrus Bovios	ibid.
1558	28	Io. Carolus Bovius	ibid.
1564	29	Vincentius Cornelius	ibid.
1603	30	Cæſar Carrafa	ibid
1604	31	Io. Dominicus Hectoris	ib
1639	32	Vincentius Melignes	ibid.
1640	33	Fabius Magneſius	ibid.
1659	34	Carolus Perſone.	51
1679	35	Benedictus Melazius	ibid.
1707	36	Bizantius Filo	52

HYDRUNTINORUM.

Ann. Chriſt.			Columna,
431	1	Benedictus	55
596	2	Petrus	ibid.
599	3	Sabinus	ibid.
601	4	Petrus	ibid.
649	5	Andreas	ibid.
680	6	Ioannes	ibid.
778	7	Marcus.	ibid.
956	8	Petrus.	ibid.
1022	9	N. . . .	56
1068	10	Hugo	ibid.
1088	11	Guillelmus	ibid.
1106	12	N. . . .	ibid.
1125	13	Petrus	ibid.
1154	14	Hieronymus	ibid.
1163	15	Ionatha	57
1219	16	Tancredus	ibid.
	17	Iocundus	ibid.
1253	18	Matthæus de Palma	ibid.
1283	19	Iacobus	ibid.
1310	20	Thomas	58
1321	21	Lucas	ibid.
1329	22	Urſus Minutulus	ibid.
1330	23	Ioannes	ibid.
1345	24	Raynaldus	ibid.
1351	25	Philippus de Lanzano	ibid.
1363	26	Iacobus	ibid.
1578	27	Iacobus de Itro	59
1378	28	Tirellus	60
1384	29	Petrus	ibid.
1390	30	Ioannes	ibid.
1495	31	Philippus	ibid.
1418	32	Arigonius de Maleſpinis.	ibid.
1418	33	Antonius de Ponte	61.
1424	34	Nicolaus Paganus	ibid.
1451	35	Stephanus Pendinellus	ib.
1480	36	Stephanus de Squillatio	ib.
1514	37	Fabricius de Capua	ibid.
1526	38	Alexander Cæſarinus	65
1536	39	Petrus Antonius de Capua	ibid.
1579	40	Petrus Corderus	ibid.
1586	41	Marcellus Aquaviva	ibid.
1606	42	Lucius Morra	ibid.
1623	43	Didacus Lopez	ibid.
1635	44	Cajetanus Coſſus.	66
1657	45	Gabriel de Adarzo.	ibid.
1675	46	Ambroſius Maria Piccolominius	ibid.
1684	47	Ferdinandus de Aguſar	ib.
1696	48	Franciſc. Maria de Aſte	ib.

LY-

An. Chr.			Columna.
		LYCIENSIUM.	
	1	S. Orontius	69
	2	S. Fortunatus	70
	3	S. Leucius	ibid.
	4	S. Dionyſius	ibid.
	5	S. Blaſiua	ibid.
	6	Leucma	ibid.
2057	7	Theodorus	ibid.
2114	8	Formoſus	ibid.
1179	9	Penetranus	71
1180	10	Petrus Guaridus	ibid.
1200	11	Fulgo Belius	78
1214	12	Robertus Vultoricus	79
1255	13	Gnalterus	80
1260	14	Robertus Samblaſius	ibid.
	15	Gofridus	ibid.
1301	16	Robertus de Noha	ibid.
1339	17	Joannes de Glandia	ibid.
1348	18	Robertus	Ibid.
1353	19	Lucas	81
1386	20	Ludovicus	ibid.
1386	21	Leonardus	ibid.
1391	22	Antonius	ibid.
1413	23	Gurellus Ciccarus	Ibid.
1419	24	Jo. Thomas de Morgaottibus.	ibid.
1419	25	N.	ibid.
1426	26	Petrus de Pirano	ibid.
1429	27	Thomas Ammiratus	ibid.
1438	28	Guido	82
1453	29	Antonius Riccius	Ibid.
1485	30	M. Anton. de Tolomeis	ib.
1498	31	Aloyſius de Aragonia	ibid.
1503	32	Jacobus Piſciceilus	ibid.
1508	33	Petrus Matthæus de Aquino.	ibid.
1511	34	Ugolinus Martellus	83
1517	35	Jo. Anton. Aquaviva	ib.
1526	36	Gundiſalvus de Sangro	ib.
1530	37	Alphonſus de Sangro	84
1534	38	Hippolytus Medices	ibid.
1535	39	Jo. Bap. Caſtromedianus	84
1552	40	Baccius Martelius	ibid.
1560	41	Jo. Michael Saracenus	85
1561	42	Annibal Saracenus	ibid.
1591	43	Scipio Spina	ibid.
1639	44	Aloyſius Papacauda	86
1671	45	Anton. Pignatellus	Ibid.
1682	46	Michael Pignatellus	ibid.
1696	47	Fabritius Pignatellus	ibid.
		ALEXANENSIUM.	
1183	1	Joannes	89
1291	2	Guilielmus	ibid.
1333	3	Rolandus	ibid.
1333	4	Richardus	ibid.
1349	5	Ioannes	ibid.
1349	6	Ioannes Soranus	ibid.
1368	7	Ioannes Anglici.	Ibid.
	8	Bartholomæus.	90
	9	Franciſcus Guerrerius	ibid.
1402	10	Beringarius	ibid.
1402	11	Paolus	ibid.
1405	12	Ioannes de S. Felice	ibid.
1425	13	Dominicus	ibid.
1431	14	Iacobus de Baucio	ibid.
1432	15	Simeon	ibid.
1432	16	Guido Guiclanus	ibid.
1438	17	Laurentius	ibid.
1465	18	Benedictus de Baucio	ibid.
1488	19	Io. Iacobus de Baucio	ibid.
1512	20	Io Antonius Aquaviva	ib.
1517	21	Aloyſius de Aragonia	ibid.
1525	22	Auguſtinus Trivultius	ib.
1526	23	Alexander Cæſarinus	ibid.
1531	24	Io. Antonius Balduccius	Ibid.
1540	25	Benedictus de Sanctis	ibid.
1542	26	Evangeliſta Cittadinus	ib.
1549	27	Annibal Magalottus	92
1551	28	Leonardus de Magiſtris	ib.

An. Chr.			Columna.
1555	29	Iulius Gallettus	92
1560	30	Iacobus Gallettus.	Ibid.
1574	31	Cæſar Buſdragus	ibid.
1578	32	Hercules Lamia	ibid.
1591	33	Septimius Burſerius	ibid.
1592	34	Sextilius Mazuca	ibid.
1594	35	Horatius Raparius	ibid.
1595	36	Julius Doffus	ib.
1597	37	Celſus Mancinus	ibid.
1612	38	Nicolaus Antonius Spinellus.	93
1635	39	Placidus Padiglia	ibid.
1648	40	Franc. Anton. Rubertus	ib.
1653	41	Jo. Franc. Granafeus	ibid.
1667	42	Andreas Tontulus	ibid.
1695	43	Vincentius della Marra	ib.
1718	44	Joannes Jannelius	ibid.
		CASTRENSIUM.	
1179	1	N.	94
1255	2	Peregrinus	ibid.
1295	3	Peregrinus	ibid.
1295	4	Joannes Pariſius	ibid.
1296	5	Ruffinus	ibid.
1303	6	Lucas	Ibid.
1322	7	Iacobus	ibid.
1347	8	Franciſcus	ibid.
1366	9	Petrus	ibid.
1366	10	Donadeus	95
1387	11	Antonius	ibid.
1390	12	Evoldus	ibid.
1391	13	Leonardus	ibid.
1402	14	Beringarius	ibid.
1415	15	Thaddeus Salvanus	Ibid.
1419	16	Urbanus	ibid.
1453	17	Nicolaus	ibid.
1483	18	Statius de Vera	ibid.
1491	19	Jo. Georgius	ibid.
1501	20	Petrus Faber	ibid.
1503	21	Donatus	ibid.
1530	22	Angelus Jaconia	Ibid.
1565	23	Lucas Antonius Reſta	96
1578	24	Julius Orbonelius	ibid.
1587	25	Marius.	ibid.
1594	26	Camillus Burgheſius	ibid.
1600	27	Placidus Fabius	ibid.
1604	28	Antonius Bornius	ibid.
1614	29	Carolus Bornius	ibid.
1617	30	Jo. Baptiſta Detus	ibid.
1630	31	Dionyſius Thomacellus	97
1642	32	Franciſcus Columna	ibid.
1653	33	Annibal Syllanus	ibid.
1666	34	Franciſcus Antonius de Marco.	ibid.
1681	35	Franciſc. M. Cafferius	ibid.
1683	36	Ioannes Capreolus	98
1718	37	Jo. Bapt. Conſtantini	ibid.
		GALLIPOLITANORUM.	
	1	Dominicus	100
	2	Joannes	ibid.
	3	Sabinianus	Ibid.
648	4	Ioannes	ibid.
767	5	Melchiſedech	ibid.
1081	6	Paulus	ibid.
1105	7	Baldricus	101
1158	8	Theodorus	ibid.
1174	9	N.	ibid.
1179	10	Conrados	Ibid.
1194	11	N.	ibid.
1271	12	N.	102
1327	13	Gregorios	ibid.
1329	14	Meliſios	ibid.
1331	15	Paulus	ibid.
1384	16	Petrus	ibid.
1396	17	Ioannes	ibid.
1396	18	Guillelmus	ibid.
1412	19	Guillelmus de Fonte	102
1421	20	Franciſcus Corpolancto	ib.
1424	21	Donatus	103
1443	22	Antonius	ibid.
1445	23	Petrus	ibid.

An. Chr.			Columna.
1451	24	Antonius de Zannetto	103
1458	25	Ludovicus Spinellus	ibid.
1493	26	Alphonſus Spinellus	105
1494	27	Franciſcus	ibid.
1494	28	Alexius Celadnoius	ibid.
1508	29	Henricus de Aragonia	106
1513	30	Franciſcus Romelinus	ibid.
1518	31	Andreas de Valle	ibid.
1524	32	Hieronymus Munoz	ibid.
1529	33	Federicus Petruccius	ibid.
1536	34	Pelegnus Cibo	ibid.
1575	35	Jo. Franciſcus	ibid.
1576	36	Alphonſus Herrera	ibid.
1585	37	Sebaſtianus Quinterus	107
1595	38	Vincentius Capycius	ibid.
1612	39	Gundeſalvus de Rueda	ib.
1651	40	Andreas Maſſa	108
1655	41	Ioannes Montoya	109
1668	42	Antonius Hieremia de Buſalo.	ibid.
1679	43	Antonius Perez	ibid.
1700	44	Orontius Philamarinus	ib.
		UXENTINORUM.	
	1	Simeon	110
1254	2	Landus de Vico-Alto	111
1281	3	Gofredus	ibid.
1283	4	Ægidius	ibid.
1284	5	Joannes	ibid.
1284	6	Ioannes	ibid.
1393	7	Ioannes	ibid.
1392	8	Leonardus	ibid.
1392	9	Thomas	ibid.
1399	10	Ioannes	ibid.
1402	11	Thomas	ibid.
1405	12	Honuphrius	ibid.
1427	13	Ioannes	ibid.
1438	14	Nuccius	112
1446	15	Philippus	Ibid.
1464	16	Dominicus Erarch	ibid.
1489	17	Nicolaus	ibid.
1489	18	Antonius Iaconia	ibid.
1494	19	Marcus de Sinibaldis	ibid.
1531	20	Carolus Borromæus	ibid.
1558	21	Bonaventura	ibid.
1559	22	Antonius Sebaſtianus Minturnus	Ibid.
1566	23	Deſiderius Mazapica	ib.
1596	24	Ioſeph de Rubeis.	ibid.
1599	25	Petrus Guerterus	ibid.
1614	26	Lucas de Franchis	ibid.
1616	27	Ioannes de Bravo	113
1617	28	Aloyſius Ximenes	ibid.
1637	29	Hieronymus Martinus	ib.
1649	30	Auguſtinus Barboſa	ibid.
1650	31	Andreas Lanfranchus	114.
1659	32	Fr. Laurentius Enzines	ibid.
1663	33	Antonius Carrafa	ibid.
1705	24	Petrus Lazarus Ferrera	ib.
1713	25	Nicolaus Spinellus	ibid.
		TARENTINORUM.	
45	1	Amaſianus	120
	2	S. Cataldus	Ibid.
	3	Maſona	125
	4	Renovatus	ibid.
	5	Innocentius	ibid.
590	6	Andreas	ibid.
601	7	Ioannes	ibid.
603	8	Honorius	ibid.
648	9	Ioannes	ibid.
659	10	Gervaſius	126
680	11	Germanus	ibid.
743	12	Cæſarius	ibid.
978	13	Ioannes	ibid.
1008	14	Dionyſius	ibid.
1040	15	Alexander Facciapecora	ib.
1041	16	Stephanus	ibid.
1071	17	Drago	ibid.
1084	18	Baſilius	127
1092	19	Albertus	ibid.
1099	20	Iacobus	ibid.

Ann. Chriſt.			Column.
1102	21	Stephanus Philamarinus	127.
1102	22	Moraldus	128
1106	23	Raynaldus	ib.
1119	24	Gualterius	130
1133	25	Rolemannus	ib.
1138	26	Philippus	ib.
1175	27	Giraldus	131
1179	28	Baſilius	ibid.
1194	29	Gervaſius	ib.
1194	30	Angelus	ibid.
1202	31	Giraldus	136
1205	32	Nicolaus	ib.
1205	33	Berardus	ib.
1216	34	Gualterus	137
1219	35	Nicolaus	ib.
1252	36	Henricus de Ceraſolo	ib.
1260	37	Giraldus	ib.
1270	38	Jacobus	ibid.
1273	39	Henricus	ib.
1298	40	Gualterus	138
1301	41	Gregorius	ib.
1334	42	Rogerus Capitignonus	ib.
1348	43	Bertrandus	139
1349	44	Jacobus	ibid.
1353	45	Joannes	ibid.
1354	46	Jacobus	ibid.
1381	47	Marinus de Judice	139
1388	48	Jacobus	140
1388	49	Petrus	ibid.
1395	50	Eliſarius	141
1400	51	Bartholomæus Aprano	ib.
1400	52	Iacobus Palladinus	ib.
1401	53	Alemannus Adimarius	ib.
1406	54	Ludovicus Bonitus	142
1412	55	Raynaldus Brancaccius	ib.
1421	56	Ioannes ex Comitibus Taliacotii.	ib.
1445	57	Marinus Urſinus	ib.
1449	58	Alexander	143
1449	59	Alexander de Galeotta	ib.
1472	60	Latinus Urſinus	ibid.
1478	61	Ioannes Aragonius	ib.
1485	62	Ioannes Baptiſta Petruccius	ibid.
1489	63	Franciſcus	ibid.
1498	64	Baptiſta Urſinis	144
1498	65	Henricus Brunus	ibid.
1509	66	Orlandus de Ruvere	ibid.
1510	67	Ioan. Maria Pudericus	ib.
1524	68	Franciſcus Armellinus	145
1528	69	Hieronymus de Hippolyto	ibid.
1528	70	Antonius Sanſeverinus	ib.
1544	71	Petrus Franc. Columna	146
1560	72	M. Antonius Columna	ib.
1569	73	Hieron. de Corrigio	ib.
1574	74	Lælius Brancaccius	ib.
1600	75	Ioannes de Caſtro	147
1605	76	Octavius Mirtus	ibid.
1613	77	Boniſacius Cajetanus	148
1618	78	Antonius de Aquino	ibid.
1618	79	Franciſcus Sanchez	ib.
1630	80	Ægidius Carillus Albornocius.	ibid.
1637	81	Thomas Caracciolus	ibid.
1665	82	Thomas Sarrius	149
1683	83	Franc. Pignatellus	150
1713	84	Io. Baptiſta Stella	ibid.

CASTELLANETENSIUM.

1088	1	Ioannes	151
1111	2	Nicolaus	ib.
1196	3	Robertus	153
1182	4	Blaſius	ibid.
1282	5	Petrus	ibid.
1299	6	Ioannes	ibid.
1300	7	Berardus	ib.
1328	8	Angelus	154
1331	9	Theobaldus	154
1343	10	Petrus	ibid.
1367	11	Thomas	ib.
1385	12	Benedictus	157
1386	13	Bartholomæus	ib.
1396	14	Benedictus	ibid.
1418	15	Robertus	ibid.
1418	16	Franciſc. Archamonus	ibid.
1421	17	Bartholomæus	ib.
1431	18	Gregorius Reſtius	ibid.
1454	19	Euſtachius	ibid.
1459	20	Io. Franciſcus	ib.
1477	21	Antonius de Pyrrho	ibid.
1494	22	Alphonſus Galrgus	ib.
1517	23	M. Anton. Pheoldus	ib.
1536	24	Ioannes Petrus Sanctorii	ib.
1536	25	Bartholomæus Sirigo	158
1544	26	Bartholomæus Sirigo	ib.
1577	27	Ioannes Aloyſius de Benedicto.	ib.
1585	28	Bernardus de Benedicto	ib.
1607	29	Aurelius Averoldus	ib.
1618	30	Antonius de Matthæis	ib.
1635	31	Aſcenſius Guarnerius	ib.
1645	32	Angelus Melchiorius	ib.
1650	33	Carolus Ant. Agudius	ib.
1673	34	Carolus Falconius	ib.
1677	35	Dominicus Anton. de Bernardinis.	ib.
1696	36	Onuphrius Monteſtro	ib.

MUTULENSIUM.

1040	1	N.	159
	2	Liberius de Fomis	ibid.
1099	3	Ancarus	ib.
	4	N.	ibid.
1282	5	Hugo	ibid.
1298	6	Nicolaus	ib.
1356	7	Raynerius	160
1357	8	Theodorus	ib.
1419	9	Antonius	ib.
1419	10	Petrus Theodorus	ibid.
1445	11	Antonius	ib.
1482	12	Leonardus	ibid.
1481	13	Angelus de Barbianis	ib.
1488	14	Robertus Piſcicellus	ibid.
1502	15	Hieron. Scudellus	ibid.
1502	16	Vincentius	ib.
1515	17	Petrus de Quercis	ibid.
1528	18	Guido de Guidonibus	ib.
1528	19	Vitus Ferracus	ib.
1537	20	Angelus Paſchalis	ib.
1560	21	Scipio Rebiba	161
1560	22	Cæſar Gſualdus	ibid.
1569	23	Io. Aloyſius de Campania	ibid.
1579	24	Iacobus Michael	ib.
1599	25	Sylveſter Tuſus	ib.
1601	26	Benedictus Rubeus	ib.
1621	27	Franciſcus Salutius	162
1627	28	Seraphinus Rinaldus	ib.
1630	29	Thomas Ancora	ib.
1638	30	Io. Baptiſta Faleſius	ibid.
1648	31	Thomas de Aquino	ib.
1654	32	Ioannes Caponeſchus	163
1661	33	Ianuarius de Andrea	ibid.
1664	34	Aloyſius de la Quadra	ibid.
1696	35	Franciſcus della Marra	ib.
1697	36	Michael Maria Denticę	ib.
1703	37	Petrus Paulus Maſtrilli	ib.
1719	38	Blaſius Antonius Copeti	ib.

URITANORUM.

1595	1	Vincentius Tuſus	167
1606	2	Lucius Fornarus	168
1620	3	Dominicus Rodulphus	ib.
1631	4	M. Antonius Pariſius	ib.
1650	5	Raphael Palma	ibid.
1675	6	Carolus Cozolinus	168
1697	7	Thomas Maria de Francia	ibid.
1720	8	Io. Baptiſta Labanchi	ib.

CUSENTINORUM.

	1	N	190
434	2	Maximus	ib.
599	3	Palumbus	ibid.
680	4	Iulianus	ib.
743	5	Rofredus	191
920	6	Iſelgrimus	ibid.
1056	7	Petrus	ibid.
1092	8	Arnulphus	ibid.
1135	9	Arnulphus	193
1166	10	Richardus	ibid.
1169	11	Sanctius	ib.
1170	12	Ruffus	194
1184	13	Petrus	195
1188	14	Bonhomus	ibid.
1201	15	Andreas	201
1103	16	Lucas	202
1224	17	Opizo de Colombis	214
1254	18	Bartholomæus Pignatellus	215.
1268	19	Thomas	216
1276	20	Belprandus	217
1278	21	Petrus	ibid.
1285	22	Marinus Polonus	218
1290	23	Petrus	219
1290	24	Adam de Duſiaco	220
1295	25	Rogerius de Stephanutia	ib.
1298	26	Petrus Buceſplanula	ibid.
1320	27	Nicolaus	ib.
1330	28	Franciſcus della Marra	ib.
1354	29	Petrus de Galganis	221
1263	30	Nicolaus Caracciolus	224
1365	31	Cerretanus de Cerretanis	ib.
1377	32	Nicolaus Brancaccius	226
1382	33	G.	227
1388	34	Tirellus Caracciolus	ibid.
1413	35	Franciſcus Thomacellus	ib.
1414	36	Berardus Caracciolus	228
1452	37	Pyrrhus Caracciolus	239
1481	38	Ioannes	256
1481	39	Ioannes Aragonius	ib.
1486	40	Nicolaus Cibo	ib.
1489	41	Carolus de Carretto	257
1491	42	Ioan. Baptiſta Pinellus	ib.
1495	43	Bartholomæus Floridus	258
1497	44	Ludovicus Agnellus	259
1499	45	Franciſcus Borgia	ibid.
1511	46	Ioannes Ruffus de Teodulis	ibid.
1528	47	Nicolaus de Gaddis	260
1535	48	Thaddæus de Gaddis	ib.
1561	49	Franciſcus Gonzaga	262
1565	50	Thomas Teleſius	ibid.
1569	51	Flavius Urſinus	263
1573	52	Andreas Matthæus Aquaviva.	ib.
1577	53	Fantinus Petrignanus	ib.
1583	54	Sylvius Paſſerinus	264
1587	55	Evangeliſta Pallottus	ib.
1591	56	Io. Bapt. de Conſtantiis	ib.
1617	57	Paulus Æmilius Sanctorius	265.
1624	58	Iulius Ant. Sanctorius	266
1639	59	Martinus Alferius	ibid.
1641	60	Antonius Ricciullus	ibid.
1643	61	Alphonſus Maurellus	ib.
1650	62	Ioſeph Sanfelicius	267
1661	63	Ianuarius Sanfelicius	ibid.
1694	64	Eligius Caracciolus	269
1701	65	Andreas Brancaccius	270

MARTURANENSIUM.

649	1	Reparatus	271

Ann Chr.			Columna.
721	2	Opportunus	271
761	3	Domnus	ib.
826	4	Theodoſius	272
853	5	Theodorus	ib.
869	6	Florus	ib.
964	7	Joannes	ibid.
967	8	Marinus	ib.
998	9	Joannes	ibid.
1050	10	Rinulphus	ib.
1190	11	Arnulphus	ib.
1122	12	Rodulphus	ib.
1170	13	Michael	ibid.
1221	14	Philippus Matera	275
1252	15	Thomas	277
1255	16	Raynaldus de Aquino	279
1288	17	Robertus	ib.
1320	18	Adam	ib.
1333	19	Hugo	280
1349	20	Senator Martoranus	ib.
1349	21	Joannes	ibid.
1359	22	Jacobus	ib.
1363	23	Jacobus Caſtellus	ibid.
1369	24	Nicolaus	ib.
1401	25	Jacobus de Villano	ib.
	26	Petrus	ib.
1418	27	Antonius	ib.
1440	28	Carolus	ibid.
1442	29	Gotifredus de Caſtro	ibid.
1446	30	Antonius de Genoviſio	ib.
1451	31	Martinus	ib.
1463	32	Angelus Græcus	281
1483	33	Aurelius Biennatus	ib.
1497	34	Angelus Pappacoda	ibid.
1537	35	Jacobus Antonius Ferdutius.	282
1560	36	Ptolomæus Gallus	ib.
1562	37	Hieronymus de Federicis	ib.
1569	38	Gregorius de Cruce	283
1577	39	Marianus Perbenedictus	ib.
1592	40	Robertus Phili	284
1692	41	Franciſcus Monachus	ib.
1627	42	Lucas Celleſius	ibid.
1661	43	Felix Anton. Monachus	285
1667	44	Jo. Jacobus Palamolla	ib.
1693	45	Michael Ang. Veraldus	ib.
1703	46	Nicolaus Richerius	ib.
1718	47	Petrus Ant. Petraſancta	ib.

ROSSANENSIUM.

810	1	Coſmas	288
990	2	N.	289
1192	3	N.	293
1192	4	N.	ibid.
	5	Dionyſius	ibid.
1187	6	Coſmas	ibid.
1198	7	Paſchalis	295
1218	8	Baſilius	297
1240	9	Baſilius	299
1255	10	Elias	300
1265	11	Angelus	ibid.
1288	12	Paulus	301
1301	13	Baſilius	ibid.
1307	14	Rogerius	ib.
1312	15	Gregorius	ibid.
1338	16	Jacobus	ibid.
1338	17	Joannes	ibid.
1348	18	Gregorius	302
1365	19	Iſaach	304
	20	Antonius	ib.
1394	21	Nicolaus	ib.
1394	22	Gerardus	305
1403	23	Ioannes	ibid.
1405	24	Bartholomæus Gattula	ib.
1412	25	Nicolaus	ib.
1429	26	Angelus	ib.
1432	27	Stephanus Carraria	ib.
1434	28	Antonius de Randa	ib.
1442	29	Nicolaus	ib.
1447	30	Jacobus de Ratha	ib.

An. Chr.			Columo.
1452	31	Dominic. de Legonella	306
1460	32	Matthæus de Saraceois	ib.
1481	33	Nicol. de Hippolytis	307
1493	34	Baptiſta Lagnius	ibid.
1511	35	Bernardinus Carvajal	ibid.
1511	36	Jo Franc. Fonſeca	308
1525	37	Pompejus Columna	ib.
1525	38	Vincentius Pimpinella	ib.
1527	39	Antonius Coppus	ib.
1533	40	Bernardus	ibid.
1544	41	Franciſcus Columna	309
1544	42	Hieronymus Verallus	ibid.
1551	43	Paulus Æmilius Verall.	ib.
1553	44	Jo. Anton. Cattaneus	ib.
1573	45	Lancellottus de Lancellottis.	310
1580	46	Lælius Jordanis	ib.
1583	47	Sylvius Sabellus	ib.
1588	48	Scipio Floccarus	ib.
1592	49	Lucius Sanſeverinus	Ibid.
1612	50	Marius Sassus	311
1615	51	Hieronymus Pignatellus	ib.
1619	52	Hercules Vaccarius	ib.
1626	53	Paulus Taurellus	ibid.
1628	54	Petrus Ant. Spinellus	312
1646	55	Jacobus Carrafa	313
1664	56	Cardus Spinula	314
1671	57	Angelus de Nuce	ibid.
1676	58	Hieronymus Urſaja	ibid.
1685	59	Hieron. Compagnonus	ib.
1688	60	Andreas de Rubeis	ib.
1696	61	Andreas Adeodatus	ibid.
1717	62	Franciſcus Maria Mulcertola	ibid.

RHEGIENSIUM.

	1	Stephanus	322
322	2	Marcus	323
434	3	Hilarius	ib.
536	4	S. Siſinius	ibid.
559	5	S. Cyrillus	ibid.
586	6	Lucius	ibid.
593	7	Bonifacius	ibid.
601	8	Paulinus	ib.
699	9	Joannes	324
790	10	Conſtantinus	ibid.
870	11	Leontius	ib.
879	12	Leo	ib.
916	13	S Euſebius	ibid.
916	14	Stephanus	ibid.
	15	Galatus	ibid.
1014	16	Rogerius	ib.
1080	17	V.	ibid.
1081	18	Arnulphus	ibid.
1091	19	Rangerius	ib.
1122	20	Rodulphus	325
1123	21	Beraldus	ib.
1131	22	Vuillelmus	ib.
1146	23	Rogerius	ibid.
1179	24	Thomas	ib.
1194	25	Guillelmus	326
1199	26	Jacobus	ibid.
1217	27	Lando	ibid.
1234	28	N.	327
1252	29	Vernaccius	ib.
1259	30	Jacobus de Caſtilione	ib.
1279	31	Gentilis	328
1307	32	Thomas	ib.
1316	33	Guillelmus	ib.
1321	34	Petrus	ib.
1328	35	Petrus de Galganis	329
1355	36	Philippus Maurellus	ib.
1365	37	Carolus de Comite Urſo	ib.
1371	38	Thomas de Porta	ibid.
1382	39	Jordanus	330
1404	40	Petrus Philamarinus	ibid.
1405	41	Bartholomæus Gattula	331
1416	42	Gaſpar Columna	ibid.
1440	43	Paulus	332
1440	44	Guillelmus Longothera	ib.

Ao Chr.			Columna.
1449	45	Angelus de Graſſis	ib.
1452	46	Antonius de Riccis	ib.
1488	47	Marcus Maroldus	ibid.
1497	48	Petrus Iſuales	333
1506	49	Franciſcus Iſuales	ib.
1512	50	Robertus Urſinus	ibid.
1520	51	Auguſtinus Trivultius	ib.
1520	52	Petrus Trivultius	334
1528	53	Hercules Gonzaga	ib.
1529	54	Hieronymus Ceocelles	ib
1537	55	Auguſtinus Gonzaga	ib.
1560	56	Gaſpar à Foſſo	ib.
1593	57	Annibal de Afflicto	336
1644	58	Gaſpar de Cereales	337
1660	59	Matthæus de Ianuario	ibid.
1675	60	Martinus Ybanez	338
1696	61	Andreas Monreale	ib.

BOVENSIUM.

649	1	Luminoſus	339
1341	2	Blaſius	340
1341	3	Nicolaus	ib.
1342	4	Andreas	ib.
1364	5	Blaſius	ibid.
1364	6	Eraſmus	ib.
1365	7	Seraphinus	ib.
1405	8	Stephanus	ibid.
1405	9	Valterus	ib.
1410	10	Petrus	Ibid.
1424	11	Matthæus de Scalis	ib.
1435	12	Philippus Coſtulpharia	ib.
1435	13	Auguſtinus de Campellis	ib.
1435	14	Sancius	ibid.
1441	15	Jacobellus de Seminaria	341
1483	16	Proculus Curialis	ibid.
1523	17	Franciſcus Urſinus	ib.
1523	18	Donatus Corteſius	ibid.
1549	19	Achilles Brancia	ibid.
1521	20	Julius Staurianus	ibid.
1577	21	Julius	ibid.
1577	22	Manellus Franc.	ibid.
1592	23	Ptolomæus Corſinius	ib.
1592	24	Joannes Camerotta	342
1622	25	Nicolaus Mar. Morlaſai	ib.
1627	26	Fabius Olivadiſius	ib.
1646	27	Martinus Megalius	ib.
1657	28	Bernardinus de Aragonia	ib.
1669	29	M. Ant. Conteſtabilis	342
1699	30	Antonius Gaudioſus	ibid.
1718	31	Paulus Stabile.	ib.

CASSANENSIUM.

1059	1	N.	343
1096	2	Saſſo	ibid.
1119	3	N.	ibid.
1193	4	Sofridus	ibid.
1195	5	Hugo	345
1211	6	Terricius	346
1233	7	Blaſius	ibid.
1252	8	Io. de Fortebrachiis	ib.
1268	9	Marcus	ibid.
	10	Paſchalis	ib.
1305	11	Richardus	ibid.
1301	12	Guillelmus de Cuna	ibid.
1312	13	Albertus Bisozus	ibid.
1316	14	Joannes	ibid.
1329	15	Ioannes de Marino	347
1334	16	Landulphus Vulcanus	ib.
1335	17	Gunius	348
1345	18	Rogerius	ib.
1346	19	Durandus	ibid.
1348	20	Rogerius	ib.
1348	21	Ioannes de Papaſidoro	ib.
1374	22	Petrus de Iudice	ib.
1378	23	Andreas	ib.
	24	Robertus de Iudice	ib.
1395	25	Nicolaus	ib.

Ann. Chriſt.			Column.
1392	26	Petrus	348
1399	27	Phœbus à S. Severinus	ibid.
1404	28	Marinus Scannaforcie	ibid.
1418	29	Antonellus de Geſualdo	349
1428	30	Guillelmus	ibid.
1452	31	Belforcis Spinellus	ibid.
1459	32	Ioachimus Suhare	350
1463	33	Io. Franciſcus Bruſatus	ibid.
1477	34	Bartholomæus Podius	ibid.
1485	35	Martinus Tomacellus	ibid.
1523	36	Dominicus, Iacobatius	351
1523	37	Chriſtophorus Iacobatius	ib.
1541	38	Durantes de Durantibus	ib.
1551	39	Bernard. de Michelozzis	352
1552	40	Io. Angelus Medices	ibid.
1560	41	Marcus Sitticus Altaemps	ibid.
1561	42	Io. Baptiſta Sorbellonus	ib.
1579	43	Tiberius Carrafa	353
1588	44	Audoenus Uudovicus	ibid.
1597	45	Iulius Caracciolus	354
1599	46	Bonifacius Cajetanus	ib.
1614	47	Deodatus de Arze	ibid.
1617	48	Paulus Palumbus	ibid.
1649	49	Carolus Carrafa	ibid.
1670	50	Ildephonſus de Balſameda	355
1676	51	Io. Baptiſta del Tinto	Ibi.
1686	52	Franciſcus ſequeyros	ibid.
1692	53	Vincentius de Magiſtris	ib.
1707	54	Nicolaus Rocco	ibid.

CATACENSIUM:

783	1	Leo	366
1107	2	Ioannes	ib.
1168	3	N	368
1200	4	Baſſovinus vel Buſinnus	ib.
1217	5	Robertus	ib.
1252	6	Fortunatus	371
1252	7	Jacobus	ibid.
1275	8	Nicolaus	372
1305	9	Jacobus	ibid.
1309	10	Venutus	Ibid.
1342	11	Petrus Saſaffia	373
1368	12	Nicolaus Andreæ	374
1369	13	Alphon ſeu Arnulphus	ib.
1398	14	Thomas	ib.
1412	15	Petrus	ib.
1435	16	Antonius Ipſigio	ib.
1440	17	Nicolaus Palmerius	ib.
1450	18	Ricciardus	ibid.
1450	19	Palamides	ibid.
1467	20	Ioannes Geraldinus	ibid.
1489	21	Stephanus Gofredus	376
1505	22	Evangeliſta Torusfrancia	ib.
1523	23	Antonius de Paula	ibid.
1523	24	Cardinalis de Valle	ibid.
1530	25	Hieronymus de Paula	ibid.
1532	26	Angelus Geraldinus	ibid.
1536	27	Aleſsander Cæſarinus	377
1536	28	Sforiis Geraldinus	ibid.
1550	29	Aſcanius Geraldinus	ibid.
1570	30	Angelus Horsbonus	ibid.
1572	31	Octavianus Moricenus	ib.
1582	32	Nicolaus de Horatiis	Ibid.
1607	33	Ioſeph Piſcullus	ib.
1619	34	Fabritius Caracciolus	378
1629	35	Lucas Caſtellinus	ibid.
1633	36	Conſalvus Capucus	ibid.
1646	37	Fabius Olivadeſius	379
1657	38	Philippus Vicecomes	ibid.
1664	39	Agatinus de Summa	380
1672	40	Carolus Sgombrinus	ibid.
1687	41	Franciſcus Gori	ibid.
1707	42	Io. Matthæus Vitellonus	ib.
1714	43	Emanuel Spinellus	ibid.

CROTONIENSIUM.

98	1	S. Dionyſius	383
537	2	Flavianus	384
	3	Ioannes	ibid.
649	4	Theodoſius	ibid.
680	5	Petrus	ibid.
790	6	Theofinus ..	ibid.
870	7	Nicephorus	ibid.
	8	N.	ibid.
1179	9	Philippus	ibid.
1189	10	N.	ibid.
1217	11	Ioannes	ibid.
	12	N.	385
1254	13	Nicolaus	ibid.
1346	14	Ioannes	ibid.
1346	15	Guillelmus	ibid.
1348	16	Nicolaus Malopere	ib.
1358	17	Bernardus de Agrevolo	ib.
1365	18	Ioannes	386
1402	19	Raynaldus	ibid.
1404	20	Antonius	ibid.
1410	21	Laurentius	ibid.
1427	22	Iordanus	Ibid.
1439	23	Ioannes de Voltis	Ibid
1440	24	Galeottus Quatrimanus	ib.
1445	25	Cruchertus	ib.
1437	26	Guillelmus de Franciſcis	ib.
1460	27	Io. Antonius Campanus	ib.
1463	28	Martinus	ib.
1465	29	Antonius Caſarus	ibid.
1475	30	Berardus	ibid.
1481	31	Ioannes	ibid.
1496	32	Andreas della Valle	ibid.
1510	33	Antonius Luciferus	387
1524	34	Io. Matthæus Luciferus	ib.
1552	35	Petrus Paul. Caporellus	ib.
1556	36	Franciſcus Aguirre	ibid.
1565	37	Antonius Sebaſtianus Minturnus	ib.
1574	38	Chriſtophorus Bororal	388
1528	39	Marcellus Majoranus	ibid.
1580	40	Ioſeph Farſonius	Ibid.
1588	41	Marius Bologninus	ibid.
1592	42	Claudius de Curtis	ibid.
1595	43	Ioannes Lopez	ibid.
1599	44	Thomas de Montibus	ibid.
1611	45	Carolus Catalanus	389
1613	46	Didacus Cavesa de Baca	ib.
1628	47	Nicephorus Meliſenus Comnenus.	ibid.
1638	48	Ioannes Paſtor	392
1664	49	Hieronymus Carrafa	ibid.
1690	50	Marcus de Rama	ibid.
1715	51	Michael Guardia	393
1719	52	Anſelmus de la Pesa	ibid.

HIERACENSIUM;

330	1	Baſilius	394
	2	Leontius	395
1178	3	Euſtachius	ibid.
1194	4	Nicolaus	ibid.
1250	5	Bartonulphus	ibid.
1253	6	Leo	Ibid.
1260	7	Paulus	ibid.
1279	8	Iacobus	Ibid.
1303	9	Barlaham	ibid.
1312	10	Ioannes Tirſeus	Ibid.
1342	11	Nicolaus	ibid.
1342	12	Barlaham	Ibid.
1348	13	Simeon	396
1366	14	Nicolaus Mele	ibid.
1382	15	Iacobus	Ibid.
1400	16	Angelus de Tuſo	ibid.
1419	17	Paulus	ibid.
1429	18	Antonius	ibid.
1461	19	Gregorius Dioſitanus	ibid.
1461	20	Athanaſius Calceophilus	ib.
1497	21	Troilus Carrafa	397
1505	22	Oliverius Carrafa	ibid
1505	23	Iacobus Conchilles	ib
1509	24	Bandinellus Saulius	ibid
1517	25	Franciſcus Armellinus	ib.
1519	26	Alexander Cæſarinus	397
1519	27	Hieronymus Planca	ib.
1538	28	Tiberius Mutus	399
1552	29	Andreas Candidus	ibid.
1574	30	Octavianus Paſqua	ibid.
1591	31	Vincentius Bonardus	ibid.
1601	32	Horatius Matthæus	ibid.
1622	33	Alexander Boſchius	399
1624	34	Stephanus de Roſis	ibid.
1625	35	Io. Maria Belletius	ib.
1626	36	Laurentius Tramaldus	ibid.
1650	37	Michael Angelus Vicentinus.	ib.
1670	38	Stephanus Sculcus	Ibid.
1687	39	Thomas Caracciolus	ibid.
1689	40	Dominicus Diez	ibid.

NEOCASTRENSIUM.

1094	1	Henricus	401
1179	2	Guido	403
1195	3	Boemundus	ibid.
1208	4	Rogerius	ibid.
1222	5	Thaddeus	ibid.
1236	6	G.	404
1254	7	Samuel	ibid.
1266	8	Leonardus	ibid.
	9	Robertus	ibid.
1279	10	Tancredus	ibid.
1299	11	Nicolaus	405
1320	12	Petrus de Scalea	ib.
1323	13	Ambroſius	ibid.
1333	14	Io. de Freſcoa	ib.
1344	15	Nicolaus	ib.
	16	Manfredus	ibid.
1387	17	Angelus	ibid.
1388	18	Iulianus	ibid.
1390	19	Iacobus	ibid.
1394	20	Robertus Mazza	ibid.
1398	21	Iacobus	406
1398	22	Gentilis	ibid.
1422	23	Paulus	ibid.
1431	24	Ioannes de Paganis	ib.
1431	25	Robertus	ibid.
1489	26	Petrus	ibid.
1490	27	Antonius Lucidus	ibid.
1495	28	Bartholomæus de Luna	ib.
1497	29	Franciſc. de Roccamura	ib.
1504	30	Nicolaus Capranica	ib.
1517	31	Andreas de Valle	407
1518	32	Antonius de Paula	ib.
1523	33	Hieronymus de Paula	ibid.
1530	34	Io. Petrus Riccius	ibid.
1530	35	Philippus	ib.
1531	36	Nicolaus	ib.
1533	37	Paulus Capiſuccus	ib.
1539	38	Marcellus Cervinus	408
1540	39	Iacobus Sabellus	409
1554	40	Marianus Sabellus	ib.
1560	41	Io. Anton. Facchinettus	ib.
1575	42	Ferdinandus Spinellus	ibid.
1582	43	Alexander Ravalius	410
1585	44	Clemens Bontadotius	ib.
1594	45	Petrus Franciſcus Montorius.	ibid.
1651	46	Ferdinandus Confalons	ib.
1624	47	Balthaſar Bolognetus	ibid.
1629	48	Aleſander Caſtracanus	ibid.
1632	49	Io. Baptiſta Curialis	411
1630	50	Dominicus Ravenna	ibid.
1637	51	M. Anton. Mandoſius	ibid.
1639	52	Io. Thomas Perronus	ibid.
1680	53	Franciſcus Tauſius	412
1692	54	Nicolaus Cyrillus	ib.
1718	55	Ioannes Carrafa	ib.
1719	56	Dominicus Angelerius	ib.

NICOTERENSIUM.

1392	1	Jacobus	414
1415	2	Petrus	ibid.
1415	3	Clemens	ib.
1422	4	Floridatius	ibid.

An. Chr.			Columna.
1454	5	Franciſcus	414
1461	6	Petrus Balbus	ibid
1452	7	Franciſcus Braſcia	ibid.
1475	8	Nicolaus de Guidicionibus	ibid.
1487	9	Antonius Lucidus	ibid
1490	10	Arduinus Pantaleonus	ib.
1519	11	Julius Cæſar de Januar	415
1530	12	Pincivallis de Januario	ib.
1542	13	Camillus de Januario	ib.
1542	14	Julius de Januario	ib.
1573	15	Leonardus Liparolus	ib.
1578	16	Lucas Antonius Reſta	ib.
1582	17	Octavianus Capice	ib.
1616	18	Carolus Pionus	416
1645	19	Camillus Baldus	ib.
1650	20	Ludovicus Centoflore.	ib.
1651	21	Hercules Coppula	ib.
1658	22	Franciſcus Cribarius	ib
1667	23	Jo. Franciſc. Biancolelli	ib.
1670	24	Franciſcus Arrigus	ib.
1691	25	Bartholomeus de Ribero	ib
1703	26	Antonio Manio	ib.
1718	27	Januarius Matthæjus	417

OPPIDENSIUM

An. Chr.			Columna.
1304	1	N.	418
1338	2	Gregorius	ibid.
1349	3	Barnabas	ibid.
1352	4	Nicolaus	ibid.
1394	5	Simon	ib.
1394	6	Ioannin.de Malatacchiis	ib.
1400	7	Simeon Cervus	ib.
1424	8	Antonio de Caroleis	ib.
1429	9	Thomas	ib.
1430	10	Venceslaus	419
1449	11	Hieronymus	ibid.
1472	12	Athanaſius Chalcophilus	ib.
1497	13	Troilus Carrafa	ib
1505	14	Oliverius Carrafa	ibid.
1505	15	Iacobus Conchillus	ibid.
1509	16	Bandinellus Saulius	ib.
1519	17	Franciſcus Armellinus	ib.
1519	18	Alexander Cæſarinus	ib.
1519	19	Hieronymus Planca	420
1536	20	Petrus Andreas de Ripanti-bus.	ibid.
1538	21	Aſcanius Cæſarinus	ib.
1542	22	Franciſcus de Noricia	ib.
1548	23	Thomas Caſella	ib.
1550	24	Vincentius Spinellus	ibid.
1561	25	Theophilus Gallopus	ib.
1567	26	Io. Marius	ibid.
1573	27	Sigiſmund. Mangiaruna	ib.
1582	28	Andreas Canutus	421
1605	29	Iulius Ruffus	ibid
1609	30	Antonius Ceſonſus	421
1630	31	Fabritius Caracciolus	ib.
1632	32	Io. Bap. Montanus	ib.
1663	33	Paulus Pariſius	ibid
1674	34	Vincentius Ragous	ib.
1694	35	Bernardinus Plaſtena	ibid
1698	36	Biſantius Phili	ib.
1707	37	Ioſeph Placidus	ib.
1714	38	Ioſeph M. Pscimeggi	ib.

SCYLLACENSIUM.

An. Chr.			Columna.
465	1	Gaudentius	423
	2	N.	ib.
	3	N.	ibid.
551	4	Zacharias	ibid.
598	5	Ioannes	424
649	6	Auguſtinus	ibid.
680	7	Paulus	ibid.
870	8	Demetrius	ibid.
1094	9	Theodorus Meſimenus	ibid.
1096	10	Ioan. de Nicephoro	426
	11	Donatus	429
1110	12	Petrus	ibid.
1140	13	Drago	430
1178	14	Aymerius	431
1198	15	Ugo	431
1276	16	R.	431
1219	17	Nicolaus	ibid
1234	18	R.	434
1251	19	Bonvenutus	ib.
1266	20	Richardus	435
1286	21	Philippus	ibid.
1346	22	Jordanus	ibid.
1349	23	Nicolaus	ib.
1349	24	Joannes de Rocca	ibid.
1370	25	Matthæus Scaleatus	ib.
1370	26	Philippus Criſpus	ibid.
1392	27	Matthæus	ib.
1392	28	Andreas	ibid.
1402	29	Robertus de Baſilio	ibid.
1413	30	Leo Colochuri	ib.
1418	31	Franciſcus de Arceriis	436
1477	32	Franciſcus Cajeta	445
1480	33	Vincentius de Galeotis	446
1507	34	Antonius Piſanellus	ib.
1520	35	Simeon de Galeotis	ib.
1539	36	Henricus Borgia	ib.
1540	37	Henricus de Villalobos	ib.
1549	38	Alphonſus de Villalobos	ib.
1568	39	Gulielmus Sirletus	ib.
1572	40	Marcellus Sirletus	ib.
1594	41	Thomas Sirletus	ibid.
1601	42	Paulus Iſareſius	ibid.
1603	43	Fabritius Sirletus	ibid.
1635	44	Ludovicus Zephyrus	ib.
1636	45	Ioſeph della Corina	448
1657	46	Rodulphus Dulcinus	ibid.
1665	47	Franciſcus Tirotta	ib.
1676	48	Paulus Tilocamus.	ibid.
1681	49	Alphonſus Aloyſius.	ibid.
1694	50	Januarius Criſpinus.	ibid.
1697	51	Fortunatus Durante.	ibid.
1618	52	M. Antonius Attaffi.	ibid.

TROPEJENSIUM

An. Chr.			Columna.
649	1	Joannes	450
680	2	Theodorus.	ibid.
787	3	Stephanus	ibid.
	4	Petrus	ibid.
1088	5	Kalochinus Dordiletus	ibid.
1094	6	Juſtegus	ibid.
1155	7	Gerutus	451
1157	8	Herveus	452
1178	9	Coridonus	ibid.
	10	Rolandinus	453
1198	11	Richardus	ibid.
1215	12	Joannes	458
1296	13	I.	461
1299	14	Arcadius	462
1315	15	Richardus	ibid.
1344	16	Franciſcus	ibid.
	17	Marinus	468
	18	Rayoaldus.	ibid.
	19	Jordanus	ibid.
1390	20	Franciſcus Rolandinus	ibid.
1390	21	Pavo de Griffia	ibid.
1410	22	Joannes Dominici.	ibid.
1413	23	Nicol. de Acciapacclis.	ibid.
1437	24	Joſue Mormile	ibid
1479	25	Petrus Balbus	468
1480	26	Jo. Deurua	469
1480	27	Julianus Mirtus	ibid.
1499	28	Sigiſmundus Pappacauda.	ib.
1556	29	Jo. Antonius Pappacauda	ib.
1538	30	Innocentius Cybo	470
1538	31	Hieronymus Ginuccius.	ib.
1541	32	Ioannes Poggius	ibid.
1556	33	Jo. Matthæus Luchius.	ibid.
1560	34	Pompejus Piccolomin.	ibid.
1564	35	Franciscus de Acvire	471
1566	36	Felix de Rubeis	ib.
1570	37	Hieronym. de Ruſticis	ibid.
1593	38	Thomas Calvius	ibid.
1615	39	Fabritius Caracciolus	473
1631	40	Ambroſius Corduba.	ib.
1640	41	Benedictus Mandina.	473
1646	42	Joannes Lozani	ibid.
1657	43	Carolus Maranta	ibid.
1667	44	Ludovicus morales.	ibid.
1684	45	Hieronymus de Borſa	ibid.
1685	46	Franciſ. de Figuero.	ibid.
1692	47	Theophilus Teſta.	ibid.
1697	48	Jo. Laurentius Ybanez.	ibid.

S. SEVERINÆ

An. Chr.			Columna.
	1	Jo. Baptiſta	475
1096	2	Stephanus	ibid.
1115	3	Conſtantinus.	ibid.
1119	4	Severus	481
1122	5	Gregorius	ibid.
1129	6	Joannes	ibid.
1132	7	Romanus	ibid.
	8	Andreas	483
1183	9	Miletus	ibid.
1210	10	Dionyſius	ibid.
	11	Bartholomæus	ibid.
1254	12	Nicolaus	ibid.
1269	13	Angelus	ibid.
1269	14	Hugo	ibid.
1273	15	Bernardus	ibid.
1274	16	Rogerius Stephanutis	ibid.
1295	17	Lucifer	484
1309	18	Paulus	ibid.
1320	19	Joannes	ibid.
1349	20	Petrus	ibid.
1349	21	Guillelmus	ibid.
1306	22	Amicus	ibid.
	23	Gregorius	ibid.
1399	24	Matthæus	ibid.
1399	25	Gerardus	ibid.
1400	26	Jacobus	ibid.
1412	27	Angelus.	ibid.
1430	28	Antonius Sanguaius	ibid.
1454	29	Simeon Blondus	ibid.
1483	30	Petrus	ibid.
1483	31	Henricus dello Moyo	ibid.
1488	32	Alexander della Marra	485
1498	33	N.... Cantelmus.	ibid.
1508	34	Jo. Matthæus Sartorius	ib.
1531	35	Jo. Salviatus	ibid.
1535	36	Iulius Sartorius	ibid.
1566	37	Io. Baptiſta Urſinus	486
1566	38	Iulius Antonius Sanctor.	ib.
1572	39	Franc. Anton. Sanctorius	ib.
1587	40	Alphonſus Piſanus	488
1624	41	Fauſtus Caffarellus	489
1653	42	Io. Antonius Paravicinus	ib.
1660	43	Franciſcus Falabellus	490
1670	44	Ioſeph Palermus.	ibid.
1674	45	Mutius Sorianus.	ibid.
1678	46	Carolus Berlingerius	ibid.
1719	47	Nicolaus Piſanellus.	493

BELLICASTRENSIUM

An. Chr.			Columna.
1122	1	N.	494
1122	2	Bernardus	495
1313	3	Gregorius	ibid.
1349	4	Nicolaus	ibid.
1356	5	Venturinus	ibid.
1356	6	Joannes	ibid.
1399	7	Richardus	ibid.
1403	8	Lucas	ibid.
1413	9	Robertus.	ibid.
1418	10	Opizo Io. de Vicecomitibus.	ibid.
1476	11	Raymundus	ibid.
1514	12	Ioannes de Avolos	ibid.
1518	13	Raymundus de Poerlis	ibid.
1518	14	Leonardus de Leucato	ibid.
1535	15	Hieronymus Fornarii	ibid.
1542	16	Iacobus de Iacomellis	ibid.
1552	17	Cæſar Iacomellus	ib.
1577	18	Ioannes Antonius de Paula	ibid

Ann. Chriſt.			Column.
1591	19	Horatius Schipanus	495
1596	20	Alexander Iodoci	496
1598	21	Jo. Franciſc. Burgardus	ib.
1599	22	Antonius Laurus	ibid.
1600	23	Petrus Matta	ibid.
1611	24	Gregorius de Sanctis	ibid.
1612	25	Fulvius Theſaurarius	ibid.
1616	26	Hieronymus Ricciullus	ib.
1626	27	Antonius Ricciullus	497
1629	28	Philippus Curſius	ibid.
1633	29	Bartholomæus Gyptius	ib.
1539	30	Franciſcus Clericus	ibid.
1652	31	Carolus Sgombrinus	ibid.
1672	32	Carolus de Galgano.	ibid.
1683	33	Benedictus Bartolus	ibid.
1685	34	Jo. Alphonſus Petruccius	498.
1688	35	Joannes Emblaviti	ibid.

GERUNTINENSIUM

1099	1	Polychronius	500
1198	2	Gibertus	ibid.
1209	3	Guillelmus	ibid.
2209	4	Bernardus	ibid.
1216	5	Nicolaus	ibid.
1234	6	Matthæus	501
1342	7	Nicolaus	ibid.
1394	8	Gerardus	ibid.
1394	9	Guillelmus	ibid.
1415	10	Thomas Rubeus	ibid.
1429	11	Guillelmus de Podio	ibid.
1437	12	Joannes de Voltis	502
1439	13	Galeottus Quattrimanus	ib.
1430	14	Bartholomæus	ibid.
1481	15	Joannes	ibid.
1481	16	Petrus de Sonnino	ibid.
1490	17	Antonius	ibid.
1504	18	Hieronymus	ibid.
1504	19	Franciſcus Dentici	ibid.
1506	20	Martinus de Lignano	ibid.
1506	21	Ioannes de Serſalis	ibid.
1520	22	Thomas	ibid.
1520	23	Antonius Herculanus	ibid.
1533	24	Thomas Corteſius	ibid.
1533	25	Thaddæus Pepulus	503
1535	26	Joannes Carnutus	ibid.
1541	27	Franciſcus Monaldus	ibid.
1545	28	Antonius de Falconibus	ib.
1556	29	Federicus Fanturius	ibid.
1561	30	Alexander Cribellus	ibid.
1568	31	Jacobus Malumbra	504
1573	32	Sebaſtianus Maſſa	ibid.
1576	33	Jo. Baptiſta de Anſaldis	ib.
1578	34	Tarquinius Priſcus	ibid.
1585	35	Nardus	ibid.
1586	36	Octavianus	ibid.
1586	37	Propertius Reſta	ibid.
1602	38	Philippus Geſualdus	ibid.
1617	39	Mauritius Riccius	ibid.
1617	40	Laurentius Phea	ibid.
1633	41	Franciſcus Gonzaga	ibid.
1659	42	Agatius de Summa	ibid.
1684	43	Hieronym. Barzellinus	505
1688	44	Sebaſtianus de Francis	ibid.
1718	45	Bartholomæus Portius	ibid.
1710	46	Jo. Andreas Tria	ibid.

INSULANENSIUM

1046	1	Arenulphus.	506
1092	2	Lucas	ibid.
1128	3	Ioannes	ibid.
1149	4	Urnarus	ibid.
1149	5	Tiſameus	ibid.
1200	6	N.	ibid.
1239	7	Matthæus	ibid.
1311	8	Petrus	508
1349	9	Franciſcus	ibid.
1349	10	Petrus de Corono	ibid.
1354	11	Bernardus	ibid.
1389	12	Nicolaus	ibid.
1390	13	Joannes	508
	14	Antonius	ibid.
1410	15	Gualterus	ibid.
1421	16	Petrus	ibid.
1422	17	Franciſcus de Arceriis	ibid.
1426	18	Nicolaus	ibid.
1428	19	Crucertus	ibid
1445	20	Nicolaus Antonius	ibid.
1451	21	Martinus	ibid.
1451	22	Antonius de Genoviſio	ib.
1451	23	Benedictus	ibid.
1453	24	Ioannes	ibid.
1453	25	Michael Coſal	ibid.
1479	26	Bonadies	509
1494	27	Ioannes	ibid.
1508	28	Angelus Caſtaldus	ibid.
1509	29	Cæſar Lambertinus	ibid.
1545	30	Thomas Lambertinus	ibid.
1551	31	Honoratus Faſcitellus	ibid.
1562	32	Annibal Caracciolus	ibid.
1609	33	Scipio Montalegrius	510
1609	34	Hieronymus Palazuolus	ib.
1614	35	Andreas Iuſtinianus	ibid.
1618	36	Io. Antonius de Maximis	ib.
1623	37	Aſchanius Caſtanea	511
1628	38	Alexander Bichius	ibid.
1631	39	Franciſcus Biblia	512
1634	40	Martinus Alferius	ibid.
1639	41	Iulianus Vivianus	ibid.
1641	42	Antonius Cellius	512
1645	43	Dominicus Carnovalis	ibid.
1646	44	Io. Baptiſta Morra	ibid.
1649	45	Io. Franciſcus Ferrarius	ib.
1659	46	Carolus Roſſius.	ibid.
1679	47	Franciſcus Megale	ibid.
1682	48	Franciſcus Marinus.	ibid.
1717	49	Dominicus Votta.	ibid.

S. LEONIS

1349	1	Lucas	513
1349	2	Adam de Cimiliario	ibid.
	3	Iacobus	ibid.
1391	4	Ioannes	ibid.
1391	5	Nicolaus Laurentii	ibid.
1402	6	Antonius	ibid.
1404	7	Geminian. de Socheranis	ib.
1539	8	Nicolaus	ibid.
1439	9	Gobertus de Nicheſola	ib.
1490	10	Io. Dominicus	ibid.
1490	11	Ioannes	ibid.
1518	12	Matthæus	514
1518	13	Iulianus Datus	ibid.
1525	14	Franciſcus Sphærulus	ibid.
1526	15	Anſelmus Sphærulus	515
1531	16	Anaſtaſius	ibid.
1535	17	Octavianus de Caſtello	ibid.
1542	18	Thomas Caſtellus	ibid.
1544	19	Marcus Salvidius	ibid.
1555	20	Iulius Paveſius	516
1555	21	Iulius Rubeus	ibid.
1565	22	Alvarus Magalenes	ibid.

STRUNGULENSIUM

1178	1	Madius.	517
1246	2	Guillelmus	ibid.
1254	3	Petrus	520
1291	4	Rogerus	521
1291	5	Franciſcus	ibid.
1297	6	Uguccionus	ibid.
1322	7	Roegrus	ibid.
1330	8	Petrus	ibid.
1342	9	Petrus	ibid.
1342	10	Thomas de Roſa	ibid.
1352	11	Almanius	ibid.
1400	12	Iacobus	ibid.
1407	13	Petrus	ibid.
1713	14	Antonius Sangualus	ibid.
1430	15	Thomas	ibid.
1433	16	Dominicus de Rubeis	ibid.
1470	17	Nicolaus Baliſtrarii	ibid.
1479	18	Ioannes	521
1486	19	Ioannes	ibid.
1509	20	Hieronymus Luſcus	ibid.
1509	21	Gaſpar de Murgiis	ibid.
1513	22	Bernardus de Siſto	ibid.
1535	23	Petrus Raverius	ibid.
1540	24	Marcus Grimanus	ibid.
1540	25	Hieronymus Zacconus	ib.
1551	26	Matthæus Zacconus	ibid.
1567	27	Thomas Orſinus	522
1568	28	Timotheus Juſtinianus	ib.
1572	29	Gregorius Formicinus	523
1579	30	Raynaldus Corſus.	ibid.
1582	31	Dominicus Petruccius	ibid.
1585	32	Io. Aloyſius Mareſcottus	ib.
1587	33	Claudius de Mareſcot.	524
1590	34	Claudius Vicus	ibid.
1601	35	Marcellus de Laurentii	ib.
1601	36	Sebaſtianus Ghiſlerus	ibid.
1621	37	Bernardinus Piccolus	ibid.
1636	38	Saluſtius Bartolus	ibid.
1637	39	Iulius Dietalevius	ibid.
1638	40	Carolus Dietalevius	ibid.
1655	41	Martinus Denſes	525
1655	42	Blaſius Mazzellus	ibid.
1663	43	Antonius Maria Camalda	ibid.
1691	44	Io. Baptiſta Carroni.	ibid.
1706	45	Thomas Oliverius.	ibid.
1719	46	Dominicus Marzanus.	ibid.

UMBRIATICENSIUM

	1	N.	526
1122	2	Gervaſius	ibid.
	3	Ebras	ibid.
1167	4	Ropertus	ibid.
	5	Peregrinus	527
	6	Raynaldus	ibid.
1235	7	Capuanus	ibid.
1358	8	Dionyſius	ibid.
1306	9	N.	ibid.
1346	10	Chriſtophorus	ibid.
1346	11	Guillelmus	ibid.
1420	12	Michael Periſta	ibid.
1435	13	Nicolaus de Martino	ibid.
1442	14	Titus	ibid.
1447	15	Nicolaus	528
1475	16	Franciſcus	ibid.
1500	17	Antonius Guerra	ibid.
1500	18	Matthæus	ibid.
1516	19	Marcus	ibid.
1516	20	Nicolaus de Fliſco	ibid.
1516	21	Deſiderius	ibid.
1520	22	Andreas de Valle.	ibid.
1523	23	Io. Matthæus Luciferus	ib.
1524	24	Io. Piccolomineus	529
1530	25	Io. Iacobus Luciferus	ibid.
1547	26	Io. Cæſar Foggia	ibid.
1567	27	Petrus Bordonus	ibid.
1578	28	Vincentius Ferrerius	ibid.
1579	29	Aemilius Bonvinus	ibid.
1592	30	Alexander Filaretus	ibid.
1611	31	Petrus Baſtonus	ibid.
1622	32	Benedictus Vaez	ibid.
1631	33	Antonius Ricciullus	ibid.
1639	34	Bartholomæus Chriſconus	530.
1647	35	Octavius Pudericus	ibid.
1651	36	Dominicus Blanditius	ibid.
1652	37	Thomas Thomaſonus	ibid.
1655	38	Ioſeph Rubeus	ibid.
1659	39	Antonius Ricciullus	ib.
1661	40	Vitellianus Mareſcanus	ib.
1667	41	Auguſtinus de Angelis	ib.
1682	42	Io. Baptiſta Ponthius	ib.
1690	43	Ioſeph Ponthius	531
1693	44	Michael Cantelmus.	ib.
1696	45	Bartholomæus Oliverius	ib.
1715	46	Antonius Gallianus	532
1720	47	Franc. Maria Loyerius	ib.

I N D E X
N O M I N U M
OMNIUM EPISCOPORUM
Qui in hoc Tomo continentur, Ordine Alphabetico diſpoſitus.

Prior num. columnam, poſterior numerum marginalem notat.

A

Achilles Brancia *Boven.* 341.19
Adam *S. Leonis.* 513.2
Martaran. 279.18
de Dnſinco *Cuſent.* 220.24
Adenulphus *Brunduſ.* 34.32
Ægidius *Hoſtun.* 48.12
Vxent. 111.4
Carillus Albernotius *Taren.* 148.80
Æmilius Bonvinus *Umbriat.* 529.29
Agatius de ſumma *Catacen.* 380.39. *Gerunt.* 504.42
Albertus *Tarent.* 127.19
Biſozus *Caſſan.* 346.13
Alemannus Adimarius *Tarent.* 141.53
Alexander *Tarent.* 143.58
Bichius *Inſul.* 511.38
Boſchius *Hierac.* 399.33
Cæſarinus *Alexan.* 90.23
Catacen. 377.27
Hierac. 397.26
Hydrunt. 65.38
Oppiden. 419.18
Caſtracanus *Neocaſtr.* 410.48
Cribellus *Gerunt.* 503.30
Faciapecora *Tarent.* 126.15
Filaretus *Umbriat.* 529.30
Galeotta *Taren.* 143.59
Jodoci *Bellicaſtr.* 496.20
della Marra *S. Severinæ.* 485.32
Ravalius *Neocaſtr.* 410.43
Alexius Caladonus *Gallipol.* 105.28
Almanius *Strongul.* 521.11
Aloyſius de Aragonia *Lycien.* 82.31. *Alexan.* 90.21
Pappacauda *Aletin.* 86.44
de la Quadra *Motul.* 163.34
Ximenes *Vxent.* 113.28
Alphonſus *Catacen.* 374.13
Aloyſius *Scyllac.* 448.48
Alvarez *Brunduſ.* 43.65
Galegus *Caſtellanet.* 152.22
Herrera *Gallipol.* 106.36
Maurellus *Cuſent.* 256.61
Piſanus *S. Severin.* 488.40
de Sangro *Lucien.* 84.37
Spinellus *Gallipol.* 105.26
de Villalobos *Squillac.* 447.38
Amaſianus *Tarentin.* 120.1
Ambroſius *Neocaſtren.* 405.13
Maria Piccholomineus *Hydrunt.* 66.46
Corduba *Tropejen.* 473.40
Amicus *S. Severin.* 484.22
Ammonius *Hierac.* 396.18
Anaſtaſius *S. Leonis* 515.16
Ancarus *Mutil.* 159.3
Andreas *Boven.* 340.4

A
Andreas *Brunduſ.* 29.13
Caſſan. 348.23
Cuſent. 201.15
Hydrunt. 55.5
S. Severin. 483.8
Squillac. 435.28
Taren. 125.6
Matthæus Aquaviva *Cuſen.* 263.52
Adeodatus *Roſſan.* 314.61
de Ayardi *Brunduſ.* 43.58
Brancaccius *Cuſen.* 270.65
Candidus *Hierac.* 398.29
Canutus *Oppid.* 421.28
Juſtinianus *Inſul.* 510.35
Lanfrancus *Uxent.* 114.31
Maſſa *Gallipol.* 108.40
Monreale *Rhegien.* 338.61
Pandonus *Brunduſ.* 34.33
de Rubeis *Roſſan.* 314.61
Tontolus *Alexan.* 93.42
B
de Valle *Croton.* 386.32
Gallipol. 106.31
Neocaſtr. 407.31
Umbriat. 528.22
Angelus *Caſtellanet.* 154.8
Neocaſtr. 405.17
Roſſan. 300.11. 305.26
S. Severin. 483.13. 484.27
Tarent. 131.39
de Barbianis *Motul.* 160.13
Caſtaldus *Inſulan.* 509.28
Gerardinus *Catacen.* 376.26
de Graſſia *Rhegien.* 332.45
Grecus *Maturan.* 281.32
Horabonus *Catacen.* 377.30
Jaconia *Caſtren.* 95.22
Melchiorius *Caſtellaneten.* 158.32
de Nuce *Roſſan.* 314.57
Pappacoda *Marturan.* 281.34
Paſchalis *Motulen.* 160.20
C
de Tufo *Hieracen.* 396.16
Annibal de Afflicto *Rhegien.* 336.57
Caracciolus *Inſulan.* 509.32
Magalottus *Alexan.* 92.27
Saracenus *Aletin.* 85.42
Syllanus *Caſtren.* 97.33
Anſelmus de la Penna *Croton.* 393.52
Sphærulus *S. Leonis.* 515.15
Antonius *Caſtren.* 95.11
Croton. 386.20
Gallipol. 103.22
Gerunt. 507.17
Hoſtun. 46.63
Inſul. 508.14
S. Leonis 513.6
Lycien. 81.22

Antonius *Martur.* 280.27 A
Motul. 160.9.11
Roſſan. 304.20
Hieremias de Bufalo *Gallipol.* 109.42
Maria Camalda *Strungul.* 525.43
Sebaſtianus Minturnus *Croton.* 387.37
Uxen. 112.22
de Aquino *Tarent.* 148.78
Bornia *Caſtren.* 96.28
Cæſonius *Oppid.* 421.30
Caſarus *Crotonen.* 386.29
de Caroleis *Oppiden.* 418.8
Carrafa *Uxen.* 114.33
Cellius *Inſul.* 512.42
Coppus *Roſſan.* 308.39
de Falconibus *Gerunt.* 503.28
Gaudioſus *Boven.* 342.30
de Genoviſio *Inſulan.* 508.22
de Genoviſio *Marturan.* 280.30
Antonellus de Geſualdo *Caſſan.* 349.29
Antonius Guerra *Umbraticen.* 528.37 B
Herculanus *Gerunt.* 502.23
Jaconia *Uxent.* 112.18
Jannottus *Gallipol.* 103.24
de Ipſigio *Catacen.* 374 15
Laurus *Bellicaſtr.* 496.22
Lucidus *Neocaſtr.* 406.27
Lucidus *Nicoter.* 414.9
Luciferus *Croton.* 387.33
Manſo *Nicoter.* 416.26
de Matthæis *Caſtellanet.* 158.30
Palutius *Hoſtun.* 49.18
de Paula *Catacen.* 376.23
de Paula *Neocaſtren.* 407.32
Perez *Gallipol.* 109.43
Pignatellus *Lycien.* 86.45
de Pirro *Caſtellanet.* 157.21
Piſanellus *Squillac.* 446.34
de Ponte *Hydruntin.* 61.33
de Rauda *Roſſan.* 305.28
de Riccis *Rhegien.* 332.46 C
Ricciullus *Bellicaſtr.* 497.27
Cuſent. 256.60
Umbrat. 529.33
Umbrat. 530.39
Riccius *Lycien.* 82.29
Sangualus *S. Severin.* 484.28
Strungul. 520.14
Sanſeverinus *Tarent.* 145.60
Aproculus *Brunduſin.* 11.6
Aragonius Maleſpina *Brunduſ.* 36.46
Arcadius *Tropejen.* 462.14
Arduinus Pantaleonus *Nicot.* 414.10
Arenulphus *Inſul.* 506.1
Arigonius Maleſpina *Hydrun.* 60.32
Arnulphus *Cuſent.* 191.8.193.9
Arnulphus *Marturan.* 272.11
Rhegien. 324.18
Aſcanius Cæſarinus *Oppiden.* 420.21
Caſtanea *Inſulan.* 511.37
Gerardinus *Catacen.* 377.29 D
Aſcentius Guarnerius *Caſtellanet.* 158.31
Athanaſius Calciophilus *Hierac.* 396.20
Calophilus *Oppiden.* 419.12
Audoenus Undoricus *Caſſan.* 353.44
Auguſtinus *Scyllac.* 424.6
de Angelis *Umbriat.* 530.41
Antonius *Brunduſ.* 45.68
Barboſa *Uxent.* 113.30
de Campellis *Boven.* 340.13
Gonzaga *Rhegien.* 334.55
Trivultius *Rhegien.* 333.51
Alexan. 90.22
Aurelius Bienatus *Marturan.* 281.33
Aureolus Averoldus *Caſtellanet.* 158.29
Aymericus *Squillac.* 431.14

B

BAilardus *Brunduſ.* 31.22
Baldricus *Gallipol.* 101.7
Balduinus *Brunduſin.* 31.18
Balthaſſar Bolognettus *Neocaſtr.* 413.47
Bandinellus Saulius *Oppiden.* 419.16
Saulius *Hierac.* 397 24
Baptiſta Lagnius *Roſſan.* 307.34
Urſinus *Tarent.* 144.64
Barlaham *Hierac.* 295.9.12
Barnabas *Oppid.* 418 3
de Caſtro *Brunduſ.* 45.69
Bartholomæus *Alexan.* 90.8
Brunduſ. 34.34
Caſtellanet. 157.13.17
Gerunt. 502.14
Hoſtun. 49.21
S. Severin. 483.11
de Aprano *Taren.* 141.51
Chriſconus *Umbrat.* 530.34
Floridus *Cuſent.* 258.43
Gattula *Rhegien.* 331.41
Gattula *Roſſan.* 305.24
Gyptius *Bellicaſt.* 497.29
de Luna *Neocaſtr.* 406.28
Oliverius *Umbrat.* 531.45
Pignatellus *Cuſent.* 215.18
Podius *Caſſan.* 350 34
Portius *Gerunt.* 505.45
de Ribero *Nicoter.* 416.25
Serigo *Caſtellanet.* 158.25.26
Barthonulphus *Hierac.* 395.5
Baſilius *Hieracen.* 394.1
Roſſan. 297.8.299.9.301.13
Tarent. 127.18.131.28
Baſſovinus *Catacen.* 368.4
Belfortis Spinellus *Caſſan.* 349.31
Belprandrus *Cuſent.* 217.20
Benedictus *Caſtellanet.* 157.12.157.14
Hydrunt. 55.1
Inſulan. 508.23
Bartolus *Bellicaſt.* 497.33
de Baucio *Alexan.* 90.18
Mandina *Tropejen.* 473.41
Melazius *Hoſtun.* 51.35
Rubeus *Motulen.* 161.26
de Sanctis *Alexan.* 90.25
Vaez *Umbriat.* 529.32
Benvenutus *Squillac.* 434.19
Berardus *Caſtellanet.* 153.7
Croton. 386.30
Rhegien. 325.21
Tarent. 136.33
Caracciolus *Cuſen.* 228.36
Beringarius *Alexanen.* 90.10
Caſtren. 95.14
Bernardinus de Aragonia *Boven.* 342.28
Caravajal *Roſſan.* 307.35
de Figuera *Brunduſin.* 43.57
Plaſtena *Oppiden.* 421.35
Bernardus *Belicaſtr.* 495.2
Geruntin. 500.4
Inſulan. 508.11
Roſſan. 308.40
S. Severin. 483.15
de Agrevolo *Croton.* 385.17
de Benedicto *Caſtellanet.* 158.28
de Michelozzis *Caſſan.* 352.39
Piccolus *Strungul.* 524.37
de Sfito *Strungul.* 521.22
Bertrandus *Brunduſ.* 34.35
Tarentin. 139.43
Blaſius *Boven.* 340.2.5
Caſſan. 346.7
Caſtellanet. 153.4
Lycien. 70.5
Antonius Copeti *Motulan.* 163.38

Blaſius Mazzellus *Strungul.* 525.42 A
Bizantius Filo *Hoſtun.* 52.36
Oppiden. 421.36
Boemundus *Neocaſtr.* 403.3
Bonadies *Inſulan.* 509.26
Bonaventura *Uxentin.* 112.21
Bonhomus *Cuſent.* 195.14
Bonifacius *Rhegien.* 323.7
Cajetanus *Caſſan.* 354.46
Tarent. 148.77
Braccius Martellus *Lycien.* 84.40

C

CÆſar Buſdragus *Alenanen.* 92.31
Carraſa *Hoſtun.* 50.30
Geſualdus *Motulen.* 161.22
Jacomelius *Bellicaſtr.* 495.17
Lambertinus *Inſulan.* 509.29
Cæſarius *Tarent.* 126.12 B
Cajetanus Coſſus *Hydrunt.* 66.44
Camillus Baldus *Nicoteren.* 416.19
Burgheſius *Caſtren.* 96.26
de Januario *Nicoteren.* 415.13
Capuanus *Umbrat.* 526.7
Carolus *Marturan.* 280.28
Antonius Agudius *Caſtellan.* 158.33
Berlingerius *S. Severinæ* 490.46
Bornius *Caſtren.* 96.19
Borromæus *Uxen.* 112.20
Carraſa *Caſſan.* 354.49
de Carretto *Cuſentin.* 257.41
Catalanus *Croton.* 388.45
de Comite Urſo *Rhegien.* 329.37
Cuzolinus *Uritan.* 168.6
Djetaievius *Strung.* 524.40
Falconius *Caſtellanet.* 158.64
de Galgano *Bellicaſ.* 497.32
de Gualandis *Hoſtun.* 49.23
Maranta *Tropejen.* 473.43 C
Perſoné *Hoſtun.* 51.34
Pintus *Nicoteren.* 416.18
Roſſius *Inſul.* 512.46
Sgombrinus *Belicaſtren* 497.31
Sgombrini *Cataeen.* 380.40
Spinula *Roſſan.* 314.56
S. Cataldus *Tarentin.* 120.2
Celſus Mancinus *Alenanen.* 92.37
Cerretanus de Cerretanis *Cuſentin.* 224.31
Chriſtophorus *Umbrat.* 527.10
Bororal *Croton.* 388.38
Jacobatius *Caſſan.* 351.37
Claudius de Curtis *Croton.* 388.42
de Mareſcottis *Strung.* 524.33
Vicus *Strungul.* 524.34
Clemens *Nicoteren.* 414.3
Bontadotius *Neocaſtr.* 410.44
Conradus *Gallipol.* 101.10
Conſalvus Caputus *Catacen.* 378.36
Conſtantinus *Rhegien.* 324.11 D
S.Severin. 475.3
Coridonus *Tropejen.* 452.9
Corradus Caracciolus *Hoſtun.* 50.25
Coſmas *Roſſanen.* 288.&293.6
Cruchettus *Croton.* 386.25
Inſulan. 508.19
Cyprius *Brunduſin.* 29.8
Cyrillus *Rhegien.* 323.5

D

DAttus *Hoſtunen.* 46.1
Demetrius *Squillacen.* 424.8
Deodatus de Arze *Caſſan.* 354.47
Deſiderius *Umbrat.* 528.21
Mazapica *Unent.* 512.23
Didacus Caveza de Baca *Croton.* 389.46
Didacus Lopez *Hydrunt.* 65.43
Dionyſius *Brunduſin.* 21.5
Croton. 383.1
Lycien. 70.4
Roſſanen. 293.5
S.Severin. 483.10
Tarentin. 126.14
Umbrat. 527.8
Odriſcol *Brunduſin.* 44.62
Thomacellus *Caſtren.* 97.31
Dominicus *Alenanen.* 90.13
Brunduſ. 33.27
Gallipolit. 100.1
Antonius de Bernardinis *Caſtell.* 158.35
Angelettus *Neocaſtr.* 412.36
Blanditius *Umbrat.* 530.36
Carnovalis *Inſul.* 512.43
Diez *Hierat.* 399.40
Erarch *Unentin.* 112.16
Jacobatius *Caſſan.* 351.36
Idiaſchez *Brunduſ.* 38.52
de Legonoſſa *Roſſan.* 306.31
Mazaous *Strungul.* 525.46
Petruccius *Strungul.* 523.31
Raveona *Neocaſtr.* 411.50
de Rubeis *Strungulen.* 521.16
Roduiphus *Uritan.* 168.3
Votta *Inſul.* 412.49
Domnus *Marturan.* 271.3
Donatus *Caſtren.* 95.21
Gallipol. 103.21
Squillacen. 429.12
Corteſinus *Boven.* 341.18
Drago *Tarentin.* 126.17
Drogo *Squillacen.* 430.13
Durandus *Caſſan.* 348.19
Durantes de Durantibus *Caſſan.* 351.38

E

EBras *Umbratien.* 526.3
Eleazarius *Tarentin.* 141.50
Elias *Roſſan.* 300.10
Eligius Caracciolus *Cuſen.* 269.64
Spinellus *Cataeen.* 380.41
Emanuel Turre *Brunduſ.* 45.66
Eraſmus *Boven.* 340.6
Evangeliſta Cittadinus *Alenan.* 90.26
Pallottus *Cuſen.* 264.55
Tornafrancia *Catacen.* 376.22
Evoldus *Caſtren.* 95.12
Euſebius *Brunduſ.* 18.4
Rhegien. 324.13
Euſtachius *Brunduſin.* 30.16
Caſtellaneten. 157.19
Hieracen. 395.3

F

FAbius Magneſius *Hoſtun.* 50.33
Olivadeſius *Boven.* 342.26
Catacen. 379.37
Fabritius de Capua *Hydruntin.* 61.37
Caracciolus *Cataeen.* 378.34
Oppiden. 421.31
Tropejen. 473.39
Pignatellus *Lycien.* 86.47
Sirletus *Squillacen.* 447.43
Fantinus Petrignanus *Cuſen.* 263.53
Fauſtus Caſſerellus *S. Severinæ* 489.41
Federicus Fantutius *Gerunt.* 503.29
Petruccius *Gallipolit.* 106.33
Felix Antonius Monachus *Marturan.* 285.43
de Rubeis *Tropejen.* 471.36
Ferdinandus de Aguſar *Hydrun.* 66.47
Gonſalona *Neocaſtr.* 410.46
Spinellus *Neocaſtr.* 409.32

Fla-

Flavianus *Croton.* 384.2 A
Flavius Urſinus *Cuſent.* 263.51
Floridatus *Nicoter.* 414.4
Florus *Marturan.* 371.6
Formoſus *Lycien.* 70.8
Fortunatus *Catacen.* 371.6
Lycien. 70.2
Durante *Scyllac.* 448.51
Franciſcus *Caſtren.* 94.8
Gallipol. 105.27
Hoſtun. 49.22
Inſulan. 508.9
Nicoter. 414.5
Strungul. 521.5
Tarent. 143.63
Tropejen. 462.16
Umbrat. 528.16
Antonius de Marco *Caſtren.* 97.34
Robertus *Alenan.* 93.40
Sanctorius *S. Severinæ* 488.39
Maria de Aſto *Hydrunt.* 66.48 B
Cafferius *Caſtren.* 97.35
Loyerus *Umbrat.* 532.47
Muſcettola *Roſſan.* 314.62
de Aquire *Croton.* 387.36
Tropejen. 471.35
Aleander *Brunduſ.* 41.55
de Arceriis *Squillac.* 436.31
Inſulan. 508.17
Archamonus *Caſtellanet.* 157.16
de Arenia *Brunduſ.* 37.50
Armellinus *Hierac.* 397.25
Oppiden. 419.17
Tarent. 145.68
Arrigus *Nicoter.* 416.24
Biblia *Inſulan.* 512.39
Borgia *Cuſen.* 259.45
Brancia *Nicoter.* 414.7
de Cabelleriis *Hoſtun.* 48.13
de Cajeta *Squillac.* 445.32
Clericus *Bellicaſ.* 497.30 C
Columna *Caſtren.* 97.32
Roſſan. 309.41
Corpo-Sancto *Gallipol.* 102.20
Cribrarius *Nicoter.* 416.22
Dentice *Geruntin.* 502.19
de Fallabellis *S. Severinæ.* 490.43
de Figuero *Tropejen.* 473.46
Gonzaga *Cuſent.* 261.49
Gerunt. 504.41
Gori *Catacen.* 380.41
Guerterus *Alenan.* 90.9
Iſvales *Rhegien.* 333.49
Marinus *Inſul.* 412.48
della Marra *Cuſen.* 220.28
Motul. 163.35
Megale *Inſul.* 412.47
Monachus *Martur.* 284.41
Monaldus *Gerunt.* 503.27
de Notueis *Oppid.* 420.22
Pignatellus *Tarent.* 150.83 D
Ramirez *Brunduſ.* 45.67
de Rizardis *Hoſtun.* 50.24
de Rocca mora *Neocaſtr.* 406.29
Rolandinus *Tropejen.* 466.20
Romelinus *Gallipol.* 106.30
Salutius *Motulan.* 162.27
Sanchez *Tarent.* 148.79
Sequeyros *Caſſan.* 355.52
Sphærulus *S. Leonis.* 514.14
Surgentius *Brunduſin.* 44.62
Tanſius *Neocaſtr.* 412.53
Tirotta *Scyllac.* 448.47
Tomacellus *Cuſent.* 227.35
Urſinus *Boven.* 341.17
Fulgo Bellus *Lycien.* 78.11
Fulvius Theſaurarius *Bellicaſ.* 496.25

G

Gabriel de Adarzo *Hydrunt.* 66.45
Gailardos *Brunduſin.* 35.38
Galatus *Rhegien.* 324.15
Galeottus Quatrimanus *Croton.* 386.24
Gerunt. 502.13
Gaſpar de Cereales *Rhegien.* 337.58
Colomna *Rhegien.* 331.42
Foſſa *Rhegien.* 334.56
de Murgiis *Strangulen.* 521.21
Gaudentius *Scillacen.* 423.1
Gaufridus *Brunduſin.* 37.49
Geminianus de Sochoſanis *S. Leonis.* 513.7
Gentilis *Neocaſtren.* 406.22
Rhegien. 328.31
Gerardus *Brunduſ.* 33.26
Gerunt. 501.8
Roſſan. 305.22
S. Severin. 484.25
Germanus *Tarentin.* 126.11
Gervaſius *Tarentin.* 116.10.131.29
Umbriat. 526.2
Gerutus *Tropejen.* 451.7
Gibertus *Geruntin.* 500.2
Giraldus *Tarentin.* 131.27.136.31.137.37
Giſius *Brunduſin.* 35.40
Gobertus de Nicheſola *S. Leonis.* 513.9
Godinus *Brunduſin.* 30.17
Gofredus *Uxen.* 111.3
Gofridus *Lycien.* 80.15
Gotifredus de Caſtro *Marturan.* 280.29
Gregorius *Bellicaſtren.* 495.3
Gallipol. 102.13
Oppiden. 418.2
Roſſan. 301.15.302.18
S. Severin. 481.5.484.13
Tarentin. 138.42
de Cruce *Martoran.* 283.38
Dioſitanus *Hieracen.* 396.19
Formicinus *Strangul.* 523.29
Reſtius *Caſtellanet.* 157.18
de Sanctis *Bellicaſtr.* 496.24
Gualterus *Inſul.* 508.15
Lycien. 80.13
Tarent. 130.24.137.34.138.40
Guido *Lycien.* 82.28
Neocaſtr. 403.2
Guidanos *Alenan.* 90.16
de Guidonibus *Motulan.* 160.18
Guillelmus *Brunduſ.* 31.20.35.37
Caſſan. 349.30
Crotonien. 385.15
Gallipol. 102.18
Gerunt. 500.3.501.9.11
Hydruntin. 56.11
Rhegien. 326.25.328.33
S. Severin. 484.21
Strungulen. 517.2
Umbratic. 526.12
de Caſtello *Brunduſ.* 34.36
de Cuna *Caſſan.* 346.12
de Franciſcis *Croton.* 386.26
de Fonte *Gallipol.* 102.19
Logotheta *Rhegien.* 332.44
Sirlettus *Scyllacen.* 447.39
Guinus *Caſſan.* 348.17
Gulielmus *Alenan.* 89.2
Gundeſalvus Rueda *Gallipol.* 107.39
Gundiſalvus de Saogro *Lycien.* 83.36
Gurellus Ciccarus *Lycien.* 81.23

H

Henricus *Neocaſtren.* 401.
Tarentin. 137.31

Hen-

Henricus de Aragonia *Gallipol.* 106.29
Borgia *Squillat.* 446.36
Brunus *Tarentin.* 144.65
de Ceraſolo *Taren.* 137.36
de la Moyo *S.Severin.* 484.31
de Villalobos *Scyllacen.* 447.37
Hercules Copula *Nicoter.* 416.21
Gonzaga *Rhegien.* 334.53
Lamia *Alexanen.* 92.32
Vaccarius *Roſſan.* 311.52
Herveus *Tropejen.* 452.18
Hieronymus *Geruat.* 502.8
Hydraat. 56.14
Oppiden. 419.11
Aleander *Brunduſ.* 38.54
Barzellinus *Geruat.* 505.43
de Borſa *Tropejen.* 473.45
Carrafa *Croton.* 392.49
Centelles *Rhegien.* 334.54
Compagnonus *Roſſan.* 314.59
de Corrigio *Tarea.* 146.73
de Federicis *Marturan.* 282.37
Fornarii *Bellic.* 495.15
Ginuccius *Tropejen.* 470.31
de Hippolyto *Tarentin.* 145.69
Luſchus *Strungul.* 521.20
Martinus *Uxen.* 113.29
Munoz *Gallipolit.* 106.32
Palazuolus *Iaſal.* 510.34
de Paula *Catacen.* 376.25
Neocaſtren. 407.33
Pignatellus *Roſſan.* 311.51
Plança *Hierac.* 397.27
Oppiden. 420.19
Ricciullus *Bellic.* 496.26
de Ruſticis *Tropejen.* 471.37
Scudellus *Motulan.* 160.15
Verallus *Roſſan.* 309.42
Urſaya *Roſſan.* 314.58
Zacconus *Strangul.* 521.25
Hilarius *Rhegien.* 323.3
Hippolytus Medices *Lycien.* 84.38
Honoratus Faſcitellus *Inſulan.* 509.31
Honorius *Tarentin.* 125.8
Honuphrius *Uxentin.* 111.12
Horatius Matthæus *Hierac.* 398.32
Rapanus *Alexan.* 92.35
Schipanus *Bellic.* 495.19
Hugo *Caſſan.* 345.5
Hydrantin. 56.10
Marturan. 280.19
Motulan. 159.5
S.Severin. 483.14
Cicala *Hoſtunen.* 48.15

I

IAcobellus de Seminaria *Boven.* 341.15
Jacobus *Caſtren.* 94.7
Catacen. 371.7372.9
Hierac. 395.8.396.15
Hydrunt. 57.19.58.26
S.Leonis. 513.3
Marturan. 280.22
Neocaſtr. 405.19 405.22
Nicoter. 414.1
Rhegien. 326.26
Roſſan. 301.16
S.Severinæ. 484.26
Strangul. 521.12
Tarent. 127.20.137.38.139.44.46.140.48
Antonius Ferdutius *Martur.* 282.35
de Baucio *Alexan.* 90.14
Carrafa *Roſſan.* 313.55
Caſtellius *Marturan.* 280.23
de Caſtilione *Rhegien.* 327.30
Conchilles *Hierac.* 397.23
Oppid. 419.15

A Jacobus Gallettus *Alexan.* 92.30
Jacomellus *Bellicaſtr.* 495.16
de Itro *Hydrant.* 59.27
Malumbra *Geruat.* 504.31
Michael *Motulan.* 161.24
Palladinus *Tarent.* 141.52
Piſcicellus *Lycien.* 82.32
de Ratha *Roſſan.* 305.30
Sabellus *Neocaſtre.* 409.39
de Villano *Martur.* 280.25
Januarius de Andrea *Motul.* 163.33
Criſpinus *Scyllac.* 448.50
Matthæjus *Nicoter.* 417.27
Sanfelius *Caſea.* 267.63
Ildephonſus de Balſameda *Caſsan.* 355.50
Innicus de Avolos *Bellicaſtr.* 495.12
Innocentius *Tarent.* 125.5
Cybo *Tropejen.* 470.30
Joachinus Suhare *Caſſan.* 350.32
Joannes *Alexan.* 89.1.5
B *Bellicaſtr.* 495.6
Brunduſ. 29.12
Caſſan. 346.14
Caſtellanet. 151.1.153.6
Catacen. 366.2
Croton. 3843.11.385.14.386.18.31
Caſea. 236.38
Gallipol. 100.2.4.102.17
Geruat. 502.15
Hoſtun. 49.17.19
Hydrunt. 55.6.58.22.60.30
Inſulan. 506.3.508.13.24.409.27
S. Leonis. 513.4.11
Marturan. 272.7.9.280.21
Rhegien. 324.9
Roſsan. 301.17.305.23
Scyllacen. 424.5
S.Severinæ 481.6.484.19
Strungulen. 521.18.19
Tarent. 125.7.9.126.15.139.45
C *Tropejen.* 450.1.453.12
Uxen. 111.5.6.7.10.13
Jo. Aloyſius de Benedictis *Caſtellaneten.* 158.27
de Campania *Motulan.* 161.23
Mareſcottus *Strungul.* 525.32
Andreas Tria *Geruat.* 505.46
Angelus Medices *Caſſan.* 352.40
Antonius Aquaviva *Alexan.* 90.20
Lycien. 83.35
Balduccius *Alexan.* 94.24
Campanus *Croton.* 386.27
Caſtaneus *Roſſan.* 309.44
Facchinettus *Neocaſt.* 409.41
de Maximis *Inſulanen.* 510.36
Pappacauda *Tropejen.* 469.29
Paravicinus *S. Severin.* 489.42
de Paula *Bellicaſte.* 495.18
Petruccius *Bellicaſt.* 498.34
de Rogeriis *Hoſtun.* 50.26
Jo. Baptiſta *S. Sever.* 475.1
D de Anſaldis *Geruat.* 504.33
Carroni *Strangul.* 525.44
Caſtromedianus *Lycien.* 84.39
de Conſtantiis *Cuſen.* 264.56
Conſtantini *Caſtren.* 88.36
Curialis *Neocaſtren.* 401.49
Detus *Alexan.* 96.30
Faleſius *Motul.* 162.30
Labanchi *Uritan.* 268.8
Montanus *Oppiden.* 421.32
Morra *Inſulan.* 512.44
Petruccius *Taren.* 143.62
Pinellus *Cuſea.* 257.42
Ponthius *Umbrat.* 530.42
Sorbellanus *Caſſan.* 352.42
Stella *Tarent.* 150.84
Tinto *Caſſan.* 355.51
Urſinus *S. Severinæ.* 486.37
Jo. Cæſar Foglia *Umbrat.* 519.26

Joan.

Joan. Carolus Bovius *Brundus.* 43.56 A
Hoſtun. 50.28
Jo. Domiuicus *S. Leonis.* 513.10
Hectoris *Hoſtun.* 50.31
Jo. Franciſcus *Caſtellanet.* 557.20
Gallipol. 406.31
Nicoter. 416.23
Bruſatus *Caſſan.* 350.33
Burgardus *Belliceſtr.* 496.21
Ferrarius *Inſulan.* 512.45
Fonſeca *Roſſan.* 308.36
Granafeus *Alexan.* 93.41
Jo. Jacobus de Baucio *Alexan.* 90.19
Luciferus *Umbriat.* 529.25
Palanolla *Marturan.* 285.44
Jo. Laurentius Ybanez *Tropejen.* 478.48
Jo. Maria Bellettus *Hieracen.* 399.35
Pudericus *Taren.* 144.67
Joannes Matthæus Luciferus *Umbriat.* 528.23
Luciferus *Croton.* 387.34
Luchius *Tropejen.* 470.33 B
Sertorius *S. Severin.* 485 34
Vitellonus *Catacen.* 380.42
Jo. Michael Saracenus *Lycien.* 85.41
Joan. Petrus Carrafa *Brundus.* 38.53
Riccius *Neocaſtren.* 407.34
Sanctorii *Caſtellan.* 157.24
Jo. Thomas de Morgantibus *Lycien.* 81.24
Perronus *Neocaſtren.* 411.52
Joannes Jannellus *Alexan.* 93.44
Anglici *Alexan.* 89. 7
Aragonius *Cuſen.* 259.46
Taren. 243.61
de Bravo *Uxen.* 113.27
Camerotta *Boven.* 342.24
Caponeſchus *Motul.* 163.32
Capreolus *Caſtren.* 98.36
Carnutus *Gerunt.* 503.26
Carrafu *Neocaſtr.* 412.55
de Caſtro *Tarent.* 147.74
ex Comitibus Taliacotii *Tarent.* 142.56 C
Deurus *Tropejen.* 469.26
Dominlei *Tropejen.* 466.22
Emblaviti *Belliceſt.* 498.35
de Eſtrada *Brundus.* 45.64
Falces *Brunduſ.* 43.60
de S. Felice *Alexan.* 90.12
de Fortebrachiis *Caſſan.* 346. 8
de Freſcoa *Neocaſtr.* 405.14
Georgius *Caſtren.* 95.19
Geraldinus *Catac.* 374.20
de Glandis *Lycien.* 80.17
Lopez *Croton.* 388.43
Lozanus *Tropejen.* 473.42
Manuuri *Hoſtun.* 46. 5
de Marino *Caſſan.* 347.15
Marius *Oppid.* 420.26
Montoya *Gallipol.* 109.41
de Nicephoro *Scyllac.* 426.10
de Pagania *Neocaſtr.* 406.24
de Papaſidero *Caſſan.* 348.21 D
Pariſius *Caſtren.* 94. 4
Paſtor *Croton.* 392.48
de Pedroſa *Brunduſ.* 43.59
Piccolomineus *Umbrat.* 529.24
de Piccolpaſſis *Hoſtun.* 49.16
Poggius *Tropejen.* 470.32
de Porta *Brunduſ.* 35.39
de Rocca *Squillac.* 435.24
Ruffus de Theodulis *Cuſen.* 259.46
Salviatus *S. Severin.* 485.35
de Serſalis *Gerunt.* 502.22
Soranus *Alexan.* 89. 6
Tirſeus *Hieracen.* 395.9
de Voltis *Croton.* 386.23
Gerunt. 502.12
Joanninus de Malatacchis *Oppiden.* 418.6
Jocundus *Hydrunt.* 57.47
Jonathas *Hydrunt.* 57.15

Jordanus *Croton.* 386.22
Rhegien. 330.39
Squillac. 435.25
Tropejen. 466.19
Joſeph Maria Perimezzi *Oppiden.* 421.38
de la Cornia *Squillacen.* 448.45
Faraonius *Croton.* 388.40
Palermus *S. Severin.* 490 44
Piſcullus *Catacen.* 377.33
Placidus *Oppiden.* 421.37
Ponthius *Umbrat.* 531.43
Rubeus *Umbrat.* 530.38
Uxen. 112.24
Saufelicius *Cuſen.* 267.62
Joſue Mormille *Tropejen.* 467.24
Iſaach *Roſſan.* 304.19
Iſelgrimus *Cuſen.* 191. 6
Julianus *Brunduſ.* 29.9. 31.21
Cuſen. 190.4
Neocaſtren. 405.18
Datus *S. Leonis.* 514.13
Mirtus *Tropejen.* 469.27
Vivianus *Inſulan.* 512.41
Julius *Boven.* 341.21
Antonius Sanctorius *S. Severin.* 486.38
Cuſen. 266.58
Cæſar de Iauuario *Nicoter.* 415.11
Caracciolus *Caſſan.* 354.45
Dietalevius *Strung.* 524.39
Doffus *Alex.* 92.36
Gallettus *Alex.* 92.29
de Januario *Nicoter.* 415.14
Othinellus *Alexan.* 96.24
Paveſius *S. Leonis.* 516.20
Rubeus *S. Leonis.* 516.21
Ruffus *Oppiden.* 421.29
Sertorius *S. Sever.* 485.36
Staurianus *Boven.* 341.20
Iuſtegus *Tropejen.* 450. 6

K

K Alochinus Dordeletus *Tropejen.* 450. 5

L

LÆlius Brancaccius *Tarent.* 246.74
Jordanus *Roſſan.* 310.46
Lancellottus de Lancellottis *Roſſan.* 310.45
Lando *Rhegien.* 326.27
Landus de Vicoalto *Uxen.* 211.2
Landulphus Vulcanus *Caſſan.* 347.16
Latinus Urſinus *Tarent.* 243.60
Laurentius *Alexanen.* 90.17
Croton. 386.21
Enzines *Uxen.* 114.32
Phea *Gerunt.* 504 40
de Rayno *Brunduſ.* 45.63
Tramaldus *Hierac.* 399.36
Leo *Brunduſ.* 11.2
Catacen. 366. 1
Hieracen. 395. 6
Rhegien. 324.12
Colochuri *Squillac.* 438.30
Leonardus *Caſtren.* 95.13
Lycien. 81.21
Motulen. 160.12
Neocaſt. 404.8
Uxen. 211. 8
de Leucato *Belliceſte.* 495.14
Liparolus *Nicotec.* 415.15
de Magiſtris *Alexan.* 92.28
Leontius *Hieracen.* 395. 2
Rhegien. 324.11

Nicolaus de Fliſco *Vmbrat.* 528.29
de Gaddis *Cuſen.* 260.47
de Guidicionibus *Nicoter.* 414. 8
de Hippolytis *Roſſan.* 307.23
de Horatiis *Catacen.* 377.32
Laurentii *S. Leonis.* 513.5
Malopere *Croton.* 385.16
de Martino *Vmbrat.* 527.13
Mele *Hierac.* 396.11
Paganus *Hydrun.* 61.34
Palmerius *Catacen.* 374.17
Piſanellus *S. Severin.* 493.47
Ricchettus *Marturan.* 285.46
Rocco *Caſſan.* 355.54
Spinellus *Vxen.* 114.25
Nuccius *Vxen.* 112.14

O

Octavianus *Gerunt.* 504.36
Capite *Nicoter.* 415.17
de Caſtello *S. Leonis.* 515.17
Moricenas *Catacen.* 377.31
Paſqua *Hieracen.* 398.30
Pudericus *Vmbrat.* 530.35
Octavius Myrtus *Tarent.* 157.76
Oliverius Carrafa *Hieracen.* 397.22
Oppiden. 419.14
Onuphrius Monteſtro *Caſtellanet.* 158.36
Opizo Jo. de Vicecomitibus *Bellicaſtr.* 495.10
Opizus de Columbis *Cuſent.* 214.17
Opportunus *Marturan.* 271.2
Orlandus de Ruvere *Tarent.* 144.66
Orontius *Lycien.* 69. 1
Pillicimarinus *Gallipol.* 109.44

P

Palamides *Cataeen.* 374.19
Palumbus *Cuſen.* 190. 3
Pandalus *Brunduſ.* 36.45
Paſchalis *Caſsan.* 346.10
Roſsan. 295. 7
Paulinus *Rhegien.* 323. 8
Paulus *Alexan.* 90.11
Brunduſ. 36.44
Gallipol. 100.6.102.15
Hieracen. 395.7.396.17
Neocaſtr. 406.23
Rhegien. 332.43
Roſſan. 301.12
S. Severin. 484.28
Squillacen. 424. 7
Æmilius Sanctorius *Cuſen.* 265.57
Æmilius Verallus *Roſſan.* 309.43
Capiſuccus *Neocaſtr.* 407.37
Tilocamus *Scyllac.* 448.48
Iſareſius *Squillacen.* 447.42
Palumbus *Caſſan.* 354.48
Pariſius *Oppiden.* 421.33
Stabile *Boven.* 342.31
Taurellus *Roſſan.* 311.53
de Villanaperlas *Brunduſ.* 45.70
Pavo de Griffis *Tropejen.* 466.22
Pelegnus Cybo *Gallipol.* 106.34
S. Pelinus *Brunduſ.* 11. 7
Penetranus *Lycien.* 71. 9
Peregrinus *Brunduſ.* 33.28.31
Caſtren. 94.2.3
Vmbrat. 527. 5
Petrus *Boven.* 340.10
Brunduſ. 33.25.29.37.48
Caſſan. 348.26
Caſtren. 94. 9

A Petrus *Caſtellanet.* 153.5.154.10
Catacen. 374.15
Croton. 384.5.
Cuſentin. 191.7.195.13.217.21.219.23
Gallipol. 102.16.103.23
Hoſtun. 47.6.48.10
Hydrunt. 55.2.4.8. 56.13. 60.29
Inſulan. 508.8.16
Marturan. 289.26
Neocaſtr. 406.26
Nicoter. 414. 2
Rhegien. 328.34
S. Severin. 484.20.30
Squillac. 429.12
Strungulen. 520.3.521.8.9.13
Tarent. 140.49
Tropejen. 450. 4
Andreas de Ripantibus *Oppiden.* 420.20
Antonius de Capua *Hydrunt.* 65.39
Petraſancta *Martur.* 285.47
B Spinellus *Roſſan.* 312.54
Franciſcus Columna *Tarent.* 146.71
Montorius *Neocaſtr.* 410.45
Lazarus Terrero *Vxent.* 114.24
Matthæus de Aquino *Lycien.* 82.33
Paulus Caporellus *Croton.* 387.35
Maſtrilli *Motulan.* 163.37
Balbus *Tropeien.* 468.25
Nicoter. 416. 6
Baſtonus *Vmbrat.* 529.31
Bordonus *Vmbrat.* 529.27
Bovius *Hoſtun.* 50.27
Buccaplanula *Cuſen.* 220.26
Calice *Hoſtun.* 48.14
Corderus *Hydrun.* 65.40
de Corono *Inſulan.* 508.10
Faber *Caſtren.* 95.20
de Galganis *Cuſen.* 221.29
Rhegien. 329.35
Gattula *Brunduſ.* 37.47
C Guarinus *Lycien.* 71.10
Guerrerius *Vxen.* 112.25
Iſuales *Rhegien.* 333.48
de Judice *Caſſan.* 348.22
Matta *Bellicaſtr.* 496.23
Paperonus *Brunduſ.* 33.30
Philamarinus *Rhegien.* 330.40
de Pirano *Lycien.* 81.26
de Quercis *Motulen.* 160.17
Raverius *Strungul.* 521.23
Salamia *Catacen.* 373.11
de Scalea *Neocaſt.* 405.12
de Sonnino *Gerunt.* 502.16
Theodorus *Motulen.* 160.10
Trivultius *Rhegien.* 334.52
Philippus *Croton.* 384. 9
Hydrun. 60.31
Neocaſtr. 407.35
Squillac. 435.21
Tarentin. 130.26
D *Vxentin.* 112.15
Coſtullearia *Boven.* 240.12
Criſpus *Squillac.* 435.26
Curſius *Bellicaſtr.* 497.28
Geſualdus *Gerunt.* 504.38
de Lanzano *Hydrunt.* 58.25
Matera *Maturan.* 275.14
Maurellus *Rhegien.* 329.36
Vicecomes *Catacen.* 379.38
Phœbus à S. Severino *Caſſan.* 348.29
Placidus Fabius *Caſtren.* 96.27
Placidus Padiglia *Alexan.* 93.39
Polychromus *Gerunt.* 500. 1
Pompejus Columna *Roſan.* 308.37
Piccolomineus *Tropeien.* 470.34
Princevallis de Januario *Nicoter.* 415.12
Proculus Curialis *Boven.* 341.16
Propertius Reſta *Gerunt.* 504.37
Ptholomæus Corſinius *Boven.* 341.23

Prolomæus Gallus *Martucan.* 285.36
Pyrrhus Caraciolus *Cuſent.* 239.37

R

RAngerius *Rhegien.* 324.19
Raphael Palma *Ueltan.* 168.5
Raymundus *Bellicaſte.* 495.11
de Poeriis *Bellicaſte.* 495.53
Raynaldus *Hydrunt.* 58.24
Ceoton. 386.19
Tropejen. 466.18
Taren. 128.23
Umbeat. 527. 6
de Aquino *Martucan.* 279.16
Brancaccius *Taren.* 542.55
Corſus *Strungulen.* 523.30
Motulen. 160. 7
Renovatus *Taren.* 525. 4
Richardus *Alexan.* 89. 4
Bellicaſtr. 495. 7
Brunduſ. 36.42
Caſſan. 346.15
Cuſen. 593.10
Squillacen. 435.20
Tropejen. 453.11.462.15
Rinulphus *Marturan.* 272.10
Robertus *Bellicaſte.* 495.9
Caſtellanet. 153.3.157 15
Catacen. 368. 5
Lycien. 80.18
Marturen. 279.17
Neocaſtr. 404.9.406.25
de Baſilio *Squillacen.* 435.29
de Judice *Caſſan.* 348.24
Mazza *Neocaſtr.* 405.20
de Noha *Lecien.* 80.16
Phili *Maeturan.* 284.40
Piſcicellus *Brunduſ.* 37.51
Motulen. 160.14
Samblaſius *Lycien.* 80.14
Urſinus *Rhegien.* 333.50
Waltericus *Lycien.* 79.12
Rodulphus *Maeturan.* 272.12
Rhegien. 325.20
Dulcinus *Squillac.* 448.46
Rofredus *Cuſen.* 191.5
Rogerius *Neocaſtr.* 403.4
Rhegien. 324.16.325.23
Roſſan. 301.54
Stephanutia *Coſen.* 220.25
S. Severinæ. 483.16
Caſsan. 348.18.20
Steuagulen. 521.4.7
Capitignonus *Tarent.* 538.42
Rolemannus *Taeentin.* 130.25
Rolandinus *Teopejen.* 453.10
Rolandus *Alexanen.* 89. 3
Romanus *s. Sever.* 481. 7
Roperius *Umbrat.* 526. 4
Ruffus *Cuſen.* 194 12
Rufinus *Caſtren.* 94. 5

S

SAbinianus *Gallipolitan.* 100. 3
Sabinus *Brunduſ.* 11.3
Hydeun. 55. 3
Saluſtius Bartolus *Strung.* 524 38
Samuel *Neocaſtren.* 404.7
Sancius *Boven.* 340.14
Sanctius *Cuſen.* 193.51
Saſſo *Caſſaaen.* 343. 2
Scipio Floccarus *Roſſan.* 310.48
Montalegrins *Inſulan.* 510.33

A Scipio Rebiba *Motulan.* 561.21
Spina *Lycien.* 85.43
Sebaſtianus de Francis *Geeunt.* 505.44
Ghislerius *Steungul.* 524 36
Maſſa *Gerunt.* 504.32
Quinterus *Gallipol.* 107.37
Senator Marturanus *Marturan.* 280.20
Septimius Burſerius *Alen.* 92.33
Seraphinus *Boven.* 340. 7
Rinaldus *Motulan.* 562.28
Severus *S. Severin.* 481. 4
Sextilius Mazuca *Alenan.* 92.34
Sfortia Gerardinus *Catacen.* 377.28
Sigiſmundus Mangiaruna *Oppiden.* 420.27
Puppacauda *Tropejen.* 469.28
Simeon *Alenanen.* 90.15
Hieracen. 396.13
Oppiden. 418. 5
Vuentin. 110. 5
Bondus *s. Severin.* 484.29
B Cervus *Oppiden.* 418. 7
de Galeotis *Squillac.* 446.35
Siſinius *Rhegin.* 323.4
Sofridus *Caſſan.* 343.4
Statius de Vera *Caſtren.* 95.58
Stephanus *Boven.* 340. 8
Rhegien. 322.1.324 14
s. Severin. 475.2
Taeentin. 526.56
Teopejen. 450. 3
Carraria *Roſtan.* 305.27
Gofredus *Catacen.* 376. 51
Pendinellus *Hydrun.* 61.35
Philomarinus *Taren.* 127.21
de Roſis *Hieeacen.* 399.34
Scalcus *Hierac.* 399.38
de Squillacio *Hydrun.* 61.36
Sylveſter Tuſus *Motulan.* 161.25
Sylvius Paſſerinus *Cuſen.* 264.54
Sabellus *Roſſan.* 310.47
C

T

TAncredus *Hydrunt.* 57.16
Neocaſte. 404.10
Tarquinius Priſcus *Geeuntin.* 504.34
Territius *Caſſan.* 346. 6
Thaddæus *Hoſtun.* 48. 9
Neocaſtr. 403. 5
de Gaddis *Cuſen.* 260.48
Pepulus *Geeunt.* 503.25
Salvanus *Caſteen.* 95.15
Theobaldus *Caſtell.* 154 9
Theodorus *Bruduſ.* 29.11
Gallipol. 101. 8
Lycien. 70. 7
Marturan. 272.5
D *Motulan.* 160. 8
Tropejen. 450. 2
Meſimenus *Squillac.* 424. 9
Theodoſius *Ceoton.* 384.4
Marturan. 272.4
Theophilus Gallopus *Oppiden.* 420.25
Teſta *Teopejen.* 473.47
Thomas *Caſtellanet.* 154.11
Catacen. 384.14
Cuſent. 216.19
Geeunt. 502.22
Hydrunt. 58.50
Maturan. 277.15
Oppiden. 418. 9
Rhegien. 325.24.328.32
Strnagulen. 522. 15
Uxent. 519.11
Maria de Francia *Uritan.* 168. 7
Thomas Ammiratus *Lycien.* 81.27

Tho-

Thomas Anchora *Motulen.* 162.29
de Aquino *Motulen.* 162.31
Calvus *Tropejen.* 471.38
Caracciolus *Tarentin.* 148.81
Hierac. 399.39
Caſella *Oppiden.* 420.23
Caſtellus *s. Leonis.* 515.18
Sarrius *Tarent.* 149.82
Curteſius *Gerunt.* 502.24
Lambertinus *Inſulan* 509.30
de Montibus *Croton.* 388.44
Oliverius *Strungul.* 525.45
Orſinus *Strungul.* 522.27
de Porta *Rhegien.* 329.38
de Roſa *Strungul.* 521.10
Rubeus *Gerunt.* 501.10
Sirlettus *Squillac.* 447.41
Tileſius *Cuſent.* 262.50
Thomaſonus *Umbrat.* 530.37
Tiberius Caraſa *Caſſan.* 353.43
Mutus *Hierac.* 398.28
Timotheus Juſtinianus *Strungul.* 522.28
Tisellus *Hydrun.* 60.28
Caracciolus *Cuſen.* 227.34
Tiſameus *Inſulan.* 506. 5
Titus *Umbrat.* 527.14
Toſinus *Croton.* 384.6
Troilus Carraſa *Hierac.* 397.21
Oppid. 419.13

V

V Alterus *Boven.* 340. 9
Venturellus *Oppiden.* 419.10

A Venturinus *Bellicaſt.* 495. 5
Venutus *Catacen.* 372.10
Vernaccius *Rhegien.* 327.29
Ugo *Scyllacen.* 431.15
Ugolinus Martellus *Lycien.* 83.34
Uguccionus *Strungul.* 521. 6
Victor *Brunduſ.* 36.43
Vincentius *Motulan.* 160.56
Bonardus *Hierac.* 398.31
Capycius *Gallipol.* 107.38
Cornelius *Hoſtun.* 50.29
de Galeotis *Squillac.* 446.23
Ferrerius *Umbrat.* 529.28
de Magiſtris *Caſſan.* 355.53
della Marra *Alexan.* 93.43
Melignes *Hoſtun.* 50.32
Pimpinella *Roſſan.* 308.38
Ragnus *Oppiden.* 421.34
Spinellus *Oppiden.* 420.24
Tuſus *Urttan.* 167.1
B Vitellianus Mareſcanus *Umbra* 530.40
Vitus Ferratus *Motul.* 160.19
Urbanus *Caſtren.* 95.16
Urſeolus *Hoſtun.* 48.8
Urſus Minutulus *Hydrunt.* 58.22
Willelmus *Brunduſ.* 33.24
Rhegien. 325.22
Vurnarus *Inſulan.* 506.4

Z

Z Accharias *Squillacen.* 423.4

INDEX
COGNOMINUM
OMNIUM EPISCOPORUM
Qui in hoc Tomo continentur, Ordine Alphabetico diſpoſitus.

Prior num. columnam, ſecundus numerum marginalem indicat.

A

de ACciapaciis Nicolaus *Tropejen.* 467.23
de Adarſo Gabriel *Hydrunt.* 66.45
Adeodatus Andreas *Roſſan.* 314 61
Adimarius Alemannus *Tarent.* 141.53
de Afflicto Annibal *Rhegien.* 336.57
Agnelius Ludnvicus *Cuſent.* 259 44
de Agrevolo Bernardus *Croton.* 385.17
Agudius Carolus Antonius *Caſtellanet.* 158.33
de Aguſar Ferdinandus *Hydrunt.* 66.47
Albernotius Ægidius *Tarent.* 148.80
Alexander Franciſcus *Brunduſ.* 43.55
Hieronymus *Brunduſ.* 38.54
Alſerius Martinus *Marturan.* 266.59
Inſulan. 512.40
Aloyſius Alphonſus *Scyllac.* 448.49
Altaemps Marcus *Caſſan.* 352.41
Alvarez Alphonſus *Brunduſ.* 45.65
Ammiratus Thomas *Lycien.* 81.27
Anchora Thomas *Motulan.* 162.29
de Andrea Januarius *Motul.* 163.33
Nicolaus *Catac.* 374.12
Angelettus Dominicus *Neocaſtr.* 412.56
de Angelis Auguſtinus *Umbriat.* 530.41
Anglici Joannes *Alenan.* 89.7
de Anſaldis Jo. Baptiſta *Gerunt.* 504.33
Antonius Auguſtinus *Brunduſ.* 45.68
de Aprano Bartholomæus *Tarent.* 141.51
Aquaviva Andreas Matthæus *Cuſen.* 293.52
Jo. Antonius *Alexan.* 90.20
Marcelius *Hydrunt.* 65.41
de Aquino Antonius *Tarentin.* 148.78
Jo. Antonius *Lycien.* 83.35
Petrus Matthæus *Lycien.* 82.33
Raynaldus *Marturan.* 279.16
Thomas *Motulanen.* 162 31
de Aquire Franciſcus *Croton.* 387.36
Tropejen. 471.35
Aragonia Aloyſius *Lycien.* 82.31
Alenan. 90.21
de Aragonia Bernardinus *Boven.* 342.28
Aragonius Joannes *Tarentin.* 143.61.
Cuſen. 256.39
de Arceriis Franciſcus *Squillac.* 436.31
Inſulan. 508.17
de Arenis Franciſcus *Brund.* 37.50
Armellinus Franciſcus *Hierac.* 397.25
Oppiden. 419.17
Tarentin. 145.68
Arrigus Franciſcus *Nicoter.* 416.24
de Arpono Nicolaus *Hoſtun.* 49.20
Archamnnus Franciſcus *Caſtellan.* 57 .16
de Arze Deodatus *Caſſan.* 354.47
de Aſte Franciſcus Maria *Hydrun.* 66.48
A Attaffi M. Antonius *Scyllac.* 448.52
Averoldus Aurelius *Caſtellaneten.* 158.29
de Avoins iunicus *Bellicaſtr.* 495.12
de Ayardi Andreas *Brunduſ.* 43.58

B

BAlbus Petrus *Tropejen.* 468.25
Balduccius Jo. Antonius *Alexanen.* 90.24
Baldus Camillus *Nicoteren.* 416.19
Baliſtrarii Nicolaus *Strungul.* 521.17
de Balſameda Ildephonſus *Caſſan.* 355.50
de Barbianis Angelus *Motulan.* 160.13
Barboſa Auguſtinus *Uxen.* 113.30
Bartolus Benedictus *Bellicaſ.* 497.33
Saluſtius *Strungul.* 524.38
Barzellinus Hieronymus *Gerunt.* 505.44
de Baſilio Robertus *Squillac.* 435.29
B Baſtonus Petrus *Umbrat.* 529.31
de Baucio Benedictus *Alexanen.* 90.18
Jacobus *Alenan.* 90.14
Jo. Jacobus *Alenan.* 90.19
Bellettus Jo. Maria *Hierac.* 399.35
Bellus Fulgo *Lycien.* 78.11
de Benedictis Jo. Aloyſius *Caſtellaneten.* 158.27
Bernardus *Caſtellanet.* 158.28
Berlingerius Carolus *S. Severinæ.* 490.46
de Bernardinis Dominicus Antonius *Caſtel.* 158.35
Biancolellus Jo. Franciſcus *Nicoter.* 416.23
Biblia Franciſcus *Inſulan.* 512.39
Bichius Alexander *Inſulan.* 511.38
Bienatus Aurelius *Martur.* 281.33
Bizozus Albertus *Caſſan.* 346.13
Blanditius Dominicus *Umbrat.* 530.36
Blondus Simeon *S.Severinæ* 484.29
Bolognettus Balthaſar *Neocaſtr.* 510.47
Bologninus Marius *Croton.* 388.41
Bonardus Vincentius *Hierac.* 398.31
C Bonitus Ludovicus *Tarentin.* 141.54
Bontadotius Clemens *Neocaſtr.* 410.44
Bonvinus Æmilius *Umbrat.* 529.29
Bordonus Petrus *Umbrat.* 529.27
Borgia Henricus *Squillacen.* 446.36
Franciſcus *Cuſen.* 259.45
Bornius Antonius *Caſtren.* 96.28
Carolus *Caſtren.* 96.29
Bororal Chriſtophorus *Croton.* 388.38
Borromeus Carolus *Uxentin.* 112.20
de Borſa Hieronymus *Tropejen.* 473.45
Boſchius Alexander *Hierac.* 399.33
Bovius Jo. Carolus *Brunduſ.* 43.36
Hoſtun. 50.28
Petrus *Hoſtun.* 50.27
Brancaccius Andreas *Cuſen.* 270.65
Lælius *Taren.* 146.74

Bran-

Brancaccius Niçolaus *Cuſea.* 226.32
Raynaldus *Tarent.* 141.55
Brançia Achilles *Boven.* 341.19
Françiſcus *Nicoter.* 414 7
Bravo Joannes *Uxentin.* 113.27
Brunus Heuricus *Tareatin.* 144.65
Bruſatus Jo Françiſcus *Caſſan.* 350.33
Buccaplanula Petrus *Cuſea.* 220.26
de Bufalo Aotonius Hieremias *Gallipol.* 109.42
Burgardus Jo. Franciſcus *Bellicaſt.* 496.21
Burgheſius Camillus *Caſtren.* 96.26
Burierius Septimius *Alexanen.* 92.33
Buſdragus Cæſar *Alexanen.* 92.31

C

de CAballerlli Franciſcus *Hoſtun.* 48.13
Cæſarious Alexaoder *Alexan.* 90.23
Catac. 377.27
Hierat. 397.26
Oppiden. 419.18
Hydrunt. 65.38
Aſcanius *Oppiden.* 420.21
Cæſonius Antonius *Oppiden.* 421.30
Caſarus Aotooius *Croton.* 386.29
Caffarellus Faoſtus *S. Severin.* 489.41
Cafferius Franciſcus Maria *Caſtren.* 97.35
Cajeta Franciſcus *Squillac.* 445.32
Cajetanus Bonifacius *Tarent.* 148.77. *Caſſan.* 354.46
Calceophilus Athanaſius *Hierat.* 396.20
Calice Petrus *Hoſtun.* 48.14
Caliophilus Athanaſius *Oppiden.* 419.12
Calvus Thomas *Tropejea.* 471.38
Camalda Aotonius Maria *Strungal.* 525.43
Camerotta Joannes *Boven.* 342.24
Campanla Jo. Aloyſius *Motul.* 161.23
Campaous Jo. Aotonius *Croton.* 386.27
de Campellis Auguſtinus *Boven.* 340.13
Candidus Andreas *Hierac.* 398.29
Cantelmus Michael *Umbrat.* 531.44
Canutus Andreas *Oppiden.* 421.28
Capice Octavianus *Nicoter.* 415.27
Capicius Vincentius *Gallipol.* 107.38
Capiſuccus Paulus *Neocaſtren.* 407 37
Capooeſchus Joaones *Motulan.* 163.32
Caporellus Petrus Paulus *C. ton.* 387.35
Capranica Nicolaus *Neocaſtr.* 406.30
Capreolus Joaones *Caſtren.* 98.36
de Capua Fabritius *Hydrunt.* 61.37
Petrus Aotonios *Hydrant.* 65.39
Caputus Conſalvus *Catac.* 378.36
Caracciolus Annibal *Iaſal.* 509.32
Berardus *Cuſea.* 228.36
Corradus *Hoſtun.* 50.25
Eligius *Cuſea.* 269.64
Fabritius *Catacen.* 378.34. *Oppid.* 421.31
Tropejen. 473.39
Jolius *Caſsan.* 354.45
Nicolaus *Cuſent.* 224.30
Pyrrhus *Cuſent.* 239.37
Thomas *Hierac.* 399.39. *Tarent.* 148.81
Tirellus *Cuſent.* 227.34
Carnovalis Dominicos *Iaſul.* 522.43
Carnutus Joannes *Geruat.* 503.26
de Caroleis Antonius *Oppid.* 418.8
Carrafa Aotonius *Uxent.* 114 33
Cæſar *Hoſtan.* 50.30
Carolos *Caſsan.* 353.43. 354.49
Hieronymus *Croton.* 392.49
Jacobus *Roſsan.* 313.55
Joaones *Neocaſtren.* 412 55
Jo. Petrus *Brunduſ.* 38.53
Oliverius *Hierac.* 397. 22. *Oppid.* 419 14
Troilos *Hierac.* 397 21. *Oppid.* 419.13
Carraria Stephanus *Roſſaa.* 305.27
de Carretto Carolus *Cuſen.* 257.41
Carroni Jo Baptiſta *Strnagul.* 525.44
Carvajal Bernardinus *Roſſan.* 307.35

A Caſella Thomas *Oppiden.* 420.23
Cattaldus Angelus *Inſulaa.* 509.28
Caſtanea Aſcanius *Inſulan.* 511.37
Caſtaneus Jo. Antonius *Roſſan.* 309.44
Caticilinus Lucas *Catacen.* 378.35
de Caſtellis Octavianus *S. Leonis.* 515.17
de Caſtello Guillelmus *Brunduſ.* 34.36
Caſtellos Jacobus *Marturan.* 280.23
Thomas *s. Leonis.* 515.18
de Caſtilione Jacobus *Rhegien.* 327 30
Caſtracaous Alexander *Neocaſt.* 410.48
de Caſtro Gotifredus *Martaran.* 280.29
Joannes *Tareatia.* 147.75
Barnabas *Bruaduſ.* 45.69
Caſtromedianus Jo. Baptiſta *Lycien.* 84.39
Catalanus Carolus *Croton.* 389.46
Caveza Didacus *Croton.* 389.46
Cæladonius Alexios *Callipol.* 105 28
Celletius Lucas *Marturan.* 284.42
Cellius Antonius *Inſalaa.* 512.42
B Centelles Hieronymus *Rhegien.* 334.54
Centofloreous Ludovicus *Nicoter.* 416.29
de Ceraſolo Henricus *Tarent.* 137.36
Cereales Gaſpar *Rhegien.* 337 58
de Cerretanis Cerretanus *Caſen.* 224.31
Cervinus Marcellus *Neocaſtr.* 408.38
Cervos Simeoo *Oppiden.* 418.7
Chriſconus Bartholomæus *Umbrat.* 530.34
Cicala Hugo *Hoſtan.* 48.15
Ciccaros Gurellus *Lycien.* 81.23
Cittadinus Evaogeliſta *Alexan.* 90.26
Clericus Franciſcus *Bellicaſtr.* 497.39
Colochori Leo *Squillac.* 435.30
de Columbis Opizo *Caſen.* 214.17
Columna Fraociſcus *Caſtren.* 97.32
M. Antonius *Tarentin.* 146.72
Petrus Franciſcus *Taren.* 146. 7
Gaſpar *Rhegien.* 331.42
Franciſcus *Roſſan.* 309 42
Pompejus *Roſſan.* 308.37
C de Comite-Urſo Carolus *Rhegien.* 329.37
Comnenus Nicephoros *Croton.* 389.47
Compagooous Hieronymus *Roſſan.* 314.59
Conchiles Jacobus *Hierac.* 397.23
Conchillus Jacobus *Oppiden.* 419.15
Conſtaotini Jo. Baptiſta *Caſtren.* 98.37
de Conſtantiis Jo. Baptiſta *Caſen.* 264.56
Cooteſtabilis M. Aotonius *Boven.* 342.29
Copeti Blaſius Antonius *Motul.* 163.38
Coppula Hercules *Nicot.* 416.21
Coppus Antooius *Roſſan.* 308.39
Corderus Petrus *Hydran.* 65.40
Corduba Ambroſius *Tropejen.* 473.40
Corſioius Ptolomæus *Boven.* 341.23
Cornelius Vincentius *Hoſtun.* 50.29
della Coroia Joſeph *Squillae.* 448.45
Corpoſancto Franciſcus *Gallipol.* 102.20
de Corregio Hieronymus *Tarentin.* 146.73
Corſus Raynaldus *Strungul.* 523.30
Corteſius Donatus *Boven.* 341.18
D Thomas *Gerunt.* 502.24
Coſal Michael *Iaſul.* 508.25
Coſſus Cajetanus *Hydrunt.* 66.44
Coſtulpharia Philippus *Boven.* 340.12
Cribarius Franciſcus *Nicot.* 416.22
Cribellus Alexander *Gerunt.* 503.30
Criſpus Philippus *Squillacen.* 435.26
de Cruce Gregorius *Marturan.* 283.38
Curialis Jo. Baptiſta *Neocaſtren.* 411.49
Proculus *Boven.* 341.16
Curſius Philippus *Bellicaſtr.* 497.58
de Curtis Claudios *Croton.* 388.42
Caſolinus Carolus *Urttan.* 168.6
Cybo Innocentius *Trope.* 470.30
Nicolaus *Cuſene.* 256 43
Pelegnus *Gallipol.* 106.34
Cyrillus Nicolaus *Neocaſtr.* 412.54

Da-

D

DAtus Julianus r. Leonis. 514.13
Denies Martinus Struagul. 525.41
Dentici Franciſcus Geruat. 535.19
Michael Maria Motulan. 163.36
Detus Jo. Baptiſta Caſtrea. 96.30
Deurus Joanner Tropejen. 469.26
Dietalevius Julius Struagul. 524.39
Carolus Struag. 524.40
Diez Dominicus Hierac. 399.40
Dioſitanus Gregorius Hierac. 390.19
de Dominicis Joannes Tropejen. 466.22
Dordeletus Kalochinus Tropejen. 450. 5
Doſſua Julius Alexan. 92.36
Dulcinus Rodulphus Squillat. 448.46
Durante Fortunatus Styllat. 448.51
de Durantibus Durantes Caſſan. 351.38

E

EMblaviti Thomas Bellitaſ. 498.35
Enzines Laurentius Uxen. 114.32
Erarch Dominicus Uxtatia. 112.16
de Eſtrada Joannes Brundaſ. 45.64

F

FAber Petrus Caſtren. 95.10
Fabins Placidus Caſtren. 96.27
Facchinettus Jo. Antonius Neocaſtr. 409.41
Facciapecora Alexander Tarent. 126.15
Falabella Franciſcus S. Severi 490.43
Falcez Joannes Branduſ. 43.60
de Falionibus M. Antonius Geruat. 503.28
Falconius Carolus Caſtellanet. 158.34
Faleſius Io. Baptiſta Motul. 162.30
Fantatius Antonius Gerant. 503.29
Faraonus Ioſeph Croton. 388 40
Faſcitellus Honoratus Inſulan. 509.31
de Federicia Hieronimus Martaran. 282.37
Ferdutius Io. Antonius Martaran. 282.35
Ferrarius Io. Franciſcus Inſulan. 512.45
Ferratus Vitus Motulan. 160.19
Ferrerius Vincentius Umbrat. 529.28
de Figueora Bernardinus Branduſ. 43.57
Filarettus Alexander Umbrat. 529.30
Filo Bizantius Hoſtan. 52.36
Filacamus Paulus Styllac. 448.48
de Fliſco Nicolaus Umbrat. 528.29
Floccarus Scipio Roſſan. 310.48
Floridus Bartholomæus Cuſen. 258.43
Foggia Io. Cæſar Umbrat. 529.26
Fonieca Jo. Franciſcus Roſſan. 308 36
de Fonte Guillelmus Gallipol. 102.19
Formicinus Gregor. Struagulea. 523.29
Fornarii Hieronymus Bellicaſt. 495 15
Fornarus Lucius Vritan. 168.2
de Fortebrachiis Ioannes Caſſan. 346:8
de Foſſa Gaſpar Rhegien. 334.56
de Franciſcis Lucas Uxeatin. 112.26
Sebaſtianus Geraat. 505.44
de Francia Thomas Maria Uritan. 168.7
de Franciſcis Guillelmus Croton. 386.26
Franco Marellus Boven. 341.22
de Freſcoa Ioannes Neocaſtr. 405.14
de Friguero Franciſcus Tropejen. 473.56
de Fumis Liberius Motulen. 159.2

G

de GAddis Nicolaus Cuſen. 260.47
Thaddeus Cuſen. 260.48
Galegus Alphonſus Caſtellaneten. 157.22
A de Galeotta Alexander Tarentin. 143.59
de Galleottis Vincentius Squillac. 446.33
Simon Squillac. 446.35
Gallettus Iulius Alexanen. 92.29
Iacobus Alexan. 92.30
de Galganis Petrus Caſen. 251.29
Rhegien. 329.35
Carolus Bellicaſt. 397.32
Gallianus Antonius Umbriat. 523.46
Gallopus Theophilus Oppiden. 420.25
Gallus Ptolomæus Martaran. 282.36
Gattula Bartholomæus Rhegien. 331.41
Roſſan. 305.24
Petrus Brandaſ. 37.47
Gaudioſus Antonius Boven. 342.30
de Genoviſio Antonius Inſulan. 508.22
Marturan. 280.30
Georgius Joannes Caſtren. 95.19
de Geraldinis Angelus Catacen. 376.26
Aſcanius Catacen. 377.29
B Ioannes Catacen. 374.20
Sfortia Catacen. 377.28
Geſualdus Cæſar Motulan. 161.22
Antonellus Caſſan. 349.29
Philippus Geruat. 504.38
Ghylerius Sebaſtianus Struagul. 524.36
Ginuccius Hieronymus Tropejen. 470.31
Gyptius Bartholomæus Bellicaſtr. 497.29
de Glandis Ioannes Lycien. 80.17
Goſridus Stephanus Catacen. 376.21
Gonzaga Franciſcus Geruat. 504.41
Auguſtinus Rhegien. 334.55
Franciſcus Cuſen. 262.49
Hercules Rhegien. 334.53
Gori Franciſcus Catacen. 380.41
Græcus Angelus Marturan. 281.32
Granafeus Io. Franciſcus Alexan. 93.41
de Graſſis Angelus Rhegien. 332.45
de Griffis Pavo Tropejen. 466.21
Grimanus Marcus Struagul. 521.44
C de Gualandis Carolus Hoſtun. 49.53
Guardia Michael Croton. 393.51
Guarinus Petrus Lycien. 71.10
Guarnerius Arcentius Caſtellaneten. 158.31
Guerra Antonius Umbrat. 528.17
Guerrerius Petrus Uxen. 112.25
Guerrerius Franciſcus Alexan. 90.9
Guidanus Guido Alexan. 90.16
de Guidicionibus Nicolaus Nicoter. 414.8
de Guidonidonibus Guido Motulen. 160.18

H

HEctoris Io. Dominicus Hoſtan. 50.32
Herculanus Antonius Geraat. 502.23
Herrera Alphonſus Gallipol. 106.36
de Hippolyto Hieronymus Taren. 145.69
Nicolaus Roſſan. 307.33
Horabonus Angelus Catacen. 377.30
D de Horatiis Nicolaus Catacen. 377.32
Iacobatius Chriſtophorus Caſſan. 351.37
Dominicus Caſſan. 351.36

I

de IAcomellis Iacobus Bellicaſt. 495.16
Cæſar Bellicaſt. 495.17
Iaconia Angelus Caſtren. 95.22
Antonius Uxeatin. 115.18
Janellus Joannes Alexan. 93.44
de Jannotto Antonius Gallipol. 103.24
de Ianuario Camillus Nicoter. 415.13
Iulius Cæſar Nicot. 415.11
Iulius Nicot. 415.14
Matthæus Rhegien. 337.59
Princevallis Nicoter. 415.12
Idiaſches Dominicus Branduſ. 38.52

Iodo-

Jodoci Alexander *Bellicaſtr.* 496.20
de Jordanis Lælius *Roſſan.* 310.46
Iſſigio Antonius *Catacen.* 374.16
Iſareſius Paulus *Sqaillacen.* 447.42
Iſuales Petrus *Rhegien.* 333.48
Franciſcus *Rhegien.* 333.49
de Itro Jacobus *Hydrun.* 59.27
de Judice Marinus *Tarentin.* 539.47
Petrus *Caſſan.* 348.22
Robertus *Caſſan.* 348.24
Juſtinianus Andreas *Inſulan.* 510.35
Timotheus *Strungul.* 522.28

L

LAbanchi Jo. Baptiſta *Uritan.* 168.8
Lagnius Baptiſta *Roſſaurn.* 307.34
Lambertinus Cæſar *Inſulan.* 509.29
Thomas *Inſulan.* 509.30
Lamla Hercules *Alexanen.* 92.32
de Lancellottis Lancellottus *Roſſan.* 410.45
Lanfranchus Andreas *Uxentin.* 514.31
de Lanzano Philippus *Hydrun.* 58.25
Laurentii Nicolaus *S. Leonis.* 513.5
Laurentiis Marcellus *Strungul.* 524.35
Laurus Antonius *Bellicaſtr.* 496.22
de Legoneſſa Dominicus *Roſſan.* 306.31
de Leucato Leonardus *Bellicaſtr.* 495.14
de Lignano Martinus *Gerun.* 502.20
Liparolus Leonardus *Nicoter.* 415.15
Logotheta Guillelmus *Rhegien.* 332.44
Lopez Didacus *Hydrunt.* 65.43
Joannes *Croton.* 368.43
Loyerius Franciſcus Maria *Umbrat.* 532.47
Lozani Joannes *Tropejen.* 473.42
Lucidus Antonius *Neocaſtr.* 406.27
Nicoter. 414.9
Luciferus Antonius *Croton.* 387.33
Jo. Matthæus *Crotan.* 387.34
Jo. Jacobus *Umbrat.* 529.25
Matthæus *Umbrat.* 528.23
Luchius Jo. Matthæus *Tropejen.* 470.33
de Luna Bartholomæus *Neocaſtr.* 406.28
Guillelmus *Caſſan.* 346.12
Luſcus Hieronymus *Strungulen.* 521.20

M

MAgalenes Alvarus *S. Leonis.* 516.22
Magalottus Annibal *Alexan.* 92.27
de Magiſtris Leonardus *Alexanen.* 92.28
Vincentius *Caſſan.* 355.53
Magneſius Fabius *Hoſtun.* 50.33
Majorana Marcellus *Croton.* 388.39
de Nalatacchis Joanninus *Oppid.* 418. 6
Maleſpina Aragonius *Brunduſ.* 36.46
Arigonius *Hydrun.* 60.32
Malignes Vincentius *Hoſtun.* 50 32
Malopere Nicolaus *Croton.* 385 16
Malumbra Jacobus *Gerun.* 504.31
Mammuni Joannes *Hoſtan.* 46 5
Mancinus Celſus *Alexaurn.* 92.37
Mandina Benedictus *Tropejen.* 473.41
Mandoſius M. Antonius *Neocaſtren.* 411.51
Mangiarnna Sigiſmundus *Oppid.* 420.27
Manſo Antonius *Nicoter.* 416.26
Maranta Carolus *Tropejen.* 473.43
de Marco Franciſcus Antonius *Caſtren.* 97.34
Mareſcanus Vitellianus *Umbratic.* 530.40
Mareſcottus Blaudius *Strungul.* 524.33
Jo. Aloyſius *Strungul.* 523.32
de Marino Joannes *Caſſan.* 347.15
Marinus Franciſcus *Inſul.* 512.48
Marius Joannes *Oppiden.* 420.26
Maroldus Marcus *Rhegien.* 332.47
della Marra Alexander *S. Severinæ.* 485.32
Franciſcus *Motul.* 163.35. *Caſ.* 220.28
A della Marra Vincentius *Alexan.* 93.43
Marcellus Baccius *Lycien.* 84.40
Ugolinus *Lycien.* 83.34
de Martino Hieronymus *Uxen.* 113.29
Nicolaus *Umbrat.* 527.13
Martoranus Senator *Marturan.* 280.20
Marzanus Dominicus *Strungul.* 525.46
Maſſa Andreas *Gallipol.* 108.40
Sebaſtianus *Gerunt.* 504.32
Maſtrilli Petrus Paulus *Motul.* 563.37
Matera Philippus *Martur.* 275.14
Matta Petrus *Bellicaſtr.* 496.23
de Matthæis Antonius *Caſtellunet.* 158,30
Horatius *Hierac.* 398.32
Januarius *Nicoter,* 417.27
Maurellus Alphonſus *Caſtr.* 266.61
Philippus *Rhegien.* 329 36
de Maximis Jo. Antonius *Inſulan.* 510.36
Mozapica Deſiderius *Uxen.* 112.23
Mazucca Sextilius *Alexan.* 92.34
B Mazza Robertus *Neocaſtr.* 405.20
Maſſellus Blaſius *Strungal.* 525.42
Medices Hippolytus *Lycien.* 84.38
Jo. Angelus *Caſſan.* 352.40
Megalius Franciſcus *Inſulan.* 512.47
Martinus *Boven.* 342.27
Melazius Benedictus *Hoſtun.* 51.35
Melchiorius Angelus *Caſtellunet.* 158.32
Mele Nicolaus *Hierac.* 396.14
Meſimenus Theodorus *Squillac.* 424.9
Michael Jacobus *Motal.* 561.24
de Michelozis Bernardus *Caſſan.* 352.39
Minturnus Anton. Sebaſtianus *Croton.* 387.37
Uxent. 112.22
Minutulus Urſus *Hydrunt.* 58 22
Mirtus Julianus *Tropejen.* 469.27
Octavius *Tarent.* 147.76
Monachus Felix Antonius *Martur.* 285.43
Franciſcus *Martur.* 284.41
Monreale Andreas *Rhegien.* 338.61
C Montalegrius Scipio *Inſul.* 510.33
Montanus Jo. Baptiſta *Oppiden.* 421.32
Monteſtro Onuphrius *Caſtellunet.* 158.36
de Montibus Thomas *Croton.* 388.44
Montorius Petrus Franciſcus *Neocaſtr.* 410.45
Montoya Joannes *Gallipol.* 109.41
Morales Ludovicus *Tropejen.* 473.44
de Morgantibus Jo. Thomas *Lycien.* 81.24
Moricenus Octavianus *Catac.* 377.31
Morlaſai Nicolaus Maria *Boven.* 342.25
Mormile Joſue *Tropejen.* 467.24
Morta Jo. Baptiſta *Inſulan.* 512.44
Lucius *Hydrunt.* 65.42
della Moyo Henricus *S. Severin.* 484.31
Munoz Hieronymus *Gallipol.* 106.32
de Murgiis Caſpar *Strungul.* 521.21
Muſcettola Franciſcus Maria *Roſſan.* 314.62
Mutus Tiberius *Hierac.* 398.28

D

N

de NIcephoro Joannes *Squillac.* 426.10
Nicheſola Gobertus *S. Leonis.* 513.9
de Noha Robertus *Lycien.* 80.16
de Notucis Franciſcus *Oppiden.* 420 22
de Nuce Angelus *Roſſan.* 314.57

O

ODriſcoli Dionyſius *Brunduſ.* 44.62
Olivadiſius Fabius *Boven.* 342.26
Catacen. 379.37
Oliverius Bartholomæus *Umbrat.* 531.45
Thomas *Strangul.* 525.45
Orſinus Thomas *Strungal.* 522.27
Othonellus Iulius *Caſtren.* 96.24

P

PAdiglia Placibus *Alexan.* 93.39
de Paganis Ioannes *Neocaſt.* 406.24
Paganus Nicolaus *Hydran.* 61.34
Pallamella Jo. Jacobua *Marturan.* 285.44
Palazuolus Hieronymus *Inſol.* 510.34
Palermus Joſeph *S Severiae.* 490 44
Palladiuus Jacobus *Tarea.* 141.52
Pallotus Evangeliſta *Coſen.* 264.55
Palma Raphael *Uritan.* 168.5
de Palma Matthæus *Hydrun.* 57.18
Palmerius Nicolaus *Catacen.* 374.17
Palumbus Paulus *Caſſanen.* 354.48
Palutius Antonius *Hoſtun.* 49.18
Paudonus Andreas *Brundaſ.* 34.33
Pantaleonus Arduinus *Nicoter.* 414 30
de Papaſidero Joannes *Caſſan.* 348.21
Paperonus Petrus *Braaduſ.* 33.30
Pappacauda Aloyſius *Lycien.* 86 44
Angelus *Martaraa.* 281.34
Jo. Antonius *Trope.* 469.29
Sigiſmuudus *Tropeſen.* 469.28
Paravicinus Io. Antonius *S. Severin.* 489.42
Pariſius M. Antonius *Uritan.* 168.4
Joannes *Caſtren.* 94.4
Paulus *Oppiden.* 481.33
Paſchalis Angelus *Motulan.* 160.20
Paſqua Octavianus *Hierae.* 398.30
Paſſerinus Sylvius *Cuſen.* 264.54
Paſtor Joannes *Croton.* 392. 48
Paveſius Julius *S. Leontr.* 516.20
de Paula Antonius *Bellicaſtr.* 495.18
Catacen. 376.23. *Neocaſtr.* 407.32
Hieronymus *Catacen.* 376 25. *Neoc.* 407.33
de Pedroſa Joannes *Brandaſ.* 43.59
Pendinellus Stephanus *Hydrunt.* 61.35
Penna Anſelmus *Croton.* 393.52
Pepulus Thaddæus *Gerunt.* 503.25
Perbenedictus Marianus *Marturan.* 283.39
Perez Antonius *Gallipol.* 109.43
Perimezzi Joſeph *Oppiden.* 421.38
Periſta Michael *Umbrat.* 527.12
Perronus Io. Thomas *Neocaſtr.* 411.52.
Perſoni Carolus *Hoſtaa.* 51.34
Petraſancta Petrus Antonius *Marturan.* 285.47
Petrignanus Fantiuus *Cuſen.* 263.53
Petruccius Dominicus *Struagul.* 523.31
Federicus *Gallipol.* 106.33
Jo. Alphonſus *Bellicaſtr.* 498.34
Io. Baptiſta *Tarent.* 143.62
Phea Laurentius *Gernat.* 504 40
Pheoldus Antonius *Caſtellaaet.* 157 23
Philamarinus Orontius *Gallipol.* 109.44
Petrus *Rbegien.* 330. 40
Stephanus *Tatent.* 127.21
Phill Biſautius *Oppid.* 421.36
Robertus *Marturan.* 284.40
Piccolomiueus Ambroſius Maria *Hydrunt.* 66.46
Ioannes *Umbratic.* 589.24
Pompejus *Tropejen.* 470.34
de Piccolpaſſis Ioannes *Hoſtan.* 49.16
Piccolus Bernardus *Strungal.* 524.37
Pignatellus Antonius *Lycien.* 86.45
Bartholomæus *Cuſent.* 215.18
Fabritius *Lycien.* 86.47
Franciſcus *Tarent.* 150.83
Hieronymus *Roſſan.* 311.51
Michael *Lycien.* 86.46
Pimpinella Vincentius *Roſſan.* 308.38
Pinellus Io. Baptiſta *Coſent.* 257.42
Piutus Carolus *Nicoter.* 416.18
de Pirano Petrus *Lycien.* 81.26
Piſanellus Antonius *Squillac.* 446.34
Nicolaus *S. Severinæ* 493.47
Piſanus Alphonſus *S. Severin.* 488.40
Piſcicellus Robertus *Motulan.* 160.14
Jacobus *Lycien.* 82.33
Robertus *Brundoſ.* 37.31
Piſcullus Ioſeph *Catacen.* 377.23
Placidus Ioſeph *Oppiden.* 421.37
Planca Hierouymus *Hierac.* 397.27.
Ideam *Oppiden.* 420.19
Plaſtena Bernardinus *Oppiden.* 381.35
Podius Bartholomæus *Caſſan.* 350.34
de Poeriis Raymundus *Bellicaſ.* 495.13
Poggius Io. *Tropejen.* 470.32
de Ponte Antonius *Hydrun.* 61.32
Ponthius Io. Baptiſta *Umbrat.* 530.42
Ioſeph *Umbrat.* 531.43
de Porta Ioannes *Brunduſ.* 35.39
Thomas *Rbegien.* 329.38
Portius Bartholomæus *Gerunt.* 563.45
Priſcus Tarquinius *Geruntin.* 504.34
de Ptholomæis Antonius *Lycien.* 82.30
Pudericus Ioannes Maria *Tarentin.* 544.67
Octavius *Umbrat.* 530.35
de Pyrrho Antonius *Caſtellat.* 557.21

Q

de la QUadra Aloyſius *Motul.* 163.34
Quatrimianus Galeotus *Croton.* 386.24
Idem *Gerunt.* 502.13
de Quercis Petrus *Motulan.* 160.17
Quinterus Sebaſtianus *Gallipol.* 107.37

R

RAgnus Vincentius *Oppiden.* 421.34
de Rama Marcus *Croton.* 392.50
Ramirez Franciſcus *Brunduſ.* 45.67
Raparius Horatius *Alexan.* 92 35
de Ratha Iacobus *Roſſan.* 305.30
Ravalius Alexander *Neocaſtr.* 410.43
de Rauda Antonius *Roſſan.* 305.28
Ravenna Dominicus *Neocaſtr.* 411. 50
Raverius Petrus *Strong.* 521.23
de Rayno Laurentius *Brunduſin.* 45.63
Rebiba Scipio *Motulen.* 161.21
Retta Lucas Antonius *Nicot.* 415.16. *Caſtren.* 96.23
Propertius *Gernat.* 504 37
Reitius Gregorius *Caſtellanet.* 157.18
de Ribero Bartholomæus *Nicoter.* 416 25
Ricchettus Nicolaus *Marturan.* 285.46
Ricciullus Hieronymus *Bellic.* 496.26
Antonius *Bellic.* 497.27 *Umbrat.* 589.33
Cuſent. 266.60 *Umbr.* 530.63
Lycien. 82.29 *Rbegien.* 332.46
Io. Petrus *Neocaſtr.* 407 34
Mauritius *Geroat.* 504.39
Rinaldus Seraphinus *Motul.* 162.28
de Ripantibus Petrus Andreas *Oppiden.* 420.20
de Rizardis Franciſcus *Hoſtan.* 50 24
de Rocca Ioannes *Squillac.* 435.24
Roccamurra Franciſcus *Neocaſtr.* 406.29
Rocco Nicolaus *Caſſaa.* 355.54
Rodulphus Domiuicus *Uritan.* 168 3
de Rogeriis Io. Antonius *Hoſtun.* 50.26
Rolandinus Franciſcus *Tropejen.* 466.20
Romelinus Franciſcus *Gallipol.* 106.30
de Roſa Thomas *Strungul.* 521.10
de Roſis Stephanus *Hierac.* 399.34
Roſſius Carolus *Inſul.* 512.46
de Rubeis Andreas *Roſſan.* 314.60
Benedictus *Motulan.* 161.26
Dominicus *Struag.* 521.16
Felix *Tropejen.* 471.36
Ioſeph *Uxentin.* 112.24 *Umbr.* 530.38
Iulius *S. Leonis.* 516.21
Thomas *Gerunt.* 501.10
Rubertus Franciſcus Antonius *Alexan.* 93 40
Rueda Guudeſalvus *Gallipol.* 107.39
Ruffus Iulius *Oppidea.* 421.29
de Ruſticis Hieronymus *Tropejen.* 471.37
de Ruvere Orlandus *Tareat.* 144.66

S

SAbellus Iacobus *Neocaſtr.* 409.39
Marianus *Neocaſtr.* 409.40

Sabellus Sylvius *Roſſan.* 310.47 A
Salamia Petrus *Catacen.* 373.11
Salvanus Thaddæus *Caſtren.* 95.15
Salviatus Joannes *S. Severin.* 485.35
Salvidius Marcus *S. Leonis.* 515.19
Salutius Franciſcus *Motulan.* 162.27
Samblaſius Robertus *Lycien.* 80.14
Sanchez Franciſcus *Tarent.* 148.79
Sanfelicius Januarius *Cuſen.* 267.63
Joannes *Alexan.* 90.12
Joſeph *Cuſen.* 267.62
de Sangro Alphonſus *Lycien.* 84.37
Gundiſalvus *Lycien.* 83.36
Sangualus Antonius *S. Severin.* 484.28
Strung. 520.14
de Sanctis Benedictus *Alexan.* 90.25
Gregorius *Bellicaſtr.* 496.14
Sanctorius Franciſcus Antonius *S. Severinæ.* 488.39
Joannes Petrus *Caſtellanet.* 157.14
Julius Antonius *S. Severinæ.* 486.38
Cuſen. 266.58 B
Paulus Æmilius *Cuſent.* 265.57
Sanſeverinus Antonius *Tarentin.* 143.60
Lucius *Roſſan.* 310.49
Saracenus Joannes Michael *Lycien.* 85.41
Annibal *Lycien.* 85.42
Matthæus *Roſsan.* 306.32
Sarrius Thomas *Tarent.* 149.83
Sartorius Jo. Matthæus *S. Severinæ.* 485.34
Julius *S. Sever.* 485.36
Saulius Bandinellus *Oppiden.* 419.16
Idem *Hierac.* 397.24
Saxus Marius *Roſſan.* 311.50
de Scalea Petrus *Neocaſtr.* 405.12
Scaleata Matthæus *Squillac.* 435.25
de Scalia Matthæus *Boven.* 340.11
Scannaſorſie Marinus *Caſſan.* 348.28
Schipanus Horatius *Bellic.* 495.19
Scudellus Hieronymua *Caſtellanet.* 160.15
Sculcus Stephanus *Hierac.* 399.38
de Seminaria Jacobellus *Boven.* 341.15 C
Sequeyros Franciſcus *Caſſan.* 355.52
de Serſalis Joannes *Gerunt.* 502.21
Sphærulus Anſelmus *S. Leonis.* 515.15
Franciſcus *S. Leonis.* 514.14
Sfito Bernardus *Strung.* 521.22
Sgombrini Carolus *Catacen.* 380.40 *Bellic.* 497.31
de Sinibaldis Marcus *Uxen.* 112.19
Sirigo Bartholomæus *Caſtellanet.* 158.25.26
Sirlettus Fabritius *Squillac.* 447.43
Guillelmus *Squillac.* 447.39
Marcellus *Squillac.* 447.40
Thomas *Squillac.* 447.41
de Socheſanis Giminianus *S. Leonis.* 513.7
de Sonnino Petro *Gerunt.* 502.16
Soranus Joannes *Alexan.* 89.6
Sorbellonus Jo. Baptiſta *Caſſan.* 352.42
Sorianus Mutius *S. Severinæ.* 490.45
Spioa Scipio *Lycien.* 85.43
Spinellus Alphonſus *Gallipol.* 105.26
Belfortis *Caſſan.* 349.31 D
Emanuel *Catacen.* 380.43
Ferdinandus *Neocaſtr.* 409.42
Ludovicus *Gallipol.* 103.25
Nicolaus Antonius *Alexan.* 93.38
Uxen. 114.35
Petrus Antonius *Roſſan.* 312.54
Vincentius *Oppeden.* 420.24
Spinula Carolus *Roſsan.* 314.56
Stabile Paulus *Boven.* 342.31
Staurianus Julius *Boven.* 341.20
Stella Jo. Baptiſta *Tarent.* 150.84
de Stephanutia Rogerius *Cuſent.* 220.25
Rogerius *S. Severinæ.* 483.16
Suhare Joachinus *Caſſan.* 330.32
de Suma Agatius *Catacen.* 380.39. *Gerunt.* 504.42
Surgentius Franciſcus *Brunduſ.* 44.61
Syllanus Annibal *Caſtren.* 97.33

T

TAliacotius Joannes *Tarent.* 142.56
Tanſius Franciſcus *Neocaſtr.* 412.52
Taurellus Paulus *Roſſan.* 311.43
Teleſius Thomas *Cuſen.* 262.50
Terrero Petrus Lazarus *Uxen.* 114.24
Teſta Theophilus *Tropejen.* 743.47
Theodorus Petrus *Motulan.* 160.10
de Theodnlis Joan. Ruffus *Cuſentin.* 259.40
Theſaurarius Fulvius *Bellicaſtr.* 496.25
Thomacellus Franciſcus *Cuſen.* 227.35
Dionyſius *Caſtren.* 97.31
Martinus *Caſſan.* 350.35
Thomaſonus Thomas *Umbrat.* 530.37
del Tinto Jo. Baptiſta *Caſſan.* 355.51
Tirotta Franciſcus *Scyllac.* 448.47
Tirſeus Joannes *Hierac.* 395.9
Tontalus Andreas *Alexan.* 93.42
Tornafrancia Evangeliſta *Catacen.* 376.20
Tramaldus Laurentius *Hierac.* 399.36
Tria Jo. Andreas *Gerunt.* 505.46
Trivultius Auguſtinus *Rhegien.* 333.50. *Alex.* 90.22
Petrus *Rhegien.* 334.52
de Tufo Angelus *Hierac.* 396.16
Tuſus Sylveſter *Motulen.* 161.25
Vincentius *Uritan.* 167.1
Turre Emanuel *Brunduſ.* 45.66

V

VAccarius Hercules *Roſſan.* 311.52
Vaez Benedictus *Umbrat.* 529.32
de Valle Andreas *Neocaſtr.* 407.31. *Umbrat.* 528.22
Andreas *Gallipol.* 106.31
Croton. 386.32
de Vera Statius *Caſtren.* 95.18
Veraldus Michael Angelus *Marturan.* 285.45
Verallus Paulus Æmilius *Roſſan.* 309.43
Hieronymus *Roſſan.* 309.42
Vicecomes Philippus *Catacen.* 379.38
de Vicecomitibus Opizzo *Jo. Bellic.* 495.10.
de Vicoalbo Lando *Uxen.* 111.2
Vicus Claudius *Strungul.* 524.34
Villalbos Alphonſus *Squillac.* 447.38
Henricus *Squillac.* 447.37
de Villanaperlas Jo. Paulus *Brunduſ.* 45.70
de Villano Jacobus *Martur.* 280.25
Vincentius Michael Angelus *Hierac.* 399.37
Vitellanus Jo: Matthæus Catacen. 380.42
Vivianus Julianus *Inſulan.* 512.41
de Voltis Joannes *Croton.* 386.23. *Gerunt.* 502.12
Votta Dominicus *Inſul.* 512.49
Urſaya Hieronymus *Roſſan.* 314.58.
Urſinus Marinus *Tarentin.* 142.57
Latinus *Tarentin.* 143.60
Baptiſta *Taren.* 144.64
Flavius *Caſſen.* 263.51
Franciſcus *Boven.* 341.17
Robertus *Rhegien.* 333.50
Jo. Baptiſta *S. Severinæ.* 486.37
Vudoricus Audoenus *Caſſan.* 353.44
Vulcanus Landulphus *Caſſan.* 347.16
Vultoricus Robertus *Lycien.* 79.12

X

Ximenes Aloyſius *Vxentin.* 113.28

Y

YBanea Martinus *Rhegien.* 338.60
Jo. Laurentius *Tropej.* 473.48

Z

ZAcconus Hieronymus *Strungul.* 521.25
Matthæus *Strungul.* 521.26
Zephyrus Ludovicus *Scyllac.* 447.44

INDEX MATERIARUM

Et rerum notabilium , de quibus in hoc tomo fit mentio.

A

ABbates S. Stephaoi de Boſcho Ciſtercienſis Ordinis recenſentur . 458.B
Abbates Fontis Laureati aliquot oumerantur . 461. D
Abbatia S. Nicolai de Caſulis celeberrima non longe ab Hydruoto. 54.D
Florenſis illuſtris , & plurimis privilegiis ditata. 185.D
Curiatii Ordinis Ciſtercienſium quando fundata . 274.B
S. Mariæ de Peſaca Ordiois S. Baſilii clerico ſæculari commeodari ſolita . 356.D
Abbatiæ Hieracenſis diœceſis . 394.D
Accardus Enriquez ob alapam Epiſcopo Hoſtunenſi inflictam privatur feudo, quod ipſi Epiſcopo conceditur. 46.D
Acta Stephani primi Rhegii Epiſeopi ex Græco codice deſcripta . 322. C
S. Agatha , oppidum Rheginæ diœceſis, civitatis titulo decoratum deſcribitur. 321.A
Ager Gallipolitanus olim urbi continuus , nunc aquarum impetu à continenti avulſus, & in inſulæ formam redactus. 99. A
Aletium Salentinorum urbs deſcribitur. 67.C
Aletium à quibus conditum. ibid
Alexanum Salentinorum civitas deſcribitur. 86 D
Amanthea aotiqua Calabriæ civitas deſcribitur . 179. D
olim ſedes Epiſcopalis . ibid.
Amburga Rogerii Ducis Calabriæ neptis Draconis comitis filia veterem Neocaſtrenſem Cathedralem ab Agarenis jamdiu deſtructam a fundamentis reſtitui curavit ao. 1101. 402. A
Archiepiſcopo Hydruntino ex aotiqua conſuetudine debeotur equus , ſigillum, enſis, calcaria, & Capellum ſuffraganeorum , vel utilium Domioorum decedentium. 54.A
Archiepiſcopus Brunduſinus in feſto corporis Chriſti ſolet geſtare ipſum Domioicum corpus inſidendo ſuper equum album ſpecioſiſſime ſtratum. 8.B
Hydruntious obtinet Primatum in Salentinis, & ſub Cruce Patriarchali præfulget . 54 D
Cuſentinus quando conſtitutus . 185. A
Arnulphus Boemundi comitis conſanguineus io Patriarchatum Hieroſolymitanum intruius. 272.C
Aſchenaz primus Calabriæ habitator . 173.D
Ayellum Oppidum Tropejeoſis diœceſis Ducatus titulo inſigne deſcribitur. 449.D

B

BArtholomæus Florius Archiep. Cuſentinus ad perpetuos carceres in Hadriani mole damnatus. 259.A
Belcaſtrum mediterranea ulterioris Calabriæ civitas deſcribitur. 494.A
quare ſic appellatum, & quando conditum. ibid.
A Bova mediterranea ſuperioris Calabriæ antiqua civitas deſcribitur. 338.D
Brunduſium urbs deſcribitur . 3. A
à quibus conditum . 4. B
Colonia Romanorum . 5.A
à Carolomanno, ac Venetis ao. 1101. captum . 31. B
S. Bruno cœnobium in Calabria , quod S. Stephaoi de Bocho nuncuparunt , ædificavit, ubi etiam obiit. 426.A
Bulſanum Calabriæ oppidum an ſedes olim Epiſcopalis fuerit ? 180.D

C

CAlabria deſcribitur . 1. B. & 169. A
multis olim appellata nominibus . 172. B
B In duas diviſa regiones. 172.C
à Græcis habitata, Thracumque Coloniis . 173.C
ſub diverſis principibus . 173.D
Capitulum Cuſentinum ſede Romæ vacante privilegium obtinuit à Ranuccio Farneſio Card. S Angeli majori Pœnitentiario utendi rocchetto, aliiſque indumentis more Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ . 261.A
Cariatum mediterranea citerioris Calabriæ civitas deſcribitur . 499. B
Carina urbs Brutiorum olim Epiſcopalis : 182.A
Carmina ad fores Cathedralis Brunduſinæ. 7. A
in baſe columnæ antiquæ turris S. Baſilii. 30. A
ad fores templi Metropolitani Brunduſini. 32.A
in honorem Bizsutii Filo Hoſtunenſis Epiſcopi. 52.B
In laudem Didaci Lopez Archiep. Hydruntini. 66.A
C reædificationis Cathedralis Lycienſis . 79. A
In laudem Federici Petruccii Epiſc. Gallipolitani. 106.C
ædificationis Cathedralis Uritanæ. 167.B
in honorem B. Joachimi Floreoſis Abbatis . 201 D
Caſſanum mediterranea citerioris Calabriæ civitas, coſa olim dicta , deſcribitur. 342.D
Caſtellanetum Baſilicatæ ulterioris recens civitas deſcribitur . 151.C
à Duce Roberto obſidetur, & capitur. ibid.
Caſtrum civitas Salentinorum in Hydrunti terra deſcribitur. 94.A
Turcarum incurſionibus an. 1537. direptum . ibid.
Catacium parva, & mediterranea civitas Calabriæ deſcribitur . 355.D
D à quibus, & quando conditum. ib.
S. Cataldus defunctum ad vitam revocat. 111. D. & 123.C
ad loca ſancta peregrinatur. 152.D
Tarentum ad fidem convertit. 124.B

Cau-

Caulonia urbs olim antiquiſſima, nunc Oppidum Hieracenſis diœceſis Vetrium appellatum 394.A A
Celicum diœceſis Cuſentinæ oppidum patria Joachimi Abbatis Ciſtercienſis, ac Florenſis Congregationis inſtitutoris. 187.A
Gerellus antiquus in Calabria Epiſcopatus. 181.D
Chronica Trium Tabernarum auctore Rogerio Diacono Canonico Catacenſi omnino ſuppoſita. 357.D
eadem deſcribitur. 358.D
Chronicon Martini Poloni ab hæreticorum fraudibus vindicatur. 218.B
Cœnobium Brunduſii S. Mariæ conditum à Goffrido comite, & Sichelgaita ejus uxore & poſſeſſionibus, ac privilegiis inſignitum. 30.D
S. Mariæ de Galeſio Monachorum Ciſtercienſium aliquãdo celebre. 136.A
S. Mariæ de Pariro. 387.B
S. Mariæ de Aqua Formoſa conſtructum an. 1195. 345.D B
Aquævivæ in diœceſi Catacenſi extructum à Joachimo Abbate. 370.C
Conſtantia Francorum regis filia, & Boemundi Antiocheni Principis uxor Monaſterium S. Bartholomæi Tarenti condidit. 128.C
Coſa Romanorum Colonia. 342 D
Cropanum oppidum Catacenſis diœceſis. 357.A
Croto vetuſtiſſima magnæ Græciæ urbs deſcribitur. 380.C
à quibus condita. ibid C
Colonia Romanorum. 381.C
Crotoniates robore corporis, & athletica virtute inſignes. 380.D
Cuſentia Calabriæ civitas deſcribitur. 183.A
à quibus condita. ibid.
ab Annibale expugnata, & à Romanis recepta. ibid.
Alarici Gothorum regis ſepulchro, & Othonis fuga inſignis. ibid.
ab Agarenis cumbuſta an. 965. ibid.B C
lumen Evangelii hauſit à Stephano Rhegino Epiſcopo. 183.B
Cutrum Calabriæ oppidum deſcribitur. 474.A

E

Eccleſia Gallipolitana ritus Græcorum obtinet, & ſolebat nunc gentis Græcæ, nunc Latinæ per vices Epiſcopum ſibi creare 98.C
Uritana, ac Brunduſina per multa ſæcula unitæ diſſolvuntur à Gregorio VIII. 164.C
Elogium Uberti Folietæ Jo. Baptiſtæ Pinelli Archiepiſcopi Cuſentini. 258.B
Epiſcopatus Gallipolitanus erat ſuffraganeus Archiep. S. Severinæ. 100.C
Epiſc. Brunduſini Uriam quando ſe receperint. 8.A
Epitaphium Marini de Judice Archiep. Brunduſini. 36.A D
Hieronymi Aleandri Archiep. Brunduſini. 40.D
Jo. Caroli Bovii Archiep. Brunduſini. 43.B
Jo. de Piccolpaſſia Hoſtunen. Epiſcopi. 49.B
Braccii Martelli Epiſcopi Lycienſis. 84 D
Scipionis ſpinæ Epiſc. Lycienſis 86.A
Julii Galletti Alexanenſis Epiſcopi. 92. B
Gundiſalvi de Rueda Gallipol. Epiſcopi. 108.A
Antonii Perez de la Laſtra Gallipolitani Epiſcopi. 110.A
Auguſtini Barboſæ Epiſc. Uxentini. 113. D
Epitaphium Gualteri Archiep. Tarentini. 138.B
Jo. Mariæ Puderici Tarentini Archiep. 145. B
Lelii Brancaccii Archiep. Tarentini. 147. C
Octavii Mirti Arch. Tarentini. 147.D
Petri de Galganis Arch. Cuſen. 224.A
Riciardi Caraccioli magni Hieroſolymitani Ordinis Magiſtri. 253. A
Nicolai Gaddi Arch. Cuſentini. 260.D
Thaddæi Gaddi Arch. Cuſent. 262.A
Joannis Gaddi Cameræ Apoſtolicæ Decani. 265.B
Angeli Pappacodæ Martur. Ep 282.A
Jacobi Antonii Ferdutii Epiſc. Marturanenſis. ib.B
Mariani Perbenedicti Marturan Epiſ. & Tuſculani & S R.E Card. 284.A
Lucæ Celleſii Epiſc. Marturan 284.D
Mariæ Capicæ. 307.D
Vincentii Pimpinellæ Archiepiſcopi Roſſanenſis. 308.D
Hieronymi Veralli Archiep. Roſſanenſis. 309.C
Pauli Taurelli Archiep. Roſſanenſis. 312. B
Bartholomæi Gattulæ Archiep. Rhegini. 331.C
Antonii de Riccis Archiep. Rhegini. 332. D
Gaſparis Foſſæ Arch. Rhegini. 336.B
Gaſparis Cereales Archiep. Rhegini. 337. D
Auguſtini de Campellis Bovenſis Epiſcopi. 340.D
Jo. Franc. Bruſati Caſſanenſis Epiſcopi. 350.C
Audoeni Undovici Caſſanenſis Epiſcopi. 354.A
Sfortiæ Gerardini Epiſcopi Catacenſis. 377.C
Nicolai de Horatiis Epiſc. Catacenſis. 377.D
Antonii Sebaſtiani Minturni Crotonienſis Epiſcopi. 387 D
Macarii Comneni Archiep. Epidaurienſis. 391.C
Alexandri Boſchii Hieracenſis Epiſcopi. 399 A
Pauli Capiſucci Neocaſtr. Epiſc. 408.B
Ferdinandi Spinelli Epiſcopi Neocaſtrenſi. 410.A
M. Antonii Mandoſii Neocaſtrenſis Epiſcopi 411.D
Vincentii Spinelli Oppid Epiſc 420.D
Andreæ Canuti Oppid. Epiſc. 421. A
Caroli, & Ofredi de Cajeta. 446. A
Vincentii Galeotæ Squillacenſis Epiſcopi. 446.C
Henrici Borgiæ Squillac. Epiſc 446.D
Henrici de Villalobos Epiſcopi Scyllacenſis. 447.A
Petri Balbi Epiſc. Tropejen. 468.C
Sigiſmundi Pappacudæ Epiſc. Tropejenſis. 469.D
Felicis de Rubeis Epiſc Trope 471.B
Thomæ Calvi Tropejen Epiſc. 471.D
Jo Antonii Parravicini S Severinæ Archiepiſcopi. 490 C
Caroli Berlingerii Arch. S. Sev. 493.C
Horatii Schipani Beliſc. Epiſc. 495.D
Hieronymi Ricciulli Epiſcopi Belicaſtrenſis. 496.D
Antonii Herculani Cariaten. Epiſcopi 501. C
Andreæ Juſtiniani Inſulenſis Epiſcopi. 510.C
Alexandri Bichii Cardinalis, & Epiſcopi Inſulani. 511.C

Epitaphium Juliani Dati Epiſcopi S. Leonis. 514.C
Octaviani Caſteili Epiſcopi S. Leonis. 515.C
Timothei Juſtiniani Strungulenſis Epiſcopi. 523.A
Jo Aloyſii Mareſcotti Epiſcopi Strungulenſis. 523.D
Sebaſtiani Ghislerii Strungulenſis Epiſcopi: 524.C
Julii Dietalevii Strungulenſis Epiſcopi. 524 D
Caroli Dietalevii Strungulenſis Epiſcopi. ibid. D
Matthæi Epiſcopi Umbriaticenſis 528.C
Antonii Ricciulli Umbriaticenſis Epiſcopi. 529.D

F

FOrnix in Eccleſia S. Leucii energumenis adverſus. 6.C
Fratres Minimi an. 1530. recipiuntur Tarenti. 146. A
Diſcalceati Tarentum adducti. 149. A
S. Franciſci de Paula Uriam vocati. 168.A
Minimi Cuſentiæ recepti. 259.C
Fridericus Imp. auri unciam ex regiis vectigalibus perpetuo annis ſingulis ſolvendam precepit ad cerei paſchali ſumptum in Cathedrali Brunduſina abſumendi. 8. B

G

GAllipolis urbs in Salentinis deſcribitur. 98.C
appellatur à Plinio Anza. ibid.
quare ſic appellata. ibid.
Geruntia mediterranea citerioris Calabriæ civitas deſcribitur. 498.B
ob peſtilentiam in ſolitudinem penè redacta. ibid.
quare ſic dicta, & quando condita ibid.C
Gulielmus de Caſtello Archiepiſcopus Brunduſinus à Roberto Neapolitanorum rege accipit dominium Caſalis S. Donati, Prancatii, & Pizzani. 35. A

H

HEnricus rex Federici II. Imperatoris filius, læſæ majeſtatis reus factus, captus apud Marturanum, & carceri mancipatus, ex inedia mortuus eſt. 214.C
Hieracum Calabriæ ſuperioris vetuſta civitas deſcribitur. 393. B
quare ſic appellatum. ibid.
Marchionatus titulo inſigne. ibid. C
Hipponienſis antiquus Epiſcopatus in Calabria. 176. C
Hipponium vetuſta urbs Brutiorum deſcribitur. 176.C
ab Agathocle Rege Siciliæ emporium conſtitutum. ibid.
Colonia Romanorum. ibid.
ab Agarenis exciſum. ibid D.
Hoſtunum mediterranea Salentinorum Civitas deſcribitur. 46.A
Hydruntum Salentinorum civitas deſcribitur. 51.A
à quibus conditum fuerit. ibid.B
caput eſt regionis, quæ appellatur *Terra d'Otranto*. 52. A
à Turcis duce Achomato an. 1480. captum, ac direptum. ibid.
Hymnus in honorem S. Leucii Epiſcopi Brunduſini. 10.D

I

JAcobus de Adria Tarentinus Archiepiſcopus occiſus. 139.C
Iapygia unde dicta. 1.A
Innocentius IV. Pontifex Comitatum Lycienſem conceſſit Marco Ziani Ducis Venetiarum filio. 77. B
Inſcriptio arcus in Eccleſia S. Leucii. 6.C
in ædibus Archiepiſc. Brunduſini Uriæ. 43. A
in Eccleſia S. Mariæ della Strada extra mœnia Hoſtuni. 46 D
In ſacello D. Cajetani in Cathedrali Hoſtunen 51.A
in ſacello Roſarii Metropolitanæ Hydruntinæ. 53.B
multiplex in Metropolitana Hydruntina. 57. A
ædificationis Cathedralis Lycienſis. 70 D
in Monaſterio SS. Nicolai & Cataldi de Lycio. 78 D
conſecrationis Eccleſiæ S. Franciſci Lycienſis. 80.B
fundationis ſacelli D. Magdalenæ de Lycio. 96. A
reſtaurationis palatii Epiſcopalis Gallipolitani. 108 B
Inſula civitas Calabriæ deſcribitur. 505.B
bis à Turcis direpta, & vaſtata. ibid.C
D. Andreæ deſcribitur 99. B
Inventio corporis S. Pelini Epiſc. Brunduſini, & martyris. 23.A
reliquiarum S. Cataldi Tarentini Epiſcopi. 127.A
Joachim Ciſtercienſis Abbas Ordinem Florenſem an. 1189. inſtituit. 185.A
Joannes Pariſius Caſtrenſis Epiſcopus occiſus mandante impio Hectore Canonico Hydruntino. 94.C

L

LApis ubi naſcens S. Cataldus caput admoverat, ſubdio aliquando poſitus, & in partem concavam aquam excipiens, priſtinæ infirmos reſtituebat ſanitati, qui aquam inde ad potum devotiſſime haurirent. 121.C
Laudes Hieronymi Aleandri Archiep. Brunduſini viri doctiſſimi fusè enarrantur. 38.D
S. Leonis urbs olim in Calabria Epiſcopali honore decorata. 177.B
urbs, olim Leonia dicta deſcribitur. 512.D
Leucadia urbs vetuſta, & Epiſcopatus antiquus, nunc Alexanenſi unitus. 87. A
Lingua S. Cataldi Epiſcopi Tarentini in hunc diem integra, & quaſi recens. 138.D
Locrenſis Epiſcopatus antiquus in Calabria. 175.B
Locri priſca urbs magnæ Græciæ deſcribitur. 175.B
à quibus condita. ibid.
Ludovicus IX. Galliæ Rex a Sarracenis captus SS Euchariſtiam dat illis obſidem pro pecunia ſtatuta in ejus redemptionem. 8.C
Luſitana civitas in Calabria olim Epiſcopalis. 182. A

M

MAgna Græcia quænam olim, & quare ſic dicta. 315 A
Mamertini Pyrrho in Italiam tranſeunti ex Sicilia ſoli occurrerunt. 270.D
Mamertum, vulgo Marturanum, Brutiorum civitas deſcribitur. 270 C
Mamertum Marchionatus titulo inſigne. ibid D
Marinus de Judice Archiep. Tarentinus, & Cardi-

nalis juſſu Urbani interfectus, in marę ſacco incluſus projectus. 140.B
Maurum civitas exciſa in Calabria proprium olim habuit Epiſcopum. 176 D
Meadolara oppidum Bovenſis diœceſis, olim Peripolis dictum deſcribitur. 339. B
Meſoracha Calabriæ oppidum deſcribitur. 474.B
Meſſapia unde dicta. 1. A
Michael Marturaneuſis Epiſcopus concedit privilegium Joachimo Abbati. 272.D
Miracula S. Pelini Epiſc. Brundusini, & mart. 24.A
S. Cataldi Epiſc. Tarentini. 123.C
Monachi Cœleſtini an. 1353. ingrediuntur Lycium in novum monaſterium à Gualterio Benna Athenarum Duce, & Lyeii comitę fundatum. 80.D
Monaſterium S. Andreæ eremitarum S. Auguſtini quando Brnnduſii coeptum celebrari. 33.B
Ordinis Carmelitarum fundatur Brunduſii an. 1221. 33.C
S. Dominici fundatum ibidem an. 1230. ibid. D
S. Mariæ de Patirio à Nilo quodam viro ſanctiſſimo conditum. 289.A
ſanctiſſimæ Trinitatis de Ligno Crucis conditum an. 1185. 294.D
Fontis Laureati in pertinentiis Fluminis frigidi ord. Florenſis conditum. 453.B
Calabro Mariæ de Altilia Ciſtercienſis ordinis ædificatum, privilegiiſque ditatum. 475. D
Montaltum mediterranea Civitas Brutiorum olim Epiſcopalis ſedes. 177 A
Mutila terræ Hydrunti Civitas deſcribitur. 159.A
Mutila Marchionatus titulo decorata. ibid.
Mutila cur ſic appellata. ibid. B

N

NEocaſtrum ulterioris Calabriæ mediterranea Civitas deſcribitur. 400.B
Nicephori Meliſeni Comneni Crotonienſis Epiſcopi elogium. 389.D
Nicolaus Braucaccius Archiepiſcopus Cuſentinus, cum partes Clementis VII. pſeudopontificis foveret, ab Urbano VI. excommunicatus eſt. & honore Archiepiſcopatus ſpoliatus. 226.D
Nicolaus Marturanenſis Epiſcopus bis pontificatu exutus. 280. C
Nicotera ulterioris Calabriæ civitas deſcribitur. 412.D
olim Medama dicta, & cur ſic appellata. 412.D
non ſemel à Sarracenis diruta. 413.A
Normanni Apuliam Græcis adimunt. 30.B

O

OPerà à Placido Padilia Alexanen. Epiſcopo edita. 93.B
elucubrata ab Urbano Epiſcopo Caſtrenſi. 95.C
quæ ſcripſit Lucas Caſtellinus Catacenſis Epiſcopus. 378.D
Petri Balbi Epiſcopi Tropejenſis. 468.C
Oppidenſis Epiſcopat. olim unitus Hieracenſi. 417.B
Oppidum mediterranea ulterioris Calabriæ civitas deſcribitur. 417.B
Oraculum Pythium de futura felicitate Sybaritarum. 178.A
Oræſtis, hodie *Porta Roviglioſo*, ſedem habuit Epiſcopalem. 181.D
Oſſa S. Leucii quando Benevento Tranum tranſlata. 167.B

A

P

PAternum antiquiſſima civitas Calabriæ deſcribitur. 179.C
à Mauris diruta. ibid.
olim Epiſcopalis. ibid.
Paula Oppidum Cuſentinæ diœceſis deſcribitur. 186.D
celebris natalibus S. Franciſci de Paula. ibid.
Pelegnus Cybo Gallipolitanus Epiſcopus in carcerem Hadrianæ molis immittitur; in quo miſerè obiit. 106.D
Pelinus Epiſcopus Brunduſinus eligitur, & conſecratur. 16. B
Jovis templum evertit. 18. A
Sempronio Præfecto oculum reſtituit. 19. A
Aurelianum ſanat, & ex perſecutore Chriſtianum reddit. 20.B
B Philippus Archiepiſcopus Tarentinus in Concilio Romano depoſitus, & ſacrorum uſu privatus, Ciſtercienſis monachus effectus, virtutibus, & ſanctimonia claruit. 130.B
Policaſtrum Calabriæ oppidum deſcribitur. 474 B
Policaſtrum olim Petelia dicebatur. 475.A
Portus Brunduſini celebritas. 4.C
Praxiteles Statuarius, ac pictor celebris Peripoli ortus. 339.B
Pyrrhus Caracciolus Archiepiſcopus Cuſentinus S. Franciſcum de Paula colit, eique plura concedit. 248 B

R

REges Franciæ ſolebant iter peragere præcedentibus ſanctorum reliquiis. 9.A
Reliquiæ, quæ ſervantur in Metropolitana Cuſentina. 185. B
C Reſpublica Veneta per ſuum Conſulem cereum annuatim in die S. Marci ex puræ devotionis affectu Archiepiſcopo Brunduſino offert inter Miſſarum ſolemnia. 8. B
Rhegium ulterioris Calabriæ urbs Metropolis deſcribitur. 316.A & 319.B
Rhegium quare ſic appellatum. ibid. B
à quibus conditum. ibid.
Romana civitate donatum. 317.B
pluries deletum. 317.C quinquies à Turcis direptum. ibid.
Richardus Archiep. Brunduſinus à Ladislao Neapolitanorum rege in Cyprum ad deſponſandam regis ſororem miſſus. 36.B
Ritus Latinus lugendi mortuos conductis præficis alicubi in Calabria & hodie ſervatur. 174.B
Roſſanenſis Eccleſia olim Græcam linguam, & ritum ſervabat. 286. C
Roſſanum vetuſta Calabriæ civitas deſcribitur. 285. D.
D à quibus conditum. 286.A
à Totila Gothorum rege captum. ibid.
ab Agarenis deiparæ Virginis ope ſervatum. ibid.
Principatus titulo inſigne. ibid. B
Ruffus Cuſentinus Præſul ruinis Cathedralis ex terræmotu obrutus. 194.C

S

SAlentina terra unde dicta. 1.A
Scylla oppidum diœceſis Rheginæ deſcribitur. 321. C
quare ſic appellata. ibid.
Scyllacium mediterranea civitas Calabriæ ulterioris deſcribitur. 422.B
Scyllacium a quibus conditum? ibid.

Scyllacium Romanorum Colonia. ib. C
Stephanus Peudinellus Archiepiſc. Hydruntinus à Turcis obtruncatus. 61.C
Stilum oppidum Calabriæ deſcribitur. 180. B
olim ſedes Epiſcopalis. ibid.C
Strongylis mediterranea citerioris Calabriæ civitas deſcribitur. 516.C
Strongylis olim Mucalla, ſive Macella dicta, a quibus condita. 516 D
Sybaris vetuſtiſſima urbs Calabriæ deſcribitur. 177. B
Sybaris à quibus condita. ibid.
à Crotoniatibus deleta. ibid.
aliquando Epiſcopi ſedes. 178.C
Sybaris oppidum Catacenſis diœceſis. 356.D
Sybaritæ ſupra omnes populos Italiæ & Græciæ voluptatibus dediti. 177.C
Sybaritæ primi fabulas apologoſque invenere. ib.D
Syberota, vulgò S. Severina mediterranea ulterioris Calabriæ civitas deſcribitur. 473.A
Syberota à quibus condita. ibid.

T

TAberna Calabriæ oppidum deſcribitur. 179.B
Catacenſis diœceſis oppidum deſcribitur. 356 C
Tagaritium oppidum Catacenſia diœceſis. 357.A
Tancredus Licii Comes plura donat monaſterio Ss. Nicolai & Cataldi de Licio. 47.A
Tarentum Magnæ Græciæ urbs deſcribitur. 115.A
à quibus conditum, & quare ſic appellatum. ibid.B
bellum cum Meſſapiis, Lucanis, & Romanis egit. 116.A
ab Hannibale captum, & à Q. Fabio M. receptum. ibid.
ad fidem Chriſti perductum à Petro Apoſtolorum Principe. 117.A
Taurianum civitas in Brutiis olim ſedes Epiſcopalis. 179.D
Templum Junonis Laciniæ apud Crotoniates. 381.D
Tempſa antiquiſſima urbs Brutiorum deſcribitur. 178. D
à quibus condita. ibid.
ſedes Epiſcopalis nunc antiquata. ibid.
Terra nova oppidum Calabriæ deſcribitur. 417.D
Terræmotus magnus in Calabria an. 1184. 194.C
Teſtamentum S. Geraldi Epiſcopi Tullenſis in Gallia. 87.D
Thurii primi ex externis aurea Corona, & ſtatua à Romanis donati. 181.B
Thurium Calabriæ antiqua urbs deſcribitur. 181.A
olim ſedes Epiſcopalis. ibid.C
Traditio de translatione corporis s. Theodori Brundufium. 7. B
Triſchines antiqua Civitas Calabriæ, nunc Taberna. 179.A
Trium Tabernarum ſedes olim Epiſcopalis. 179.A
Tropea vetuſta, & litoralis ulterioris Calabriæ civitas deſcribitur, 448.D
quare ſic dicta. ibid.

V

VIri illuſtres Tarentini. 156.B
qui è Calabria prodiere. 172.C
Locrenſes. 175.D
Cuſentini. 186.B
Rhegini. 318.A
Crotoniates. 382.A
Vita S. Pelini Brunduſini Epiſcopi, & Mart. 12.C
Umbriaticum, olim Bryſtacia, mediterranea civitas Calabriæ citerioris deſcribitur. 525.C
Uria à Sarracenis capta, & vaſtata. 29.C
Salentinorum civitas deſcribitur. 163.D
à quibus condita. ibid.
Marchionatus titulo decoratur. ibid.
exciſa, & reædificata. 164.A
Urſeolus Hoſtunenſis Epiſcopus ab Imperatore carceri mancipatus. 48.B
Uxentum oræ Salentinæ civitas deſcribitur, 110.C
bis à Turcarum claſſe direptum, atque everſum. ibid.

IN-

INDEX

Epiſcoporum Sanctorum in hoc tomo comprehenſorum.

S. A Proculus *Brunduſ.* 11. 6
S. Blaſius *Lycien.* 70. 5
S. Cataldus *Tarent.* 120. 2
S. Cyprius *Brunduſ.* 11. 8
S. Cyrillus *Rbegien.* 323. 5
S. Dionyſius *Lycien.* 70. 4. *Croton.* 383. 1

A

S. Euſebius *Rbegien.* 424. 13
S. Fortunatus *Lycien.* 70. 2
S. Leucius *Brunduſ.* 9. 1. *Lycien.* 70. 3
S. Orontius *Lycien.* 69. 1
S. Pelinus *Brunduſ.* 11. 7
S. Siſinius *Rbegien.* 323. 4

ADMONITIO AD LECTOREM.

Lector adverte in elogiis Virorum Illuſtrium, quos hoc libro amplexus ſum, nonnulla me obiter attingere, quæ ſanctitatem ipſis videantur adſcribere: perſtringo nonnunquam aliqua ab iis geſta, quæ cùm vires humanas ſuperent, miracula videri poſſunt: præſagia futurorum, arcanorum manifeſtationes, revelationes, illuſtrationes, & ſi quæ ſunt alia hujuſmodi: beneficia item in miſeros mortales eorum interceſſione divinitus; demum nonnullis ſanctimoniæ, vel martyrii videor appellationem tribuere. Verùm hæc omnia ita meis Lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi, tanquam ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata, ſed tanquam quæ à ſola ſuorum auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter quàm humanam Hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum S. Congregationis S. R. & univerſalis Inquiſitionis decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inviolatè, juxtà declarationem ejuſdem decreti à ſan. mem. Urbano Papa VIII. anno 1631. factam, ſervari à me omnes intelligant, nec velle cultum, aut venerationes aliquas per has meas narrationes ulli arrogare, vel famam, vel opinionem ſanctitatis, aut martyrii inducere, ſeu arguere, nec quicquam ejus exiſtimationi adjungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando ullius beatificationem, vel canonizationem, aut miraculi comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quem ſecluſa hac mea lucubratione obtinerent, non obſtante quocunque longiſsimi temporis de curſu. Hoc tam ſanctè profiteor, quàm decet eum, qui ſanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſsimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua ſcriptione, & actione dirigi.

Ferd. Ughellus Abbas.

∴ *FINIS.* ∴

** **

Digitized by Google

R E G E S T U M.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U X Y Z
Aa Bb Cc. Omnes ſunt terniones præter * Y Z Bb Cc.
Duerniones.

∴

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google